

NOVA
DE VNIVERSIS
PHILOSOPHIA

Libris quinquaginta comprehensa.

IN QVA ARISTOTELICA METHODO NON PER MOTVM, sed per lucem, & lumina ad primam causam ascenditur. Deinde noua quadam, ac peculiari methodo tota in contemplationem venit diuinitas. Postremo methodo Platonica rerum vniuersitas à conditore Deo deducitur.

AVCTORE FRANCISCO PATRITIO

Philosopho eminentissimo, & in celeberrimo Romano Gymnasio summa cum laude eandem Philosophiam publice interpretante.

QVIBVS POSTREMO SVNT ADIECTA.

Zoroastis oracula CCCXX. ex Platonicis collecta.
Hermetis Trismegisti libelli, & fragmenta, quotcunque reperiuntur, ordine scientifico disposita.
Asclepij discipuli tres libelli.
Mystica Ægyptiorum, à Platone dictata, ab Aristotele excepta, & perscripta Philosophia.
Platonicorum dialogorum nouus penitus à Francisco Patritio inuentus ordo scientificus.
Capita demum multa in quibus Plato Concors, Aristoteles vero Catholicę fidei aduersarius ostenditur.








Venetijs, Excudebat Robertus Meiettus. 1593.



SANCTISS. D. N.
GREGORIO XIIII.
PONT. MAX.
Futurisq. Romm. Pontt. Maxx.





Vinque hoc volumine, pias omnes, omnes Catholicæ fidei consonas, GREGORI PATER BEATISS. *tibi afferimus philosophias. Nostram recens conditam; Chaldaicam Zoroastri, Hermetis Trismegisti Aegyptiam. Aegyptiam aliam Mysticam; & aliam Platonis propriam. A nobis sanè non minimo labore, e ruinis vix erutas; in vnum collatas, atque illustratas, & in ordines suos scientificos distinctas. Eas omnes, tuo* PAT. SANCTISS. *nec non etiam futurorum omnium Pontificum Roma. nomini ac numini donamus, dicamus, & consecramus. Atque vni vestro Patrocinio, humiliter ac deuote comendamus. Id autem facimus, & vt præsentis meæ erga tuam veram profecto Sanctitatem, venerationis, atque adorationis, perpetuum apud posteros extet indicium. Veterisque erga te obseruantiæ meæ, ac cultus, memoria renouetur. Forte enim recordaberis, quod cum tu adolescentulus cum fratre tuo, Paulo Barone Pataui litteris dares operam, vos vnos, & Hieronymum Ruuereum, qui S. R. E. Cardinalis apud te sedet, præter cæteros, qui tum aderant, principes viros, eximie coluerim. Non alia sane de causa, quàm quod eximiam modestiam, morumque probitatem, atque animi innatam quandam integritatem in uobis, ego quoque perspiciebam, & suspiciebam maxime. Ac cum apud uos frequens versarer, & iucundissima uestra fruerer humanitate, in aliqua me fuisse apud te presertim, existimatione sentiebam. nonnul-*

 lamque

Iamque spem, mei in philosophia profectus te concepisse. Quæ spes ne te fallaret, dialogos de Rhetorica meos, adolescens, iuniori tibi dicaui. Nunc a seniore me, quàmuis priuato homine, tibi, licet nondum seni, summo tamen principi, maiora hæc deberi cognosco. Quæ Pontifici tibi Max. tuisque in isto supremo solio successoribus, cur dicari a me debeant, pietatis meæ in Deum ergò, ac paternæ beneuolentiæ, qua filiam hanc meam dilectam, ac reliquas, opera mea renatas, & ornatas sorores eius, prosequor, & cur a vobis ob paternam debitamque erga totam Christianam Remp. Charitatem, nobilissimæ istæ quinque & piæ sorores, suscipi, foueri, ac protegi debeant, causas audire libeat. Vulgi, & litteratorum etiam multorum animis insedit, plerosque eorum qui philosophiæ operam nauant, de fide catholica, non bene, non pie sentire, & aut non recte, aut nihil credere, ridentque passim philosophos, hoc dicterio, iam vulgato, hic philosophus est, in Deum non credit. Neque id sanè temere. Vident enim in omnibus Europæ gymnasijs, in omnibus monachorum cœnobijs, solam Aristotelis philosophiam, magnis præmijs, & magna cum ambitione doceri. Hanc autem solam (Nam Epicurea, quæ in Lucretio vix superest, fere ignota iacet) Deo & omnipotentiam, & prouidentiam auferre, & sciunt, & audiunt. Quid igitur de eius cultoribus, & propugnatoribus concipiant? aut quas meliores de eis imbibant opiniones?

» *Ego vero hæc olim considerans, simulque illud sapientissimi Trismegisti dictum, mente*
» *sæpius reuoluens, Sine philosophia impossibile esse summe esse pium. Vehementem enim, sub-*
» *dit, amorem habet, & malorum omnium obliuiscitur, ea anima quæ suum didicerit autho-*
» *rem. Nam a bono discedere amplius non potest. Et Deo facta similis, vel pura fit mens,*
» *vel Deus euadit; aliam quam Peripateticam, veriorem in rebus reperiri posse philosophiam*
suspicatus sum. Cuius ope ad authorem nostrum, Deum nempe immortalem redire, ac puræ mentes, ac penè Dei euadere possemus. In eam igitur perquirendam, me totum conieci. Vetustissimorum, & Deo afflatorum sapientum dogmata, rationesque in adiutorium aduocaui, vt si quod tanto malo, remedium aliquando, contemplando adinuenirem, id & publicæ vtilitatis causa, & gloriolæ aliquid meæ, in publicum proponerem. Experimenta enim multa docuerunt, Diuini verbi veritatem, ab Ethnicis, a Maumetistis sperni. Sedis Apostolicæ authoritatem a Iudæis, & ab Hæreticis contemni. Oecumenicis synodis & orthodoxorum dogmatibus, eos non persuaderi. Vitæ exemplis & sanctimoniæ, non flecti: Honoribus & muneribus non allici. Hæc enim partim supra humanæ mentis captum sunt, partim: fraudes in eis timent, partim naturæ vim videntur inferre. Vis omnis & fraus horrentur. Ratione sola, ratio humana ducitur, Rationem ratio, libens sequitur. A ratione, ratio volens nolens etiam trahitur. Ratione igitur, sunt homines ad Deum ducendi. In hanc ergo ueram ac diuinam philosophiam, ratione sola philosophando, totis uiribus incubui. Et ingenti, sed obstinatissimo labore, ad finem, eam mihi videor perduxisse. Socias eis addidi, quas dixi pias. Omnes namque propositum sibi finem habent, vt doceant, Deum rerum esse conditorem, rectorem, curatorem, ac prouisorem. Et vt homines tum illum tum se ipsos cognoscant. Et addiscant quibus modis, ad creatorem Deum, animæ humanæ redeant, æternaque apud eum beatitudine fruantur.

Cur ergo PATER BEATISS. *Sperare non debeam, quin tu primus, quando philosophiæ istæ tam piæ, te summmo animarum pastore præsidente, ac Christi vices in terris*

geren-

gerente, partim nata sunt, partim renata, tuoq; nomini ac numini consecrata, ac commendata, tu quoque eas libentissime suscipias, ac iubeas atque horreris, & te imitati, req; ipsa admoniti successores omnes tui, patiantur etiam ac velint, vt in omnibus ditionis tuæ, & Romæ præsertim, ac reliquis Christiani orbis gymnasijs, cœnobijsque harum aliqua, publice legatur philosophia. Quæ ingenti futura sit adiumento, ad Christi fidem fouendam, tuendam, ac per reliquum nondum christianum orbem propagandam. Quippe quæ rationibus firmet, ea, quæ sola ratio firmitare potest. Cur Aristotelis philosophiæ, solæ ea prælegũtur partes, quæ magis & Deo, & Ecclesiæ suæ sunt hostes? Piæ hæ adiutrices, nullo sunt in numero? Certe Hermetis libellus, de pietate & philosophia, plus philosophiæ, quàm vniuersa Aristotelis philosophia continet. Qui facillime munus hoc pijssimum adimpleat. Pœmander creationem mundi, & hominis, cum Mosaica fere eandem, complectitur. Et Trinitatis mysterium, longe apertius, quàm Moses ipse, enarrat. Multi apud eum, & vera pietate, & vera philosophia, sunt plenissimi libelli, qui pro Aristotelis impijs subrogari, & possint, & debent. Aegyptia vero illa Mystica, tam firmis, pietate erga Deum demonstrationibus fulcit, vt vix apud christianos Theologos, vllæ tales demonstrationes inueniantur, aut vllæ apud Mathematicos tales extent. Sunt apud Platonem multi dialogi, qui sine impietatis periculo vllo, pietatis adiumento multo, publice doceri possint. Philebus, Timæus, Sophista, Parmenides, Phædo. Plotini libri omnes, sacram quandam continent uerius Theologiam, quam philosophiam. Neq; argumentationum uiribus philosopho vlli cedit. alios omnes acutie superat. Theologica Procli elementa, quæ nos ante paucos annos Latina fecimus, ad instar mathematicarum demonstrationum sunt contexta. Et cum ijs ipsis de certitudine certant. Deus Bone, quàm sacrosancta, quàm admiranda est apud Damascium, Opere de Principijs, de Deo, de Trinitate, de diuinis ordinibus Theologia? Platonicos hosce philosophos. D. Augustinus Theologorum columen & culmen, philosophorum omnium nobilissimos, semper in ore habet, & cæteris omnibus anteponit. Et tantus Theologiæ pater, cœnobitarum animos non mouet? Aristotelicam, pro nephas, manifestissimam impietatem eis præferunt. Sed præferunt ignorantia. Neque enim, quantum venenum iuuentus inde bibat, animaduertunt, aut notunt. Hos uero nobilissimos, hos diuinos, pro dedecus, de nomine etiam ignorant. Perfecto Theologi veteres omnes, qui & sacrosanctæ fidei iecerunt fundamenta, & Ecclesiam tam alte extruxerunt, D. Dionysius, Iustinus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Cyrillus, Basilius, Eusebius, Theodoretus, Arnobius, Lactantius, Augustinus, Ambrosius, alij plerique omnes, quia scirent paucis mutatis, Platonicos, facile christianos fieri posse (Augustini verbis vtor) Platonem, eiusq; sectatores hosce, philosophis reliquis omnibus antetulerunt. Aristotelem, non nisi cum infamia nominarunt. Quadringentis vero ab hinc circiter annis, Scholastici Theologi, in contrarium sunt annixi. Aristotelicis impietatibus, pro fidei fundamentis sunt vsi. Excusatos eos habemus, quòd cum Græcas litteras nescirent, illos cognoscere non potuerunt. Non vero eos excusamus, quod impietate pietatem adstruere sint conati.

Iube ergo pater sanctissime tu primus, iubeant futuri Pontifices omnes, honoribus, qui artes alunt: premijs quæ omnis expetit labor, propositis, per omnia tuæ ditionis gymnasia, per omnes Cœnobiorum, Scholas, librorum quos nominauimus, aliquos continue exponi, quod nos per annos XIIII. fecimus Ferrariæ. Cura vt christiani orbis principes, idem in suis iubeant gymnasiis,

satis

ſatis cito acutiſſima Italorum, peracuta Hiſpanorum, feruida Gallorum ingenia, ad Eccleſiæ amica dogmata excitabis. Quid vero ſi, iſtorum imitatione Scholæ etiam Germanicæ, & quæ ab Eccleſia Romana Catholica ſunt auerſæ, ad eadem excitentur: non ne adoleſcentium ſuorum mentes, pia dogmata imbibent, & facile ad Catholicam redibunt fidem? Longe ſane facilius, quam vel cenſuris Eccleſiaſticis vllis cogantur, aut ſecularibus armis. Magnam Gregorius XIII. anteceſſor tuus, in Eccleſia gloriam, apud Deum magna æternæ gloriæ præmia, eſt conſecutus, tot nationum gymnaſijs, & Romæ & alibi, ſub cura, ac diſciplina Ieſuitarum patrum inſtitutis. Incipe tu P. B. tam pium, tam vtilem, tam neceſſarium pietatis inſtituere inſtitutum. Te authore, iuſſoreque per Chriſtianum orbem, tam pium ſtudium introducatur, conſtituaturque & diuulgetur. Sperandum enim eſt, opera eorundem Ieſuitarum, qui hoc ſeculo Catholicæ fidei per totum Chriſtianum orbem & verbis, & ſanguine optimi ſunt propugnatores, ac per nondum Chriſtianum propagatores, breui rationibus firmiſſimis, titubantium animi firmabuntur, & hoſtium peruerſitate conuincentur. Fac igitur, in ſuis collegijs tam pia philoſophia doceatur, & ſtabiliatur. Ingens te apud poſteros gloria manebit. Deo opus egeris chariſſimum: Me vero, tam glorioſi, tam proficui operis, apud te promotorem, atque hortatorem, pro veteris erga te mei cultus ratione, pro præſentis tuæ gloriæ, & futuræ ſtudio, in clientelam tuam, potes enim, ſuſcipe.

Ferrariæ, Auguſti Die V. Anno M. D. XCI.

Qui Sanct.[ti] tuæ

pedes humil. exoſcul.

Franciſcus Patricius.

TITVLORVM
ELENCHVS.



VERITATIS STVDIOSIS.



Ideri forte poterit non paucis, qui hasce Franc. Patr. contemplationes legerit, eum, aliquando Aristotelem acerbiuscule nominasse, aliquando etiam irrisisse, sepissime sua dogmata reprehendisse. Atque hæc ab odio potius erga Aristotelem, quàm à veritatis amore fuisse profecta. Id autem philosophum decere non satis videtur. presertim erga virum tantum. cui philosophiæ studiosi debeant plurimum, vtpote à quo sapientiæ plurimos hauserint latices & qui fama reliquis philosophis omnibus sit celebratior. Quæ res Patricio, ab amicissimo homine obiecta, ipse, ita iura sua deffendit. Sibi quidem, cum Aristotele, qui bis mille iam annis vita sit functus, nihil esse rei, ob quam eum odio prosequatur, nisi vnius veritatis amor atque studium. Cuius causa fatetur Patricius se se iam ante aliquot annos Aristoteli fuisse subiratum, & adhuc esse. Idque pluribus de causis. Quarum prima atque potissima ea est, quòd erga Deum sit impius, dum vel Anarchiam, vel Polyarchiam mundo præfecit, & Deo tum omnipotentiam, tum prouidentiam adimit. Et tot dogmatibus, quot proxime ostendimus fidei Catholicæ hostis sit acerrimus. In quibus latissimam spargit impietatem, & incautis etiam persuadet. Impium autem hominem, & Dei hostem, quis non odio prosequatur ingenti? Platonem e contra, Platonicosque, philosophorum, testimonio D. Augustini nobilissimos, quis non intimo ex corde plurimum adamet, qui tot dogmatibus, & Deo sunt amici, & fidei nostræ concordes, vt qui paucis mutatis, quod attestatur idem, Christiani essent, & cum quibus ait, nullum fere christianis esse conflictum. Secunda ergo hac causa, Patricius Platonem, suosque omnes, maxime adamauit, eisq; totum se dedidit. Inde factum, vt eos semper Aristoteli prætulerit. Et tertia de causa. Quod Alexandrum Magnum, a quo maximopere fuerat cultus, Hermolai, Philotæ, & aliorum, coniuratione non semel impetiuit, & tandem veneno extinxit, virum quotquot orbis tulit, optimum & de toto hominum genere meritissimum. Cuius actiones plusquam Heroicas, supra omnes, aliorum hominum omnium, alias Patricius ingenti prosecutus est semper admiratione. Quarta de causa eum etiam odio habuit, quia vir ingratissimus, & vt Aelianus ait, omnium irrisor, Platonem, a quo per viginti annos omnium scientiarum dulcissimum lac suxisset, eoque esset impinguatus, sicuti mulus matrem calcibus impetiuit, & viuentem de schola eiecit, & mortuum scriptis suis, plusquam alium quemquam in omnem dilacerauit posteritatem. Sed & quinta accedit causa, quòd sit traditum, eum, veterum pler orumque libros igni combussisse, vt dogmata quæ ab illis surripuerat, sua inuenta uiderentur. Quas res Telesius vir veritati amicus hoc disticho perstrinxit.

Doctorem calamo ingratus, Dominumque veneno,
Perdidit, igne patrum dogmata, nos tenebris.

Sed tota res, copiosius est a Patricio in Peripateticis suis Discussionibus demonstrata. Qui liber quoniam iam rarus est, vt lectores labore eum quæritandi, liberemus huc ea transcribere, quæ ad hanc rem pertinent, operæ duximus esse precium. Ita ergo se habent verba, quæ Tomo III. libro I. earum discussionum a Patricio sunt scripta. integrum autem adscribemus locum.

Concordiam Aristotelis cum veteribus philosophis in omni philosophia parte antecedentis Tomi libris octo prosecuti sumus, uti nobis persuademus non negligentissime. Præsenti vero libris septem alijs, discordiam eiusdem cum ijsdem, eodem certe labore, vtinam eodem etiam effectu, prosequi in animo est. Quam .n. discordiam ostensurum me sperem inter virum hunc, ac præceptorem Platonem? Quos Porphyrius VII. libris; quos Simplicius, Boethius, Picus, Vicomercatus, viri magni concordes esse omnino, & asseuerarunt, et etiam perscripserunt, aut in mente perscribere habuerunt. Quorum nullius tamen scripta ad posteros peruenerunt. Quibus si fortuna pepercisset, vitaq; ea donasset, aut eos concordes esse constaret apertè, aut labore hoc, aut errore me liberassent. Sum .n. in hac sententia, hosce viros, vel nõ potuisse promissis stare, vel Arist. aliud cogitasse, aliud scripsisse. aut me nunquã quiquã vlla in re intellexisse. Potuisse quidẽ illos, & summa ingenij vi, & summa doctri. quibus excelluerunt, eandem hanc, quã nos hac ingenij exilitate ac ruditate, longe melius, vberius, clarius, ornatius concordiam præstare; sed nullã discordiã, inter eos duos philosophos maximos, fuisse, nulla in re Arist. a Pla. dissentire uoluisse, id vero eos prestare, nõ potuisse arbitror. Quibus .n. argumẽtis, aut collationibus, id effici posse credã, si videam Arist. non tam dogmata sua explicare, quàm philosophorũ veterũ omniũ dogmata profligare, in proposito habuisse? Qui eos, a quibus dogmatũ suorũ omnium latices hausisset, acerrimo quodam odio prosecutus esse videatur. Quos plusquã CCL. locis nominatim carpsit? sine noĩe vero plusquã mille? Antiquiores, suique temporis philosophos, atque alios authores nobiles, reprehendit plusquam XLVI. prater eos quos Rhetoricis, ac Poeticis libris refellit. Thaleta, Anaximandrum Anaximenem, Anaxagoram, Hermotimum, Diogenem, Xenophanem, Parmenidem, Zenonem, Melissum, Empedoclem, Heraclitum, Leucippum, Democritum, Protagoram, Gorgiam, Leophanem, Antiphontem, Xutum, Paronem, Lycophronem, Alcmaonem, Hippasum, Hipponem, Critiem, Syenesin, Polybum, Hippocratem Chium, Eudoxum, Aristippum, Epicharmum, Cratylum, Eurytum, Speusippum, Homerum, Hesiodum, Euripidem, Sophoclem, Isocratem, Herodorum, Herodotum, Ctesiam, Pythagoram, integrasque sectas, Pythagoreos, Antisthenios, Megaricos, Socratem, & plusquam alium quemquam Platonem præceptorem, quem LX. & forte amplius locis nominatim est insectatus. Sic enim placuit homini isti, omniũ vti Aelianus tradidit, irrisori, immerito vexare venerabilem illum senem: cuius doctrina vberrimus lactibus impinguatus fuerat, e schola eijcere, et procacibus scriptis, in omnẽ æternitatẽ dãnare. Primi apud Græcos, Xenophanes ac Parmenides, aliorum opiniones refutare sunt aggressi. Plato Sophistas omnes, philosophũ neminẽ, preter duos Anaxagorã atq; Heraclitũ arguit. Arist. in hoc quoq; aduersarius Platoni, philosophos omnes, sophistã neminẽ, præter duos Protagorã & Gorgiã, non solũ arguit, sed iurgijs etiã acerrimis incessit. Balbutientẽ .n. Empedoclis atq; omniũ antiquorũ philosophiã appellat. Xenophanẽ ac Melissũ ἀγροικοτέρους agrestiores vocat. Parmenidẽ oculatiorẽ, tãquã alij cæci fuerint, nominat. παιδικὰς. pueriles, illorũ opiniones nuncupat. Anaxagorã, λίαν ἁπλῶς, ἢ ἀσκέπτως: nimis simpliciter & incõsideratè pronũciasse pronunciat. Sæpissime εὐήθεις, ἀρχαίους, ἀρχαιοτέρους, stolidos, simplices, deliros dicit. Ignorantiã, ἄγνοιαν, crassam illis obijcit. deniq; & furiosos fuisse asserit. Ταῦτα δ' ἔνιοι διὰ μανίαν οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν. Hæc quibusdã ob furorẽ nihil videntur differre. In tantũ licẽtia, illũ in tantos viros, certè vel odiũ, vel nimia sui persuasio euexit. Archelao Atheniẽsi, nescio qua de causa pepercit. Hippocratis Coi (cuius doctrina cõmentaria tantum, sui libri sunt ut author est Galenus) nomen cõticuit. Xenocratis cõdiscipuli quidẽ, sed hostis sui, a quo de subsellijs Platonicæ scholæ fuerat deturbatus, nusquã meminit. Nã topicos, ubi eius est facta mẽtio, de numero Arist. librorũ iã pridẽ eiecimus) fortè quod timeret, seuerissimi illius viri authoritatem) qui illi aliquot etiam annos supernixit, vereretur q; ne sibi æqua lance rependeretur. Quod iã Cephisodotus Isocratis auditor, quatuor libris fecerat. At Ocelli, a quo multa etiã ipsis verbis dogmata, trãscripserat, Theagis, Metopi, Hippodami, Perictiones, Euryphami, Callicratidæ, nulla ab ea mẽtio facta, nulla gratia reddita, nulla nominatione dignos censuit. Si quid illi antiquiores, in homoemerijs atomis, alijs, in philosophiã deliquerãt, arguẽdi forte fuerãt, nulla mordacitate, sed philosophica & modestia & ingenuitate. Semel forte ac paucis verbis, non autẽ XXXV. locis Anaxagorã XV. Parmenidẽ L. Empedoclẽ, XL. Democritũ XXX. Pythagorã Pythagoreosq; LX. Platonẽ Indicancisse

da potius eorũ errata, quã plusquã dimidia suorũ librorũ parte, integris nõ semel voluminibus in sectãdi, ita vt si quis ex eius philosophia antiquorũ reprehensiones demat, quod illi Epicurũ obiecisse scribit Laertius, longe minima eorũ uolumiuũ pars, sit remãsura. At esto maximis in rebus illi errauerant, insectandi acerbissime fuerãt, infantia, balbuties, stoliditas, ignorantia, insania illis obijcienda. At cur Ocello, Theagi, Metopo, Archytæ, Hippocrati aliquid gratiarũ agẽdũ non fuit? Cur fassus nõ est philosophico animo, ueritatis amore, ea quæ ab illis mutuabatur. Sed nolim dũ veterũ alijs gratias habendas predico, alios excuso in Arist. videri inuehi. Ne quod in eo, non magnopere laudo, in me alij accusent.

Nisi ea opinione ducerer, Aristotelicos libros, ferè omnes, tumultuario quodam opere ab eo conscriptos, nec satis a se ante obitũ reuisos, aut castigatos, castigandosque relictos Theophrasto, acri veherer in eum odio. Sed quia ita credam, inconstantiam tot illarum redargutionũ excuso. Satis.n. mihi persuadeo, virũ ingenij acutissimi iudicijq; acris, si suos libros reuisisset, & reprehensiones tot & tãtas, modestiores fecisset, & inconstantiã earũ emẽdasset. Si antiquorũ ab eo reprehẽsorũ, scripta, vel omnia, vel plura salté, quã habemus extarẽt, apertissima forte res hæc esset. Sed ex ijs pauculis fragmentis, quæ illorũ & nostra, nõ minus fortuna iniqua, nobis reliqua fecit atq; ex ijs, quæ posteriorũ scriptorũ relatu habemus, ac ex ipsius met Arist. testimonijs aliquot ostendemus quib. in rebus veteres iniq; atq; extra rẽ ab eo sint uexati. Sed id plãnissimũ faciemus in Platoni obiectis. Eius .n. scripta ferè omnia extant. Hac omnia quo diximus loco Patricius scripsit eaq; verissima esse ostendit. Si ita est. Virũ irrisorẽ omniũ reprehensorẽ, omniũ in uerbis carptorẽ, quis æquo animo ferat? Quis furẽ, nõ horreat? Quis occultũ surreptorem odio non habeat, si erga talẽ hominẽ, quis excãdescat, certe nõ homo, sed ligneus homo est existimandus. Natura.n. humana, tantã animi non fert stupiditatẽ. Et si Aristotelis tãta arrogantia sustinetur, cur Patricio, duo aut tria dicteria, in æquiore presertim causa, non condonentur? Sed illũ, maiorẽ etiam in modũ anxit, Aris. illa in Platonẽ, & ingratitudo, & uere dixerim impietas qua illũ iniquus hic discipulus, toties diuexauit. A quo Platone, Patricius omnes, si quas tamen habet, animi uirtutes, & ingenij ornatus, recognoscit, atq; ab eius dogmatibus, in se esse profectas libere confitetur. Sed satius fuerit alium ex eodem Discussionũ tomo III. libro autẽ IIII. locum huc transferre ut alia causa cognoscatur clarius, ob quam, Patricius Aristoteli sit iratus. In hunc ergo modum scribit. Sumpsisse Aristotelem uniuersæ suæ philosophiæ, summa omnia capita, a priscis philosophis, octo antecedentis tomi libris late, luculenterq; ut nobis persuademus demonstratũ est. Inter quæ, multa a Platone preceptore exscripsisse ostendimus precedentib. duob. huiusce tomi libris, quã falso in eos, a quibus dogmata non pauca sumpserat inuectus sit, palã factũ est. Nunc maius nobis opus, maior moles pro Platone superest, ac maior nobis pro eo labor exanthlandus est. Quẽ uenerabilẽ uirũ, discipulus iste, sæpius, acrius, acerbius, quã antiquiorũ quẽquam uexauit, exagitauit, sycophantãq; in eũ egit. Tantũ potuit in eo Xenocratis, ab illo sibi in schola prælati indignatio, ut nõ uereretur ea in doctorẽ suũ scriptis mandare, quæ statim lecta, & cum illius scriptis collata, manifestæ falsitatis, eũ coarguere possent. Quod ne, se uiuo fieret uitans, libros, fere omnes suppressos tenuit. Quia uiuerent multi, sancti illius senis & auditores, et amatores, qui possent sycophantias illas ei detegere, & etiam conuincere. Post obitum eius, libri centũ & amplius annos latuere, quo spacio temporis, & discipuli illi obierant, & successores eorũ alia dogmata induxerant. Sed postquã libri, a Tyrannione Grammatico, ab Andronico Rhodio in lucem sunt redditi, inter tot celeberrimos, tot admirabiles, Platonicos, qui natalitia Platonis tam sanctæ celebrarent, dogmata illius explanarent, docerent, eueherent, in admiratione haberent, non parua est admiratione prosequendum, neminem quod sciamus, extitisse, qui eius tutelam contra Aristotelis calumnias susciperet. Non defuerunt quidem Plotinus, Porphyrius, Iamblichus, Syrianus, Proclus, obiter inter commenandum, aliquid pro Platone interponere, at eam prouinciam aperte qui susciperet, calumnias in auctorem eorum philosophiæ, ab Aristotele confictas, detegeret, ac eum defensaret, nemo est inuentus. Nos quamquam nulla in re eminentissimis illis uiris comparandi, audenti satis animo, id munus nobis desumpsimus, non aliam ob causam, quàm ueritatis studio, atque amore. Cuius ueritatis precipuam curam, philosophos, si modo eo nomine simus digni, decet habere.

Atque

Atque etiam vt verum fateamur, quoniam iustam quandam indignationem in nobis commouet, tam malignum, tam acre, tam acerbum persecutionis, ac lacerationis studium, in gratissimi discipuli, contra sanctissimum senem, deque illo optime meritum. Idq; non solum arrogans, delusorium, sed etiam falsum apertissime. Ea falsitas non hac nostra quarimonia, sed re ipsa, verborum, sententiarum, calumniarum Aristotelicarum, cum Platonicis, & uerbis, & sententijs collatione apparebit.

Hac igitur sexta est causa, cur Patricius, sibi temperare non potuerit quin indignationis aliquid aduersus Aristotelem ostenderit. Sed cur eius dogmata pleraque non probarit, sed eorum falsitatem detexerit, non solum excusationem nullam quarit, sed magnopere, se ab aequis philosophis, ab ipsomet Aristotele quoque laudandum esse arbitratur. Idque non alia ratione, quam Aristotelico monitu, illo vulgato, quo dixerit, Amicum esse Socratem amicum Platonem, magis tamen amicam esse veritatem. Et sententia hac sua alia, quae est primo Nicomachio.

Videatur autem forte melius esse, & oportere, ob salutem veritatis, etiam propria destruere: praesertim ijs qui sint philosophi. Vtrumque enim cum sit amicum, pium est praeferre, & maiore prosequi amore veritatem. Itaque cum hac sint Aristotelis monita, philosophus philosophice pronunciata, quis Patricium iure accuset, si Aristoteli veritatem tot locis praetulerit, sitque etiam vbique in posterum praelaturus? Nemo igitur post hac eum accuset, si libere, atque Aristotelice philosophabitur.



FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER PRIMVS.

DE LVCE.

SALVTIS ANNO MDLXXXVIII.

ÆTATIS SVÆ LVIII.

FRANCISCVS PATRICIVS, Nouam, Veram, Integram, de vniuersis cõditurus Philosophiam, sequentia, vti verissima, pronunciare est ausus. Pronunciata, ordine persecutus, Diuinis oraculis, Geometricis necessitatibus, Philosophicis rationibus, clarissimisq; experimentis comprobauit.

Ante Primum, nihil.
Post Primum, omnia.
A Principio, omnia.
Ab Vno, omnia.
A Bono, omnia.
A Deo, Vno Trino omnia.
Deus, Bonum, Vnum, Principium, Primum, idem.
Ab Vno, Vnitas primaria.
Ab Vnitate primaria, Vnitates omnes.
Ab Vnitatibus, Essentiæ.
Ab Essentijs, Vitæ.
A Vitis, Mentes.
A Mentibus, Animi.
Ab Animis, Naturæ.
A Naturis, Qualitates.
A Qualitatibus, Formæ.
A Formis, Corpora.
Hæc omnia sunt in Spacio.
Hæc omnia sunt in Lumine.
Hæc omnia sunt in Calore.
Per hæc paratur ad Deum reditus.
Hic Finis & scopus nostræ huius Philosophiæ, esto germanus.

Inaudita hæc à seculis forsan omnibus & axiomata, & paradoxa, certissimis constare rationibus, vt demõstremus, in hunc modum philosophemur.

Philosophia, studium est sapientiæ. Sapientia, vniuersitatis est cognitio. Rerum vniuersitas, constat ordine. Ordo priore constat, & posteriore. Si quis à posteris philosophari cœperit, rerum ordinem confuderit, eisq; sibiq; tenebras offuderit. A primis ergo philosophandi initium nobis esto. A primis, cognitisne? an ab incognitis? Si ab incognitis incipiamus, sequentia, incognita erunt omnia. De incognitis, nulla nobis condetur Philosophia. A cognitis ergo initium sumendum. Cognitio omnis, a mente primam originem: a sensibus exordium habet primum. Inter sensus, & naturæ nobilitate, & virium præstantia, & actionum dignitate, visus est primarius. Visui prima, & primo cognita, sunt lux, & lumen. Eorum ope, & opera, plurimę patescunt rerum differentiæ. Lux, & lumen, statim natis, se se offerunt. Per hæc, prisci homines, sublimia, & media, & ima conspexerunt. Conspecta, sunt admirati. Admirando, sunt contemplati, Contemplan-

do, sunt philosophati. Philosophia ergo, lucis, luminis, admirationis, contemplationis proles est verissima. A luce ergo, eiusq; prole lumine, rerum sensibilium præstantia omni primis, primarioq; sensui, primo cognitis, Philosophiæ nostræ, prima iaciamus fundamenta. Quod si Philosophi veteres fecissent, nec ignota sensibus, ac mentibus omnibus, Chaos, Homœomerias, Atomos, Materias primas, secundasve, rerum principia statuissent; nec in tantas ipsi dissensiones venissent: neque in abyssum tenebrarum, philosophiam coniecissent. Lux ergo, & lumen primaria eius proles, ante omnia sunt nobis cognoscenda. Per ea, ad primam lucem, patremq; luminum ascendendum. Apud eum tantisper commorandum. Ab eoque res omnes deducendæ. Per deductas, ad eum iterum reuertendum: vt apud eum mansionem perpetuam faciamus.

A luce igitur, & lumine, quæ nos maxime admiramur, exordium sumamus. A luce inquam, quæ Dei ipsius, eiusq; bonitatis est imago. Quæ omnem supramundanam, omnem circummundanam, omnemq; mundanam, illustrat regionem. Quæ se se per omnia extendit. Per omnia se fundit. Per omnia permeat. Omnia permeando format, & efficit. Omnia viuificat. Omnia continet. Omnia sustinet. Omnia congregat. Omnia vnit. Omnia disgregat. Omnia quæ vel sunt, vel illuminantur, vel calescunt, vel viuunt, vel gignuntur, vel nutriuntur, vel augescunt, vel perficiuntur, vel mouentur, ad se conuertit. Conuersa purgat. Omnia perficit. Omnia renouat. Omnia conseruat: & ne in nihilum abeant, efficit. Omnium rerum est, & numerus & mensura. Lux rerum omnium purissima. Inalterata, inalterabilis: Impermista, impermiscibilis: Indomita, indomabilis. Nullius indiga. Diues omnium. Ab omnibus optata: Omnibus optabilis. Cœlorum ornamentum. Ornamentum corporum omnium. Mundi decor: Mundi pulchritudo: Mundi gaudium. Mundi risus. Qua, aspectui nihil iucundius. Nihil animo lætius. Nihil vitæ commodius. Nihil cognitu præstantius. Nihil ad agendum vtilius. Sine qua, iacerent in tenebris, inertia sibi ipsis omnia, nobisq; incognita.

Hanc ergo lucem contemplationis omnis primariam causam, contemplando prosequamur, & propositorum probationes exordiamur.

Lux in corporibus quibusdam cernitur: in alijs non cernitur. Corpora ergo distinguenda. Corporum igitur, alia sui natura, lucida sunt, Sol, stellæ, ignis. Alia sui natura sunt opaca, Luna, terra, nubes. Alia neque lucem habent, neq; opacitatem. vtramque tamen in se recipiunt, neutram vero retinent. Æther, aer, aqua. Hæc Græci diaphana, Latini perspicua, & transpicua appellauere. Lucida, luce plena sua, alienis tenebris sunt imperuia. Opaca, tenebris plena suis, alieno lumini, non sunt peruia. Diaphana, proprijs & lumine, & tenebra carentia, alienis, & lumine, & tenebra permeantur.

Lucida ergo corpora, ea sunt, quæ semper lucent. Lucent autem semper, quæ lucem propriam, sibiq; innatam, & connatam habent. vt Sol, sidera, ignis. Quid ergo triplex lux? & non vna? vel vna in tribus? An his, aliqua prior? An vero hæ, primæ sunt luces? Profecto, si tres hæ, sunt inter se diuersæ, multitudo sunt, & numerus. Ante vero numerum & multitudinem omnem, est vnitas. Neque vlla, aut est, aut esse potest multitudo, quæ a sua non profluat vnitate. Ergo & ante hasce tres luces: videtur vna lux existere necessario. Si hoc, vna hæc lux, prima ne lucium omnium erit? An vero ante ipsam alia? & ante hanc alia? & in infinitum fiet lucium progressus? Hoc nequaquam. Ergo vna, erit omnium, lux prima. Hæc lux vna, ac prima, cum nullam aliam ante se habeat, corporea ne erit? an incorporea? Si corporea dicatur: necesse est eam, vel in corpore alio esse, antequam in Sole, vel in astris, vel in igne. Vel harum aliquam esse primam. Ignis quidem vnius, a nostro hoc differentis esse, dici non videtur posse. cum nullus alius conspiciatur. Neq; ex nostratis genere videtur esse posse. Quia neque vnus in corporibus est, quia & primus sit, neq; lux eius, lucem reliquis, aut dare, aut dedisse videri potest. Vna ergo illa lux, & prima, ignis corporei non est. An vero est siderea, & sideris alicuius? Neq; id videtur. Nullum enim sidus apparet vsquam, a quo in reliqua lux sit diffusa, aut diffundatur. Quid si dicamus, cum Philosophorum multis, & astrologis omnibus, qui adhuc in ea perstant opinione, à Sole vno, in reliqua astra omnia, lucem diffundi? Hoc secus est, vt postea ostendetur. Hoc in præsentia dicatur. Si Sol, lucium corporearum, non sit causa; nullam corpoream lucem, vnam illam, ac primam esse posse lucem, quæ lucium aliarum omnium sit fons, & prima scaturigo.

Si corporea non est, hæc prima, incorpoream eam esse, est necesse. Si incorporea sit, necesse erit eam, & in se consistere, & a se subsistere, & per se existere: & per se substantiam esse. Hæ enim sunt incorporeorum entium proprietates. Luces vero hasce multas, quæ in Sole, in astris, in ignibus fulgent, ab ea luce

vna

vna profluxisse est necessarium. Lucida enim vt effectus, a luce, vt a causa sunt. non autem lux causa, est a lucidis effectus. An vero, & hæ multæ, ab illa vna deriuatæ substantiæ sunt, & ipsæ? & illa harum genus vnum sit, hæ vero eius species, in dubio est maximo. Nam qui de luce, quamuis parum, sunt aliquid philosophati; neque hæc dubia attigerunt, neque eorum solutionem vllam attulerunt, & in dubio alio sunt versati. hoc scilicet. An lux, quæ in Sole, quæ in astris, & quę in igne cernitur, qualitas sit simpliciter? an qualitas quędam fere diuina? an etiam qualitas prima, primi corporis cœli? Qui primum, terrestrius: Qui tertium cœlestius. Qui medium, diuinius pronunciarunt. Omnium pessime, qui lucem, colorem esse affirmarunt. In genus ergo qualitatis, eam omnes coniecerunt. Quia forte viderent, lucem in ignibus esse variam: eamque omnem, minorem esse quam in astris. Quorum itidem aliqua, minimam haberent. In Sole vero esse maximam. Hęc autem varietas, in substantias, non est eis visa, cadere posse. Cadere autem posse in accidentia, & precipue in qualitatem, quæ magis recipiat, & minus. Sed vtrumq; errore maximo. Nam accidentia reapse, & adesse subiecto, & ab eo abesse, eo seruato, possunt. At lux a lucido natura, a Sole, ab astris, ab ignibus, nec natura vi, nec vi humanæ cogitationis potest abesse. Neq; enim Sol, si non luceat, Sol remaneat. Neque sidera, ablata luce, sidera iam essent. Neq; ignis pereat esse ignis perseuerare & non lucere. Id si nequit fieri, lux neque accidens est vllũ, neque est in Sole, in astris, in igne, vt qualitas. Sed est ipsis pars essentialis. At Sol, & astra, & ignis, corpora sunt, substantiæ sunt. Ergo & lux, ad corpora eorum constituenda pertinet, & essentiæ eorum pars est principalis. Neque magis recipiunt lucis & minus, singula in seipsis. etiam si Sol maxime omnium luceat, & stellæ magis fulgeant quàm ignes: & ignis idẽ magis hodie lucere appareat, quàm cras. Idem pro materiæ ardentis, raritate & densitate, & copia & inopia euenit. essentiam tamen ignis, nequaquam mutat. Refert equidem D. Augustinus, ex M. Varrone, Castorem quendam historicum, testimonijs Adrasti Cizyceni, & Dionis Neapolitæ, nobilium mathematicorum, scriptum reliquisse, sub Ogyge: Veneris stellam nobilissimam, & colorem mutasse & magnitudinem, & figuram & cursum. Quod nec antea, nec postea factum est vmquam. Sub Iustiniano vero Cæsare narrant historiæ, Solem sereno cœlo, sex continuis mensibus, languidius luxisse. Ex quibus quis arguat, & in Venere, & in Sole lucem esse ac-

De Ciui. Dei. li. 21. cap. 8.

cideus. Si ita sit, verum non fuerit, lucem ad eorum essentiam pertinere, nec illa sine luce, esse non posse. At si hoc verum sit. Substantia magis recipiet, & minus. Vel qualitas nõ erit accideus: vel lux non erit qualitas, & si qualitas sit accidens, lux qualitas non erit, sed excellentius quiddam. Excellentius autem si sit qualitate, procul dubio fuerit substantia. At quæ substantia? Triplicem veteres fecere, materiam, formam, ex his compositum. Si lux Solis, siderum, ignium, substantia sit vt materia, & materia sola, ac nuda sine forma stare nequeat, & formę subijciatur semper, lux quoque alicuis subierit formæ. At cui nam formæ? Quæ ei scilicet superueniat: & eam intus, forisq;, quasi obuestiat. Nihil autem luci superuenire posse videtur, ita vt lux adhuc permaneat. Sin vero lux composita sit substantia, sit, materiam habere, & formam est necesse. At quænam materia tali subest composito? aut quæ forma inest? Sed ne cogitatione quidem id assequi videmur posse. Solis equidem & astrorum forte materia fuerit æther. Ignis materias videmus multas, sed nos lucis solius materiam vti compositæ substãtiæ, nunc quærimus. Eius quidem lucis, quæ in Sole est, quæ in astris, quæ in igne, materia forte alia nulla fuerit, quàm sol, & astra, & ignis. Atq; ita horum luces, aut æthera, aut ipsamet astra, solem, ignem, pro materia habebunt, & lux eorum forma erit. Atque hinc est, vt veterum nonnulli dixerint lucem, primam esse formam ætheris totius, ac Cœli. Quod quidem a Chaldæis venit. Neque enim solum in sole, aut solis sideribus dixerunt esse lucem, verum etiam eam vniuersum tenere cœlum, & cœli totius substantialem formam esse. Quæ lux, & quæ forma vniuersalis Cœli, sit etiam lucidorum omnium astrorum, & Solis efficiens causa. Quæ ab ea sint lucida, non tamen ipsa sit lux vniuersalis, sed ad corpora illorum singularia, partibus suis sit contracta. Lux ergo quæ in cœlo, quæ in astris, quæq; in sole est, substantia eorum est, non vt materia, non vt compositum, sed vt forma. Quod & authoritas magnorum sapientum autumat, & rationes dictant & iam allatæ, & eæ quas nunc addemus.

Si solis, & astrorum lux, composita sit ex materia, & forma quæremus, ea materia, ea forma, lucidæ ne & ipsæ sint, vel diaphanæ, vel opacæ? Si opacæ dicantur esse, quomodo tenebræ lucere poterunt? Si diaphanæ, quomodo, quod lucem propriam non habet, & quod est sæpe tenebris oppletum, poterit perpetuo lucere? Si id nequeat fieri, igitur & materia, & forma lucidæ necessario erunt, vel alterutra, vel vtraque. Si id detur, per lucem

lucidas eſſe eſt neceſſe. De hac ergo iterum quæremus luce, an ipſa ex lucidis ſit compoſita? Atque ita vel ex duobus illis, diaphano & opaco, neceſſe erit eam componi. (quod nemo dixerit) vel de luce, in lucem abibimus in infinitum. Quod itidem fieri nequit. Verius ergo fuerit, lucem in ſole, ac ſideribus, formam eſſe aſſerere. Formam inquam eam, per quam res ſit, & quæ rei det eſſe. lux enim ſolis, ſoli dat, vt ſol ſit: & ſine qua ſol non eſſet ſol, neque eſſe poſſet.

Idem de aſtris eſt dicendum. An vero etiam de ignibus, aereis, noſtratibus? Si rationibus demonſtretur, ſolem & aſtra, eſſe ignes, etiam de ignibus hiſce dicendum erit, lucem eorum formam eſſe.

Si aſtra & ſolem, ignes non eſſe demonſtratio valida oſtendat, noſtrorum ignium fortaſſe lux forma non erit: ſed vel calor, vel aliud quid, quod in eo ſit; vel etiam vtrumq;.

Sed hoc aliàs. Nunc de Sole & aſtris, vel etiam de ſole tantùm, donec appareat verum, an aſtra, propria luceant luce, an aliena?

Ergo in ſole forma hæc lux, in ſuperficie ne tantum ſolis eſt, & materiam aliam interiorem, extrinſecus obueſtit? An vero totum ſolis corpus penetrat intrinſecus & permeat. In noſtris quidem ignibus, lux, & extrinſecus totum veſtit, & intrinſecus totum corpus replet. Cur non id ſimilibus igni, aſtris, & ſole, idem eueniat? Quæ id res, quæ ratio prohibet? Ignes certe noſtrates, craſſam plerumque, & impuram materiam habent, attamen toti, quaquaverſum collucent. Multo id magis, in aſtris, in ſole, fiat eſt neceſſe. Idq; neceſſitate multa: ſi æther, aſtris ac ſoli, materia ſit, quem æthera primum diaphanum poſuimus, & diaphana tota, omnibus ſuis partibus pellucent. An vero, quia ſol, naturale corpus eſſe dicatur, materiam aliam, quàm æthera ſub lucis forma latentem habeat? Si ea materia, vt ignium noſtrarium craſſa ſit, & ignes hi collucent, & pellucent toti, qui ab ea impediri, & opacari videbantur poſſe, nihil vetabit id in ſole etiam euenire. Si vero materia eius, æther ſit, diaphanorum primus, multo magis pellucebit. Sin vero materia eius, famigerata illa quinta eſſentia dicatur eſſe, quæ non materia, verum tota cœleſtium corporum eſſentia, & dicta, & docta fuit; nihil itidem vetabit, ſolem totum, & intus, & extra collucere, & pellucere. Tota enim cœlorum eſſentia diaphana videtur. Si ſol, ſi aſtra, corpora ſunt ſimplicia, vt cœlum reliquum, materia ne eadem conſtabunt, qua cõſtat cœlum, an alia? Si eadem cur non vt cœlum, & ipſa ſunt diaphana? Cur non vt aſtra, vt ſol, cœlum quoque fulget vniuerſum? Si alia, purior ne ea eſt, an impurior cœleſti? Si impurior dicatur, ſol ergo & aſtra, cœlo ſunt præſtantia minus. At pulcherimæ ſunt, totius cœli partium. Pulcritudo autem in diuinitatis limine ſedet. Ergo, & præſtantior, & purior, ſolis & aſtrorum eſt materia, quàm ſit materia cœli reliqui. At quæ nam alia ea eſſe poterit, quam ipſamet lux, cœlo pulchrior, & fulgentior? Sed lux hæc eadem, forma erat etiam ſolis, forma, etiã aſtrorum. Ergo lux, vel duplex eſt, alia forma, alia materia. vel eadem vna, & materia ſibi eſt & forma. At lux ſimpliciſſima rerũ eſt. Non ergo duplex eſt, vt alia materia ſit; alia ſit forma. Vnica igitur eſt, ſibi ipſi & materia, & forma. Atq; hac quidem præſtantia, diuinas attingit eſſentias quàmproximè, earumq; eſt imago ſimillima. incorporeorum ſcilicet incorporea. Sed & corporea eorum eſt imago. Quia ſol & aſtra, trinè ſunt dimenſa, & mole maxima extenduntur. Ergo & corpora videtur eſſe. & lux eorum, corporum quoque imago eſſe. quia & ipſa trinè ſit dimenſa. Lux ergo & incorporeorũ, & corporũ ęque, ſimulachrum eſt & imago, & medium quoddam inter diuina incorporea, & corporum naturam. Sol igitur, & aſtra ſi hæc proprijs, ſi luce quoque ſolis luceant, mediæ quædam eſſentiæ ſunt, & ſubſtantiæ. Incorporeæ ſimul, quo ad lucem, & corporeæ quo ad dimenſiones. Cuius autem diuinitatis ſunt imagines? Lucis ſcilicet incorporeæ. A qua & factæ ab initio ſunt: & ab ea ſeruantur, & in ea conſeruantur; & ab ea veluti a proprio fonte, eoq; fulgentiſſimo, deriuàtur perpetua, & perenni quadam deriuatione, ſed oculis corporeis ob nimium fulgorem inuiſibili. Nihil enim hi, niſi corporeum diſcernunt. Deriuatio autem hæc, vti poſtea oſtẽdetur, per media quædam in ſolem, in aſtraq; deſcendit, a primiſſima illa luce, lucium fonte omnium. Quæ quamuis infinita in ſe ſit, eo ipſo quòd finita non eſt, a finitis oculorum viribus, non diſcernitur. Sicuti etiam ſolis finita lux, oculis nullis, vel extrà, vel intra diſcernitur plenè. Qua ratione, ſolis finita lux, infinitæ primæ lucis, ſatis plena eſt imago. Infinita enim illa, infinitarumq; virium, finitam hanc, infinitarum tamẽ prope virium, ad imaginem ſuam produxit. Eamque præter vires lucendi, & producendi, duplici aliã præditam infinitate protulit. Figuræ nimirum orbicularis. In qua, nullum principiũ, nullus finis. Et centri, cuius itidem, neq; principium, neq; finem (quæ eſt infinitorum proprietas) reperias vllum. Et præter hoc; centrum, quamuis rerum ſit minimum, eſt tamen infinitum. infinitasq; ex ſe vires ad circumferentiam emittit.

Qua ergo centrum, & infinitum & immenſum,

sum,& suas vires infinitas,tametsi non immẽsas: ad infinitum, etiamsi non immensum,sui orbis superficiem protẽdit. & extra eam quasi in infinitum, suæ lucis propaginem aliam,lumen scilicet in immensum, ac forte in infinitum porrigit ad eam, & vltra eam, quæ putatur, supremi cœli, superficiẽ in infinitum forte spacium,quo ea superficies ambitur.Sed de his postea. Lux igitur corporea, varie infinita,infinitæ illius simpliciter incorporeæ,& verè infinitæ, verissima est imago. Alia re forte nulla ab ea degenerans, quàm quod per dimensionem trinam, corporea euadit, finita simul & infinita.

Quid autem vtraq; est? Fulgor nimirum. Ille mẽtalis, & intelligibilis,& simpliciter incorporeus. Hæc vero, inter incorporeum & corporeum,medius visualis.At fulgor,iterum quid est? Forte non aliud dicere eum poterimus, aut significantius, quàm candorem? Ita vt fulgor maximus, sit etiam cãdor maximus. Candor quoque medius, & minimus, fulgor quoq; fit, & medius & minimus.

Certe, solem esse fulgorem, oculis cernimus. Hunc vero fulgorem, esse candorem,quomodo probamus? Oculis itidem eisdem. Sed illum,fulgore ipso oblæsis: hunc vero læsis nihil. Si quis enim per nubem tenuem,oculos in Solem dirigat,cãdorem maximum, & qualem in re alia forte nulla, intuebitur. Si quis vero sereno aere, nõ lippus,in eundem solem visum intendat,candorem eundem,sed fulgẽtissimum,& quem visus non sustineat, conspiciet. Itaq; is,qui inter veteres,solẽ esse flauum dixit,eum vel nunquam,vel lippis oculis aspexit. Est enim candidissimus. Candorem hunc solarem lucem appellamus. Candor hic in sole, purissimus est, a macula omni a nigrore omni, atq; alio colore procul positus. Et quia talis est candorum ac lucium corporearũ omnium,etiam est maximus. Ibi enim,ratio dictat,esse candorem maximum, vbi nihil est nigroris. Candor igitur in Sole, est simplicissimus. Ideoq; fulgentissimus, ita vt fulgentior, non videatur esse posse.

Itaq; candor, & fulgor non solum vti diximus in solis superficie apparet. Sed in intimo quoq; solis corpore,eum esse ratio suadet.Nisi enim fulgor in intimo solis esset,sol,totus,lux non esset. & nigrorem haberet intus. Qui nigror, a candore necessario, vel seiunctus esset, vel ei coniunctus. Si seiunctus esse dicatur,vel interstitium aliquod, vel terminus inter eos intercederet. Interstitium omne alieni est corporis. At solem,nec sensus indicat, nec ratio ostendit, ex suo, & alieno corpore, esse conflatum. Terminus vero, quales in luna conspicimus plures, in sole visus est nunquam.Neq; eo quo minus splenduit tempore Iustiniani. nec quando eclipsim patitur. Nec sensus igitur, nec ratio ostendit in sole candorem esse a nigrore vllo separatum. At neq; coniunctos esse indicant. neq; commistos, neq; foris,neq; intus contemperatos. Nullus ergo nigror, vel apparet, vel est in sole. Ergo sol totus est candor. Ergo, & foris ei candor est & intus. & qui foris apparet candor, idem est cum eo candore,qui solis viscera,& tota,& omnia replet. Et eadem lux interior est soli, & exterior. Imò,quod ex his rationibus colligitur; sol & candor, & fulgor, & lux, nimirum corporea,& corpori innata,vna eademq; sunt res. Neq; exterior,(quod quidam voluerunt) imago est interioris. Neq; interior fons est exterioris. sed vnum & idem sunt reipsa; partibus tantum sui, & lucis dissita.

De astrorum vero luce,forte non est ita sentiendum. Namq; est ab Astronomis obseruatum,de tanto stellarum numero,quinque esse nebulosas. obscuras nouem. Habent ergo hæ, nigroris in se non parum. sicuti & luna. Reliquas vero,quę clare lucent,eiusdem sunt cum sole rationis. Nimirum vnaquæque, & stella est, & candor, & fulgor, & lux, vna eademq; res. Sed quia non omnes,eadem luce lucent; neq; eodem candore fulgent: sed lucibus ita inter se differunt inuicem, vt singularum luces, specie videantur a singulis aliarum lucibus distare: necesse est in lucibus earum nigrorem aliquem, aut colorem alium esse admistum. minore & maiore copia prout lucium claritas, vel maior est, vel minor. Aliæ, quæ clarissimæ visuntur, vt Venus,vt Sirius,vt Spica, vt aliæ quæ primæ dicuntur esse magnitudinis,& quæ ad polum Antarcticum, ex neotericorum nauigationibus,fulgentissimæ omnium,crucis figuram formant, nullum nigrorem,neq; intra, neq; extra habere est necesse. Sed de hac lucium syderearum differẽtia suo loco agetur postea. De luce ergo corporea, cœlestiq;. (Nam de ignea suo loco)hæc nobis dicta sunto. Quæ, ni fallimur, neque veteres, neque neoterici vlli philosophi, aut attentarunt, aut attigerunt; rei lucentissimæ, nimia, vti remur, deterriti obscuritate.

FINIS PRIMI LIBRI.

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER SECVNDVS.

DE DIAPHANO.

TRIVM generum corpora, in vniuerso esse diximus, Lucida, Diaphana, & Opaca. Lucida ea esse, quæ lucem habent ingenitam & perpetuo sibi hærentẽ. Lucida enim omnia a luce sunt, & nominantur. Sed addidere optici, lucida corpora ea esse, quæ sunt sui luminis diffusiua. Quod sicuti optime dixerunt, ita lucem eis esse innatam videntur esse obliti. Integra ergo lucidorum corporum fuerit deffinitio. Lucida corpora esse quæ innatam habent lucem, ex qua lumen diffunditur. At quæ in loca, & quo versum, lumen hoc diffunditur?

In corpora generis secundi, & generis etiã tertij, diaphana, & opaca, & in lucida quoque generis primi. Sed in omnia proprio quodam modo; & conditione non eadem in omnia. Ad opaca enim & lucida, non peruenit lucidorum lumen, nisi prius trãseat per diaphana. & postquàm eò peruenit, diuersos in vtroque edit effectus. De quibus locis suis. Nunc de Diaphanis. Optici ijdem, Corpus diaphanum esse, per quod lumini est transitus, diffiniere. Opacum vero, per quod lumini non est transitus. Recte quidẽ hęc. Sed nos planius in hunc modum Lucida & opaca corpora inter se cõtraria esse asserimus. Diaphana vero inter hæc extrema esse media. Hæc diuersitas in eo cõsistit, vt sicuti lucida corpora illa, sol, astra, ignis, lucem sibi inexistentẽ habent, vel lux ipsa corporea sunt, ita opaca corpora, sui natura sunt tenebricosa. & sicut lucida a luce sua, lumen diffundunt. ita opaca ab obscuritate innata, tenebras extra se effundunt. Diffundunt ergo vtraq; extra se, veluti germina quædam sua, & suarum naturarum, quasi testimonia, lucida lumen, opaca tenebras. Diffusio autẽ vtriusq; in vna fit diaphana. Quę nec lucida sunt, nec opaca. Inter hęc vero extrema veluti mediũ posita diaphana, vtriusq; extremi germina in se recipiunt per vices, æque tenebras ac lumina. Tria specie fuerunt lucida, sol, stellæ, ignis, vnum participatione: Ignea. Tria specie sunt, & opaca, luna, nubes, terra. & quartũ participatione terrea. Totidem sunt, & diaphana, æther, aer, aqua. & quæ hanc participant, aquea. De lucidis, & luce iam est actum. De opacis postea. Nunc de diaphanis, breuibus agamus.

Diaphana Græco nomine, dicta sunt hæc corpora, quoniam διαφαίνει transparent. ita vt per ea lux cernatur, & lumen, & colores; & visus etiam per ea transeat. Ideoq; Latinis, & transparentia, & trãspicua, & perspicua, a meliore officio sunt appellata, lucis inquam & luminis vehendi, atq; oculis representandi. Nã non minus, quam lucẽ & lumen, tenebras, atq; obscuritatem, & vehunt & representant. Sed de his suo loco, nunc meliora. Dubia res apud veteres, nec minus posteris seculis, an diaphana corpora per se essent luminosa, vel per se essent obscura. & tertio dubio, an per se sub visum caderent? & per se essent visilia æther, aer, aqua. Quęstiones sane, non faciles solutu. Peripati magister docuit lumen esse energiã, & entelechiam diaphani. Vtræq; hæ voces, solent illi essentialem formã significare. Si id ita esset, lumẽ esset diaphani forma essentialis. At singulis diebus, & singulis sæpe horis, aer & aqua, vmbris, tenebrisq; obruuntur. lumenq; amittunt prsus. Quod esse talibus nullis formis accidit, vt & adueniãt, & recedant, & etiã reuertantur. Si vero energia hæc ad visum referatur, vt sine eo, visilia nõ cernãtur, & cum eo cernãtur rursum, verũ forte id fuerit, quoad colores, qui lumine in diaphano existẽte, cõspiciuntur, atq; ita per lumen diaphanũ, coloribus & visui fieret diaphanum, nõ autẽ per se in sui natura consideratum, lumen est diaphani energia vel actus essentialis. Nõ ergo nos docuit, aut quid lumen esset, aut quid sit diaphanum. Sin vero e contra, diaphana per se essent, & essentialiter obscura, lumen recipere nequirẽt; perpetuo namq; tenebris obsiderentur. Diaphana ergo, non sunt sui natura

vel luminosa, vel tenebricosa. Verum cum & lumen, & tenebras, æque in se suscipiant, media quadam prædita esse natura est necesse. Vtrum autem diaphana sui natura, per se sint visibilia, maior forte fuerit difficultas. Namq; si verum sit, quod Peripati pater scripsit, colorem esse primum visile. & color sit diaphani terminus, poterunt diaphana videri, esse visibilia. Sed triplici hac in re, vir a suis tam adoratus, labitur errore. Neque enim color est primum visile. Neque color est terminus diaphani. Et præter colores, lux, & lumen & contrariæ tenebræ, & vmbræ, sunt visibiles. Vmbras enim ferè semper cernimus, tenebras sæpe. Eas enim cognoscimus, quod nemo negat. sensu tamen non alio quàm visu, quod omnes fatentur. Visiles ergo, & tenebræ sunt & vmbræ. colores tamen nō sunt, neq; visuntur per colores. Imò e contra, colores per tenebras non visuntur. Lucem autem esse visilem, quis dubitet? quando & in lumine, & per tenebras cernitur. Neque color est, diaphani ætheris, vel aeris, vel aquæ terminus. quæ sui natura quatenus diaphana dicuntur, sunt interminata. Neque color est primum visile, quia per se non est visilis. Per vmbras enim densiores, per tenebras etiam cerneretur, sicuti lux. At in tenebris color non videtur. Non est ergo color primum visile. Neq; est visile per se. quando non nisi per lumen visitur. & luminis beneficio visilis redditur. sicuti obscuritatis maleficio redditur inuisilis. Sed hunc in philosophia errorum omnium patrem, ommittamus.

Primum visile est lux, quando etiam per tenebras, quæ alia occulunt, videtur, & stellæ, & ignes. Secundum visile, lucis proles, radij sunt. Tertium, radiorum proles lumen. Quartum colores luminis progenies. Quintum vmbræ. Sextum obscuritas. Septimum tenebræ. Hæc postrema tria, per se visuntur, longe prius, quàm colores, qui non nisi in lumine visuntur, & per lumen. Nō sunt ergo per se visiles colores, nec primo, sed per aliud, vt qui in vmbra etiam visuntur, non tamen in tenebris visuntur.

Alia illa quæstio. Sunt ne diaphana sui natura visibilia? Si sui natura viderentur, vel luces essent, vel radij, vel lumen, vel vmbræ, vel obscuritates, vel tenebræ, vel horum aliquid haberent innatum. At horum nihil sunt. Neq; horum quicquam innatum habent. Visilia ergo per se non sunt. At vtrum per horum aliquod fiunt visilia? Visitur ne æther? Cernitur ne aer, vel aqua? Si lumine vidētur, non per se vidētur. Si in lumine cernuntur, sui natura nō cernuntur. At si lumen per se nō videtur, neq; diaphana per se visentur. Lumen antē per se non cerni, indicio adducunt, quòd in aere nō discernatur. In terra, in pariete, opacis omnibus cernatur. Si hoc ita sit, lumen per se nō uidebitur. At in æthere, uisitur, quia semper apparet luminosus. In aqua quoq; uisitur, in crystallis, uitrisq; uisitur. Cur ergo & in aere non uisatur, quādo & aerē, sicuti & æthera & aquam, & aquea reddat illuminata, & opaca illustret? Visitur quidē in his omnibus lumē. Verū in opacis discernitur magis, quia in eo multiplicatur repercussu. An uero aer, quādo est lumine plenus, per lumen uisitur, non uisitur per tenebras? Siue potius aer, neq; illuminatus cernitur; sed lumen in aere uisitur, siue aer in lumine? Potius enim uideri possit, aer esse in lumine, quàm lumen in aere, quando quod maius atq; amplius es[illegible] loci rationē obtinet: minus uero & angustius, qualis aer est, loci uices tenet. At longe quàm aer, lumen amplius est. æthera enim implet, & aquam, quæ aeres non sunt, & aerē continent. Opacam etiā lumen ambit Lunam, terramq;, & nubes operit. & intra eas non raro penetrat. Quid ergo, siue sit in aere lumen, siue sit in lumine aer, dicendum ne erit, aerem uideri? Per se quidem cerni non uidetur, quoniam dum sine lumine est, non uidetur. si uidetur illuminatus, non per se, sed uidebitur per lumen. Si uisilis per se esset, cerneretur, sicuti lux, etiam in obscuro. An uero aer, sicuti color est qui in tenebris non cernitur, cernitur in lumine? Et eò deuoluetur quęstio hæc, ut iuxta Stratonis physici sententiam dicatur, aerem, & aquam, & terram natura esse alba, quia simplicia sint corpora? & ut colorata sunt cernantur, quamuis non nisi illuminata? At alba quę reuera sunt, quamuis non in tenebris, in obscuro tamen visuntur, colores alij non uisuntur. Aer & aqua, si alba essent, in obscuro cernerentur. At non cernuntur. Non sunt ergo alba. Si non alba sunt reuera, non saltem album sit eorum οἷον χρῶμα, ueluti color? Si ita esset in eis albedo, ueluti color, eandem cum lumine haberet proportionem. At lumen, & conspici uidetur, & in causa esse, ut alia conspiciantur. Albedo hæc, neq; conspicitur in diaphanis, neq; in causa est, cur uel ipsa diaphana, uel alia per ipsa conspiciātur. Non ergo albedo, in diaphanis, uel uti color est, uel tamquā color. Cum ergo aer colorē non habeat, neq; lucidum corpus sit, nec tenebrosum, nō uidetur posse per se uideri, neq; esse uisilis. An uerò, eodē modo alia diaphana non sunt per se uisilia? Sane æther, nequaquā est cōspicuus. Sed huius rei, duplex potest esse ratio. quia scilicet, & procul est a nubis; & quia ab aere occulitur. His addatur, ratio tertia quia sit maximę, & raritatis, & tenuitatis. Quibus, cum minus credatur præ-

ditus esse aer, & aer non cernitur, multo minus cernetur æther. Quid ergo illud est, quod oculis clara die in cœlum sublatis, fornicis instar cōspici videtur, cœrulei coloris, aer ne ille est, an æther? Cœruleus quidem color, inter nigricantes vti postea apparebit est numerandus. At nigror re vera omnis est ab opaco: in æthere vero nulla est opacitas, vt ab ea cyaneus ille color esse, possit dici. Qui ergo ibi apparet? An aeris profunditas, eam reddit apparentiam? Ita videtur. vt scilicet in magna distantia, ob multarum sui partium interiectionem, ac mutuā subitionem, opacitatis aliquas sumat vices. Hoc enim proprij muneris habet aer, vt longo sui internallo res etiam colratas, & bene visiles, & in claro lumine obtegat, sano etiam atq; acuto visui. vt illę nempe minimè cernantur, & ipse appareat vmbrosior. Hæc vtraq; opaci corporis sunt propria, non autē diaphani. Partes ergo aeris multæ, quamuis omnes, lumine æquè collustrentur, inter obiectum, & visum interpositæ, veluti densitatem quandam induunt: Atq; ideo in perspicuo corpore contra sui naturam, opacitatē aliquā efficientes cœruleum illum, vel cyaneum colorem repręsentant. Cur autem in fornicis modum visitur? Quia circumquaq; ab æquali interuallo, oculos nostros incurrunt quasi in centrum, partes illæ aeris omnes, opacitatem eam referentes. Hanc ob causam opacitatem in aere efformari, ob partium videlicet multiplicationē & subitionem testimonio sunt diaphana omnia, quæ nobis sunt præ manibus. Nā si quis duo, vel vitra, vel crystalla, vnum alteri superponat, opaciora efficiētur ambo. Luminis enim penetrationi, ac pertrāsitioni pręcludunt viam, magis quam prius. quando vna tantum erant. Si tertia vel quarta adiunges, opacantur etiam magis. Et quanto plura superposueris, tanto effeceris opaciora. ita vt tādem, & lumini negent transitum, & visui, & colori. Omnium ergo diaphanorum, eadē hac in re est natura, vt partium multiplicatione ac subitione, opacitatem vel sentiant, vel efficiant. Nam maria quoq; idem patiuntur, si vera, vrinatores vnionum, in orbe nouo referunt: Solis radios, non nisi, ad certam profunditatem, fundum illustrare. Vbi altius sit mare, nō illuminari. Quin statim aqua, in vitreo vase paruo, lumini ac visui dat transitum liberiorem, quàm si maius vas fuerit. In lacubus quoq; ac fluminibus, etiamsi limpidissima sit aqua, minus, quæ sunt in fundo visu percipimus, si alta; quàm si breuior alicubi fuerit aqua eadem. Magno ergo interuallo, limpidissima diaphana vel opacitatis rationē subeunt, vel reapse redduntur opaca. Ita vt & visum rerū adimant, & lumini transitum præcludant. An vero æther, & ipse sit huius modi, nec negauerim, nec affirmauerim. Tam enim a nobis procul positus est, vt visus noster, eò non pertingat. Satis illud cōstat, stellarum luces, a nobis per tenebras etiam cerni, & lumina Veneris & Lunæ, vsq; ad terram peruenire; aere lumine solis apud nos vacuo. An vero, eadem ætheris, vel profunditas, vel opacatio, luces stellarum infra sextam magnitudinem, nobis occultet, in incerto est. Nulla enim orbium, (si orbes sunt) opacitas sui dat sensum. Vel etiam potius aeris est ea opacitas, quæ nobis visum stellarum æstate adimit, quæ hyeme, noctibus serenis, infinitæ ferè numero visuntur? Vel vaporum id vitium est, qui aerem implēt, & visui nostro se se opponunt. hieme vero liberum aerē relinquunt, cum nulli ob porous, terræ frigore constipationem, attollantur. Quid ergo concludendum? Omnia ne diaphana sunt inuisilia? an vero visilia? Et si visilia sunt, per se ne, an per accidens sunt visilia? An vero pars eorum visibilis est? pars alia inuisibilis? Omnia quidem in tenebris, in obscuro, in vmbra densiore, innisilia sunt, In vmbra vero clariore ac lumine, visilis est eorum pars, vitra atque crystalla. Idque quia solida sunt, soliditas autem omnis est a terra. Terra autem omnis colorata? Pars vero alia inuisilis æther, & aer, luce carentes. Aqua vero, inter duo illa & duo hæc, medium quoddam videtur esse. Inuisilis videretur esse; nisi fundum cui supernatant mare, lacus, flumina, subesset. Ex cuius repercussu, indicaret, ibi aquam esse. Visilis vero etiam videtur aqua esse, quoniam vrinantes, & infra se fundum versus: & supra se versus aerē, vident aquā. Quod & nos pueri, sumus experti sæpe.

Sed & nocte obscura, aqua videtur conspici, vbi remi, & remo nauis eam secant. Innumeras enim veluti stellulas lucentes excitant per aquam, & in superficie, & sub ea cursitantes, & salientes. perq; eas, & circa eas aqua conspicitur, commota. At hæ non indicant aquam per se visilem esse. Non enim nisi luciditatis illius apposiru, ac comparatione videtur cerni. Per accidens ergo cernitur. Per se etiam cerni videtur, ea quæ urinantibus superstat. Cernitur enim, non contra opacum, ut inferior contra fundum, sed contra diaphanum aera, eumq; illuminatum. Et guttæ imbrium, contra partem aeris serenam per se uisuntur. Est ergo aqua, & per se uisilis, & per accidens. Vitra, & crystalla, quia cum duritie ac densitate, opacitate quadam sint induta, per se uisilia sunt. Aer autem & æther, in dubio adhuc sunt, an omnino uisilia sunt. De aere quidem ita uidetur statuendum. Quia propè nos positus cerni ac discerni non uidetur,

Aer cernitur pcul & per accidens.

videtur, eum per se esse inuisibilem. Et si in fornice illa cœrulea cerni, dicatur procul po sita, non nisi procul cerni dicetur. Idq; per accidens, quando non locis omnibus conspicitur. Non est autem mirum, aerem atq; alia diaphana, ab opacitate libera, non cerni. Sensio enim nisi rerum a sentiente diuersarum est. Aer vero diaphanus est, & cornea oculi diaphana. humores eius tres, aqueus, crystallinus, & vitreus diaphani omnes sunt; eiusdemq; cum aqua, crystallo, vitro, & naturæ & diaphanitatis. Non ergo, quæ intra sunt, ea quæ extra sunt, sibi similia, sentient, nisi hæc diuersitatem aliquam acquirant.

De æthere vero nihil dixerimus. Altitudine enim sua, & sensum fugit, & iudicium. Spiritus enim, per quem anima videt, ætherens & ipse est, & ideo diaphanus. simile ergo sibi non sentiet. & nisi astra luce sua se proderent, sensus, nihil ibi esse, cognosceret. Diaphana ergo sui natura, inuisilia sunt, ea nimirum quæ sunt rariora. Quæ vero densiora sunt, vt aqua & aquea, sunt quidem visilia, quia visus & ea densitate refrangitur, & opacitatis aliquid in se habent. Illud quæstioni aeris addamus. Quando in lumine tingitur coloribus, viridi, rubeo, croceo, alijs, visilis ne tunc ipse fit? an colores tantum in eo visuntur? Si colores tantum, ipse sicuti erat sui natura, inuisilis remanet. Si per colores ipse quoq; visitur, non per se, sed per eos videbitur, atq; ideo per accidens cernetur. Species autem, rerum obiectarum quas visiles quidem, sed intétionales vocant, si in aere sunt, & non forte in lumine, visiles illæ quidem, sed per eas aer, nequaquam cernitur. Et si cerneretur, per accidens cerneretur, quando non suis, sed illarum viribus conspiceretur. At vero, non in aere illæ sunt, sed in lumine, in cognata, scilicet re. potius, quàm in aliena. Colores enim omnes lucis sunt progenies, sicuti & lumen. A cognata ergo re, facillime excitantur. In eamq; insiliunt lætæ, vti per eam visantur. Ab eaq; læ tanter recipiuntur, vt non torpeant, sed suum munus obeant, visioniq; se se exponant. Et si quis eas in aere esse dicat, non quidem id negabimus nos, sed aiemus per accidens eas ibi esse: quia in aere lumen fit, vel aer in lumine. In quo lumine ipsæ sunt primo. Idq; indicio patefieri, quia in aere si lumen absit, non videantur. si adsit illico, adsunt & illę, ipsiq; miscentur, vt & propè, & quadam tenus procul conspiciantur. Quid vero in causa est, vt & vitra, & crystalla, & aqua, quasi specula quædam essent, speciem visilem referant ac reflectant. Corydon enim ille, Nuper se in litore viderat, dum placidum ventis staret mare. Neque id solum, sed eas species reddunt viciniores; quamuis de longe veniant. Quales etiam, stellarum species faciunt, dum eas nobis prope positas ostentent. Id quidem inde fieri credam, quòd reflexio ea, non ab ipso diaphano per se fiat, quamuis illuminato. Sed quoniam ab opaco, quod aquæ subest, quodq; speciei illi, sicuti & lumini, non dat in se tran situm, speciem; sicuti & lumen a se reijciat. Illa reiecta, a reijciente refugit, ex eo tamen non exit. Atq; ita in sublimi suspensam se se ostentat. Idq; clarissime apparet in peluí aqua plena. Nam species quæ in fundo ab opaco redditur, sublimior visitur, & ferè in superficie. Stellarum autem species vicina eadem ratione apparet, quia in tenebris, quę opacitatis terręæ sunt proles, a terra reflexa sistitur, ac vicina visitur. Idem, eadem ratione sit in vitris, atq; crystallis, quæ quamquam diaphana sui natura sint, opacitate tamen vti ostendimus non carent. A qua species relata ad superficiem diaphani, quod in eis est aduolat, ibiq; se se ostentat. Quæ res & in speculis, ea ipsa ratione euenit. Composita enim sunt, ex diaphano atq; opaco. Ab hoc species resilit, in illo apparet. Quæ si in aere, eodem pacto dum est in lumine, oculis occurrit, a partium multiplicatione, quæ densitaté & opacitatem induunt reiecta, in lumine quod in aere est, se se ostendit. In quo lumine & in speculis, & in vitris, & in crystallis, & in aqua, quasi in suo solio læta sedet. eo abeunte, tristis emoritur. Concludamus, diaphana corpora, æthera, aeré, aquam, aquea sui natura esse media, inter lucida & opaca. Vtrorumq; horum proles, lumen & tenebras, ęque recipere. Et quę ab his, vel proueniunt, vel pendent omnia. Æthera & aerem non esse per se visilia. Aquea, crystalla & vitra per se esse visilia, nó quatenus diaphana, sed quatenus opacitatis cuiusdam sunt participia. A quam vero & per se inuisilem, qua est diaphana. & per se visilem qua opacitatem includit. Quatuor hęc, aerem minus, aquam magis, crystalla etiam magis, vitra quoque magis, multitudine partium atque earundem subitione opacescere. Eaq; opacitate, & colores, & species in lumine edere, atq; ostentare.

Aercolo ratus an cernatur.

Species in aere.

Conclusio.

FINIS SECVNDI LIBRI.

FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER TERTIVS.

DE RADIIS.



I quis in solis candorem illum, quem lucem appellamus oculos intēdat, lucem aliam ueluti secundam ex ea conspiciet emicare. Aliā inquā a sole, ac solis luce, quasi propaginem. Quæ ab ea quidem oritur, ab ea tamen non diuellitur. Inde quidem diffunditur, inde tamen non effunditur. Radici namq; suæ ac matri semper hæret. Germina, ramosq; a radice propagat. Qui ab ea, & ortum habent, & propagantur, & nutriuntur, & augentur, & conseruantur. Lux illa prima candidissima est. Candida est, & secunda hæc. Similis quidem primæ: a prima tamen dissimilis. Candore enim & fulgore, gradu est inferiore. Omne enim producens, præstantius est producto. Productum tamen semper simile est producenti. Prima illa lux unica est, & una, & in orbem acta. Secunda hæc multiplex, in ramos quasi & lineas innumerabiles diffita. Et illas quidem non longas tantum, sed & latiusculas, & in acutum abeuntes, & in conum desinentes. Easq; non nisi ortu iunctas, in progressu uero, interuallo distantes, minore quidem primò, deinde maiore. Atque hoc in causa fuit, ut optici: Radium, lineam esse luminosam definierint. siue radium esse, illuminationem per lineam rectam. Radios namq; Latini nominarunt, quos Græci dixere ἀκτῖνας. & radiationem, linearum talium extensionem & proiectionem ἀκτινοβολίαν. Cognouerunt enim & hi & illi, quamuis multi philosophantium non distinxerint, quod patet oculis, radios longe rem aliam esse a lumine. Vt pote, ubi esset radius, ibi necessario esse & lumen. Non tamen conuerti, ut vbi lumen sit, ibi etiam esse radium. Inter enim radiorum interualla illa quæ diximus, radij non sunt, lumen tamen ea replet omnia, & tota. Et radius quidem est lux secunda, a prima luce exiliens in rectum & in acutum. In rectum inquam & in acutum, sed non in lineam, ut optici. verum in pyramidem seu conum. Ita ut nostra sententia, Radius sit, fulgor a luce in conum promicans. & quasi lux secunda, a prima in eam figuram conformata. Lumen autem est lux tertia, tum a prima, tum a secunda emanans non in rectum progrediens, neq; in acutum finiēs. Circa radios namq; circumuoluitur, & inter radios semper plus distantes, omnem implet locum. Radiorum ergo ipsius contemplationem aggrediamur. Radius quid. Lumen quid.

Radios itaq; si quis nō nouit, aut a lumine differre eos non credit. (quam rem Peripatus, nec animaduertit, nec distinxit) si modo lippis non sit oculis, solem intueatur. & si totum nequeat, manu aut tabella opposita aspiciat dimidium, profecto conos fulgoris, quos diximus ab eo profluere cōspiciet rectissimos, longissimosque, candidissimos, rutilantissimosque. aliquando a medio etiam flauescentes; in radice simul iunctos, in progressu semper distantiores.

Similibus radijs stellas quoq; radiare est necesse. quoniam noctu, serenoq; cœlo, radiationē earum quadam tenus uidemus. Micant enim, & radios a se promunt, quāuis breues, & a se non multum digressos. Quod & in flāmis nostratibus, & ignitis anthracibus perspicimus; si noctu, nec propè, nec procul nimiū, sint a nobis positæ. Stellarum enim instar micant; & quamuis sursum sint flammæ erectæ, in orbem tamen quasi coactæ apparent radijs circumdatæ, & stellæ figuram representant. Anthraces quoq; præsertim quādo sensim extinguuntur, si aliquantulum ab eis distemus, in stellam posttemo apparent conformati. Sed lucernarum & candelarum euidentiores radios cernet is, longissimos & subtilissimos, si conniuentibus oculis eas aspiciat; ab eis circumquaq; emicatē intuebitur. Lucis ergo progenies radij cuncti sunt, quæcumq; lux ea sit, siue solis, siue astrorum, siue nostratium igniū, flāmarumq;. A cunctis enim hisce lucibus,

sui

sui radij emicant, tanquam lucis cuiusq; fons pulcherrimus. Suntq; ipsi lux secunda, & cum sua luce prima naturæ eiusdem. Sed quoniam solis radij, supra radios alios omnes sunt euidentissimi, fulgidissimiq; de solaribus radijs sermonem philosophando prosequamur, pro certo habeotes, aliarum lucium radios, eiusdē esse, non solum cum sua luce, sed cum solaribus etiam naturæ essentiæq;. quod postea patescet. Verum quia lucem omnem, docuimus esse substantiam, de radijs, lucis prole quid dicendum? substantiæ oe erunt, an accidentia? an species tantum, & imagines primæ lucis, & res vti vocant intentionales? Sunt quidem radij lucis primæ imagines & simulacra. non tamen vt species intentionales. Quandoquidem & per se lucent, & lumen emittunt, & formantur, & emicant, & calent, & calefaciunt. Quæ opera intentionalium non sunt, sed realium entium. Neq; sunt accidentia.

Radij an accidētia.

Nulli enim alienæ rei accidunt. Neq; a fonte abesse, aut ei adesse iterum quærent; Quæ natura est accideotium. A luce, ac sole discedunt nunquam, luci, soliq; semper adsunt. Neq; eos lux & sol, non prodere potest; neq; ipsi a sole nō procedere. Accidentia ergo luci ac soli, radij non sunt, sicuti nec filij sunt accidentia matri. Et si his accidentia non sunt, cui nam alij subiecto, vt accidentia inhærebunt cum nulli alij, præter quàm productrici luci inhæreaot? Diaphano ne, quod penetrant quidem & permeant, non tamen in eo, vel sistuntur, vel figuntur. An vero opaco, in quod per diaphanum inciduot? Sane vtriq; & diaphano & opaco accidere videtor. quoniam vtrique adsuot aliquādo; & ab vtroque etiam aliquando absunt. Sed quoniam in opacum non incidunt, oeqoe ei accidunt, aut ad id acceduot nisi prius per diaphanum transeant, de eorom in diaphanum accessione prius disputemus. Diaphana esse docuimus, æthera, aera, aquam, aquea. Radij stellarum, radijq; solis in æthere semper sunt, æthera continue illustrant, ab æthere exeunt numquam. Ætheri ergo accedunt numquam. Accidunt ergo ei numqnam. Radij ergo sunt æteris, & in æthere non suot accidentia. Quod ætheri non sunt, erunt ne aeri? Id videtur. Aer namq; vbi nulli adsunt radij, obscurus est. Radijs accedentibus, fit luminosus. Radij ergo, quoniam ex aere sæpe exeunt, aerem quoq; ineunt sæpe. sicuti ad eum accedont, & ab eo tecedont, ita ei erunt accidentia. Id ipsum & in aqua, & in aqueis contingit. His ergo radij erunt accidentia. At qualia nam eis erunt accidentia? vt qualitas forte? vt color? quod Peripati pater dixit. Verum qualitas ita subiecto inditur: color ita ei

Radij in diaphana.

infigitur, vt si a sobiecto auferantur, subiectum dent corruptioni. At radiorum abitio ab aere, ab aqua, ab aqueis, aerem, aquam, & aquea non corrumpunt. At qualitas & color corrupto subiecto, & ipsa corrumpuntur.

Radij vero, nec ipsi ab aere, ab aqua, ab aqueis pationtur quicqoam, aut corrumpuntur, vel accedentes, vel recedentes. Neque ipsi aerem, vel aquam, vel aquea corrumpnot. Neque hæc propria radijs subiecta suot. Neque radij in his vti in proprio sunt subiecto. Non sunt ergo radij diaphanorum corporū, aut qualitas, aut color. At neq; sunt eorum qoalitas: neque relatio, neque actio, neque passio, oeque tempus, neque locus, neque situs: neque ea habent ipsi: neque ab eis habentur. Nullo ergo de genere, radij sunt diaphanis accidentia. Verum non hoc forte est in quæstione: Num quia alicui accedunt, & ab eo recedunt, sint ei accidentia? Quandoquidem hoc modo, & substantiæ ipsę primæ, ita alicui accedunt & recedunt inde. Veluti nos, qui & Dalmatiæ, & Græciæ, & Asiæ, & Italiæ, & Galliæ, & Hispaniæ aliquando accessimus, & ab eis abscessimus: oeque tamen de substantia, in accidens sumus conuersi. Sed quærendum fuerit, an radij natura sua & essentia, de accidentium genere sint aliquo? An scilicet vt sint, necesse habeaot sustentaculo quoppiam, ac fulcimento cui innitantur, & in eo ita hæreant, vt eo subtracto ipsi pereant, & in nihilum abeaot.

Si res hæc recte perpendatur, non videntur radij subiecto vllo egere vt consistant, aut existant. Namq; si vllo egerent, cognato sibi potius, quàm alieno egerent. Et si hoc egerent, aereo, aqueoue non egerent. Cur ergo & in aera descendunt, & in aquam, in non propria scilicet subiecta? Si æthere solo proprio sustinentur, his alijs non proprijs sustineri nequeunt. His ergo alijs vt sint, nequaquam indigent. Si ergo neque his egent vt sint, neq; eis sustinentur, & in his tamen sunt quotidie, nulla eorum ope in eis sunt. sed per se sont in eis, & suis viribus in eis consistunt. Ergo aer, & aqoa, aquea, radiorum non sunt subiectum. Radij ergo & subiecto carent, & subiecto nullo indigent. Per se ergo stant, & per se sunt, & per se procul a luce, a soleque existunt. & per se coosistunt; & potius aer, aqua, aquea illis adsunt, & ab ei absunt, & sunt radijs accidentia verius, qoàm radij, aut accidentia ipsis fiot, aut per se sint accidentia. Nullo igitur modo radij sunt accidentia. Quid ergo, substantiæ ne erunt? Si subiecto non egent, vt sint, & per se substant & extant, & existunt, cui dubium eos substantias esse?

At

At cuius modi substantia? materia ne? an vero forma? an ex his composita vtrisq;? Composita substantia si essent, materiam haberent. Eamq; vel sibi propriam, vel cum alijs communem. At propriam nullam habent. neq; vllam cum alijs communem. Permeăt namq; eum æthera, quo Venus, & Mercurius, & Luna regnant: eorum tamen nullis immanent. Nam per ipsos in aera trăseunt sub luna proxime positum, seu is siccus & calidus sit, seu calidus & humidus. Neq; tamen in eis restitant. Inde in mediam aeris regionem perueniunt, non tamen in eo remanent. Ad infimum descenduut. neque ibi mansionem faciunt. Sed ex eo in aquas, in flumina in lacus, atq; in maria incidunt, eaque omnia, sicuti & supera transuerberant. & vt in superis, ita in inferis non permanent. Si solida corpora, crystalla, vitra, similiaq; inuadunt, eodem quo alia modo permeant. neque tamen ea pro materia sibi deligunt. De tot ergo materijs, solidis, fluidis, liquidis, tenuibus, nullam sibi propriam faciunt, nulli communi insistunt. Materiam ergo nullam habent. Neq; ipsi, harum, rei vlli materia fiunt. Neq; ergo compositi ex materia & forma sunt. Neque materia ipsi sunt, rei vlli. Ergo neq; materia sunt, neq; compositum. & substantia tamen sunt. Quid ergo, forma ne sola erunt? At si forma sola sunt, corpus nequaquam fuerint; neque substantia vlla talis, qualia sunt corpora. At rursus alio modo radij esse videntur corpora. Longi enim sunt & lati, & pyramis, & conus. Ergo trine sunt dimensi. Corpus ergo radij sunt. Flecti quoque dicuntur, & frangi, & resilire, a planis superficiebus. Hæc autem corporum esse proprietates, concedunt omnes. Corpora ergo radij sunt. Sed corpora, non elementalia, nō antitypa. nec quale corpus spacium est. Sed corpora sunt, spacio quidem densiora, rariora tamen rarissimis, aereo, æthereoq;, soleq; ipso, si sol æthereus sit, etiam puriora. si sol lucis suæ sit materia, radij autem sint immateriales prorsus. Sol quoq; motum suum, nō nisi tempore peragit: radij vero, per hęmispherium totum momēto porriguntur. At quo modo corpora sunt, si momento peruolant; motus autem corporum omnium fit in tempore? Quo modo etiam corpora sunt, si æthera, si aerem, si aquā, si aquea penetrant? An ergo corporum dabitur penetratio? Non dabitur, crassis & elementalibus, neque forte æthereis; neque eis dabitur motus momentaneus, sed excellentioribus, cur non dentur, & momentaneus, & pene tratio? Quamuis mens priscis, decantatisq; dogmatibus imbuta, non videatur id posse capere. Radij ergo, quia trinè sunt dimensi, corpora equidem sunt. Quia vero & corpora penetrant densa, & id momento peragant, incorporei sunt; materia prorsus omni carentes. Carentes etiam motu, quando momentum, motus dici nequear. Radij ergo, & corpora, & incorporei sunt, & substantiæ, & formæ simplices, non quales physicæ, materia vt sint egentes. Neque formæ, quales diuinæ, penitus incorporeæ & immensæ. Sed mediæ inter vtrasq;. Cum physicis, quatenus corpora sunt communicantes, & cum diuinis, quatenus sunt immateriatæ. Formæ inquam radij sunt & corpora simul, nulla materia indigentes, a se & in se substantes, & se se ipsas sustinentes, a fonte tamen suo non discedentes. Quid ergo, tertium quoddam entium genus, nunc in lucem prodit, veteribus ignotum? Quis vero id verabit, si per naturam rei ipsius conceditur, quod veteres, vel non viderunt; vel viderunt negligenter? Ita autem se se rem habere, tum essentia radiorum, tum vires, tum actiones etiam ostendunt. Actiones ergo radiorum, proprietatesq; singulas denuo perpēdamus. vt colligere possimus, eos vel neutrū esse, vel vtrumq;. Quales enim entium singulorum sunt actiones, tales quoq; eorum vires sunt, per quas actiones suas edunt. & quales vires cuiusq; sunt tales quoq; essentias, ex quibus vires oriuntur, & quibus hærent, necesse est esse. Hoc itaq; agamus primo.

Dixere, veterum, recentiumq; non pauci, a quolibet solis puncto radios prosilire. Si radij, lineæ tantum sint, rectissime dictum esto. A punctis enim lineæ trahuntur. Si vero radij, lati etiam sunt, quomodo prosilient a puncto? Sin vero profundi etiam sint, multo minus prosilient a puncto. Cur non a tota lucis latitudine dicuntur emicare? Cur non etiam a lucis profunditate? Si de lunæ radijs quæstio poneretur, quę nō tota est lux, & quæ partibus quibusdam lucet, alijs est obscura, locū forte haberet dubitatio. Sed quoniam in sole lux tota vniformis est, a tota potius solis superficie emicabunt, quam a punctis. Non quidem ab vna cuncti parte, sed a ꝓximis quisq; tanta, quantus ipse latitudine prima sua est. Ita vt qui radij, ambitum solis veluti coronăt, ab ipsius ambitus partibus promanent.

Hęc ergo prima esto radiorū actio, vt a solis tota superficie ꝓmicent. Secunda, vt a toto solis profundo emergant. Dictum est namque, intus quoq;, solis corpus totū esse lucē. Lucis autē naturale ac necessariū munus est, radios emittere. Ab vniuersis ergo solis partibus, particulisq; radios emanare, tū externis, tū internis est necesse. Quod in nostris flāmis etiā videm⁹. q̄ totę, intus, & extra, lux existūt. Nec vlla earū exterior pars est, q̄ interiorē, vel lucere

impediat

impediat, vel radios suos mittere non sinat, quamuis fumidæ aliquãdo visantur, & earum medium lycithus teneat. At in sole, nec fumus, nec lycithus est vllus. Emanant autem ab omnibus solis partibus radij, in tractus longissimos, ita tamen vt a sole numquam diuellantur. Neque vllum est temporis mométum quo non emanent. Neq; enim noctu, neq; in eclipsibus non emicant. In æthere solis radij numquam non fulgent. In aere fulgere numquã cessat qui a terræ vmbra, vel a nubibus fit liber. Itaq; in eis nulla est radiorum noua, emanatio. nulla noua propagatio. In inferiore autem aere, & terram ambiente, tenebrisq; terræ, aut nubium vmbris delitescentes, illico ac sol ex tenebris, aut vmbra se se exerit, emicant radij, mométo locumq; prius obumbratum illuminant, & quasi sui multiplicatione, atq; amplificatione gaudentes quaqua versus se se effundunt, eiusq; effusionis finem nullum videntur facere: & veluti lasciuientes sisti nesciunt. Quo fit, vt vel hemisphærium totum, vel eius partem aliquã prius obscuram, sua in omnes partes diffusione, impleant momento. & per eas quasi victores, ex sententia discurrunt saliuntq; omniaq; momento penetrant. Nullam in partem magis, quam in aliam inclinant, in nullam torquentur. sed rectissimarum ad instar linearum rectissime procedunt. Alij in circulum circa solem, lucem eius coronantes, ab eoq; profusi in conum desinunt. At cur non omnes vel longitudine, vel latitudine sunt æquales, quando ab eadem luce, & æque in omnibus partibus vigente, prodeunt?

Cur radij inequales sint?

Cur itidem ij, qui in ambitu, solem coronant, conspiciuntur? Qui autem recta visum nostrum feriunt, non visuntur?

Secundæ huius rei, causa in promptu est. Quia luce sua nimia, spiritus visiui lucem obruunt, ita, vt etiam non rarò lædant. vnde factum prouerbium. Excedens sensibile, sensum corrumpit. Prior illa difficilior quæstio, nisi dicatur, id non esse radiorum vitium; sed fieri aeris obscuritate aliqua intercedente, vel visionis nostræ debilitate. dum scilicet solem intuetur, candore illius hebetatur. Vt resumamus. Radij solis e luce sua semper emicant, tamquã luces aliæ prioris filiæ, eæq; innumeræ, & candidissimæ semperq; æthera atque aera, vsque ad impedimenta opaca, repletos tenent. Opacitate vel lunæ, vel nubium, vel terræ ammota, illico, momento temporis vsque ad terram illi poriguntur.

Quid vsq; ad terram dico? Si terra perspicua esset, vniuersam eam, vt vitrum transuerberarent. Sed qui in eam non incidunt per aera, e lateribus terræ positum, ad cœlos vsque oppositos protenduntur. Stellarum vero ob longinquitatem, ignium ob imbecillitatem radij non tam longe porriguntur. præter eos, quos Venus ac Luna iaciunt. Astrorum reliquorum, atq; ignium, pro magnitudine, fulgoris copiam ostentant. Hinc lucium vires variæ, & procul magis, & procul minus radios proijciunt. Vnde facta sunt opticis axiomata. Radios si a debili luce emicent, debiles & ipsos, esse. & tantum eos progredi, quantum lucis suæ vires iacere possint. Et quanto lux maior fuerit, & pro materia, ac copia validior, tanto radios longius diffundi, & tanto amplius illuminare. Tum etiam. Quanto, siderum, & ignium radij longius, se se propagant, tanto debiliores reddi: ita vt tandem vel in nitorem, vel in vmbrationem finiant. Debilitati, in diaphano interminato, terminentur. Hoc præterea radij admirabile habent, vt immota luce, vnde emicant, & ipsi immoti permanent loco eodem. A quo nulla, vel propria, vel aliena vi, vel pelluntur, vel depelluntur. Nec loco opus habent vllo, neque ipsi res inde pellunt, aut loco dimouent, neque ipsi a rebus loco dimouentur. Mota vero luce, ipsi vel eam sequuntur, vel ab ea trahuntur. Abeunte luce, abeunt & ipsi. Idq; momento. Moto diaphano, quod permeauerant, non sequuntur. Moto etiam opaco illuminato, in loco perstant. In quodcumq; diaphanum inciderint, siue tenue vt aer, siue fluidũ vt aqua, siue solidum vt crystallum, momento eodem, penetrant, illuminant, permeant, implent. At id varijs modis. Nam si in rarum & vniforme incidant diaphanum, qualis æther est & aer, liberi, vniformesq; & penetrant & permeant & in conos innumerabiles diffunduntur, & ad omnia diaphani puncta tum feruntur, tum latitudine ac longitudine sua, ea cuncta occupant: se seq; in singulis explicant, vt in omnibus cerni possint; non aliter ac flammæ in vniuerso, perque vniuersum aerem cõspiciuntur. Si vero in densius diaphanum, qualis aqua est incidant, debiliores fieri videntur. Quod & ex altis nauium puppibus spectatur. obscuriores nempe fieri, quo subeunt profundius. & testantur vrinãtes ad fundum maris eos non vbiq; pertingere. Si vero in crystalla incidant, si crassa sint, vix videntur ea permeare. Sin autem in vitra hæc serratilia, quæ non admodum sint vniformia, pro varia eorum densitate, aut raritate varias etiam suas luces, per ea transfundunt. Quocunque vero ferantur, non nisi recti, rectaq; feruntur, & iter suum pertendere non cessant. Et quo usque recta ipsa diaphana subire possunt, motum suum non sistunt, donec in obiectum incidant, quod subire nequeant, & in quo vel frangan-

frangantur, spargantúrque id quasi horrentes refugiant, & ab eo resiliant. Hæc autem opaca corpora sunt quæ diximus, luna, nubes, terra, terreaque. Lunam quidem, & terrea non penetrant, nec permeant. Nubem vero si rara sit penetrant: si rarissima etiam permeant. Sed per eam partesque eius minutissimas, in particulas, & ipsi fracti, languidiusculi transeunt, & minus efficaces, minusq; fulgentes. candore tamen suo, nubem candidam efficiunt. Densiorem autem nubem, & quæ iam aquescit, desuper penetrãt, albamq; reddunt: media vero, inferiorq;, nigra permanet, & in pluuias soluitur. Quod bis nobis contigit videre, in Cypri monte altissimo quem incolæ Trogodon appellant. & in Tarraconensi, in monte, quem vocant Serratum. Itaq; nubem radij subeuntes, sicuti ipsi fulgorẽ suum illi communicant, ita vicissim ipsi opacitatis suæ indui aliquid videntur, eaq;, infici, atque fœdari. Indeq; in nubibus, & iris fit; & ipsæ varijs coloribus colorantur. & dum id agunt, & patiuntur, fiuntque a se alij, & ex æquo cum opacis tum agere tum pati, colorem quem nubibus induunt induere, sumereq; ipsi ab eis videntur, & alijs colorari ipsi visuntur, tum nubium coloribus, tum etiam nostratibus, tum in opacis, tum in diaphanis corporibus.

Sæpe namq; si diaphana sint colore infecta, vt vitra, radij ea pertransseuntes, eosdem colores, præter vnum nigrum secum ferunt, phœniceum, viridem, croceum, rubeum, aliosque. quia lucis sunt progenies. Nigrum vero respuunt, atq; horrent, quia luci contrariæ opacitatis est proles. Eos vero quos ferunt, in diaphano ostentant; in opaco vero quod feriunt, non ostentant.

Sed magno miraculo nobis illudere habent volupe. vt scilicet a fonte procul digressi in diaphano lasciuientes, inter se confundi videri volunt. & iterum in opaco, distinctissimi apparere. Sed quis credat, rem incorpoream hanc, & corporeis nubibus immisceri, & corporeas qualitates etiam præter colores, alias secum vehere? Calorem nempe, & corporum passiones pati, & flecti & frangi, & resilire, & quasi retro agi. Sed de coloribus, & calore, suis locis exactius, nunc passiones hasce peragamus. Eas veteres, & neoterici omnes tum philosophi, tum optici radijs accidere & cognouerunt & sunt fassi. Recentior vero quidam de Peripato, ea omnia negauit. Rationem addidit, quia hæc, corporum passiones sunt. radij vero, seu lumen vt ipse loquitur, (differentiam hanc quoque ignorans) corpora non sunt. Non possunt ergo ipsi, vel moueri, vel percutere, vel flecti, vel frangi, vel resilire. Sed id apparet tantum,

An radij frangãtur & resiliãt.

dum per hos actus, nouum lumen momento generatur, vel a lucido corpore, vel ab illuminato alio. Sed ratio hæc omnis tollitur, quia ostensum est iam a nobis, radios corpora esse conica, incorporea tamen & corporea simul. Itaque quatenus corpora sunt, corporum passiones pati eos, non est mirum. Quatenus vero incorporei sunt, id quod, vel agunt, vel patiuntur, momento id vel agere, vel pati. Dicimus igitur, sicuti corpora dura, vi aliqua impulsa, si in corpora alia incidant quæ nec loco suo amouent, nec sibi in eis locum faciunt, vi eadem retro aguntur, ac resiliunt, vel integra, vel fracta. ita quoq; radijs accidere. Si vero illa percussione sua, loco priore dimoueant percussa, sibique locum ibi inueniant, motu inflexo eum occupant. Radij vero quia incorporea corpora sunt, & vi nulla, vel propria impelluntur, vel aliena; neque loco vllo opus habent, neque corpora ipsi percutiunt, neque a corporibus percutiuntur ipsi. neque ab vllo remouentur loco; neque alia locis suis dimouent: attamen & franguntur, & flectuntur, & a loco resiliunt, corpore locato minime dimoto. Id autem, vt plenè, & planè intelligatur, ita distinguamus.


Omnis lux, in se lucet, & a se relucet. A luce & lucido, relucent radij: A radijs lumen; A lumine splendor. A splendore nitor, vt paulo post docebitur. Relucentia hæc omnis, per emissionem sui fulgoris fit. Ideo a luce relucent radij. Radij vero, ad locum nullum, quem lux recta non aspiciat, relucent. Recti enim ipsi sunt, rectà tendunt, rectà diffunduntur. Atque ita dum diffunduntur, in locum rectà luci oppositum, necessariò incurrunt; qui sit, vel diaphanus, vel semidiaphanus, vel opacus. Semidiaphana nunc appellamus, diaphana densiora, vt aquam & aquea. Si radij per diaphana verè, æthera aut aerem feruntur, integri feruntur, vni, continui, validiq;, vno, ac simplici rectoque itinere, & læti & exultantes totum permeant, totumq; lumine, quousque licet implent. Licet autem donec vel in semidiaphanum incurrant, vel in opacum. Eò quidem vsque vnus, idemque conus rectus, quisque permanet. Semidiaphanum vero contingentes, partim flecti, partim frangi uisuntur. Vtroque modo, ex una linea, ut nunc ita loquamur, duæ aut etiam plures fiunt. Flecti quidem uidentur ea parte, qua semidiaphanum subeunt, uel totum, uel si sit profundius, quadam tenus. Ea enim radij pars, quæ aquam subijt, ueluti tenuis, inflexa relucet. Id optici perperam frangi, & refrangi appellauere. Non enim unus in duos frangitur, sed inflectitur in duos. Pars uero superior,

quæ

quæ aquam non subijt, ab eius superficie frangitur ita, si fuerit placida, vt resiliat etiam. Quod nos & alta maria nauigantes, & in Venetis canalibus, & in riuis & fluminibus obseruauimus. Si vero radij in opaca incidunt corpora, nulla sui parte, videntur ea subire posse. nullamq; reflexionis speciem ipræbere, sed ab ea tantummodo retraguntur. Idque duobus modis pro superficiei ratione. Quæ vel tersa est necessario, vel scabra. Si tersa fit, qualia sæpe marmora, metallaq; arte expolita apparent, radios incidentes frangit. fracta pars resilit, & alibi relucet in se integra non minus, quam ab aquę placida superficie, a crystallis, a vitris, atque a speculis, & a talibus ad talia delata relucendi finem facere nescit. Sin vero opaci superficies glabra non sit, in eam incidentes radij, non iam in secundam vnam, sed in multas franguntur partes. Quæ singulæ, ea fractione, languidiores factæ, nec tam procul resiliunt, nec tam fulgidæ relucent. Et præterea inter se cōfundi variè videntur. quòd sæpe, a terra, a praris herbidis, a muris, a tegulis fieri spectamus; easq; imminui sensim & deficere videmus tandem. Est & alia maioris, & minoris relucentiæ & resilitionis causa. Quòd scilicet radij si perpendiculares cadant, ad angulos rectos resiliunt. Si verò veniunt accliues, in obliquos abeunt. ita vt si acuti adeunt, acuti etiam discedunt. Si vero accedant obtusi, obtusi recedunt quoque. Summatim, ad quales angulos superficiem feriunt quamcumque, ad eosdem angulos etiam resugiunt. Et vndecumque resiliunt, in circulum ad eos angulos id faciunt; quoniam & ipsi conicam habent formam. Ad hæc illa quoque distinguamus. Opaca corpora, ad quæ radij accedunt, diaphanis densis, densiora esse. Ideo cum nullam radij partem in se admittant, tota eorum vis in illius superficie viuidior seruatur, quàm si radiorum pars, semidiaphanum subeat, pars in superficie maneat. Tunc enim in duo diuisi, prouerbio illi locum dant: Virtus vnita, fortior est diuisa. Atque hinc sine dubio fit, vt quæ pars subijt, debilior ea subitione facta, sensim elanguescat, & longius progressa, etiam euanescat. Quæ vero in superficie mansit, similiter dimidia facta, quarto gradu, languidior ijs est, duabus, quæ in opacum incidunt & resiliunt. Vtraque enim cum in se sit integra, quadruplices simul sunt, ad dimidiam illam, quæ in semidiaphani superficie remansit. Quod si aquæ fundum prope sit, radius subiens, ab eo repercussus quasi a speculo lamina subtensa, cum superiore parte veluti vnitus & fortior quàm prius factus, tamquam a speculo & resilit, & relucet. Ex qua duplicationis ratione facile est colligere, radios in se resilientes in perpendiculum, efficacissimos cum fulgore, tum calore esse. Proxime, qui acutiores angulos formant, quoniam vnitiores sunt. Tertio qui minus acutos. Quarto qui minus obtusos. Quinto qui obtusiores. Sexto tandem qui obtusissimos. quos ita debilitari aspicimus vt inualidissimi reddantur. Et quo magis ab incidentiæ loco abeunt, tanto sentiuntur, & relucere minus, & minus calere. ac tandem qui post hos sunt, in vmbrationem & refrigerationem desinunt. Sed dum existunt, quanticumque sint, aut relucendo, aut abeundo fiant, agere tamen suo ingenio, se se amplificando non desistunt donec tandem pereant. Addamus & hoc. Radios a quacunque re, quocumq; versus resilire. A luce, a lucidis, a se ipsis, a diaphanis, a semidiaphanis, & ab opacis; siue ea subeant, siue in superficie maneant. robustiores, ratione duplici esse. Contraria duplici minus robustos. vnione scilicet & copia: & contrarijs sparsione & inopia. Vniti quidem sunt, a luce proximi. vniuntur autem in causis. & in se refracti, & in transpicuis crystallis, & vitreis aqua plenis vasis. Qua vnione varia, copia ijs accedit maior. & ideo valentiores, & penetrantiores fiunt. Quando vero ab aqua placida, a speculis, a tersis resiliunt, veluti a luce altera, in politia illa existente, multiplicantur cognatorum accessione. Quod minime fit, si a scabris, & non nitidis resiliant. An vero fuerit verius dicere, radios, a re harum nulla, sed a seipsis tantum resilire? Nam sicut a lucidi luce prima, promicant ipsi lux secunda in diaphana, & in opaca; & ab ipsis lumen, tertia lux promanat. & a lumine lux quarta splendor: ita in loco, vt vocant incidentiæ & refractionis, si aliò reluceant, a seipsis relucent, ab obiectis illis diaphanis, semidiaphanis, opacisq; vel scabris, vel politis, adiuti tantum, vt magis, minusve vel frangātur, vel resiliant. Vt autem reluceant, non ab obiectis, sed a seipsis ac proprijs viribus habent, propria sibi luce secum semper circumlata. Atque ita fieri; vt hæc fractorum radiorum relucentia, propria eorum sit, & non noua lucis relucentia. Hisce expositis, quot forte ante nos nemo vmquam docuit, radiorum naturam atq; essentiam, ex viribus, ex actionibus passionibusq; proprijs in summā resumamus. Radios omnes, vt & solares, quoniā & longi, & lati, & corpus sunt, necesse est corpora esse. Necesse quoq; est eos corpora esse, quoniam colores ferunt ijsq; inficiuntur, & calorem secum vehunt, & flectuntur, & franguntur, & resiliunt. Nam hæc omnia, corporum sunt conditiones.

ditiones. E' contra, momento eos promicare, momento in immensum porrigi; momento se ipsis hemisphaerium implere totum. Momento tot maxima corpora, aetherea, aerea, aquea, liquida, solida, mollia, dura, raraq; densaq; & subire, & penetrare, & permeare, eos rem corpoream non esse, est manifestum. Alia ex parte, nullo eos egere, vel haerere subiecto, vt existant, & consistant, se se accidens non esse, palam faciunt ipsi. Cumq; nulli materiae coniungantur, nullique innitantur, vt esse queant, eos, ex eo genere formarum non esse, quae vt sint, materia egent sustentante, liquidò patet. Si forma sunt, quae materia non indiget, non sunt ex materia & forma compositi. Ergo forma erunt sola, per se stans, per se existens, se se sustinens; & substantia, elementalibus longe praestantior. Rursus, quoniam, & a luce oriuntur, & a luce pendent, luci haerent, luce egent vt sint, formae & substantiae sunt, minus praestantes quàm diuinae. Quae a corporeo nullo, vel ortum habent, vel salutem. Mediae ergo formae radij sunt inter naturales & diuinas. Et cum formae sint etiam corpora sunt. Sed corpora elementalibus diuiniora. & talia, quale corpus ferè est spacium. per quod primo effusi, & diffusi sunt. Trinè quidem dimensi, sed antitypia, & antetesi & obsistentia nulla praediti. Neq; enim ipsi vllo opaco corpori resistunt: neque eis diaphana corpora vlla obsistunt. Omnia haec ipsi penetrant, & permeant. & ab his omnibus, ipsi quoq; & penetrantur, & permeantur. Neq; tamen haec mutua corporum penetratio, impossibile creat vllum, aut inconueniens; quod sequi elementalia simpliciter corpora est veteribus demonstratum. De his diuinioribus corporibus, neque sunt locuti, neque ipsorum rationes, in his locum habent vllum.

FINIS TERTII LIBRI.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER QVARTVS.



DE LVMINE.

LVMEN Dei Opt. Max. ad res proxime condendas, viuificandas, alendas, fouendas, seruandas, & perficiendas, maximum atque optimum instrumentum, nullis penè philosophis benecognitum: mentem nostram philosophandi auidam, quô, & qua ducat methodo, perpendamus. Ipsumque ad sui ipsius indagationem nobis præferamus: & è tenebris, in quibus hactenus videtur dormitasse, eruamus. atque ad eorum philosophantium, qui in authoritatibus veterum, non obdormierunt, notitiam deducamus. Quò nobiscum per luminis cognitionem, ad patrem luminum, ac primam lucem ascendere; apud eum morari; ab eoque per rerum gradus descendere; iterumque per eosdem ascendere queant.

Igitur, lumen hoc quid nam est? Quotuplex nam est? Aliud ne est in cœlo, & aliud in aere, & aqua? Quas nam habet vires? Quas nam edit actiones? Quas nam patitur passiones? Quorum nam operum est opifex, in elementis, in cœlestibus, supra etiam cœlos? Vera ne sunt encomia, quæ de eo modò præcinuimus? Esse scilicet lumen Dei Opt. Max. Maximum, optimumque instrumentum? Hæc omnia sunt nobis singillatim philosophanda. Sed ante omnia lumen ipsum philosophemur.

Græci communi cum luce nomine lumen appellauere. Vtrumque enim φῶς dixere. Quod & Latinorum fecere quidam, lucem vtrumque, & lumen nominantes. Nos hæc superius ex rerum natura, ita distinximus, vt radios, a luce discerneremus: Modo lumen a radiis, si tamen res sint inter se diuersæ, dignoscamus. Sicuti eorum multa, quæ de radiis sumus contemplati, luci minime conueniunt, ita forte quæ radiis conuenere, lumini non conuenient. Neque enim lux, lucido corpori insita, uel refrangitur, vel reflectitur. Neque momento a sole emicat. Neque diaphana penetrat. Quę oĩa faciunt radij. Lumen autẽ, & radii, quomodo differant, ita perquiramus.

Lumen & radii, vel eadem res sunt, vel non sunt eadem. Vel partim eadem, partim non eadem sunt. Hanc ratiocinii necessitatem, nemo effugiat. Radios quidem docuimus a luce promicare, in conos lucentes, candidosq; inter se interuallis aliquibus distinctos exire. Si alius fulgor, quàm hic radiorum in diaphanis non effulgeat, proculdubio radii, & lumen idem candor erunt. Si vero fulgor alius, in conos non discretus, sed integer, & ea interualla teplens conspiciatur, radii, & lumen non idem candor erunt. Sed candores & fulgores, alius in lineas seu pyramides diffusus, alius in spacia latiora fusus, & quasi effusus. In ea nimirum, quæ ipsos radios disterminant alium ab alio, & in reliqua omnia post radiorum apices, quaqua versum profusus. Id autẽ non lippis oculis in radios intuentibus, manifestò cernitur. Hoc ipsum appellamus lumen quod alio magis proprio nomine Græci, & αὐγὴν & φέγγος nuncupauere. Duo ergo fulgores, inter se distincti sunt: radii scilicet fulgor in conum a luce profectus, & in cuspidem collectus. & lumen fulgor alter in latiora spacia fusus. Hoc quoque differunt, quòd radii fulgentiores sunt, & visum acutius feriunt, ac lædunt. lumen uero inter radios, minus fulget, & oculos minus lædit.

Sed primum illum fulgorem, e luce ipsa emanare ostendimus. lumen vero, secundus

fulgor, an etiam ab eadem luce promanabit? An a radiis solum? An ab vtroque? & a quo uam prius? a luce ne, an a radijs? Profecto, necesse est, lumen hoc, vel ab ipsa sola luce prouenire, vel a solis radijs, vel ab vtrisq; simul & luce, & radijs. Nullo enim in loco lumen cernitur, nisi ibi, & lux, & radij sint præsentes. Atque adeo lumen, non nisi in lumine conspicitur. Neoterici de Peripato, credunt lumen sui natura non cerni. & si cernatur, per accidens cernatur, quia scilicet non nisi in solo, aut pariete, quæ ferit cernitor. & potius esse instrumentum quo, & per quod alia cernantur, quàm cernatur ipsum. Nos vero dicimus, vtrumque lumen facere. Nam & colores, & alia quæ sub coloribus latent, quæ optici ad 22. enumerauere obiecta, per lumen conspiciuntur. Et ipsum, est sibi ipsi instrumentum, vt conspiciatur. Inter enim radios vno modo conspicitur, alio vbi radij non sunt, claritate sua se se pandit vbique, quamuis aliter visatur, quàm colores. Qui omnes terminata in superficie visuntur, lumen autem nullo terminatur termino. & sicuti fusum est, ita fusè cernitur quoque. In cubiculo clauso, & obscuro, nullum inest lumen. Illata, vel accensa in eo candela, flamma corpore lucido luceque ipsa, & radijs, illico totum illuminatur. Luce ergo adueniente, præsenteque ea fit illuminatio. An vero, & radijs præsentibus, qui nulli ex candelæ illatæ flamma cernuntur emicare? Sanè si quis, aliquantulum discedat a candela, & conniuentibus oculis eam intueatur, lineas siue exiles conos qui radij dicuntur distinctissimas, a luce promicare intuebitur. sed finiri, haud ita multum a luce digressas cernet. lumen autem longius, quàm vis minus fulgens quàm radij progreditur, ac totum cubiculum illustrat. Quòd in solaribus quoque radijs accidere videmus. Quid ergo, a luce ne lumen ortum habet? an vero tantum a radijs? An ab his & illa? A luce quidem oriri lumen rationi videtur consonum, quando sine luce, nullum cernitur lumen. Nam si a luce radij promicant, cur ab eadem lumen etiam non emanet? cum & hoc & illi fulgores, & candores luci similes appareant? Huic rationi, ratio alia videtur posse repugnare. Nimirum, quòd diximus a lucis qualibet particula, ac fere puncto radios micare. Qui basibus suis latiusculis, superficiem lucis totam occupant. Quod si verum sit, locus in luce a radiis vacuus relinqui non videtur, ex quo, lumen a radijs aliud, promicare queat. Sin vero promicat, cur minus quàm radij candidum promicat, & minus fulgens. Videntur enim radij, & candidiores longe, & fulgentiores fuso lumine esse. Cur ergo ab eodem fonte candidissimo, alij magis, aliud minus fulgēs effulgeant? At ab eadem causa naturali, non impedita, idem semper nascitur effectus. Non ergo a luce vnica, & vniformi, duo effectus inter se diuersi pronascentur. radii candidissimi, & lumen minus candens. Non ergo a luce lumen orietur. At & lumen diaphana illuminat, vt radii. Lucidum ergo fontem etiam lumen habet. At fons hic, lux illa primaria non est, a qua radii emicant. A radiis ergo qui secunda sunt lux, pronascetur. Et quia radii a luce oriuntur, lumen uero a radiis, lumen quoque à luce per radios orietur. Itaque lumen tertia quædam erit lux; radii lux secunda. Neque mirum, cur lumen minus fulgeat quàm radii. quando radii quoq; minus, quàm lux primaria fulgent. Prima enim in vno quoque entium genere, sunt etiam summa. Et quod primo propinquius est, & principalius est, & potentius. Primo igitur gradu lux est, radii secundo, lumen tertio. Familiariore experimento candelæ in cubiculum illatæ, id patescit. Subito namque illuminatur totum. At lux ipsa viuacissima est. Circa lucem vero viuacior est radiorum fulgor, quàm longius progressis. Lumen vero à radiis se se effundens, minus etiam quàm radii fulget. & magis etiam fulget ad radiorum radicem, quàm vel in medio, vel ad apicem. Itaque triplex in singulis radiis fulgor, initio, medio; fine, prout propius aut longius a luce ipsa progrediuntur. Eadem ratio est in lumine. Fulgentius enim est ad partem radiorum fulgentiorem, minus ad medium, minus quoque ad finem. Post quem languidius sensim fit semper, ita vt ad cubiculi angulos pro eius magnitudine, vel languidissimum appareat, & splendor potius, & nitor, quàm lumen; vel etiam iam vmbrescit. Quibus sanè euentis colligimus duo; Alterum, radii vsque ad angulos non perueniunt. Alterum quòd lumen, a radiis differens sit res, & eorum proles. Ergo lumen non a luce prima, sed a radiis emanat. Vel ergo integris permanentibus radiis, lumen ab eis funditur, vel radii, dum deficiunt, a lateribus, & apice, funduntur in lumen. Ita vt lumen, res non sit alia, quàm radius fusus. & radius itidem non alia res sit, quàm lumen vnitum, ac in se collectum. Vel etiam verius, lumen est fulgor, a radiis, luceque profusus. & radij instrumentum sunt lucis, lumini fundendo, ac diffundendo, vel lucis, effundendæ in lumen ac propagandæ. Siue igitur a luce ipsa, siue a radiis siue ab vtrisque lumen emanet; communia quædam cum radiis habet, quorum perpetuus est comes. Nimirum quod & ipsum fulgeat. Quod momento emicet. Quòd æthera, aerem, aquam,

reliqua omnia diaphana momento penetret. Quòd ea se ipso impleat. Quòd vsque ad terram, & vltra etiam diffundatur. Quòd quaqua versus effundatur. Quòd quæcumq; attingit illuminet. Quòd opaca non permeet. Quòd nulli proprio hæreat subiecto. Quòd nullo etiam subiecto egeat, & forte istius mundi alia plura. Inter quę dicimus, lumen esse corpus incorporeū, & immateriale, trinè dimensū: Et formam tantū esse, ab alio quidem pendentem: in se tamen subsistentem, & substantialem. Atq; ideo non obstare quin & momento moueatur, si tamen emicatio, motus dici vel potest, vel debet. Et corpora omnia diaphana nimirum penetret, sine vlla vel illorum, vel sui ipsius offensa. Et præter hæc. Quòd se se per spacium fundat amplissimum, Quòd per diaphani omnes dimensiones effundatur. Totumque impleat. totumque illuminet. A fonte proprio non diuellatur. Nō tam insit diaphano quàm ei adsit. Naturam illius non mutet. Neque ab illo mutetur sua. Moto diaphano, lumen non mouetur. Per se nullo mouetur modo. Neque accedit, neque recedit. Neque fluit, neque refluit. Diaphano recedēte aliquò, ipsum non discedit. Opaco à se illuminato abeunte, ipsum non abit. Termino diaphani, non terminatur: sed vltra protenditur. Fonte suo abeunte abit; Redeunte, redit. Sui multiplicatione, & amplificatione gaudet. Nulla re sordida inquinatur. Ab illuminante, non ab illuminato pendet. Diaphani non est proprium. Opaco impeditur. Ab opaco refrangitur. Ab opaco resilit, vel in se ipsum, vel ad angulos. Colorem secum fert, eumque ostentat. Eaque in-

Lumē est corpus incorporeū

tingitur. Et alia fortasse his similia plura cum radijs habet communia. Propriam vero, vt habet lumen essentiam, ita & vires proprias haber, & actiones. nec non etiam passiones. Quæ omnia singulatim erunt peruestiganda si prius reijciantur, quę quasi de luminis essentia sunt in Peripato fere decantata, idque quàm paucissimis.

Lumini propria.

" Aiunt. lumen est præsentia lucidi in dia-
" phano. Hæc assertio, nec lumen à radijs distinguit. neque luminis essentiam explicat. Neque vnde veniat, indicat. neque vera est. Luminis enim essentia non est, vt sit præsentia. sed est aliquid in se prius postea præsens fit alicui. Æther quoque suo ipsius lumine, fulget, & diaphanus ipse est: nequetamen est lucidus. neque alterius lucis fulgore tantum fulget, sed & astrorum & suo.

Contra Peripatū.

" Altera assertio est. lumen est coloris actus
" siue energia. Neq; hæc luminis essētiam declarat magis, quàm proxima. Tantum enim colori largitur, vt cerni queat. non autem vt sit, neque suo aduentu colorem generat, sed in re præexistentem in actum educit visionis. Hæc vero luminis operatio est, non essentia. Neque lumen est coloris vel essentia, vel forma. Ostendemus enim postea colores, non solius luminis, sed & opacitatis esse progeniem.

Tertia illa assertio. Lumen & calor generatur, attrito aere ab astrorum latione. Qua nihil esse potest stolidius. Nam quo ad lumen, omnibus noctibus, astra feruntur, noctu tamen lumen in aere non efficiunt. Hieme tota feruntur astra, attamen calor nullus, sed contrarium frigus in aere habitat. Neque vllo vmquam tempore, a latione, aut orbibus, aut etiam corporibus astrorum, aer teritur, præsertim ipsi, qui inter lunam, & aerem, ignis sphęram collocat. His ergo tot falsitatibus reiectis ad proprias luminis operationes explicandas reuertamur. Lumen sicuti a radijs pronascitur, sic radiorum perpetuus est comes. & circa eos veluti reuoluitur, & volitat. Et spacium, quod inter radios apparet, implet vniuersum. & vbi desierint in conum funditur per omnia. & vnum fit lumen, & continuum, & rumpitur aut interrumpitur numquam. Hæc non alia egent probatione, quàm oculi valentioris, & ad radios non illicò cęcutientis. Lumen diaphani qualitas non est, quia illico ab eo recedit totum. Qualitas autem omnis sensim, & inducitur in corpus, & educitur, per alterationem. Alteratio omnis, motus est. & motus omnis fit in tempore. Quod vero, non tempore, sed momento, & inditur, & exuitur, vt lumen, qualitas esse non potest. Qualitas in corpore aliquandiu retinetur, lumen non retinetur. Neque vllis, uel diaphani, uel opaci qualitatibus miscetur. Neque sibi cognatis etiam coloribus commiscetur. opacum enim color penetrat, lumen opacum non penetrat. Colores tamen aliquando in se vehit, & repręsentat. quoniam hi speciem suam in diaphanum lumine collustratum, & in lumen ipsum producunt. Quo lumine abeunte, species illa coloris, suo quasi hoste, obscuritate obruta, neque ab ea vehitur, neque in ea visitur. Speciem colorum, lumen in se tamquam rem cognatam recipit, & tantisper vehit, donec in solum, vel parietem eam deponat, vbi deponit, & se ipsum: non quidem vt ibi hæreat, aut habiet, sed vt bonitatem, atque hilaritatem ostentet suam; & quasi effundat, non tamen profundat, & vt largitate sua & beneficentia colores eos qui ibi inertes, & inuisiles resident, in actum suscitet. & ad uitam reuocet, vt suo munere fungantur visiles, & hilares rideant. Quod equidem argumento est, lumen suas vires, alterius rei societate non ammittere. Et quam in speciem

Propria luminis.

corporis trine dimensi se se ostenderet; incorporeum tamen est sicuti & fons eius radius: Neque vllam cum corporibus antitypis habet cognationem. Neque etiam contrarietatem vllam, per quam ab eis lædatur, aut minuatur, aut obscuretur. Neque enim eorum vmbram in se admittit. Neque ipsum in se vmbram efficit. Cum in corporea incidit diaphana, quasi per cognata, lætabundum se se insinuat, eaq; & penetrat, & quaquauersum permeat: ea tota hilaritate sua, & fœcunditate replens. Opaca vero, quasi hostilia, indignabũdum auuersatur. Et quasi ea tetigisse ipsum pœniteat, ab eis resilit illico, & cupit potius frangi, quam ibi immanere. Et si quod ibi sit foramen, per illud se se immittit. Et quasi ea fuga gloriabundum, latius, atq; amplius, quam fo ramen se se contraria parte ostentat. Summa rei; lumen a sole amplissimo dependens, & amplissimum veniens, tanto se se amplificandi desiderio tenetur. vt quoquo modo potest, id faciat. Et vt id faciat, in angustissima foramina se se colligere non dedignatur. dummodo per illa in amplius se fundat. Trans enim foramina quæcunq;, quantacunq;, & qualiacunque transire non indignatur, & trans ea, maius quàm in foramine, & latius se se ostendere. Dedignatur tamen ibi remanere. si quis foramine obstructo nitatur ipsum quasi carceri includere: auolat.n. illico, carceris impatiẽs. Si quis verò ingenue secum agat, & præterquàm per fissuram, per quamuis aliam foraminis figuram transierit, perfectiore figura, orbiculari scilicet se se ostentat. Tantus est ei perfectionis amor. Id autem amoris habet, quia orbis solaris, & orbicularium radiorum est progenies. Omne enim productum, producenti partim est simile, partim dissimile. Neq; tamẽ in transitu foraminum vllo, aut contrahitur, aut densatur, sicuti nec rarescit post transitum, quamuis dilatetur, a foramine abeundo magis. Inde est, vt per fenestram ingrediens, latius atq; amplius in solo, aut pariete se fundat, quàm sit fenestrarum amplitudo. Hac tamen conditione, vt minus spacium magis illuminet, quàm spacium maius. Hoc ipso indicans vires suas fonti viciniores esse fortiores, quando ingressui propius, illuminet viuacius, sed angustius. Maiore autem digressu, latius quidem illuminet, sed languidius: quasi coangustatum viuidius, & robustius fiat: dilatatum quasi rarescat, fiat minus validum. Hoc enim suæ naturæ videtur proprium esse, vt in progressu semper magis, ac magis debilitetur. Ita vt tandem lumen esse obliuiscatur, ac desinat, & vertatur in vmbrationem: non quidem dum lumen permanet, sed postquam lumẽ esse ipsum pœnitet, & contrarijs tenebrarum filijs locum cedit. Si vero valens sit, a maiore scilicet; & viuidiore luce oriens, clarius illuminat, & longius se diffundit. Hinc fit manifestum, lumen etiamsi corpus incorporeum sit, & substantialis forma, attam en quasi esset qualitas, magis & minus recipit. & maximum lumen, & minimum esse potest, & medium multis forte gradibus distinctum. Maximum autem lume n id esse ratio dictat, quod a fonte proxime deriuat, & radiorum luci est proximius. Lumen e cõtra minimum illud est, quod a fonte abest longissime, & quod diuisum, vel magis digrediens, luminis formam proxime ammittit. Lumen vero medium, quod inter hæc extrema duo fulget. Idque gradibus pluribus pro diaphanorum ratione. Est tamen lumen res in se tam perfecta, & absoluta, vt dum nulli miscetur, diaphano, n on semidiaphano, non opaco, non semiopaco, non sordibus inquinatur; non coloribus prosi suæ, non cognatis luminibus alijs, non sibi deniq; ipsi commisceatur. Lumen qualitatem corporum nullam esse, iam ostendimus. Lumen, sordibus non inquinari omnium oculis est manifestũ; Cognatis quoq; luminibus non commisceri, certissimo est argumento, id quod sæpissime spectamus. Candelarum nimirum diuersarũ lumina, per idem foramen transeuntia in foramine non confundi. Quoniam trans illud recta profecta, distinctissima visuntur. Quinimò, si alterum a viuaciore candela venerit, in foramine ipso, inter socia alia lumina, viuacius fulget. Et inde egressum, reliquis apparet fulgentius, sicuti & per fenestras intrans, non prohibet quin lumen ab opaco nitido reflexum, ab vllo eorum inter se confusione in opposito conspiciatur. Sed in hac luminum diuersorum cognatione, illa non minus sunt admiranda. Quòd inter languidiora lumina, si quod sit viuacius, tale etiam visitur. Et quod minus fulget, nequaquam inter viuaciora, aut cernitur, aut sui dat sensum. Ita enim est a natura constitutum, vt luminis maioris præsentia minus quod est veneratione veluti quadam, se se occulit quidem, ac fit inuisile, non tamen extinguitur, aut quicquam patitur. Sed & ipsum suam speciem procreat, quantacumque esse queat, tametsi in simili maiore non cernatur. Nam sicuti flammula, in maiore lumine quasi absorbetur, ita lumen minus absorberi videtur in maiore. Idque ideo quia ab vtroque illuminatus aer, noui nihil patitur a minore. Imò vero similis accessione, rationi est consonum, ipsum augeri, & perfici quamuis lumen maius, id offuscet quod est minus. Cui rei fidem facit, quòd plura lumina magnitudine flammarum, vnde veniunt differentia, maiorem efficiunt cãdorem, multiplici nimirum

Lumẽ nõ miscetur.

nimirum inter se, vel reflexione, vel coagmentatione. Præter hæc, lumen natura sua refrangitur a diaphanorũ quoq; corporũ superficie; vt aquæ placidæ, glaciei, crystalli, vini, si eas oblique feriat: partim inquam refrangitur, partim quoque ea penetrat. Si vero feriat ad perpendiculum, penetrat tantummodo. Si vero duo diuersa diaphana hoc modo feriat, & sint illa alterum alteri superposita, prius quidem permeat, a secundo vero refrangitur. non aliter, ac fiat in speculo, cuius partem perspicuam penetrat: ab opaca vero ei subtensa refrangitur, & resilit, & aliò relucet. Ea relucentia secundum vocari potest lumen. Ab hac iterum si refulgeat, lumen tertium, & deinceps alia, si refulgere adhuc pergat. donec refractionibus pluribus debilitetur ita, vt tandem elangueat. & lumen fiat minimum. Dum vero lumen est eodem momento, multas facit reflexiones. Neque tamen per eas deserit ibi esse, vnde eas facit. Et dum facit, in qualibet aeris particula, vel minima, multiplices format rerum imagines, corporeas & incorporeas, quale ipsum est. Dum lumen refrangitur, refractum debilius est integro, validius vero refracto secundo, & hoc tertio, & sic vsque ad vltimum deinceps. Sin autem opacum feriat, aspera & scabra superficie, in plurimas sui frangitur particulas, quæ plerunque non discernuntur, nisi diutius resiliant, & sui multiplicatione, se se conglomerando, veluti densentur. Quod æstate e parietibus ac tegulis domorum palam conspicitur. In hac ab opaco refractione, si colorem viuidum ibi feriat, secum quasi conuolutum auehit: & auehendo ostentat, donec in plures simul superficies refulgendo, elanguescant. Et dum simul sunt lumen & color, si in diaphana incidant simul, ea penetrant. & distincta ibi visuntur. Idem lumen si sit vehemens, colores minus viuidos obscurat, & reddit inuisibiles. In ea colorum auectione, & vectione, non aer per quem lumen transit, & colores defert, sed ipsummet lumen videtur colorari. Nam si aer coloraretur, obiecta non opposita & vbique & vndecumque cernerentur. sed minime cernuntur nisi rectà sint opposita. Ergo non aer vndequaque fusus, sed lumen iis coloribus quos vehit intingitur. Neque vero colores solos, lumen coloratum secum defert. verum defert etiam colorem, & vires suas occultas quasdam & admirabiles. Quæ tum diaphana, tum opaca omnia penetrantes, opera edunt mirabilia, virtutes quasdam speciales admirandas in corpora inferendo, & infundendo. Est enim lumen virtutum cœlestium vehiculum, & vinculum vniuersi, superi & inferi. Quam rem Plato clarissime est testatus, quando in hanc sententiam scripsit. Lib. 10. de Rep.

„ Per vniuersum cœlum ac terram extensum
„ lumen, veluti columnam, iridi similem sed
„ puriorem. Quod lumen cœli, est ligamentum,
„ & vniuersæ circulationis. Cuius ligamenti
„ extrema vsq; ad terram sunt extensa.

Neque hoc sine magna dixit ratione. Lumen enim, quod elementis infunditur, cœlestis luminis est imago. Lumen autem cœleste, est cœli risus quidam, & animarum cœlestium actus, & energia, & vt Hermes, & Dionysius loquuntur, earum ἀκτῖνες & radij. Lumina autem cœlestium animarum, a luce sunt intellectuali. Intellectuale autem lumen ab intelligibili luce emicat. Hæc autem lux, ab ipso fonte ac patre luminum, quæ per omnia effunditur efficacissima. Sed de his postea. sicuti & de tepore, luminis perpetuo comite; cum quo lumen longe merito maximum atque optimum Dei in rebus fabrefaciendis esse instrumentum diximus. Quod suo loco palam fiet esse verissimum. Nunc quæ de lumine supersunt persequamur. Cum lumen a cœlo in elementa funditur, & cœlestis cum terrestri parte vniuersique vinculum, efficitur, vt puris tenebris nusquam pateat locus. Nam sicuti in lumine & per lumen cernuntur omnia, colores opaca, diaphana, sic quoque lumen ipsum, non nisi in lumine cernitur. & sibi ipsi est quasi medium vt cerni queat. Vnde fit, vt lumen, vniuersalis quædam forma sit, totius visibilis, tum diaphani, tum opaci, tum colorum omnium. Colores autem particulares quædam sint visilium formæ. & omnia sint euidentiæ quædam & luces; & lumen vbique sit veluti color; & color vbique itidem sit veluti lux & lumen. Lumen cœleste.

Vnde concluditur, mundum hunc nostrum totum, participatione luminis, & visilem esse & pulchrum. & corpora quæ in mundo sunt, tanto esse pulchriora & perfectiora, quanto luminis plus sint participia. Itaque lumen, in mundo hoc vniuerso, quasi in Dei Opt. Max. templo, est quasi visibile quoddam numen, Deique simulacrum. Nam & ipsum bonitate sua se cunctis & facillime, & felicissime communicat. Rebus omnibus se se largitur, & quaqua versum per omnia se se diffundit. & causa est vt omnia, & illustrentur, & incalescant & formentur, & generentur, & nutriantur, & excitentur, & conseruentur. Dum enim cuncta penetrat tepore suo, cuncta alit intus, & fœcundat intus, & extra. Luminis namque participatione, omnia gignuntur.

Est enim lumen, quasi vita vna per omnia means, blandissimaque suauitate sua, & intus & extra vita donat & nutrit: nutritio namque etiam fit ab extra. Cum lumine cœlesti calor aduenit blandus & vitalis, in quo est vis motrix & formatrix omnium. & in omnibus est intimæ fœcunditatis effusio, & diuinæ pulchritudinis, & bonitatis imago certissima, & euidentissima. Itaque mundus vniuersus per lumen, & luminosus est, & visilis, & pulcher. pulchritudinem suam, tum Dijs, tum hominibus ostentat, & suo met lumine, se ipsum videt ipse, & sui aspectu pulcherrimo delectatur, & sibi placet, & seipsum amat. Est enim, & ipse anima præditus nobilissima. Quæ per lumen omnia & sentit, & agit, & vita donat. Mundus ergo hic vniuersus, visilibus plenus, per lumen est perfectissimus. Lumen igitur est, Dei Opt. Max. optimum ac maximum, & instrumentum, & incrementum.

FINIS QVARTI LIBRI.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER QVINTVS.



DE OPACO.



CORPORA distinximus, in Lucida, Diaphana, & Opaca. Et opacorum species esse diximus, in æthere lunam; in aere nubem, in aqua & terra, terram ipsam & terrea. Hæc suis in locis, & vmbras faciunt, & tenebris obruunt; hemisphærium hoc nostrum totum, obscuritate obuoluunt: & in terræ visceribus, semper atra incubat nox. Si hæc, vera esse oculi testantur, & brutorum & hominum, & forte solis, qui Orpheo atque Homero, cernit omnia: audebimus nos in ea persistere assertione qua affirmauimus, Omnia esse in lumine? & in eo iacere? Obiectum hoc verè soluamus.

Terra vt est in lumine. Opaca omnia & in se sunt tenebricosa, & alijs vmbras, obscuritates, ac tenebras offundunt. Terra ergo, inter opaca noctis ac tenebrarum mater, quo modo lumine tota illustratur? aut in eo iacet? Terræ sane superficiem, quotidie solis lumine illustrari, oculato nemini dubium esse potest. Eandem tenebris etiam obduci, nemo est qui dubitet. At Opticorum filij, Geometricis necessitatibus, sensibus etiam notis demonstrarunt, si corpus lucidum solis, corpore terræ opaco minus esset, partem huius minorem, ab illo illuminari. huiusque vmbram, semper latiorem, in partem oppositam protendi, quam vmbram Calathoidem vocarunt. Si vero sol sit terræ æqualis, dimidiam integram terræ circunferentiam ab eo illustrari. & a parte opposita, vmbram terræ penè in infinitum ferri columnarem. Si vero sol, terra sit maior, maiorem quàm dimidium terræ orbem eius radijs percuti: & a parte contraposita, vmbram extendi, quæ in Coni apicem tandem finiat. Itaque concludendum, quia solem, terra multo maiorem esse Astronomorum progenies contendit, & demonstrat totius superficiei terreni globi, maiorem quam dimidiam partem lumine solis, semper collustrari. Quò fit vt eam, in lumine semper iacere sit necesse. At non semper eandem, sed per vices, non seculorum, non annorum, non mensium, sed dierum, atque horarum, terram, tota eius superficie solis radijs circumspici. Dum enim sol ab ortu per occasum XXIIII. horarum spacio in ortum iterum circumuoluitur, vniuersam in superficie terram suis radijs perlustrauit. Radijs enim ad eius partem aliquam accedentibus, tenebræ inde pelluntur. & qua tenebræ succedunt, pellitur lumen. ita vt se se mutuo, & fugiant, & fugent. Atque ita XXIIII. horis nulla terreni globi pars, solis radios non sentit, & opacitatis terreæ filiam tenebram non videt. Et cum in lumine sumus, diem appellamus, & dum in tenebra, noctem. Dies autem & noctes, ita sunt circa terram, toto anni tempore distributæ, & locis omnibus contributæ, vt nec lumen tenebris, nec tenebræ lumen vllo temporis momento nullo in loco superent. Si vero omnium interualla horarum, tum luminis, tum tene-

bratum in vnum simul tempus colligantur. nullus in terris locus reperietur, qui ex æquo per sex menses ad amussim integros, tenebras, per sex vero alios lumen non operuerit.

Itaque verissime concludetur, mundnm hunc terrestrem, ex terra, aqua, & aeris parte conglobatum, totum in lumine iacere: si non semper, totum tamen per horarum, aut dierum, aut mensium vices. At si per vices, nox & dies lumen,& tenebra æque terræ incumbunt, eamque æque operiunt; vere dici non videtur posse, eam in lumine iacere, quin & in tenebra tantundem eam iacere asseratur. Dubium hoc dissoluamus.

Terra tā in tenebris, quā in lumine iacet.

Vbi terræ vertex alterutro cœli polo subiacet, nox est sex mensium continua, sub horizonte meante sole. Sed tenebris ita languentibus, vt nulli homini, nulli bruto, visum adimant, omnia crepero lumine cernuntur. Nimirum quia Sol non amplius XXIII. cum dimidio gradibus, quando plurimum, sub horizonte se se occulit. E quibus locis, supra horizonta lumen suum cum tenebris miscet, & obscuritatem earum temperat, ita vt visui sint peruiæ. Idem est in locis alijs, vbi noctes continuæ sint per dies, aut menses aliquot: eadem solis, quamuis varia ad horizontem propinquitate. Quod, ex sphæræ circulis apparet liquido.

Tenebræ nullibi sunt puræ.

Vbi autem noctes per horas variantur plerumque serenæ, stellarum luminibus collustrantur. Venerisque sidere, & matutino & vespertino clariores fiunt.& crepusculis vtrisque creperis, tnm tenebris, tum lumine constant, præsertim in apertis montibus, campis, mari. vbi obstaculum nullum, opacitate sua, tenebras facit densiores. Lunæ quoque lumine tota terra, sole auersuerso, aut procul posito, circundatur, continuis fere mensibus, ita vt vix vllo fere tempore anni, aere nubibus non obducto, tenebræ tantæ appareant, vt visum adimant. Multa quin etiam animalia & homines quoque multi, vel melius, vel æque, noctu, ac interdiu vident.

Qua ratione, dictu facile est, tenebras a lumine, in visionis munere ferè non differre. Quid ergo, tenebræ quoque lumen erunt? Vel certe non sine lnminis. admistione? Ita sanè est. Nam & lumen, vti ostendimus admistum semper habent. Et si non habeant, ipsæ lumen sunt, sed minimum. Rem hanc nouam, inauditam, paradoxam, rationibus, experimentisque comprobemus.

Tenebræ sunt lumē minimū.

Consessum est philosophantibus, in natura rerum, si vnum contrariorum reperiatur, reperiri necessario & alterum. Esse in natura calorem sentiunt omnes homines, & humidum, & molle, & rarum. sentinnt ijdem esse quoque in natura, hisce contraria, frigus, siccum, durum, densum. Contraria autem ea esse dicuntur, quæ sint eiusdem generis extrema.

In genere ergo visilium quoque duo erunt extrema, eaque inter se contraria. Maximum & minimum, quæ in cunctis rerum generibus existunt: in genere visilium quoq; reperientur. Maximum visile, est solis lux. Minimum visile luci contrarium, est terræ nigror, seu opacitas.

Veterum quidam e Porticu philosophorum partim dubitarunt, an tenebræ essent visiles, partim etiam negarunt. Cæcè equidem vtrumque. Tenebras enim, nobis esse notas, nemo nescit. At id, sensuum alij nulli quàm visui. Quæ vero visu cognoscuntur, visilia esse, nemo dubitauerit, nisi forte cæcus. Hanc eorum cæcitatem, alia vel præcessit, vel est subsecuta, quæ diceret, tenebras esse non aliud, quàm lucis priuationem. Quam positionem optici, auide arripuerunt, vmbram esse dicentes, priuationem luminis primarij, deriuationem secundarij: (Ita enim loquuntur.) Tenebras vero esse priuationem luminis primarij, & secundarij.

Sed hæc forte ad scientiam eorum fuere satis. Nobis vero qui Panangiam vniuersam, lucis nempe, luminisque naturam pertractamus, quàm exactissimè sunt omnia perpendenda. Itaque primò dicimus contraria esse duplicia. Alia vt appellant positiua: alia priuatiua. Priora illa res veræ sunt vtræque & in natura posita; qualia ea sunt, quæ attulimns contraria, calor, frigus, & reliqua his similia. Quæ plerumque & inter se pugnant, & se se alterant, & misceri possunt, & ex seipsis media quædam procreare. tepores, colores, sapores, & similia. Contraria vero priuatiua, ea conditione sunt, vt alterum earum existat, alterum vero aut nihil, aut ferè nihil sit. Qualia sunt vox, & silentium, visus & cæcitas, auditus & surditas. Quorum secunda, silentium, cæcitas, surditas, neque ferè existunt: neque cum prioribus pugnant; neque eis commiscentur; neque actionem vllam habent. His ita positis, dicimus corpora lucida, corporibus opacis esse contraria, sed positiua. Illa enim lumen emittunt: hæc verò emittunt tenebras. Ab his lumine,& tenebris, proles quæ-

dam

dam pronaſcuntur, quæ vti matres, in media diaphana diffunduntur.

A corpore quidem lucido, radij primo emicant. A radijs lumen; A lumine ſplendor. A ſplendore nitor. De radijs ac lumine prius dictum. Nunc addimus ſplendorem. Qui lumen quidem eſt, diaphani craſſitudine imminutum. Nitor vero & ipſæ lumen eſt, ſed iam adumbrationi miſtus. & a ſplendore, quauis de cauſa diminutus. vel diaphani denſitate maiore, vel reflexione alterius luminis a terſo corpore procul reſiliente.

Proles opacitatis. A corpore e contra opaco proles aliæ proueniunt. Ac primo emicant tenebræ, radijs reſpondentes lucis. A tenebris obſcuratio, reſpondens lumini. Ab oſcuratione vmbra oppoſita ſplendori. Ab vmbra, vmbratio nitori contrapoſita ottum habet. Ex nitore vero, & vmbratione, veluti compoſita res quædam media prouenit, quàm, quia aliter neſcimus, adumbrationem liceat appellare. Omnia ergo hæc nouem gradibus diſtincta, primorum viſilium conſtituunt genus. Quod Peripatus nequaquam vidit, qui Prima & ſecunda viſilia. aſſeruit prima viſilia colores eſſe. Idque non minus cæce aſpexit, quàm Stoici, quæ de tenebris affirmarunt. Cum colores ſecundum, & non primum viſilium genus conſtituant. Quoniam per priora illa viſuntur ipſi ſecundario. Nec vero tenebræ, & obſcuritas, & vmbra, & vmbratio, ſunt res verè minus conſtantes, quia lucis eiusque ſpecierum ac prolium dicantur priuationes. Nam ſi ſimplices eſſent priuationes, agendi vim, aut actionem haberent nullam. Actionem autem in Viſilium actiones. diaphanum habent manifeſtam. Id enim ſe ipſis replent, non minus quàm lucis proles. Perque ipſum, ſe ſe longius propagant; Inque breuius ſe ſe retrahunt, obſcurius & clarius faciunt. Lumen inde pellunt; indeque a lumine pelluntur. viſum multis adimunt animalibus, ſicuti lumen quoque multis alijs adimit viſum. Hæc autem omnia actiones opacitatis eſſe nemo viſu ac mente præditus negabit.

Actio autem omnis & paſſio prouenit a viribus agendi & patiendi. Vires autem omnes ab eſſentia ſibi propria procreantur, & in eſſentia ſunt. In ea fundantur, ex eaque funduntur. Non ſunt ergo tenebra, & obſcuratio, vmbra, vmbratioque ſimplices, lucis & luminis priuationes. ſed vera ſunt entia, qualia dicunt poſitiua. & ſi pertinacius priuationes contendantur eſſe: non minus harum quoque priuationes erunt radij, lumen, ſplendor ac nitor. Contrariorum namque & eadem ſæpe & contraria eſt ratio. Non aliter ſcilicet, quàm in contrarijs, confeſſis poſitiuis, calor frigoris ſit priuatio, & frigus priuatio caloris. humiditas priuatio ſiccitatis; & ſiccitas priuatio humiditatis. Eodemque modo, in contrarijs, deque contrarijs cunctis. Inter quæ lux eſt, & opacitas. & ſingulæ harum proles ſibi inuicem, vti monſtrauimus contrapoſitæ, ſunt altera alterius priuationes, ſed poſitiuæ. Differunt autem, & obſcuritates, & fulgores, maiore, & minore, vel candore, vel nigrore, prout vel fonti propiores fuerint, vel a fonte longius abſceſſerint. In quo quidem fonte ſuo, luce & opacitate, ſumma ſunt vtraque. Ab eo, quæ proceſſerunt fonti propiores, fonti etiam ſunt ſimiliores. Omne enim producens ſibi ſimile ante producit, quàm diſſimile. Atque hinc fit, quoto gradu fulgores a luce diſcedant, nigroris magis fiant participes. & quoto gradu nigrores diſcedant ab opacitate, tantundem candoris acquirant magis, & in minorem abeant nigrorem. Haſce autem differentias omnes, viſus quiuis non cæcutiens diiudicare haud difficulter poteſt. Nam opacitas, lucem nullam, nullumque admittit candorem; ſicuti nec lux, nigrorem admittit vllum.


Per tenebram vero non niſi lux & albedo fulgida percipitur. colores nulli. Per obſcuritatem vero, & lux, & albedo, & quadam tenus colores perſpiciuntur, ſed exiliores, omnes. In vmbra vero & præſentia & diſtantia cernuntur, ea quæ ſunt colorata.

Vmbratio etiam clarius omnia repreſentat. In adumbratione vero, nitore, vmbratione commiſta, medio quodam modo conſpiciuntur omnia. Hæ autem differentiæ omnes non aliunde pronaſcuntur, quàm ob lucis, atque opacitatis, & eorum quæ ab eis procreantur, miſtionem. De qua quidem viſilium primorum miſtione commodiore loco peragetur. Satis nunc eſto, demonſtraſſe, tenebras inter prima viſilia eſſe reponendas, & luminis aliquid participare. eas ſcilicet quæ ſuper terram ſunt. Verum eæ quæ in terræ viſceribus habitant, & noctem artam ibi perpetuam faciunt, eiuſdem ne generis viſilium primorum erunt? an aliud quid ſunt? Sed quid aliud fuerint, aut eſſe poſſint? tenebræ enim ſunt, ſed denſiores & nigriores ſupterraneis. Magis autem & minus, ſpeciem variare nequeunt. & ſpecie ergo, & genere eodem ſunt tenebræ vtræque. viſibiles vtræque; luci, vtræque contrapoſitæ.

trapositæ. Lucis itaque maximæ, contraria lux minima. Cum ergo de lucium genere, tenebræ etiam sint, & lumen & tenebræ vniuersum terrenum globum, & intus & extra, teneant; verum fuit asserere, omnia in lumine iacere, quamuis minimo, vel maximo. Idque esse verissimum apparuit, vbi minime, vel contrarium credebatur esse, vel de veritate maxime dubitabatur.

Sed hoc ipsum, alia quoque ratione sensui manifesta, verum esse constat. Omnia enim opaca corpora colore aliquo sunt infecta. Color autem omnis est lux opacata, quod aliàs probabimus. Itaque cum vniuersum hunc terrestrem mundum color obuestiat, color autem omnis sit lucis & luminis proles, omnia quæ in coloribus iacent; iacent etiam in lumine.

uin
FINIS QVARTI LIBRI.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER SEXTVS.



DE AEREO LVMINE.




HACTENVS de luce equidem cœlesti, siderum & solis, sed quæ proles suas in terram, in aquam, & terrenum aerem mittit, est satis disputatum. Ostensumq; a nobis quo modo, mundus hic inferior, quem nos homines & bruta inhabitant, totus intus & extra iaceat in lumine.

Nunc altius ascendendum, & ad luminum patrem per suos gradus accedendum. Quo tota hæc nostra præsens tendit speculatio, atque inuestigatio. Igitur, cum supra terrenum hunc aerem, qui regione nubium terminatur, immensus alius sit aer, qui supra nubes ad lunam vsque extenditur, quid de eo dicendum? Totum ne esse, & semper luminosum, an & ipsum, vmbris, tenebrisve, aliquando aut perpetuo teneri? Sane, si ibi corpus aliquod opacum, vel terra, vel terreum, vel densata nubes inhabitet, etiam vmbræ, etiam obscuratio, etiam tenebra poterit ibi aliquando inhabitare. Sed nulla in eo, vel vmbra, vel obscuritas, vel tenebra ibi conspicitur, aut conspecta est vnquam. Quia nimirum nihil ibi est, quod eam procreare possit. & si quæ creatur vmquam, aliunde eam vel ascendere eò, vel descendere est necesse; Ascendit autem a terra; descendit vero a luna: illa quotidie; hæc rarissime: illa noctibus singulis: hæc in solis tantum Eclipsibus. Vtraque Pyramidali & conica figura; Sol enim & terra, & luna maior est. sed lunaris & angustior, & breuior. Terrena vero, & latior, & longior. Terra enim maior luna est, atque ideo ad basim hemisperij nostri, latam efficiet vmbram, quæ continuo decrescens latitudine; longitudine, manifesto corpus lunæ superat, quando totam in sua eclipsi occulat. & ad Mercurij, aut etiam Veneris apice summo pertingit cœlos.

Superstante vero sole lunam ad perpendiculum, lunæ corpus opacum vmbram suam versus terram proijcit. pyramidalem seu conicam, quæ non totam terræ superficiem ambit, aut eius corpus amplectitur, quia terra maior est quam luna. Partem tamen eius operit, quę solis aspectum ijs, qui in ea sunt, solet auferre. Iis vero qui in ea non sunt, auferre nequit. & quæ nisi in terra finiretur, in conum vltra terram ipsa quoque desineret. Sed hæc eclipsis obscuratio, tam accidit raro, & tam breuibus horis durat, vt ad aerem illum superiorem totum illuminatum, nullius ferè sit momenti. & si sit alicuius, eiusdem sit rationis, cuius & illa maior vmbra terræ, singulis noctibus, nigrore tingens aerem, ostensa est esse de genere visilium, & luminis speciem quandam minimam. quæ visui, & lucibus stellarum igniumque det transitum. Sed cur lumini solari transitum non dat, noctibus, ita vt extra terrę vmbram lumen quod in immensum aerem implet, minime cernatur? Cernantur tamen in eadem vmbra, & accensi ignes, & stellarum luces. Res sanè miraculo proxima, & quę consideratione magna non sit indigna, quam nemo, quos legerimus scriptorum, aut vidit, aut attigit. Vt autem plenius quod dubitamus intelligatur, oculis figuram hanc subijciamus.

Aer illuminatus.



Aer illuminatus.


Terræ superficies quæ in vmbra iacet sit A. B. C. quæ vmbram versus cœlum promicat, cuius quasi centrum pyramidis sit B. Qui ergo in eo habitant, stellas quidem superiores rectà positas, supra & extra vmbram cernunt. Cernunt & igniculum, qui sit ad D. accensus; aut alibi non procul valde situm, lumen autem extra vmbram ad latera vbi sunt, E. F. & toto circum spacio, nequaquam vident. Si quis dicat, lumen hoc ab eis non videri, quia ad latera sit positum; visum autem nostrum, non nisi quæ rectà opposita sunt cernere tantum. atque ideo nec stellas, nec igniculum illum ab eo cerni nisi ad ea visus aciem rectà intendat, aliquid sane dixerit, non tamen totum soluerit. Nam etiam si rectà versus lumen intendamus visionem, neque ita nobis conspicietur. In quas ergo causas hanc differentiam referemus? Profectò extra terræ vmbram totum aerem lumine esse plenum figura ostendit, & ratio comprobat, & experientia. Quod quidem lumen certum est ab ijs qui ad centrum sunt illius Coni, nequaquam cerni. Iis vero qui sunt ad A. & ad C. in vmbræ confinio, non cerni clarum, sed vt in crepusculo creperum ac dubium, donec tandem tota dimoueatur vmbra. Quo tempore cernitur clarissimum, in ortu solis. Hæc sanè experientia docet apertè, in causa esse tenebras, cur id lumen non conspiciatur. Sicuti qui in eo lumine iam est, tenebras priores non cernit. Experimento hoc clarescit, oculos nostros proximis obiectis, & prius & magis moueri, quàm longinquis. Quod nemo negare audeat. Nam & hoc alio comprobatur. Quod ignis ille accensus in tenebris, dum in distantia a nobis est non nimia, conspicitur. Si vero longius dimoueatur, non amplius cernetur. Tenebris nimium sui multiplicatione ac densatione eum offuscantibus. At vero cur Planetæ, cur astra tan to superiora, & igne, & lumine; & tanto longinquiora cernuntur? Si tenebræ in causa sunt, cur hæc propiora non cernantur; qua ratione non impediunt, vt ea quæ in immensa sunt distantia conspiciantur? An vero stellarum magnitudo in causa est, vt cerni possint. quandoquidem omnes, etiam minimæ quæ videntur, terra maiores esse ab Astronomis afferantur? Sed si tanta sunt magnitudine, cur tam pauxillæ apparent? & cur non nisi, in tenebris cernuntur, in lumine non cernuntur? Ad hoc postremum, primo. Quia nimirum solis lumen stellarum lumina, vti minora, non dico, vt stulta positio, lumen maius offuscat minus. Quomodo enim offuscet, res, quæ fusca non est omnino. Sed absorbet in se, & sibi vnit, & oculis proxime circumquaque circumfusum se se ostentat, & eos sua claritate replet. Itaque, quæ plurima sunt lumina, vnita maiori, vt vnum se se ostendunt. At cernuntur etiam stellæ in lumine aerem replente. Si quis enim in profundum puteum descenderit, in quo non lumen oculos attingat proxime, sed vmbra putei, & sursum suspiciat, stellas suprapositas conspiciet, vnionis visualium radiorum ratione, qui in ea vmbra, sicuti in lumine non disgregantur. Qua vnione videntur, non quidem vsque ad stellas scandere, sed ad earum lumina, quamuis cum solari vnita sint, distinctè cognoscenda. Cernuntur autem in tenebris, quæ secunda fuit quæstio, quoniam contraria iuxta se posita magis elucescunt. tum quia visuales radij non ita vt in lumine disperguntur. tum etiam, quoniam stellarum luces, in terminata sunt sui corporis superficie. Quæ quamuis terræ superficie sit maior, attamen in tanta distantia basis eius pyramidis quæ ab oculo exit, in angustum terminatur. Quod ostendunt optici; quorum munus hoc proprium est. Sed cur earum luces, tam longe positæ, visuntur tamen. in teoebris: in qua eam circundans lumen non visitur? Quoniam scilicet hoc, dum est in diaphano, nulla terminatur superficie, sed vagum, in aere scandit in æthera, qui & ipse diaphanus, nulla terminatur superficie, coloris alterius. Visus autem noster, non nisi in terminata superficie certo cernit. Quoniam cum vires eius sint exiguæ, actiones suas supra vires non extendit. Et quamuis tum tenebra, tum lumen in aere diaphano, & cognoscuntur per se, & dignoscuntur alterum ab altero, & ita cernuntur, interminatè cernuntur tamen. Eorumque sententia falsa est, qui negant in aere, aut lumen, aut tenebram videri. Videntur enim, & earum differentia a visu discernitur, & discernitur etiam diuersitas crepusculorum, tum clariorum, tum obscuriorum. Cognoscitur tamen lumen aliter, ac secundario quodam modo, in pariete, in sole; quia in eis, &

lumen

lumen & radius, coloris vicem subit. Differunt autem hi duo luminis cognoscendi modi. Quia hic in superficie finitum ibi sistitur. in diaphano vero, vbi nulla superficies, non sistitur,& in interminatum spacium funditur, & diffunditur; claritate tamen sua spectatur; sicuti & tenebra, eadem spectatur iridem ob. scuritate. Radij quoque solares qui lumen primarium sunt, & inter lucem & lumen diffusum medij, distinctissimi in aere contra solem spectantur. Quod de lumine extra terræ vmbram posito dictum est; idem de eo dicatur, quod extra vmbram lunæ in solis eclipsi, vel spectatur, vel non spectatur. & quamquam nullus vmquam ea lumina oculus spectaret, cœleste tamen lumen versus terram effunderetur, sicuti & nunc effunditur; & eam amplectitur ad instar columnæ. Lumen enim, vt inquit, Diuinus Plato, per vniuersum cœlum,ac terram extensum vt columna, iridi simile est, sed purius. Idque est cœli ligamentum,& terræ. Cuius vinculi extrema ad terram vsque sunt protensa.

FINIS SEXTI LIBRI.





FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER SEPTIMVS.



DE COELESTI LVCE, ET LVMINE.


SVPRA purum aerem fere totum illuminatum, veteres æthera esse dixere. De cuius quidem essentia comodiore loco disquiretur. Nunc de luce eius & lumine,& perspicuitate,sermo esto. Communis philosophantium opinio, & fuit, & est, ætherem, quem & cœlum appellarunt,esse transſlucidum & diaphanum. & nos quoque in eam descendimus sententiam; non tam quia lumen receptet a sole, a stellis,quàm quod vmbræ terreæ conum in se admittat in dies. Quæ res liquido appatet in lunæ eclipsibus. Quæ cum aliquando toto corpore eum conum incurrat, necesse est tantam eius vmbræ ibi esse latitudinem, quanta eam capere totam queat. Supra quam latitudinem necesse est apicem multo supra lunam ascendete: finiriq; vel in Mercurij orbe, vel etiam, (vt astrologorum quorundam est opinio) in orbe Veneris: Itaque si Lunæ, si Mercurij, si Veneris quoque orbes,terræ tenebras admittunt, cur non etiam orbes alij, Solis, Martis, Iouis, Saturnique eas admittere queant, si tam alte, ea vmbra scandere posset? Nam vel tota ea regio, vnum corpus ac continuum est, vt multorum fert opinio, vt vnus & continuus est aer (de qua re postea) vel est in plura corpora & orbes plures diuisa, qui singulos ferunt planetas.

Si vnum,continuumque sit, vnius quoque verisimile est esse naturæ. Quod concesserunt ij quoque, qui in plures orbes eam regionem diuiserunt. Itaque si vnius est naturæ & pars eius vmbræ conum admittit, totam quoq; eam natura admittete posse ratio verissima persuadet, si modo eo vmbra terræ porrigatur. Sed quod terræ vmbra facere nõ potest ob eius breuitatem, & quia in Veneris regione desinit; cur non credatur,Lunæ corpus opacum, in superiorem sua regionem, suam vmbram posse iacere?

Corpus lunæ profecto, esse opacum,& vmbram facere, solis eclipses faciunt manifestum. Solem enim opacitate corporis sui,visui nostro occulit. Quæ experientia, ostendit, quod nemo tamen, aut veterum,aut neotericorum, quod nos sciamus adnotauit: Lunæ corpus vmbram suam iacere in ætherem superiorem, tempore quidem omni, præter quam in coniunctione cum sole. & maxime cum est plena.

Quo vsque autem coni eius apex pertingat, aut pertingere possit, ex corporis lunaris magnitudine ratio subduci potest. Namque eius vmbram in solis eclipsi, ad terram vsque porrigitur; non quidem apice, sed latitudine tanta, vt terræ superficiem ad millia passuum multa obumbret. & apex eius si terra transpicua esset, totam eam pertransiret, & in aeris regione ad millia passuum itidem multa defineret. Tantum ergo spacij in superos cęlos in plenilunio,luna vmbram suam proijcit. Est autem, a luna ad terram vsque distantia, vti Astrologi autumant millia pass. 109056. quibus

quibus addantur pass.mill. 3500. alterius nimirum terræ semidiametri in partem oppositam. pass. mill. 112.556. Finiretur autem ni regione. Hæc de terræ & lunæ vmbra in ætherem admissa, quę conuincit ætherem quoque esse diaphanum. Admissa enim vmbra, necesse est lumen quoque admitti. Nam de solo lumine, non est admodum certa ratio. Si namque argumentemur diaphanum esse æthera, quia lumini stellarum, tum superiorum, tum inferiorum dat transitum. id potius tenebris tribuemus, quam lumini. In tenebris enim, siderum luces conspiciuntur, non lumina, quæ in lumine non cernuntur, nisi rarissimè, & non omnes, sed propiores, nimirum Venus forte sola. Solis vero lux solius etiam in lumine conspicitur, & radios eius, & lumen ex eis emissum inferior sole regio suscipit, & ad nos vsque porrigi sinit. Sed hæc arguunt, regionem ætheris, sole inferiorem tantum esse perspicuam, superiorem vero minime. Lucis enim visioni superiorum siderum, superior dare transitum arguitur, non autem eorũ lumini. Qui verò dixerũt superiores stellas a Sole lumen suum accipere, non videntur id vere satis tradidisse. Concesso enim hoc quod omnibus, tum philosophis, tum Astronomis est confessum. Astra omnia cœli densiores esse partes, & vti tales sunt, eiusdem esse naturæ, concludemus nos astra omnia propriam habere lucem sui natura. & nõ a sole tantum. A quo etsi dicantur illuminari, quia eius lumen totum cœlum, imo mundum implendo vniuersum, omnia quoque sidera attingit, & illuminat. non tamen eis lucem indit, qua lucent & visuntur. Hoc autem clare constabit hoc experimento, quod nos primi, ni fallimur, animaduertimus. ex Astronomorum positionibus. Qui docent, Solem, superiorem esse Venere; & hanc Mercurio; & hunc Lunæ. Si ita est, & Venus, & Mercurius, a sole haud multum discedentes, parte ea corporis, qua solem aspiciunt, eius radijs illustratur. Ea vero, quæ a sole est auersa & eum non respectat, non possunt ab eo illuminari, neque eius lumine lucere. Quæ res in luna valde est manifesta. Quæ ea parte qua solem aspicit, ab eo collustratur, auuersa vero, vel tenebrosa est, vel colores quosdam suos ostentat. In Venere autem, & Mercurio idem euenire, subiecta figura fit manifestum.



In qua id fit euidens hæc duo astra in parte superiore a sole illustrari ad C. D. ab inferiore vbi A. B. non illustrari. At hac etiam parte semper lucent. Propriam ergo lucem habent, & ea lucent. Ergo & astra reliqua, cum eiusdem sint naturę vniuersa, & densiores cœli partes, proprijs lucibus lucebunt. Quæ eorum corpora singula, tota occupent ab eorum centris ad vniuersas circumferentias. A solis vero lumine ita illustrentur, vt nostrates ignes. Qui quidem, & noctu, & interdiu, sui natura tuti lucent luce propria. Noctu enim a sole non attinguntur. & interdiu, tametsi attingantur, & magis illuminentur: non sunt tamen negandi proprijs quoque lucibus fulgere. Quia & stellas eas, quæ nebulosæ dictæ sunt ab Astrologis, & obscuræ, sol etiam si illuminet, non tamen lucentes facit. Ergo cum neque his lucem indat, nec Veneri, nec Mercurio: stellarum nulli lucem indidit, aut indit. sicuti neque ignibus, vllis siue aereis siue terrenis conspicimus e proximo dari lucem vllam a solis lumine. Quod si hæc corpuscula, materialia, impura, summus opifex & natura proprijs lucibus donauit & adornauit, quanto magis verisimile est, & veritati, & potentiæ factoris consonatius, ingentia illa, materia carentia corpora, purissimaq; præstantissimo lucis donasse dono, quo vniuersum mundi corpus, ornatum redderent & vitale. Vita autem omnis a spiritu, & igne est. Ignis autem omnis lucet: neque non lucere sui natura potest. Quæ ratione, Veterum Græcorum sapientiores inducti, & crediderunt, & tradiderunt, non solum astra, sed etiam cœlum totum, & æthera vniuersum, quoniam lucerent, esse ignes. Quod Peripati magister, non semel est attestatus. Quòd scilicet alij crederent ignea esse astra, quia supernum corpus ignem esse dicerent. Idq; non vt ipse putat, absurda ratione. Sed eadem qua ipse e quinta essentia quasdam, astra esse ait, e qua cœlum est, quia illa densiores huius essentiæ sint partes. & nihil prohibet cœlum Lib. 2. de Cœlo.

esse,

esse, e quinta essentia, & esse ignem; noo qualis est nostras ignis. Sed qualis cœlo competit; Itaq; si cœlum ignis est: & astra cœli densiores partes sunt, nimirum efficitur, vt ignis densiores partes sint, & ignea. Esse autem æthere m, & cœlum ignem, Anaxagoram putasse affirmat alibi. Sed huic Plutarchus addit alios Thaleta Anaximenem, Empedoclem. Quibus nos & Heraclitum addemus, & Platonem. Qui affirmat, Opificem diuini corporis plurimam ideam ex igne confecisse, vt lucentissimum esset, & visu pulcherrimum. Quem ignem cauillator hic, de cœlo. vbi visilis, & erat, & adhuc est, detraxit, & sub cœlum, vbi nemo eum vmquam vidit, reposuit, sensum secutus nullum. De qua re postea suo loco. Parmenides quoque vetustiorum sententiam comprobauit, Cuius carmina in hanc rem, quia rara sunt inuentu apponimus.

Tim.

Ἀντία δ' ἐκρίνατο δέμας, καὶ σήματ' ἔθεντο
Χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων, τῇ μὲν φλογὸς αἰθέριον πῦρ·
Ἤπιον ὄν μέγ' ἀραιόν, ἐλαφρόν, ἑωυτῷ πάντοσε τωυτόν.

» Contra posuit faciem, & corpora posuit.
» Seorsum a se ipsis. hæc quidem flammæ æthereum ignem.
» Lenem, valde rarum, leuem, sibi vndique eundem.

Æther ergo vniuersus ex veterum Græcorum sapientia, ignis est. Ex quo æthere, densiore facto, cum astra omnia sint facta, ignes esse ipsa astra, ex hoc dogmate nemo dubitabit. Nam & solem esse ignem, idem cecinit Parmenides.

Καὶ καθαρᾶς, εὐαγέος ἠελίοιο, λαμπάδος.

» Et puræ, sinceri solis, lampadis.

Dogma autem hoc vetustissimorum Zoroastreorum Magorum prius fuerat. E quorum Oraculis, hæc, quæ a paucis leguntur ob raritatem, huc adscribam. De stellis.

Ἔπηξε δὲ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν.
Τὸ πῦρ πρὸς τὸ πῦρ ἀναγκάσας.

» Compegit multum cœtum stellarum inerrantium.
» Ignem ad ignem cogeos.
» Solem quoq; ignem esse voluit, dum canit.

Ἓξ ἀνακρεμάσας ζώνας ἑβδόμην ἠελίου.
Μεσεμβολήσας πῦρ.

» Sex suspendit Zonas, septimum solis.
» Medium ponens ignem. Quém etiā vocat.

πῦρ πυρὸς ἐξοχέτευμα, καὶ πυρὸς ταμίας.

» Ignis, ignis deriuatio, & ignis pœnu.
» Eundem solem Philo, Iudæorum doctissimus, ait.

Φλογὸς ὂν πίλημα πολλῆς, ὠκυδρομώτατος γέγονε τῶν ὄντων.

» Flammæ cum sit compactio multæ, Ocyssimus eotium est factus.

Chaldæorum ergo prius, Hæbræorū postea Græcorum postremò sapientiorum hoc dogma fuit. Ignea esse astra, & solem. Idqne rectissima, vti diximus ratione, quando nimirum: cœlum quoque, cuius partes densiores, ipsa astra sunt, sit ignis. Ignem autem cœlum esse Moses quoque asseruit, ipsa vocis, qua cœlum nominat significatione. appellator enim asciamaim; hoc est igneum & aqneum. Illud qnòd luceat, hoc verò quòd transluceat. & ante Mosen Chaldei, cœlum purum esse lumen, seu lucem docuere. idq; totius cœli esse substantiam. Lucem autem & ignem pro re eadem acceperunt, ob eam rationem, quam post innnmera secula Plato postea explicauit, quando ait.

Deum ex igne & terra cępisse mundi corpus constituere. Cur aotem ex igne rationem reddidit, dum inquit.

» Separatum ab igne, nihil vnquā visile fiat.

Hunc autem ignem qualis esset expresisit. Lucem φῶς, accendit Deus circa secundam a terra circulationem. De sole intelligens, quem & λαμπρότατον καὶ λευκότατον, fulgentissimum, & candidissimum appellat. Quasi ignis & φῶς, lux, & sol, & fulgor, & candor eadem res esset.

Sed quia ignis, non solum lucem, verum etiam calorem habet innatum, de calore quia postea erit agendum, demonstrationes reliquas, quòd astra ignea sint, in illud tempus differamus. Hoc tantum memoria retineores, vetustissimos illos, rerum contemplatores, Aristoteli nondum addictos, ignem, lucem, astra pro eadem re accepisse. rationibus ijs quas adduximus, aut alijs permoti. Et veriore longe sententia, quàm sit in Peripato, qui docet calorem & lumen fieri in aere, atrito aere, ab astrorum latione. Namque id, & in aere, & in æthere est falsissimum. Quis enim aer in æthere ateritur? Quis in aere aer ateritur, ita vt luceat? Nam & noctibus tenebrosissimis etiam luceret, & longissimis. quandoquidem ijs nō minus quàm interdiu, astra circunferuntur. Sed hi sensum præ ceteris professi, plerumque nullo sensu, sepissime contra sensus omnes philosophantur. Astra autem ignes esse, ipse ostendit sensus, ex ignium nostrorum effectibus. qui syderum effectibus suot vniformes: Nam flammę nostræ, & anthraces accensi, si non proxime, sed spacio aliquanto conspiciantur, figuram orbicularem, radijs coronatam represent ant, ita vt stellæ appareant re vera. Quando item vel anthraces, vel lecythi extinguuntur, dum in eo extictionis actu sunt, ad instar stellæ radiusculos emittunt. Sed & calor, quia a sole ad nos descendit & radijs vehitur, rem eandem

dem comprobat. Solem scilicet, & astra omnia, præter vnam forte Lunam, esse ignes. Sed de calore, vti diximus, postea. Concludamus ergo, longe quàm Astronomi, quàm Peripatus, & verius & firmius, sydera omnia, proprijs quæque locibus corruscare. & in proprijs iacere lucibus. & quod ex his sequitur, Omnia in luminibus quoque iacere alienis, attamen socijs, atque cognatis. Totus enim æther, omnium siderum luminibus impletur, & collucet. Non enim sol tantum vnus æthera vniuersum suo replet lumine. Sed stellæ quoque singulæ proprium a se in æthera fundunt lumen quaquauersum, & circa se, & supra & infra se. Nihil enim huic fusioni, aut diffusioni obstar. Nam sicuti sol, in partes omnes, ad latera, ad supera; ad infera omnia, vltra etiam terram, & aerem, lumen suum porrigit cur non idem reliqua astra faciant, proprijs locentia lucibus, nullum ibi corpus alienum, nulla vero vetat ratio, cum præsertim sole ipso non sint multo minora, & nulla re impediente. Quot ergo sunt stellæ in æthere, tot sunt, etiam lumina ab eis effusa. quæ se se inuicem non aliter quàm apud nos plurium candelarũ lumina, & commista, & separata se se permeant, se ipsis vniuersum æthera replent. In lumine ergo, imò in luminibus, totus æther iacet, omnium scilicet astrorum. & omnia astra, in luminibus etiam iacent, tum proprijs, tum reliquorum omnium alienis, tum etiam in lumine totius ætheris proprio. Nihil enim aliud ætheris substantia esse potest quam purum lumen. Quod dogma Chaldæorum sapientum antea fuit. Ergo vniuersus corporeus mundus, & intus in lumine iacet, & extra.

FINIS SEPTIMI LIBRI.



FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER OCTAVVS.



DE LVCE ET LVMINE SVPERCOELESTI.

DE luce, radijs, lumine, sociisque rebus, quæ sub visum caderēt, satis a nobis, & quidem liberiore, & liberaliore philosophia libris præcedentibus est disputatum. Nunc eaquę recta ratio ab his ducta indicare possit, perquiramus altiora: & quæ supra hylęum, æthereumque mundum posita videri queant. & ostendamus vtriusque huius mundi molem, supercœlesti lumine, non solum esse circundatam, sed etiam permeatam. Itaque dicamus si ex vtroque hylæo, & æthereo, mundus vnus constitutus, infinitus mole est, frustra docebitur, extra mundum nulla esse corpora, nulla loca, nullosque motus. Sin vero finitus mole sit, & superficie extima circunuolutus, quæstiones hæ rite propositæ fuere olim, & nos spacium extra mundum esse, recte, & docuimus, & adhuc docebimus, illudque vacuum corporibus. Nam & Peripatus qui corpora ibi esse negauit, vacuum ibi spacium esse non negauit. In quo spacio sane substantiæ illæ, quas supra mundum habitare asseruit, æternoque æuo, beatissimam vitam degere, quid sint qualesq; quibusque viribus polleant, in præsentia omittamus inquirere, suo loco id reseruantes. Ad eas enim contemplatio nostra, nos veluti manu ducet. Sane si modo concesserimus optimas ibi, incorporeasque substantias æterno æuo beatissime viuere, consequetur necessario, spacium illud, non omnino esse vacuum. Sequetur etiam eas viuere ibi, vel in tenebris, vel in lumine, vel in re alia, quæ neutra harum sit. Quæ res, est in præsentia perquirenda. Si optimæ, optimam ibi vitam degant, ratio suadet, eas ab omni talis vitæ impedimento esse liberas, omnique tristitia vacare. At si tenebras ibi locauerimus, rem pessimam, omnique hominum, deorumque generi exosam, infensissimamque, beatissimis dabimus. quæ eas mœrore atque horrore perpetuo obrutas teneat. Abigendæ itaque sunt illinc tenebræ. Nam & rationes aliæ non esse illic tenebras demonstrant. Tenebrę enim in opaco, & ab opaco sunt. Opacum autem non aliud in mundo apparuit esse, quam quæ diximus tria, vel quatuor, lunam, nubes, terram, terrea. At in supera illa regione nullum tale habitare corpus, iam est statutum. Ergo ne opacum quidem corpus vllum ibi erit. Nec terreum ergo, nec terram, nec nubem ibi esse certum est. Vmbram vero lunæ non eò vsque porrigi, ratio superior demonstrauit. Nullæ ergo tenebræ extra mundum a mundo porrigūtur. Neque ibi vllæ aliæ vel esse, uel habitare, vel vagare possunt. Neque ibi sedebunt, quia luminis sint priuatio, nec qua lumen sint minimum. nec qua lumini contrariæ. Hæc enim omnia vel corporea sunt, vel e corporibus exeunt; Corpus autem nullum ibi esse opacum, iam est cōstitutum. Neque, etiam si verum sit, vt oracula cecinerunt, ibi plurimum esse ignis, ibi vel anthrax, vel flamma, vel fauilla est vlla. At si tertia ignis species, lux, & lumen ibi est, quod & asserimus, & probabimus, non tamen, vel se ipsam, vel sibi congenerem opacat. & si opacat, non tamen obscurat, quando & si noster ignis alium ignem, quamuis obtegat, non tamen obscurum reddit. Et ignes nostrates, quamuis transpicui non sint, nullas tamen

tenebras

tenebras proijciunt, neque vllas iu se habent. Sed toti, vel lux sunt, vel luce circumteguntur, & lumen ex se, quaquauersum emicant. Si quis ergo ignis, non transpicuus, supra mundum concedatur esse, non ideo tenebræ vllæ ibi concedentur esse. Concludendum ergo in vniuersum, nullas ibi prorsus aut esse, aut esse posse tenebras.

Quid vero aliud quippiam ibi erit? Quod nec tenebra sit, nec lumen? Equidem si res talis quæppiam ibi sit, vel media inter hæc, vel vltra vtraque, erit aliquid. Quod neque imaginatio, neque cogitatio, neque ratiocinatio, neque intellectio vlla capit, aut assequitur. Si talis sit, quam neque mens, neque ratio, neq; vis alia nostra cognitrix capiat, non est nobis in ea inquirenda, frustra laborandum. Sin autem media inter lucem sit, & tenebras, vel ea extremorum negatione, nihil lucis, nihil tenebrarum habebit; vel vtriusque particeps, composita quædam media erit dicenda. Si prius sit, eam nec luminis, nec tenebrarum quicquam habere, tertia res quædam erit, vltra vtrasque. Talem autem nullam mente capimus. Est ergo ommittenda. Si vero media eò modo sit, vt & luminis, & tenebrarum partem habeat, ne fingi quidem posse videtur, vt vbi tenebræ nullæ sunt, aut esse possunt, ex tenebris aliquid confletur. Si vero quis dicat nullas quidem ibi tenebras esse putas, esse tamen ex iis, & lumine mistum quippiam, interrogandus erit, quo modo ibi sit, misti ea pars, quæ tenebrarum sit? Aliunde enim eam eò migrasse erit necesse. Id si fateatur, vnde nam illuc ascendisse potuit, aut continue ascēdat, reperire est necessarium. De quatuor enim opacis illis, nihil eò posse surgere est demonstratum, aut alia quoque esse, cogetur ostendere. Et si forte ostendat: necesse fuerit ea ita prope extrema mundi sita esse, vt eorum tenebræ ad spacium pertingant, quod extra mundum est. Ex eisque & lumine, mistio illa fiat media. In mundo quidem, media luminis, & tenebræ, cognoscimus vmbrationem, vmbrā, & lumen creperum matutinum, ac vespertinum. Si quod tale medium extra mundum in spacio sit, necesse est, opaco à corpore proficisci. Quod nullum ibi esse est demonstratum. Stabiliendum ergo est, in spacio extra mundum, nihil horum omnino vel esse, uel esse posse. Quid ergo nos lumen ibi esse, dicere audebimus? Audebimus sanè, si quæ vmquam humanæ rationis vis vlla, quicquam persuadere valeat. Nam & ea quæ ibi beatissimam vitam degunt, in pulcherrima re, iucundissimaque degere, rationi est & æquitati valde consentaneum. Luce vero, & lumine nulla neque pulchrior, neque iucundior. Præstantissimas quoque substantias, in re eis simili, præstantissimaque, æuum agitare suadet ratio. Et potentissimas, quæque omnem mutationem superent, in potentissima. quę vniuersum penetrando, nullam sentiat ipsa mutationem. & quæ corporibus vitam præstat omnibus, imò quæ vita vna corporum sit omnium; in vitali maxime re habitare, nulla tam obtusa mentis acies fuerit, quæ neget. Hæ rationes, ex mentis ui deductæ. Aliæ ex vi sensus.

Sol quem cernimus, lumen suum vsque ad terram propagat. Et, si tolleretur obstans terræ densitas, atque opacitas, visibiliter vsque ad centrum penetraret. Quid dico ad centrum vsque? Totum terræ globi locum, quaquauersum permearet, atque impleret, non aliter ac scintilla in cētro globi vitrei posita, totum lumine suo replet. Neque id dubium esse potest, quando cœlorum sol inferiorum corpora, & aeris, & aquæ, tota impleat? Quando, solida, & dura, glaciem, vitra, crystalla, gemmas, adamantesque densissimos, durissimosque suo lumine, momento temporis transuerberet? Quando totum spacium, aerisque molem, vsque ad oppositum lunæ globum, momento eodem transeat. Lunæ globum totum, orbes duos, Mercurij, ac Veneris. & trium superiorum, vsque denique ad inerrantia astra lumen suum sol profundat, illoque ea perfundat. Cuius spacii pars, a sole ad terram commensa, videatur Astrologis ferè immensa. Eorum enim acutiores quidam, nobis suadent, vt a terræ superficie, vsque ad lunæ concauum Mill. pass. sint. 109037. Crassities orbis lunæ sit Mill. pass. 109056. Crassities orbis Mercurii Mill. pass. 370479. Veneris M. 3413755. solis M. 339102. Martis M. 27339375. Iouis Mill. 19775497. Saturni M. 29474573. Firmamenti denique M. 80942471. Cui vniuersæ longitudini addātur diametri terræ M. 7159. & vltra terram vsque ad solis oppositam partem totidem. & inde rursus vsque ad extimam firmamenti superficiem, aliud tantum. Ex quibus omnibus distantiis, numerus millium passuum, inenarrabilis conficietur, & pene infinitus. Quæ omnia solis vnius lumen, illuminat ac replet. præter exiguum id, quod terra, & luna, suis locis occupant. Summa autem, excepta terræ diametro, totius numeri suprapositi sunt M. 323. 753. 849. Qui numerus si a sole, ad superam firmamenti superficiem extendatur, supra eam in spacium illud vacuum protendetur M. 166. 221. 933. Cumque Astrologorum computis atque rationibus, totius vniuersi soliditas sit M. 384. 365. 443. 816. 687. 500. Tota solari lumine illustratur atque repletur. præter eam quam

diximus terræ, & lunæ opacitatem. Si ergo ſolis lumen tantam vniverſi ſoliditatem implet atque illuminat; & tanto ſpacio, quanto diximus extra mundum, circumquaque protendatur: quanto magis videbitur protendi, ſi ratio ſpacij, nullo obſtaculo impediti computetur. Quid enim vetat, lumen illud ſolis, quod per corpora, rara, denſa, mollia, duraque, & vt par eſt aliquid obſtantia, tãta ſpacia intra mundum penetrans compleat: extra quoque mundum, vbi nullum opponitur obſtaculum, in tantundem ſaltem ſpacij, quaquauerſum diffundi ac ſpargi? Vbi, ſi nihil itidem obijciatur, nihilque impediat, quid prohibet etiam vlterius progredi? Sed quo vſque tandem? Quo vſque nimirum nihil impediat. At nihil vſquam toto ſpacio impedit. Toto ergo ſpacio lumen ſolis diffundetur. Spacium vero totum infinitum eſt, vt aliàs probauimus. Totum ergo infinitum ſpacium, ſolare lumen implebit. Et ſi quid deſit, quò id non pertingat, addãtur ei lumina Martis, Iouis, ac Saturni. Quorum corpora, ſi Aſtrologis danda fides, tam magna ſunt, vt eorum lumina, eum defectum facile adimplere queant. Martem enim aſſerunt in ſe continere terræ, magnitudinem ſemel cum dimidia: Iouem vero, eandem continere nonagies quinquies, & dimidiam: Saturnum autem nonagies ac ſemel, cum parte vna octaua. Quæ magnitudines ſimul computatæ, terræ, corpora, globoſue, continebunt centum octuaginta octo, cum parte octaua. Cumque ſolis corpus, terras centum ſexãtaginta ſex cum tribus octauis, contineat, ſolem alterum integrum tres illi Planetæ conficient ac terras viginti & vnã cum dimidia, & amplius parte. Atq; ideo tantundem extra mundum ſpacij lumine replebunt, ac tanto vltra ſolaris luminis confinia, quanto ipſi ſunt extimæ mundi ſuperficiei, quàm ſol propinquiores. & ſpacio illi de quo agimus, proximiores. Quorum trium cũ firmamento ſimul craſſitiem antedictam colligamus, ſummam efficient M. 157. 531. 916. Tanto ergo interuallo pluſquam ſol extra mũdum ſua lumina emittunt. Quibus luminibus ſi addantur lumina ſtellarum maximarum xv. quarum vnaquæque centies ſepties terra maior eſt: & earum omnium magnitudo ſimul ſumpta poſſit alios X. decem ſoles ferè integros conficere, quanto credemus in ſpacium illud ſua lumina profuſuras? Hiſce ſi addamus lumina ſtellarum magnitudinis ſecundę, quas dicunt eſſe X L V. & ſingulas nonagies terram ſuperare profectò conficient ſoles integros X X I I I I. & vnius L X V I. partes amplius. His vero ſi lumina iungantur CCVIII. ſtellarum magnitudinis tertiæ, quarum quæque L X X I I. terræ globos cum parte tertia adæquant. Soles X C. efficient cum XXXVI. vnius partibus. Addamus his ſtellas alias CCCCLXXIIII. magnitudinis quartæ. quarum ſingulæ L I I I I. terræ globis æquales ſunt, ſoles confecerint integros C L I I I I. & partes vnius. X X X I I. Apponamus his lumina ſtellarum C C X V I I. quinti ordinis. quarum quæque X X X V I. terreos globos implet, ſoles perficient X L V I I. & vnius partes X. Poſtremo ſi hiſce adijciantur lumina ſtellarum X L I X. ordinis ſexti, quarum vnaquæq; X V I I I. terræ corpora adæquat, ſoles conflabunt. V. & amplius L I I. partes vnius. Quos quidem ſoles, ſi cum partibus in ſummam redigam exibunt ſoles C C C I. ſpacio illi ſupramundano proximi. Vt in nullum numerum ponamus, aut Veneris, aut Mercurij ſidera, nec computemus ſtellas nouem, quas obſcuras, aut quinque, quas rubeas appellant, vel nebuloſas. nullo etiam numero habeamus infinitas alias, quæ ſexto ordine ſunt minores. Itaque in hunc modum ratiocinemur. Si ſol vnus mundi omnia ſpacia, præter lunæ, ac terræ globulos, illuminat, & vniuerſi mundi intercapedinem, & extra mundum per innumerabilia milliaria lumen ſuum extendit, quid dicemus C C C I. Soles integros, nullis ibi obſtantibus impedimentis poſſe implere? Nempe totum id, in quo nihil obſtet. At in toto illo infinito ſpacio, obſtat nihil; totum ergo infinitum ſpacium implebunt lumine. In infinitum ergo lumina extendi ratio hæc noſtra, ex ſenſu, & ex Aſtrologorum decretis ducta, ſatis demonſtrat.

Sin contrà dicatur, corpora ſtellarum ingentia quidem eſſe, totque ſoles conſtare poſſe, attamen non luce ſua lucere, ſed a ſole lumen omne accipere: atque ita ſui parte ad nos verſa lucere oppoſita non lucere, atque ideo non extra mundum lumina ſua mittere. Deinde ſi oppoſita quoque luceant parte, non poſſe lumen proiici in vacuum. Tertio, quamuis etiam proiiciatur, non proiici poſſe in infinitum. Finiti enim corporis finitam eſſe virtutem. Atque inde fieri, ſi mundi totius finita virtus eſt. finitæ partis cuiuſque virtus, neceſſe eſt. Præterea, ſi detur lumen in infinitum propagari ſpacium, quid prohibet, mundum quoque infinitum dici? quando mundus id ſit, quod omnia contineat? & cui nihil deſit? At mundum finitum eſſe, ſapientibus eſt iam, & perſuaſum, & confeſſum. Ideoque perfectum. Quòd ſi lumen extra mundum diffundatur, mundus non omnia continebit. deerit illi lumen id quod extra illum porrigitur:

Eo

Eo autem carens nulli dubium iri, mundum esse imperfectum.

Magna equidem sunt hæc obiecta omnia. Sed nostræ sententiæ officere nequaquã possunt. Nam & stellas omnes suis fulgere lucibus, & eas ignes, flãmasq; esse, indubie est demonstratum. Ideoq; toto corpore lucere eas est necesse, & nulla parte opacas esse. Itaq; obiecta illa priora, nullum locum habent. Cur autem lumen in vacuum proijci nõ potest? Nulla profecto res alia, in vniuerso tanta corporum varietate cõflato, lumini intercludat viã, nisi vna opacitas. Lumini corpora omnia reliqua, rara, densa, mollia, duraq; cedunt viam. In spacio illo vacuo, opacitas nulla est. Si hæc alia corpora ibi essent, transitum sine dubio lumini præberent. Cur ergo spacium quod nulli rei resistit, nulli obsistit, eidem lumini transitum non dabit? Cur eidem non cedat vacuum, quod nullam antitypiam, queat opponere? An vero vacuum, an vero spacium sui natura, erunt opaca? Ratio sanè valida est reddenda, quo modo opacitas in spacio vacuo habitet? & res quæ nulli rei mundanæ, aut eadem, aut similis sit, & ferè nihil est, cum densissima opacitate conferre propè amentium est. & asserere tantam habere resistentiam id quod nullam habet, quantam corpora opaca, per se ad resistendum nata, dementia est iam plena. Nisi hæc valide soluantur, demonstratioque afferatur valida, pro somnio relinquatur. Lumen in vacuum proijci non posse, quod etiam corpora omnia præter duo illa opaca, penetret suis viribus, & permeet. Quod vero dicitur non proijci in infinitum? quoniam solis, ac siderum corpora sint finita, viresque habere finitas, nullius est momenti: Lumen etenim, non est corpus tale, qualia omnia alia sunt corpora. Atque ideo cur & finitum dicitur ipsum, & finitæ ei vires attribuuntur, etiamsi a finitis promicet? Extra enim finita postquam est, si a nullo opaco coarctetur, finitorum conditiones habere non est necesse. Nam si id lumen, quod mundum replet, quandoq; languescit, id ei vti docinimus contrariorum viribus, vmbrarum, obscuritatis, tenebrarum, opacitatis accidere, visus etiam cognoscit. At extrà mundum, quid nam dicemus esse lumini contrarium, vbi nulla opacitas, vbi nulla opacitatis proles? Hoc si adducere nesciamus, aut nequeamus, nullis contrariis ibi lumen languescere, nullisque terminis finiri posse, est affirmandum. At mundus, quartò obijcibatur, sic infinitus ipse quoque esset. Huic res nulla alia obstat, nisi sapientum authoritas. Nos vero rationibus, philosophamur non authoritatibus. Quas suo loco explicandas, maneant nos lectores.

Et satis sit eis modo demonstrasse, & conclusisse lumen a sole, a stellis, a cœlo ipso extra mundum hunc quem putant finitum, in infinitum progredi, ac protendi. (Quod aliàs in libello de spacio physico demonstratum, & mihi concessum fuit a Dominis superioribus.) Atq; hoc lumen, illud est quod cœlum empyteum, nostrates Theologi vocauere. In quo Deum, beatas mentes, animasque felices habitare tradiderunt. Cuius essentia purissimus sit ignis, vnde nomen quoque habeat. Ignis inquam, non prima specie anthrax, non secunda specie flamma: Sed tertia, Timei, Platonis, Theophrasti, Platonicorum nobiliorem omnium. Lux & lumen, sitque Zoroastris, Ζωηφόρον πῦρ. Vitifer ignis. Neque vero Theologi nostrates primi fuerunt, qui hoc dogma empyrei cęli induxerũt. Sed ante eos Parmenides de eo est locutus. Cuius verba raritatis eadem causa, oportuit afferre. Sunt autem.

Καὶ τὸ περιέχον δὲ τὸ πᾶν στοιχεῖον δίκην στεφάνου στερεὸν εἶναι πρώτῳ πυρί, μεθ᾽ οὗ αἰθέρα, εἶτ᾽ ἀέρα, μεθ᾽ οὗ ὕδωρ.

„ Et id elementum quod ambit hoc vniuersum coronæ instar, esse solidum primo igne. post quod æthera, deinde aerem, post quem aquam. Et addidit.

Πῦρ φῶς καθαρὸν, οἰκεῖ ἐν οὐρανῷ.

„ Ignis, lux, lumenq; purum habitat in cœlo. Cœlo inquam eo quod supra ætherem est primus, vt dicebat ignis. Deinde.

Πῦρ αἰθὴρ, φλὸξ, φῶς.

„ Ignis, æther, flamma, lux, lumen.

Præponens semper ignem primum illum, empyreum. A quo, vt a corpore diuiniore, corpora æther, flamma, lux, & lumen corporeum ducit originem. Et a quo stellæ, sol Planetæ, luces suas habent, luminaque nobis largiuntur, & illuc vnde hauserunt a principio, refundunt. Sed ante Græcum Parmenidem, dogmata hæc in oraculis fuere Zoroastri, primi totius humanæ sapientiæ, vel repertoris, vel doctoris.

Is oraculo quodam suo cecinit.

Καὶ γὰρ τὶς πυρὸς ὄγκος ἐὼν ἑτέρος, τὰ δὲ πάντα. Αὐτουργῶν, ἵνα σῶμα τὸ κοσμικὸν ἐκτελεσθῇ.

„ Namq; ignis moles erat altera. Ista omnia. „ Per se efficiens, vt corpus mundanum perficeretur.

In quo satis aperte dixit, aliam ignis ab æthere esse molem, a qua, & æther, & astra, & aer, & aqua, & terra efficerentur & perficerentur. Hanc molem, eandem alio loco proprio nomine mundum empyreum appellat in hęc verba.

Πηγαῖον ἄλλον ἐς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει.

Fontanum alium, qui Empyreũ mundũ agit. Alio quoq; ignem eundem nominauit.

Ἀρδὴν ἐμψυχοῦσα, φάος, πῦρ, αἰθέρα, κόσμους.

Abunde animans, lucem, ignem, æthera, mundos.

Hoc oraculum Proclus, qui omnia ea vidit, & quæ in tanta habuit admiratione, vt θεόδοτα, & θεοπαράδοτα, a Deo data, & a Deo tradita appellauerit, referente Simplicio, in hunc modum exposuit: Sed afferam eius verba, quæ ab interpretibus, cum non intelligerentur, sunt versa perperam.

Δύο νοήσωμεν σφαίρας, τὴν μὲν φωτὸς ἑνὸς, τὴν δ' ἐκ πολλῶν σωμάτων, ἴσας ἀλλήλαις κατὰ τὸν ὄγκον. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἵδρασον ὁμοῦ τῷ κέντρῳ. τὴν δ' ἐμβιβάσας εἰς ταύτην, ὅλον τε ὄψει τὸν κόσμον ἐν τόπῳ, ἐν τῷ ἀκινήτῳ φωτὶ κινούμενον. καὶ τοῦτον καθ' ὅλον μὲν ἑαυτὸν ἀκίνητον, ἵνα μιμῆται τὸν τόπον κατὰ μέρος δὲ κινούμενον, ἵνα ταύτῃ ἔλαττον ἔχῃ τοῦ τόπου. Καὶ ἀπὸ τῶν λογίων δὲ τῶν Χαλδαίοις ἐκδοθέντων τὰ περὶ τῆς πηγαίας ψυχῆς εἰρημένα.

Ἀρδὴν ἐμψυχοῦσα φάος, πῦρ, αἰθέρα, κόσμους. τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ φῶς τὸ ὑπὲρ τὸ ἐμπύριον, μονὰς ὂν πρὸ τριάδος τῆς τοῦ ἐμπυρίου καὶ αἰθερίου, καὶ ὑλαίου.

Duas mente concipiamus sphæras, alteram luminis vnius, alteram ex corporibus multis; æquales adinuicem mole. Sed alteram colloca insimul cum centro, alteram in eã indens, vniuersum conspicies mundum, in loco immobili lumine motum, & eum totum per se immobilem, vt locum imitetur: per partes vero motum, vt hoc minus habeat quàm locus. & ab oraculis quoq;, quæ a Chaldæis sunt edita, ea quæ de anima dicuntur fontana.

Abunde animans, lucem, ignem, æthera, mundos.

Hoc enim esse lumẽ, quod supra empyreum est, vnitas ante trinitatem, Empyrei, ætherei, materialis. Addit hæc Simplicius.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ κέντρα τοῦ κόσμου παντὸς, ὡς ἐν τούτῳ πεπηγέναι. εἰ γὰρ τὰ λόγια, τὰ κέντρα τοῦ ὑλαίου κόσμου ὑπὲρ αὐτὸν ἐν αἰθέρι πέπηγεν, κατὰ τὸ ἀνάλογον ἀναβαίνοντας τοῦ ἀκροτάτου τῶν κόσμων, ἐν τῷ φωτὶ τούτῳ, τὰ κέντρα φήσομεν ἱδρῦσθαι. μήποτε δὲ τὸ φῶς τοῦτο, πρῶτον ἐστὶν, εἰκὼν τοῦ πατρικοῦ βυθοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ὑπερκόσμιον, ὅτι καὶ ἐκεῖνος.

Videntur autem, & centra mundi totius, in hoc esse fixa. Nam si oracula, centra materialis mundi, in eo qui supra eum est æthere infixere, proportione ascendentes, supremi mundorum in hoc lumine dicemus esse stabilita.

Num vero, lumen hoc primum, imago est paterni profundi? & ob id supramundanum sit, quoniam & ille.

Post autem nonnulla etiam hæc adiungit.

Μάλιστα δ' ἐκ τῆς θείας παραδόσεως, εἴπερ καὶ τὸ ἐμπύριον διὰ τοῦ αἰθέρος, καὶ τὸν αἰθέρα φησὶ διὰ τοῦ ὑλαίου χωρεῖν, καὶ εἴπερ αἱ τετράδες, καὶ αἱ ἑβδομάδες αἱ νοεραὶ πᾶσαι πηγαίαν ἔχουσι τάξιν. καὶ διὰ τοῦτο ἐμπύριον τὴν ἐπιστασίαν. συμπεριέχονται ὅμως τοῖς κόσμοις, ὡς καὶ τοῦ ἐμπυρίου διὰ πάντων χωροῦντος.

Maxime verò ex diuina traditione. Si quidem & empyreum per ætherem, & æthera dicit per materialem penetrare. & si quaternitates, & septenitates omnes intellectuales fontanum habent ordinem, & ideo empyream præsidentiam, continentur nihilominus mundis, vt pote empyreo per omnes permeante.

His annectit deinde hæc alia.

Πῶς οὖν τὰ λόγια φησί. ἑπτὰ γὰρ ἐξαγκώσε πατὴρ στερεώματα κόσμων. εἰ μὴ δὲ δυσωπεῖ, καὶ τὸ μὴ ἂν ἀτελεῖς εἶναι τὰς σφαίρας ἀψῖδας μόνον οὔσας, καὶ οὐκέτι σφαίρας, εἰ ἄχρι τοῦ κέντρου χωροῖεν.

Quo modo ergo oracula affirmant.

Septem in moles duxit pater, firmamenta mundorum si non odit, non esse sphęras imperfectas, sed fornices tantum esse, & non sphæras, nisi ad centrum vsq; pertranseant.

Hæc ex oraculis Zoroastri ac Chaldæorum, de empyreo mundo, innumeris philosophantium incognita, veluti ex tenebris eruimus in lucem. De cuius empyrei per reliquos penetratione, cum de eo singilatim agemus, aliquid amplius palam faciemus. Satis in præsentia fuerit, supra ętherem, & supra mundum hunc ostendisse rationibus, & authoritatibus confirmasse, ignem seu lumen esse tantum, vt mundum alium constituat quem dicimus cęlum empyreum, in quo ex Aristotelis, etiam traditione, substantiæ diuinæ, diuinam vitam degant, & Deus ipsemet, ex nostrorum dogmatibus Theologorum, & mentium beatarum ordines, & animarum. Idq; recta ratione Zoroaster posuit. tum quoniam, ante mobilem æthera, immobile aliquid esset. natura id ferente. sicuti etiam fert, vt simplex omnino, composito sit antiquius, & anterius. Compositum autem esse æthera, cum ad eum tractatio nostra venerit, ostendemus.

FINIS OCTAVI LIBRI.


FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER NONVS.



DE LVMINE INCORPOREO.



SEn lumen hoc, quod extra finitum mundum in infinitum protendi oſtendimus. Quodque cœlum, ſeu mundum empyreum eſſe interpretamur, cum corpus ſit, a corpore ne alio procedit, ac pendet, & inde eſſentiam habet, ſicuti ab eo eſſe habent luces & lumina ætherea omnia? An ab incorporea cauſa eſt productum? Nam lumina omnia, quæ hactenus ſunt a nobis examinata, & corporea ſimul ſunt, quoniam a corporibus emicant, & corporeas quaſdam patiuntur paſſiones. & ſunt ſimul incorporea, quoniam incorporeas quaſdam edunt operationes: & mediam inter corporea & incorporea obtinent naturam. Vnde euenit, vt ſicuti a corporibus, corporeas habent paſſiones, ita ab incorporeis habeant incorporeas actiones.

Ergo totum hoc æthereum & empyreum lumen, neque a corporibus habent ortum ſuum, neque in ſe conſiſtunt, ſed neceſſe eſt vtrumque ab incorporeo lumine alio originem duxiſſe. Æthereum quidem empyreo mediante; hoc vero immediate ab alio, eoq; incorporeo. Omnis enim actio incorporei eſt. Nullum enim corpus actionem ſui natura habet vllam. & ſi quid corpora agere videantur, per incorporeum quid, quod in ipſis eſt, id operantur. Quod ſuo loco clarius fiet. & veriſſimum eſſe apparebit. In præſentia ſupponatur. Cum ergo actio omnis ab incorporeo proueniat, productio autē empyrei actio ſit, incorporei alicuius eſſe, erit neceſſe. Cui rei, Veterum meliores, & ſapientiores, dedere aſſenſum. Quoniam vero ætherea lumina multa ſunt; multitudo autem omnis ab vnitate naſcitur: neceſſe fuit illa multa ab vno empyreo proueniſſe. Hoc autem empyreum, tametſi vnum eſt, corpus tamē quia eſt, ab incorporeo, & eo quidem vno, neceſſe fuit originem duxiſſe. Incorporea autem appellamus ea, quæ vt ſint nullis omnino egent corporibus. Talia autem ſunt, quæ eſſentia ſua nullam habent dimenſionem, ſuntq; prorſus indiuiſibilia. Non quidem vt punctus, qui ſpacio eget in quo ſit, ſed modo alio indiuiſibilia dicuntur, quia ad id quòd nullas habeant partes, & diuidi nequeant, nulla, vt ſint, re alia egent quàm ſeipſis, & in ſe conſiſtunt, & per ſe conſtant, & in ſe ſubſiſtunt, & ſe ſe ſuſtinent. Huiuſmodi vero ea ſunt, quæ nomine communi diuina nuncupantur; Animæ immortales, Mentes, Angeli, Deus ipſe ſummus ac primus, quem vnum, bonumq; appellamus. Itaq; luces, luminaq; corporea & diuiſilia cum per ſe cōſiſtere nequeant, neq; a ſe ſint, aliunde originem habuiſſe eſt neceſſe. Ab vno nimirum atq; incorporeo, Illo fortaſſe, quod Simplicius ex Proclo, atq; oraculis Zoroaſtreis attulit. ad illud carmē, quo dictū eſt.

Ἄρδην ἐμψυχοῦσα φάος, πῦρ, αἰθέρα, κόσμους.

„ Affatim animans lucē, ignē, æthera, mūdos.
„ Hanc enim eſſe lucem (ſubdit) quæ ſupra
„ empyreum eſt, quæ vnitas exiſtis, ante
„ trinitatem, Empyrei, Ætherei, & Hylæi.

Et inquit, lux empyrea, lux ætherea, lux hylæa & materialis, ignium noſtrorum. Ante has tres luces, & ſupra empyream, neceſſe eſt lucem vnam eſſe, quæ prima ſit, atq; anterior tribus illis. Quæ prima lux ſubdit.

Μήποτε δὲ τὸ φῶς τοῦτο πρῶτον, τ' ἐστὶν εἰκὼν τοῦ πατρικοῦ βυθοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ὑπερκόσμιον, ὅτι καὶ ἐκεῖνος.

» Num forte lux hæc prima, est imago pater-
» ni profundi. & ideo supermundana, quo-
» niam & illud, scilicet supramundanum
» est.

Ait lucem hanc, quæ imago sit paterni profundi, esse supramundanam, sicuti & exemplar eius supramundanum est. supramundana autem ea sunt, quæ essentiæ suæ præstantia mundana corpora omnia, & excedunt, & excellunt. hoc est incorporea sunt. Itaque lumen hoc primum & supra mundum est, & incorporeum est. Ad cuius contemplationem, Platonis auditor, eorum librorum author, qui sub Ægyptiæ sapientiæ titulo, circumferuntur; quem hoc semper nomine, quoniam proprium non habemus, nominabimus. nos adhortatur his verbis.

» Maiore tamen studio, in mundi eius qui
» cœlesti superior est,quàm in ipsius cœlestis
» contemplationem incumbendum.

Est autem incorporeum hoc lumen, quia simplicissimum est, & igni empyreo simplicius. Quia ignis hic, & corpus est, & lucet, & calet. Lumen autem primum non aliud est quàm lumen. Itaque vt simplicius, ita superius est empyreo & excellentius. Cuius effectrix, sicuti & animatrix videtur anima Fontana; a qua animatur, simul cum igne, & ethere, & hyle. Quam affirmat idem Zoroaster opificem esse inferiorum: cum ait.

Ὅτι ἐργάτις, ὅτι ἐκδότις ἐστὶ πυρὸς ζωηφόρου.

» Quoniam opifex, largitrixq; est, ignis vitiferi.

Per omnia scilicet inferiora fusi, Quæ dum animat, calorem, lumenq; vitamq; eis largitur. Id autem facit potestate ei data a patre; vt ipsa sit ignis lucidus. Ait enim oraculo alio.

Ὅτι ψυχή, πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινόν.

» Quoniam anima, ignis, potentia patris exi-
» stens fulgidus.

» Qua potestate dum operatur anima, ait.

Μιγνυμένων δ' ὀχετῶν, πυρὸς ἀφθίτου ἔργα τελοῦσα.

» Mistis canalibus, ignis incorruptibilis ope-
» ra efficiens.

Omnia namq; mundi corpora & supera, & infera, animæ Fontanæ opera sunt, partim sibi proxima, partim instrumentis alijs mediantibus operans. De quibus postea suo loco; Nunc propositum de incorporeo hoc primo lumine peragamus. Lumen hoc primum inquam, incorporeum est, & ideo imago paterni profundi, quod profundum, & ipsum incorporeum & supramundanum est. Necesse enim est, lumen hoc primum, incorporeum, & supramundanum, vel a proxima supramundana essentia prouenisse, anima scilicet Fontana; vel a superiore aliqua per mediam animam. Supra autem animam Mens est secunda; ante secundam prima; ante primam pater. Qui quidem pater dicitur.

Πάντα ἐξετέλεσε πατήρ, καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ.

» Omnia perfecit pater, & menti tradidit
» secundæ.

Quæ paternum illud est profundum. & quam Platonis auditor vocat principem essentiam. eamque esse lucem infinitam. Sic enim scribit.

» Rursus igitur, ad institutum regressi dica-
» mus, principem essentiam, quę lux est in-
» finita, nulla ex parte interire. Ideoq; ab
» illa illustrari perpetuo orbem eum, qui cœ-
» lesti est superior, & ab hoc cœlestem.

Orbem nempe empyreum, qui supra cœlum est. Addit mox eodem loco.

» Porro intelligibilem mundum lux prima-
» ria conseruat, illeq; cœlestem. Hic vero
» infimum, qui in sensum cadit. Inter quē,
» & ipsum intelligibilem, medius est.

Itaq; princeps essentia, vt Platonico modo loquamur, Archetypus atque Idealis mundus est, qui lux est infinita; Idearum lucibus omnium plenus, ideoque recte Paternum profundum, nuncupatus.

A quo inquit, illustratur orbis, qui cœlesti est superior, hoc est empyreus. Lumen autem quod primum diximus, & imaginem paterni profundi, infinitæq, eius lucis, non cognitum ab hoc auditore, videtur fuisse. Qui alioqui diuina Platonis præceptoris doctrina imbutus, infinitam illam lucem, per inferiorum gradus omnes lumen deduxit. Quam deductionem operæprecium est ascribere. Libro ergo 10. cap. 2. ita scribit.

» Itaque inter essentias omnino primaria est
» ipsa mens. Quæ iccirco princeps dicitur.
» Quamquam eadem cum Dei verbo, atq;
» cum eo, quod primę formę est subiectum.
» Eademq; vt genus summum, omnes sub-
» stantias illustres, absolutasq; & putas. sub
» se continet.

Ipsum ergo Dei verbum, & Mens primaria, quam Zoroastres secundam nominauit, infinita est lux. A qua luce, incorporea, incorporeum illud primum lumē emicat, quod imago est paterni profundi. Huius ipsius Dei verbi, & mentis primariæ imago. Quod lumen ab ea luce productum funditur primo, per omnes substantias, veras, quas illustres appellat ideo, quia eo primo lumine illustrantur. & ab eo continentur.

Huic

Huic verbo, ac menti primariæ ex dogmate Zoroastri subordinat ipse intellectum secundum, primæ mentis quasi speciem, in quē, lumen illud, a prima luce, ait descendere. Inquit enim.

» Huic vero lumen inest, ab intellectus radice
» profectum, non aliter quàm crystallo ra-
» dius a sole reflexus.

Primo ergo loco a luce infinita, lumen, eius lucis imago emicans, substantias in ea contentas illustrat. Secundo vero intellectum secundum. Tertio ab hoc intellectu, lumen descendere ait debilius in animam ratiocinantem. Ait namque.

» Cuius lumen tenue est, & crepusculo ma-
» tutino persimile. Quarto vero loco,
» Amplius ex lumine animi ratiocinantis ma-
» nat natura animi sentientis, in quo minus
» lumen est, quam in superiore.
» Ex huius vero lumine. (quinto gradu) pro-
» fluit natura animi in plantas cadentis Quæ
» quoniam a luce pura, perfectaq; longo in-
» teruallo seiuncta, crassior est relicta.

Itaque incorporei luminis, per hunc authorem a primaria, atque infinita luce emanati quinque sunt species. Lumen substantias in se contentas illustrans; lumen intellectus; lumen animæ ratiocinantis; lumen sentiensis, lumen vegetantis. Atque hæc omnia vera esse, suis quæq; locis demoustrabimus.

Quoniam vero Mens primaria, & Dei verbum, est lux infinita, non solum quinque hosce incorporei luminis gradus extra se prodit cit ex dogmate Zoroastri superiore. (Scio & teneo tamen opera ad ex tua esse a tota trinitate, quemadmodum, & in sequētibus & intelligo, & teneo.) Sed quinque etiam alios gradus luminis corporei, effusi in spacium primo infinitum, in Empyreum in Æthereum mundum, inque Hyleum vniuersum, & in particularium ignium naturam. Quod iam antea est explicatum.

Quibus dogmatibus, omnium maxime admirandis, quoniam persimilia tradit Philo Iudæorum doctissimus, quæ huic nostræ philosophiæ nisi attexerentur, maximum admisisse piaculum nos putaremus, ea inserámus. Dum itaq; mundi creationem explicat, scribit in hæc verba.

Καὶ ἐπὶ πᾶσι ἕβδομον φωτὸς, ὃ πάλιν ἀσώματον καὶ νοητὸν ἡλίου παράδειγμα καὶ πάντων ὅσα φωσφόρα ἄστρα κατὰ τὸν οὐρανὸν ἔμελλε συνίστασθαι.

» Et ad omnia septimum lucis. Quæ rursus
» incorporea, & intelligibilis, fuit solis exē-
» plar, & omnium quotcumq; lucent astra
» per cœlum erat constituturus. Addit.

Τὸ δὲ φῶς ὅτι ὑπερβαλλόντως καλὸν, τοσοῦτος γὰρ τὸ νοητὸν τοῦ ὁρατοῦ λαμπρότερόν τε καὶ αὐγοειδέστερον· ὅσῳ περ οἶμαι σκότους ἥλιος, καὶ ἡμέρα νυκτὸς, καὶ τῶν αἰσθητικῶν κριτηρίων ὁ νοῦς, ὁ τῆς ὅλης ψυχῆς ἡγεμὼν, καὶ ὀφθαλμοὶ σώματος. τὸν δ' ἀόρατον, καὶ νοητὸν λόγον, καὶ θεοῦ λόγον, εἰκόνα λέγει θεοῦ. καὶ ταύτης εἰκόνα τὸ νοητὸν φῶς ἐκεῖνο θείου λόγου γέγονεν εἰκὼν, τοῦ δημιουργήσαντος τὴν γένεσιν αὐτοῦ. καὶ ἔστιν ὑπερουράνιος ἀστὴρ πηγὴ τῶν αἰσθητῶν ἀστέρων. ὃν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καλέσειεν ἄν τις παναυγείαν, ἀφ' ἧς ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη, καὶ οἱ ἄλλοι πλανῆταί τε καὶ ἀπλανεῖς ἀρύονται, καθ' ὅσον ἑκάστῳ δύναμις, τὰ πρέποντα φέγγη τῆς ἀμιγοῦς, καὶ καθαρᾶς ἐκείνης αὐγῆς ἀμαυρουμένης, ὅταν ἄρξηται τρέπεσθαι κατὰ τὴν ἐκ τοῦ νοητοῦ, πρὸς αἰσθητὸν μεταβολὴν εἰλικρινὲς γὰρ οὐδὲν τῶν ἐν αἰσθήσει.

» Lumen vero, quia supramodum pulcrum
» est. Tanto enim intelligibile lumen, vi-
» sibili est, splendidius ac radiantius, quāto
» vt quidem puto, sol tenebris, & dies no-
» cte; & totius animæ dux mēs, sensuum in
» dicatorijs, & oculi corpore. Inuisibile au
» tem & intelligibile diuinum verbum, ac
» Dei verbum imaginem Dei. appellat; &
» huius imaginis imaginem intelligibile il-
» lud lumen quod diuini verbi factum est
» imago. Quod verbum opifex generatio-
» nis eius fuit. Et est supercœleste sidus,
» fons sensibilium siderum. Quam non pro
» cul a scopo appellauerit quispiam Panau-
» giam. A qua sol, & luna, & reliqui plane-
» tæ, & inerrantes, hauriunt quantum cuiq;
» virium est, congruentes sibi fulgores. In
» commisto illo, & puro radio, tunc obscu-
» rescente, cum cœperit per mutationem ab
» intelligibili, in sensibile verti. Sincerum
» namq; nihil est eorum, quæ sub sensum
» cadunt.

In quibus summi viri verbis, illa sunt notatu dignissima. Quòd diuinum verbum, & Dei verbum, vocat Dei imaginem. & huius verbi rursus imaginem lumen ipsum intelligibile. Cuius luminis opifex fuerit ipsum verbum. In hoc tantum differt Philo a Platonis Auditore. Quòd hic ipsum verbum esse lucem infinitam dicat, Philo vero, verbi imaginem esse lumen.

Hoc tale lumen a luce verbi Dei emicans nomine vocat appositissimo Panaugiā; quasi omnilucentiam. Eò quòd fons sit omnium lucium cœlestium, & inferioris mundi luminum, a cœlestibus effusorum. A quo nomine, nos qui de vniuersitate tota lucium ac luminum disputamus, hisce libris Panaugiæ nomen dedimus.

Ante Philonem, & ante Platonem, eiusq; auditorem, Hermes Trismegistus, videtur in eandem de his rebus sententiam philosophatus. Namq; in Pœmandro, ait.

Καὶ ὁρῶ

Καὶ ὁρῶ θέαν ἀόριστον, φῶς δὲ πάντα γεγενημένα, ἥδιόν τε καὶ ἱλαρόν.

„ Et cerno spectaculum immensum, lumenq; „ omnia facta, suaue, & hilare. & mox.

Ἐκ δὲ φωτὸς τὶς λόγος ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει καὶ πῦρ ἄκρατον ἐξεπήδησεν ἐκ τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἄνω εἰς ὕψος.

„ Ex lumine autem verbum quoddam sanctum „ incubuit naturę: & ignis purissimus exilijt „ ex humida natura sursum in sublime. „ Quibus statim annectit.

Τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγὼ εἰμὶ νοῦς, ὁ σὸς θεός, ὁ πρὸ φύσεως ὑγρᾶς τῆς ἐκ σκότου φανείσης. Ὁ δ' ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος υἱὸς θεοῦ.

„ Lumen autem illud, inquit, Mens Deus tuus. „ qui ante naturam humidam, quæ ex tene„ bris apparuit. Verbum vero fulgens, quod „ ex mente, Dei filius.

Ex quibus omnibus, per totum ferè concordibus, concludamus, lumina omnia inferioris mundi, esse a cœlesti luce. Hanc esse, ex Zoroastri sententia, ab Empyreo, ex Philone a Panaugia. Hanc a Dei verbo: Hoc a luce prima Patris ex Hermete. Ex Platonis vero auditore, Lumen vegetantis animę, est a lumine sentientis. Lumen huius a lumine, ratiocinantis. Lumen huius a lumine Mentis; lumen vero mentis a luce infinita Mentis primariæ ac Dei verbo. Adijciamus hisce Eusebij testimonium. Qui de Theologis, Zoroastri ve puto assectis scribit. Lib 4. cap. 3.

„ In quatuor igitur genera exquisitissimæ fa„ cultatis Theologi; non Theologiæ mo„ dum quemdam, vt in superioribus, sed „ quasi subiectum ipsum partiuntur. In pri„ mis enim Deum patrem atque regem lo„ candum putant. Deinde aliorum Deo„ rum multitudinem sequi contendunt. „ Tertio loco dæmones. Quarto Heroas „ ponunt. Quos omnes lucem esse, & ap„ pellari autumant. præter malignos Dæ„ monas, qui tenebræ appellantur.

FINIS NONI LIBRI.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANAVGIAE

LIBER DECIMVS.



DE FONTE, AC PATRE LVMINVM.



VMME Deus Opt. Max. soli ne omnium hominũ Aristoteli, mentem es largitus? Nemo ne aliorum hominũ philosophari sciuit, ipse solus sciuit omnia? Viri hi, quos attulimus, Chaldæorum, Ægyptiorum, Hæbræorum, Græcorumq; scientissimi, & humanæ totius sapientiæ capita, delirarunt ne, dum de luce, lumineq; sunt locuti, & corporeo, & intelligibili? Pronunciarunt hi, pronunciauit ille: neutri asserta sua, demonstrationibus probarunt. Dixerunt illi, ea quæ exposuimus. Dixit iste.

Calorem & lumen fieri attrito aere ab astrorum latione. Rem sane falsam, ac fatuam. Lumen etenim etiam in cœlo visitur, vbi nullus aer. Astra noctu quoque lucent, nullum tamen lumen in aere faciunt. Hieme neque calorem aeri indunt. & quæ longissime ab aere absunt, quomodo aerem terunt? In cubiculo ad lucernæ lumen sæpe, & hæc ipsa scribimus, vbi nulla aeris attritio. Vel & hoc lucernæ nostræ lumen, a latione fit astrorum. Tam paucis verbis, tam magni Philosophi, tot falsitates, torq; fatuitates? Deus bone, & in tãta habetur admiratione? Ipse quidem propositionis huius suę nullam attulit, aut afferre potuit probationem, qua cognosceremus, aerem ab astris teri, & lumen ob id produci. Illi vero Deo afflati sunt locuti. Nos vero eorum sententiam, aliquot probauimus rationibus, iisq; vt remur non inualidis. Quod autem illi, Dei afflatu sint locuti, Græcorum summus ac vetustissimus Orpheus est attestatus. dũ canit.

Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω, περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται.
Λοιπὸν ἐμοι, στᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀνθρώποισι.
Οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα;
Ει μὴ μουνογενὴς τις ἀποῤῥὼξ φύλου ἄνωθεν.
Χαλδαίων, ἴδρις γὰρ ἦν ἄστροιο πορείης.

" Ipsum non cerno, circa enim nubes firmata est.
" Relicta mihi. stant vero decem inuolucra hominibus.
" Neq; enim quisquam vidit mortalium, regnatorem.
" Nisi vnigenitus quidam, ortus tribu supera.
" Chaldæorum, sciens enim erat astrei itineris.

Quibus carminibus clare affirmat; nullum hominẽ illum vidisse vmquam. præter vnum Chaldæum. in cuius notitiam peruenit ex Astrologia. Quod quidem de Abramo affirmat Philo. & sacra Biblia narrãt, Deum Abramo fuisse locutum. Eadem dicunt, eum exisse de Hur Chaldæorum. Sed quoniam nihil scripsisse videtur Abramus, non potuit eius sapientia ad Grçcos peruenire. Zoroaster vero Chaldęus, & ipse fuit, & Abramo contemporaneus, & Astrologiæ & Magiæ, hoc est sapientiæ primus repertor. Qui de rebus omnibus voluminum multa millia scripsisse fertur. Hunc ergo Orpheus designauit potius, quam illum. Sed quid vetat, vtrumq; vti viri sapientes inter se solent, conuersationem habuisse? & hunc ab illo multa de Deo didicisse? quæ Deus Abramo reuelauerat? Certum est, Proclum, Assyriorum, & Chaldæorum Theologiam, & oracula, quæ sæpe citat, asserere a Deo fuisse traditam. Atq; inter alia, commentarijs

tarijs suis in Timæum, in hæc verba scripsit.

Καὶ μήν, καὶ ἡ τῶν Ἀσσυρίων θεολογία τὰ αὐτὰ παραδίδωσι θεόθεν ἐκφανθέντα.

» Et sane Assyriorum quoq; Theologia eadem
» tradit, a Deo reuelata. Alio quoque.

Οὕτω δή καὶ ἡ θεοπαράδοτος θεολογία φησίν.

» Hic sane etiã a Deo tradita Theologia inquit.
» Loco alio iterum.

Οὕτω δή, καὶ ὁ ἱερὸς λόγος, ὁ παρὰ Χαλδαίων συνάπτει τοῖς Μηναίοις καναχισμοῖς τὸν ἀέρα, τῷ πυρὶ τὸν οὐρανὸν ἀπονέμων.

» Ita sane, sacer quoque sermo apud Chaldæos
» coniungit lunaribus sonis aerem, igni cœ-
» lum tribuens. Alio item loco.

Πρῶτον μὲν ἴσασαν, ὅτι, καὶ Αἰγύπτιοι, πρὸ αὐτῶν τηρήσεσι χρησάμενοι, καὶ ἔτι πολλῷ πρότερον Χαλδαῖοι, καὶ πρὸ τῶν τηρήσεων ὑπὸ θεῶν διδαχθέντες.

» Primo quidem sciant, quòd Ægyptij quoq; an
» te ipsos obseruationibus sunt vsi, & multo
» ante Chaldęi, qui ante obseruationes, a Dijs
» quoque sunt edocti.

Loquitur autem Proclus semper de rebus ijs quas superiore libro exposuimus. Deos autem intelligit, eas mẽtes, quas nos Christiani, cum ipsis Chaldæis, Angelos & Archangelos vocamus. Scribit item.

Τί οὖν φαίη τις ἂν ἐκ τῶν τῆς ὑπερορίου θεοσοφίας ὡρμημένων, καὶ τὰ πάντα διαιρουμένων, εἰς ἐμπύριον, αἰθέριον, εἰς ὑλαῖον. καὶ μόνον τὸ ἐμφανὲς ὑλαῖον καλούντων, τὰ δ' ὑπὲρ τὸν κόσμον, στερεώματα.

» Quid autem quis dicat? ex ijs qui peregrina,
» diuinaq; sunt sapientia imbuti, & cuncta
» diuidunt, in Empyreum, in Æthereum, in
» Hyleum.. & solum quod cernitur, hyleum
» vocant. ea vero, quæ supra mundum sunt,
» firmamenta.

Nec vero solum refert Proclus illorum traditiones a Deo fuisse profectas, verum etiam se illis fidem præstare, profitetur.

Κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ ὁ ἥλιος ὑπερκόσμιος ὤν, τὰς πηγὰς ἀφίησι τοῦ φωτός, καὶ οἵ γε μυστικώτατοι τῶν λόγων, καὶ τὴν ὁλότητα αὐτοῦ, τὴν ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις παραδεδώκασιν. ἐκεῖ γὰρ ὁ ἡλιακὸς κόσμος καὶ τὸ ὅλον φῶς, ὥς αἵ τε Χαλδαίων φῆμαι λέγουσι, καὶ ἐγὼ πείθομαι.

» Secundum hunc sane sermonem, etiam sol
» supermundanus cum sit, fontes emittit lu-
» minis. Et mysteriosissimi etiam sermo-
» num, vniuersitatem eius in supramundanis
» tradiderunt. Ibi enim solaris mundus est,
» & vniuersum lumen. sicuti Chaldæorum
» famæ asserunt, & ego sum persuasus.

In qua persuasione attestatur Psellus, cum Proclo, Plotinum quoque, Porphyrium & Iamblicum fuisse. Pletho vero addit, & Pythagoram, & Platonem. Nam Pythagoras, vti Malchus, qui Porphyrius est, in eius vita scribit, in Chaldæa cum Zabraco versatus est, & eorum dogmata ab eo hausit. Chaldæorum ergo dogmata, superius relata, pro traditis a Deo, habita sunt a viris ac Philosophis, omnium maximis. Sed & Hermetem Trismegistum D. Augustinus maxime admiratur, quo modo de Deo patre, & filio, & spiritu sancto sit in suo perfecto sermone clarissime locutus. statuitq; illum eodem spiritu afflatum ea protulisse, quo afflata Sybilla de Christo multa prophetauerit. De Mose vero nemo dubitauerit, Dei spiritu plenum scripsisse ea quæ de mundi creatione scripsit. Quæ cum ita sint, quis virum viro conferendo, & singulos hosce & simul omnes, vni Aristoteli non præferat? Horumque a Deo reuelatam de luce & lumine philosophiam, falsæ illi ac fatuæ Aristotelicæ non anteponat?

Ad rem ergo nostram reuertamur. vsq; ad Dei verbum ac filium de lumine in lumen ascendendo, lumen iam protendimus ac lucem. & cum Hermete, Deum quoque patrem, lucem esse referebamus.

Zoroaster vero patri ignem quoq; tribuit.

Οὐδ' ἐν ἑᾷ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

» Neque in sua potentia: mentali clausit pro
» prium ignem.

Cum autem a patre Deo omnia sint producta, alio oraculo cecinit, ab igne esse producta.

Εἰσὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα.

» Sunt omnia igne ex vno genita.

Hunc ignem paternum alibi vocauit lucem & lumen, cum canit.

Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πατρὸς αὐγάς.

» Oportet te festinare ad lucem, & patris ful-
gorem.

Alio loco, patris splendorem dixit.

Συνυφίσταται γὰρ τὰ φυσικὰ ἔργα.

Τῷ νοερῷ φέγγει τοῦ πατρός.

» Coexistunt namq; naturalia opera.
» Intellectuali splendori patris.

Iterum vocauit patrem ignem primum.

Οὐ γὰρ εἰς ὕλην πῦρ ἐπέκεινα τὸ πρῶτον.

Καὶ δύναμιν κατακλείει ἔργοις, ἀλλὰ νόῳ.

» Non enim in materiã ignẽ illum primum.
» Et vim, includit operibus, sed Menti.

Non includit, inquit, suam vim ac primum suum ignem pater sine medio vllo in materiam. neq; in eam immediatè operatur. Sed includit proximæ a se genitæ menti. Cui vincta, a se prius perfecta tradidit.

Ait enim alio oraculo.

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατήρ, καὶ νῷ παρέδωκε.

Δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κλῄζουσι πᾶν γένος ἀνδρῶν.

» Cuncta enim pfecit pater, & mẽti tradidit.
» Secundę, quam primam vocat, omne genus
hominum.

Idem

Idem ergo Zoroastro est, etiam in patre, ignis primus, lux, lumen, & splendor, ignis inquam, quem alibi Ζωηφόρον vitiferum appellauit, vitã cunctis ferens, atque inferens. Hunc ignem Hermes, vti vidimus, φῶς, lucem vocauit. Moses autem ait, Deum dixisse, Fiat lux. Verbum scilicet Dei lucens. Cuius Mosis authoritas, non apud Hebræos solum antiquitus plurimum valuit, deinde apud Christi Ecclesiã Sacrosanctã, verum etiam apud Orpheum Græcorum sapientum primum, ac summum. Post enim Chaldæum illum ita canit.

Αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ.
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, ἅμα καὶ μέσον, ἠδὲ τελευτήν.
Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑλογενὴς διέταξεν
Ἐκ θεόθεν γνώμησι λαβών, κατὰ δίπλακα θεσμόν
Ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν.

Ipse supercęlestis, & in terra cũcta perficit.
» Principium ipse habens, simul, & medium,
» atque finem.
» Vt sermo veterum est, vt materigenius disposuit.
» A Deo mente accipiens in duplici tabula legem.
» Aliter non est fas dicere.
» Non est ergo fas aliter dicere, ac docuerit Moses, qui duplici tabula legem θεόθεν a Deo accepit. At Moses docuit, se Deum vidisse in rubo ardenti, in ignea columna. Vnde forte accepit Plato, suam luminis, vti ostendimus, columnam.

In libris autem Mosis Hebræorum sapientes, quos Cabalistas nominant, archanam quandam sapientiam viderunt. In qua suprema Deitas, eorum lingua vocatur, Ensoph. quã dixere infinitatem; principium, medium, & finem. sicut & Orpheus. Appellarunt etiam, Lucem Adonai. Quæ in remotissimo, suæ diuinitatis recessu habitans, & in Abysso fontani luminis, a suo fulgore non recedens simplicissima est vnitas. Quæ cum vellet se de suo abysso promere, & manifestam facere amicta lumine, decem assumpsit indumenta (δέκα πτυχάς, vocauit Orpheus) vt essent lumen, de lumine: & ea quæ in se erant, luce sua explicauit. Mundum scilicet produxit, quem vocaverũt Micantem. Qui Panaugia illa Philonis dici potest. Ergo & Mosis, & Hebræorum ab eo profectorum, archana sapientia, Deum summum, Lucem vocat, & abyssum fontani luminis, quæ forte paterna profunditas Chaldæorum est. Quæ de se mundum Micantem fulgentemque promit, Archetypum scilicet illud Dei Verbum.

Apollo quoque Delphicus, quisquis is fuerit vel malus Dęmon, vel bonus loci Genius, siue Angelus, vt ipse se nominat. Deum in igne habitare est contestatus. Lactantius namq; responsum quoddam eius affert, in hæc verba.

Αὐτοφυής, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος
Οὔνομα, μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων
Τοῦτο θεός. μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.

» Per se natus, non doctus, sine matre, im-
» motus
» Nomen, neque in sermonem cadens, in
» igne habitans.
» Hic Deus est. Parua vero Dei portio An-
» geli nos.

Multa quoq; in hanc sententiam possent ex sacris Biblijs adduci, sed illud sufficiat Danielis.
» Aspiciebam donec Throni positi sunt, & an-
» tiquus dierum sedit. Vestimentũ eius candidum veluti nix, & capilli capitis eius, quasi
» lana munda. Thronus eius flamma ignis.
» Rotæ eius ignis accensus. Fluuius igneus,
» rapidusque egrediebatur a facie eius.

Huic, illud consonat.
» Lucem habitat inaccessibilem.
» Et illud Diui Petri in Epistola.
» Qui de tenebris vocauit in admirabile lu-
» men suum. Et Iacobi illud.
» Omne datum optimum, & omne donum
» perfectum desursum est, descendens a pa-
» tre luminum. De quo Ioannes.
» Quoniam Deus lux est, & tenebrę in eo nõ
» sunt vllæ. sicuti & ipse est in luce.

Rursus in Euangelio.
» In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.

Iterum quoque.
» Hic venit in testimonium, vt testimonium
» perhiberet de lumine. Et addit.
» Non erat ille lux, sed vt testimonium per-
» hiberet de lumine, Erat lux vera, quæ il-
» luminat omnem hominem.

In Apocalipsi quoque multa sunt in hanc sententiam, rerum lucidarum, flammæ ignis, candelabra, aureæ Zonæ, capilli candidi, &
» stellæ. & facies eius sicut sol lucebat. Chorus quoque Apostolorum vniuersus in Symbolo, de Christo cecinit.
» Deum de Deo, lumen de lumine.

Diuorum ergo hominum veterum, & Deo afflatorũ. & Christi etiam ipsius verbi Dei, ac filij testimonijs quando dixit.
» Ego sum Vita, Veritas, & Lux. &
» Ego sum Lux mundi. & eorum qui cum eo, conuixerunt, & Sacrosanctæ Ecclesiæ dogmatibus, quibus impie, Aristotelica fatuitas de lumine pręferatur; & Pater Deus, & Filius, & Spiritus S. ignes, & luces, & lumina sunt. Non qualia oculis conspicimus. Sed qualia, diuinitus reuelata, mente percipimus. Ad quos, vt ad purissima rerum omnium principia, eorum lumine, nobis prælucente, via

te, via ac scala luminum, ac lucium ascendimus. A lumine scilicet hylæi mundi, ad lumen, lucesque æthereas: ab æthereis, ad Empyreum scandentes, ab Empyreo ad φάος, ad Panaugiam, ad supermundanum solem, ad lucem, verbi ac filii, & ad lucem patris infinitam. A lumine quoque incorporeo animi vegetantis, ad lumen animi sentientis. Ab hoc ad lumen animi ratiocinantis. Ab hoc itidem ad lumen primariæ essentiæ. Et ab hoc denique ad lucem, ac lumen, patris luminum, ac primarium lucis fontem, atque abyssum. Apud quem deinceps, aliquandiu philosophando immoremur, in eoq; & consistamus, & confidamus.

ἡ γὰρ πυριθαλπὴς ἔννοια θεόθεν φάος ἕξει.

Calens enim igne mens, a Deo lumen habebit.

FINIS DECIMI LIBRI.



FRANCISCI PATRICII

[illegible]

[illegible]

FRANCISCI PATRICII ZOROASTER.



Oroastrem Magiæ inuentorẽ fuiſse, ſatis apud Authores cõuenire ſcribit Plinius. Sed vnus ne hic fuerit Zoroaſter, an & alius, non ſatis conſtare ait. Sane is qui noſtra ætate Sacram Bibliothecam compilauit, Sixtus Senẽſis, duos fuiſſe Zoroaſtres tradit: Alterum ex Diogene Laertio, Perſem Magorum principem. qui veræ Magiæ fuerit inuentor primus. Alterum Bactrianorum regem, qui ſit a Nino in bello victus. & qui primus veræ magiæ fuerit corruptor, de quo Plinium, Iuſtinum, & Auguſtinum ſcripſiſse aſſerit. Qui ſi duo ſunt reuera, licet, & tertium addere de quo Clemens Alexandrinus lib. V. Strom. ita ſcribit.

» Erus iſte, Zoroaſter eſt, qui de ſe ipſo hoc
» ſcripſit. Conſcripſi Zoroaſter Armenij, genere
» Pamphylius, qui in bello mortuus, ad inferos
» deſcendi, & a Diis hæc addidici.

Erum Plato lib. X. de Rep. XII. die poſtquã mortuus fuerat, ſuper pyram poſitum reuixiſſe affirmat. Sed Plato idem Zoroaſtrem. Oromazi, non Armenij filium in Alcib. I. facit. Aut tres ergo, aut quatuor, & non vnus videntur fuiſſe Zoroaſtres. Ioannes autem Goropius, in Gallicis, Zoroaſtrem neminem vnquam fuiſſe autumat. ſicuti neque Hermetem Triſmegiſtum, neque Orpheum. nominum horum etymis, neſcio a qua Cimeria lingua, qua & Adamum, & reliquos patres ad Nochum & Iapetum vſq; locutos, & ipſe credit, & alijs credi vult; deriuatis. Quorum nominum etymos, ſicuti fidem pones eum manere volumus, ita illud addimus, Iapetum ab eodem Goropio, fuiſſe Zoroaſtrem nominatũ. Cui Iapeto, quoniam Margiana, & Bactriana poſt diluuium a patre obtigerint, a ſecunda hac Magiam ortam eſſe, affirmatq; inde a Zoroaſtre, Oromazi filio, ideſt a Iapeto Nochi filio chariſſimo ad Perſas veniſſe. In qua re, multiplex patet Goropij error. Nam ſi Zoroaſter nemo vnquam ſua ſententia fuit, qua ratione Iapetum, Zoroaſtrum eſſe facit? Deinde apud Ioſephum, Bactra non Iapeto conditori tribuitur, ſed Geteri, vni ex Atami filiis. hic aũt Semi filius fuit. Perſe autẽ conditi ſunt, non a Iapeto, aut quopiam e ſuis, ſed ab Elimo, Semi filio alio; ſicuti a fratre eius Arphaxado Chaldęi. Inter quas duas gentes Magia omnis, & ortum habuit, & præcipue eſt verſata. Itaq; Iapetus ex hiſtoria nulla, aut Bactrus, aut Perſa, aut Chaldæus fuit. Didymo verò Alexãdrino Zoroaſter fuit Chamus. Alijs Chuſus, Chami filius. Sed quibus nam id rationibus inducti dixerint, quia non conſtat, credere ſuperſedemus. Portò Zoroaſter ille Iuſtini, valde eſt cõtrouerſus. Etenim Diodorus Siculus, Bactrianorum Regẽ a Nino deuictum; non Zoroaſtrem ſed Oxyartẽ appellat. Cui accedit proxime vna trãſpoſita R, Oxyatri nomẽ quod ſe vidiſſe in aliquot Iuſtini codicibus manuſcriptis retulit nobis Pyrrus Ligorius, vir totius antiquitatis peritiſſimus, ſicuti in aliis Zeoroſtrẽ ſcriptũ ſe inueniſſe affirmabat. Sed Arnobius Diodoro ccc. circiter annis poſterior, de Zoroaſtre ita ſcribit.

» Vt inter Aſſyrios, & Bactrianos, Nino quon
» dã, Zoroaſtroq; ductoribus, non tantũ fer-
» ro dimicaretur, & viribus, verum ẽt magi-
» cis, & Chaldæorum recõditis diſciplinis.

Quæ res videtur cum Iuſtino concordare. Verum Suidas aliam inijcit ſuſpicionem, nimirũ, Zoroaſtrem Chaldæum fuiſſe, & Nino ſubditum, dum ita ſcribit.

» Zoroaſtres Aſtronomus, ſub Nino rege Aſ-
» ſyriorũ. Qui in uotis habuit, vt ab igne cœ
» leſti interimeretur, adhortatus Aſſyrios,
» ut eius cineres ſeruarent. ita futurum, ut
» regnũ ipſorum numquam deficeret, quod
» vſq; adhuc apud eos ſeruatur.

In Aſſyria autem, Babylonem Chaldeorum caput fuiſſe, & Strabo, ſeu Strato, & Plinius fatentur. Apud Chaldæorum etiam, & Perſarum gentes, Magicas floruiſse, non autem in Bactris, apud authores eſt in cõfeſso. Eſto ergo Bactrianæ rex ille, ſeu Oxyartes, ſeu Ozyatres, ſeu Zeoroſtres, ſeu Zoroaſtres, certe magiæ inuentor nõ fuit, ueræ ſcilicet Magiæ, quæ apud Chaldæos, ac Perſas Magos, magno in honore fuit. Aut ſi fuit, prauæ alterius magiæ fuit inuentor. Sed neque id ei a Diodoro, aut a Cteſia, ex quo multa Diodorus ſumpſit, tributum eſt. Qui quidem Cteſias, Bactriani iſtius regis res geſtas ſcripſit, vt Arnobius teſtatur. Hęc enim eius ſunt verba.

» Age nunc veniat, qui ſuper igneã Zonã Ma
» gus interiore ab orbe Zoroaſtres Hermip-
» po, vt aſsẽtiamur authori. Bactrianus, & ille

conueniat, cuius Ctesias res gestas historia-
" rum exponit in primo. Armenius Hosthanis
" nepos, & familiaris Pamphylius Cyri.

Nec solum, Magum Zoroastrem a Bactriano Zoroastre seijngit his verbis Arnobius, verum eos etiam, quos Clemens vti vidimus, cõiunxerat. Nam si Pamphylius Zoroaster familiaris Cyri fuit, & Armenius Hosthanis nepos, Hosthanes autem cum Xerxe in Græciam venit, manifestum fit, duos hos diuersos fuisse: quando a Cyro ad Xerxem, anni intercesserint LXXVIII. & Nepos Zoroaster Hosthane, patruo iunior necessario fuerit. Quatuor itaque hi sunt apud Arnobium Zoroastres. Quintus vero Persomedus. de quo Suidas in hanc sententiam scripsit.

" Zoroastres Persomedus sapiens, apud eos
" qui in Astronomia excelluerunt. Qui etiam
" primus nomen dedit ijs Magis, qui ciuilia
" tractarunt: Fuit autem ante Troiana tempo-
ra annis D. Feruntur autem ipsius de Natura
" libri IIII. De Lapidibus preciocis I. Astero-
" scopica Apotelesmatica libri V.

Quæ quidem verba, ex patria, Magorum institutione, Primus ille Chaldæus, siue Assyrius videri potest. Nam Assyriæ pars Chaldæa fuit, Persia, & Media conterminæ. Itaque vicinitate regionum, æquiuocum est nomen patriæ partum. Sed librorum numerus Persomedi, non congruit cum Assyrio, vt mox patebit. Hæc ergo diuersitas librorum, si duorum authorum diuersitatem faciat, Persomedus hic Zoroaster, a Chaldęo Zoroastre, est numero v. Cui videtur sextus ex Plinio posse addi, Proconnesius. Verum cæteris ommissis, Magorũ principem illum perquitamus. Cuius & vitæ initium, & medium, & finis, traduntur admirabilia fuisse. Scribit enim Plinius, eum eodem met die quo natus est, risisse. Eidemque cerebrum ita palpitasse, vt impositã repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ. Eundemque in desertis caseo vixisse annos XX. ita temperate, vt vetustatem non sentiret. Obijsse autem igne cœlesti concrematum, sicuti optauerat, Suidæ testimonio constat. Qui item tradit, eum, vti diximus, sub Nino Assyriorum Rege floruisse, quod ab alijs non discordat. Nam & Epiphanius, eum Astrologiæ, doctrinæ prauę, & Magiæ inuentorem ferè Nembroti Gigantis ætate fuisse asserit. Fuit. n. Ninus Nẽbroti nepos, ex filio eius Belo, genitus. Et Eusebius affirmat eum ijsdem temporibus cum Semirami, & Abramo vixisse. Semiramim vero, nemo ignorat Nini fuisse vxorem. Qui Ninam vrbem condiderit anno a diluuio CCXCI. & sequenti CCXCII. a Iosepho dicitur Abramus natus. Consonant itaque tempora. Ex quibus Eudoxi, & Aristotelis error proditur, ingens. Quorum vterque, vti Plinius refert, scripsit, Zoroastren sex millibus annorum Platonis mortem præcessisse. At is obijt Olympiade CVIII. Ad quam, a diluuio anni intersunt MMLVIII. A quibus si demantur CCC. circiter, quibus Ninus, Semiramis, Zoroaster, Abramusque vixerunt, relinquentur a Zoroastre ad Platonis obitum anni circiter MDCCLVIII. non autem sex mille. Par ferè error est apud Hermodorum Platonicũ, & Plutarchum, qui Zoroastren scripserunt, Troianam euersionem anteisse annis VM. cũ Troia euersa sit, anno a diluuio MCXXVI. A quibus si demantur CCC. illi quos diximus, reliqui erunt anni DCCCXXVI. In eundem errorem incidit Pletho Gemistus, Plutarchi secutus authoritatem. Nec vero, uera est apud Laertium Xanthi Lydi annorum ratio, q̃ scripsit a Zoroastre, ad Xerxis in Græciã transitũ DC. tantũ annos medios fuisse, cũ diluuio ad Xerxen anni cadant MDCCXXV. A quibus si detrahas CCC. illos, remanent anni CMXCIX. Error est etiam apud Suidam, qui scribit, a Zoroastre ad Troiam euersam intercidisse annos tantum Quingentos, cum sint M. vno minus. Sed Magorum prin- "
ceps iste Zoroaster, Persane fuerit, an alia "
e gente, in dubium videtur verti posse. Plinius "
namque, & Laertius, Persam eum faciunt, Ple- "
tho, & eum secuti Ficinus, Steuchus, & alii recentes authores Chaldæum existimant. Chaldæos autem, a Magis, quorum caput fuit Zoroaster, Porphyrius, tum apud Proclum, tum in vita Pythagoræ disterminat. Ioannes vero Picus, hos vtrosq; confundit, dum ad Ficinum scribens, gloriatur se Chaldaicos quosdam libros inuenisse his verbis.

" Chaldaici hi libri sunt, si libri sunt, & non
" Thesauri. Audi inscriptiones. Patris Ezre,
" Zoroastris, & Melchiar Magorum, oracu-
" la. In quibus & illa quoq; quæ apud Græ-
" cos, mendosa, & mutila circunferuntur,
" leguntur integra, & obsoluta. Tum est in
" illa, Chaldæorum sapientum, breuis qui-
" dẽ, & salebrosa, sed plena mysteriis inter-
" pretatio. Est itidem & libellus, de dogma-
" tis Chaldaicæ Theologiæ. Tum Persarũ,
" Gręcorum, & Chaldęorum in illam diui-
" na, & locupletissima enarratio.

In quibus sanè Pici verbis, comiscentur sine discrimine, Chaldęi, Magi, Persæ, & Zoroaster. Sed Chaldęum eum fuisse, vt credam multis adducor argumentis. Tum quod Chaldęorũ lingua eius oracula hęc scripta fuerint, vt hic Picus testatur. tũ quod Chaldaica, etiã fuerit interpretatio. Tũ quoq; quoniam Proclus, & Psellus Chaldaica ea appellat. & præterea, & hãc ipsam oraculorũ horũ, Theologiã

Chaldaicam

Chaldaicam, & Asyriam Theologiam vocāt. tum etiam quòd in Asyria narratur mortuus. Asyriorum autem regum sedes Babylō fuit, & Chaldæorum quoque gentis caput. Eāque vrbem Asytiæ patri vni, nomen Babylonię dedisse, Strabo, ac Plinius tradunt. Et Chaldaicum etiam nomen ipsius Zoroastris esse videtur: quando prorsus simili nomine Suidas Zoromasdem, Zoroastro subnectat. & Dinō, & Hermodorus apud Laertium scribant, ex interpretatione nominis, Zoroastrem, astrorum cultorem fuisse. Quod cum Epiphanio consentit. qui Astrologiæ eum facit inuentorem, & Suidas Astronomū nominat: & Astrologica scripsisse asserit. Astrologiam autē omnium gentium maxime apud Chaldæos floruisse, nemo ignorat. Azonacem quendam Plinius præceptorem eius fuisse nominat. Nec fuerit a vero absonum, si Azonacem hunc dicamus, de schola Semi, aliquem fuisse, aut Heberi. Tradunt enim Thalmudistæ, Semum primum omnium scholā doctrinarum instituisse. Quem secutus sit Heberus, a quo sapiētum secta, ab eo deriuata, Hebreorum, quasi Heberorum nomen assumpserit. Fuisseque ambas eas scholas celeberrimas tradunt. E quibus, & Abramus prodierit, & Iacob nepos eius, vt sapientia imbueretur ad eas est profectus. Nō est autem dubium, Semum a Nocho patre institutum fuisse. Quem omnes ab Adamo doctrinas per manus traditas calluisse, a multis est memoriæ commendatum. Quod verum cum sit, & non sit a ratione alienum, eis contemporaneum Azonacem, in eorum scholis institutum, iisdem de Deo sermonibus Zoroastren imbuisse. Inde forte, non immerito Proclus, Chaldaicam Theologiam, θεόδοτον ϗ θεοπαράδοτον non semel appellauit, & Chaldæos illos a Diis edoctos fuisse asseruit. Scripta autē Zoroastris, Suidas sic enumerat, vt De Natura sunt. lib. IIII. De Præciosis Lapidibus. I. Astrorum contemplationis effecta. V. Scripsit etiam de Agricultura. de quibus Plinius aliquid citat. Scripsit etiam oracula, vt ex Pico apparuit, & alia multa, quæ Hermippus collegit ad vicies centum millia versuum: & indicibus positis vti Plinius refert, eius volumina explanauit. Cuius Hermippi, Laertius librum quoq; De Magis adducit, & ab Arnobio testis est productus. Puto autem Hermippum hunc illum Smyrneum, qui dictus est Callimachius. Cuius libros, similis ferè argumenti, De septem Sapientibus. De Legumlatoribus, De Hipponacte, De Gorgia, De Aristotele, Atheneus nō rarò citat. Cum aūt libri Zoroastri Chaldaice scripsi fuerint, non immerito quæri potest, a quo nam fuerint postea Græci facti? Sane Iosephus, de Beroso ita scripsit.

„ Testis horum est Berosus, vir Chaldæus
„ genere, notus iis qui in disciplinis versati
„ sunt. Quandoquidē ipse scripta Chaldæo-
„ rum de Astronomia, & philosophia in
„ Græcos extulit.

Itaque Berosus ex hoc testimonio, ni fallor fuerit primus. Secundus est Aristoteles qui librum conscripsit, cui Magico fuit inscriptio: Sed & Eudoxus, & Hermodorus Platonicus, & Xanthus Lydus videntur Magorum multa prosequuti, Et Hermippus de quo supra.

Fuerunt postea duo Chaldæi, Iuliani pater, ac filius. De quibus ita est apud Suidam.

„ Iulianus Chaldæus philosophus, pater eius
„ Iuliani, qui vocatus est Theurgus, scripsit
„ de Demonibus libros IIII. Sunt autem ad
„ custodiam cuiusque hominum membri.
„ qualia sunt Chaldaica sacrificia. Deinde
„ Iulianus prædicti filius sub M. Antonino
„ Cæsare scripsit, & ipse Theurgica Logia
„ carminibus. & alia quæcumq; talis scien-
„ tiæ arcana sunt.

In quibus verbis, nominatim sunt Logia ab eo carminibus Græcè scripta, seu potius e Chaldæo conuersa. Quæ quamuis non videantur, integro carmine conscripta: id euenit, quia mendosa sunt, vti Picus ait, & mutila. Quod etiam Sibillynis carminibus euenisse Lactantius testatur. Hunc Iulianum Proclus, subinde Theurgum vocat, dum Logia adducit, & exponit. citatque eius librum VII. de Zonis. Zonæ autem quid fuerint in Chaldaica Theologia postea fiet palam. Adducuntur etiam a Porphyrio, Symbulus, & Pallas quidam, qui Magorum res Græce conscripserunt. Chaldæorum libri aliquot philosophici videntur in Arabicam quoque linguam fuisse versi. Scribit enim Auerrois quodam loco. Apud Chaldæos philosophiam, ita perfectam quondam fuisse, sicuti fuit, vt ipse loquitur, tempore Aristotelis. Fuerunt libri Zoroastri, postea quam a Iuliano, aut quouis alio, Græci facti sunt, in tanta veneratione, vt Clemens scribat, eos Christianos, qui Prodici hæresin sequerentur, gloriari solitos,
„ se eius arcanos libros possidere. Et Por-
„ phyrius in Plotini vita narrat Christia-
„ nos multos, ex antiqua philosophia pro-
„ fectos, Adelphij, & Acylini fuisse sectato-
„ res, eosq; Alexandri Lybici, Philocomi,
„ Demostrati Lydi, plurimos libros circun-
„ tulisse, & reuelationes quasdam Zoroa-
„ stris, Zostriani, Nicothei, Allogenis,
„ Mesi, aliorumque huiusmodi palam
„ ostendentes, multos decipientes, & ipsi
„ antea decepti. Qui assererent Platonem,
„ intelligibilis essentię profundum minime
penetrasse.

penetrasse. Eaque de causa Plotinum, multas
" in ea argumentationes intulisse, atque contra
" eos librum scripsisse, qui contra Gnosticos est.
" & Amelium eius auditorem libros XL. com-
" posuisse contra librum Zostriani. Ipsumque
" Porphyrium multis argumentis ostendisse li-
" brum Zoroastri ab illis inscriptum adulterinũ
" nouumq; esse: & ab illis confictum qui strue-
" bant hæresim, vt eorum institutiones esse Zo-
" roastris veteris crederentur. Ex quo loco ap-
" paret, in tam magna fuisse Zoroastri libros in-
stitutione, vt confiderent multi, vel rationibus, vel authoritate, quæ eius esse crederentur Platonis dogmata Theologica posse conuelli; & nouam in Theologia Christiana hæresim, vel constituere, vel constitutam confirmare. Sed vtinam integra ea oracula haberemus, quæ Picus inuenerat. Vtinam quæ. Chaldæi, Persæque in ea commentati fuerant. Vtinam libellum cum enarratione, qui Chaldaicam Theologiam complectebatur. Vtinam denique ipsius Pici commentaria in ea ipsa, & oracula, & libros. Quæ Ficinus scribit in obitu eius inter scriptorum suorum reliquias, a se reperta esse: sed ita exarata, vt vix ab eo ipso legi possent Pico. Quæ malùm, pessum ierunt cum concordia ab eo scripta Aristotelis cum Platone: Equidem maximam fecit hæc Chaldaica Theologia iacturam, in iactura XL. librorum Amelij. In quibus rationi valde consonum est, quo facilius Zostriam librum falsitatis cuargueret, eum sæpe vera Zoroastri dogmata, & oracula protulisse. Non minor forte iactura alia fuit, quatuor Porphyrii librorum quos, vt refert Suidas, scripserat in historiam Iuliani Chaldęi philosophi, eius nimirum qui ea oracula in Græcum sermonem verterat. Sed ingens profecto naufragium passa est philosophica Resp. in ammissione commentariorum eius auditoris Iamblichi, quorum XXVIII. librum Damascius bis citat sub titulo, Chaldaicæ perfectissimæ Theologiæ, semel, & iterum, ὡς ἐν τοῖς χαλδαικοῖς, ὁμολογούμενος ὁ Ἰαμβλιχος. sicuti in Chaldaicis fatetur Iamblicus. Sed & huius discipulus, Syrianus; cognomento Magnus testante Suida libros X. scripsit in Logia, hoc est oracula Zoroastri forte omnia. Sed proh nefas maximum. Ea scripta, & Thesauri periere omnia: & ex tanto naufragio, vix superfuerunt sexaginta tantum oracula vere diuina. Quæ quinquagesimo ab hinc anno Parisiis a Lodoico Tiletano fuere Græce impressa sub titulo.

Μαγικὰ λόγια, τῶν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου μάγων.

Magica oracula, eorum qui a Zoroastre sunt Magorum cum Græcis commentariis, quæ reperi postea esse Plethonis Gemisti. Quem quidem pauxillum numerũ, auximus nos nõ pœnitenda additione, vsque ad CCCXXIIII. magno labore a nobis conquisita in Platonicorum philosophorum quæ superfuerunt scriptis, Procli, Hermiæ, Simplicij, Damascij Synesij, Olympiodori, Nicephori Gregoræ Synesij commentatoris, & non nihil etiam in Arnobio reperimus. Cum eorum singulorum aliquibus expositionibus, & argumentis Chaldaicæ philosophiæ. Quæ omnia in vnum collecta, & in ordines quosdam distributa, quæ sparsa inuenimus ad communem philosophiæ sincerioris studiosorum, & latina fecimus, & in publicum libentes damus. Sed antequàm vlterius progrediamur, non est negligẽter dispiciendum, an Logia hæc, vti inscriptio prætulit sint Magica, & quo sensu Magica. Id autem fieri non poterit, nisi Magia quid sit cognoscamus. Magiæ nomen horrent plerique. Puto a Simone illo qui sanctis Apostolis se se opposuit, hoc horrore deriuato. Qui cum vere, non Magus, sed Goes Γόης esset, falso Magum se se cognominauit. Cui mentito Mago, Magi veri tres opponantur ij, qui ab Oriente, D. Iesum venerũt adorare. Etenim est sciendum, Magiam, & Goitiam, & Pharmaciam longe, inter se esse diuersas. Quod cum Plinius forte ignoraret, imperite Magiam derisit vniuersam. Sed nihil est id in eo viro mirandum, qui etiam Deum rerum authorem, vel ignorauit penitus, vel irrisit cognitum. Itaque ad hanc rem dignoscendam, authoribus, Plinio potioribus vtamur. Inter quos summus Plato, Magiam Deorum cultum esse affirmat, cum scribit μαγείαν τε διδάσκει τοῦ Ζωροάστρου τοῦ Ὠρομάζου, ἔστι δὲ τοῦτο, θεῶν θεραπεία. in 1. Alcib.

" Magiam docet Zoroastri, filij Oromazi. Est
" autem hoc Deurum cultus.

Porphyrius autem in hunc modum.

Παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις, οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ τούτου θεράποντες, Μάγοι προσαγορεύονται. τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ μάγος. lib. 4. de Abstin.

" Apud Persas vero, qui circa diuina sunt sa-
" pientes, eorumq; cultores, Magi appellan
" tur. Hoc enim significat eius regionis pro-
" pria dialecto Magus.

Ioannes quoque Picus ait, nomen hoc Magus, idem esse apud Persas, quod apud Latinos sapiens & apud Græcos philosophus. Et Pico anteriores Philo, & Hermias Magos in hunc describunt modum. Prior ille.

" Veram quidem illam Magiam, hoc est con
" templatiuam scientiam per quã clarius na
" turæ opera cernuntur, vt honestam atq;
" expetendam, non vulgus solum sectãtur:
" sed maximi etiam regum reges, precipue
Persæ

" Persæ tam sunt harum artium studiosi vt
" regnare nemo possit nisi sit inter Magos
" iudicatus. Hic vero ita. Magi sunt, qui de singulis philosophantur. Consuetudo autē communis Magos pro maleficis accipit; qui aliter habentur apud gentem suam. eò quod sint philosophi Chaldæorū, & ad artis huius scientiam, reges quoq; & principes eiusdem gentis omnia faciunt, vnde & ipsi primum, in natiuitate Domini Saluatoris, primi ortum intellexerunt. & venientes in Betlem adorauerunt.

Itaq; Magus, vera sui nominis interpretatione, nō aliud sibi vult, quàm Dei cognitorē, & cultorem. Cui nomini, rem quoque apud Magos respondisse author est Arnobius, vir pius & Catholicus, de eo Hosthane scribēs, cui maxime infēsus videtur fuisse Plinius. Inquit enim ille.

" Eorum Magorum, & eloquio, & negotio
" primus Hosthanes, & verum Deum merita
" maiestate prosequitur, & angelos ministros,
" & nuncios Dei, sed veri, eius venerationi nouit
" assistere. vt e nutu ipso, & vultu domini
" territi contremiscant. Idem & Dæmonas pro-
" didit, terrenos, vagos, humanitatis inimicos.

Proclus vero ex Porphyrio referens, libro II. in Timæum, in hanc sententiam, ne semper Græca afferam, scripsit.

" Quacumque vero, & esse Deos; & prouidentiam
" eos rerum habere putant, & multa eorū
" quæ fiunt, posse etiam aliter euenire, hi & præ
" ces conuenienter approbant, & vitam nostrā
" dirigere confitentur. Atque addunt, proborū
" hominum præces conuenire maxime: Quo-
" niam nos diuinitati connectant. Simili enim,
" simile coniungi amat. Dijs autem, probus vir,
" simillimus est. Et quia in custodia sint ijs qui
" virtuti incumbunt, & a corpore veluti a car-
" cere comprehensi, debent Deos præcari de
" transitu ab hoc loco. Et quia veluti filij, a pa-
" tribus distracti, præcari eos conuenit de re-
" gressu ad veros eorum patres Deos. Et quoniā
" veluti patre, & matre carere videntur ij, qui
" non curant præcari, neque se se conuertere ad
" præstantiores. Et quia in omnibus gentibus,
" ij qui sapientia excelluerunt, circa præces stu-
" diosi fuerunt. Indorum quidem Brachmanes,
" Magi vero Persarum. Græcorum vero, qui ma
" xime Theologi fuerunt. Qui & sacrificia insti
" tuerunt, & mysteria. Chaldæi vero, & aliter
" diuina coluerūt, & ipsam Deorum virtutem,
" Deorum confitentes esse, venerati sunt. tan-
" tum abest, vt ob virtutem sacra spreuerint.

Magi itaque inter alios sapientes maxime Deum sunt venerati: maxime ad Deum præces & sacrificia porrexerunt. Propriamque eorum virtutem Dei virtutem esse, idest a Deo in se profectam fassi sunt. De qua ad Deum prece, tam magna ea sunt, quæ Proclus ex Chaldæorum dogmatibus subnectit, vt maiora, & excellentiora, uix crediderim a quoquā Christiano, scripta reperiri posse. Est in his Zoroastri oraculis Dei Patris, & Filii, & Spiritus non solum aperta cognitio, sed magnificæ etiam laudes (crediderim hoc dogma de Trinitate personarum eum habuisse ab Abramo uel ab aliis Deo Charis. quoniam suo lumine naturali non posse nos deuenire incognitionem misterii Trinitatis.) Factorem rerum omnium, mundi creatorem eum celebrant. Angelos agnoscunt. Paradisum prędicāt. Animarum immortalitatem docent expresse. De ueritate, de Fide, de Spe, de Amore, seu Charitate, breuia, sed eximia habent dogmata. Quibus ueluti gradibus, ad Deum reduces fieri possumus. Multa quoque de Magorum abstinentia, castitate, ac ueluti pœnitentia, referuntur, non absimilia ab iis, quæ in heremis sancti patres christiani narrantur egisse. Vt non immerito Apollinis oraculum quamuis plerumque mendax, in hoc uere pronunciasse uideatur. Id quod Porpyrius, referēte Eusebio, retulit.

" Chaldæis quæ uera esset sapientiam, tātum
" Hebręisq; ipsis concessum; agnoscere pura,
" Æternum qui mente colunt Regemque
" Deumque.

Itaque hæc prima, præstantissimaque Magiæ pars, non aliud est, quàm Theologia, & religio: & si non uera plene, uti postea fuit a Christo reuelata, attamen proxime omnium ad eam accedit. Vt mirandum maxime, ac merito uideatur, quo nam modo, tantum se potuerit suis uiribus mens humana attollere, Et hæc profecto est, quam Plinius sub religionis nomine ridet, ridendus ipse maxime, & execrandus.

Alia magiæ pars est cognitio cœlestium motuum atque uirium exacta. Per quam, & influxus cœlorum in hæc inferiora percipiuntur; & ad humanę usum uitæ, in seminatinnibus, plantationibus: & in uniuersum in omni agri colendi ratione fructus capiuntur. Quod in Cassio Vticense maxime apparet. Recta itaq; ratione, non solum Zoroaster, sed etiam Abramus itidem Chaldæus Astronomiæ habiti sunt periti. Quem Abramum, Philo Iudeus probat, per Astronomiæ scientiam; in ueri Dei notitiam peruenisse, eique ob id Sacrificia instituisse.

Tertiam Magiæ partem Plinius fuisse recēset Medicinam. Nos uero cum magnis, ac piis uiris dicimus, Magiam in vniuersum naturæ totius cognitionem complecti. Non eā quidem, quæ in usu hodie est apud Peripateticos

ticos, quæ in sola Aristotelis uerborum interpretatione uersatur tota, nihil pensi habens si res aliter se habeant, quàm ipsi in duce suo intelligant. Sed eam quę interspersas, interseminatasque mundo virtutes, quasi de latebris, ac tenebris in lucem euocans, non tam facit miranda, quàm operanti naturæ famulatur. Et eam quæ vniuersi partibus inest Sympathiam, quasi artifex promit, & in vsum de mundi recessibus, gremioque naturæ profert.

Hisce verè declaratis rebus, palam arbitramur esse factum Magiam integram, non esse aliud, quam Dei venerationem: & cœlorum, atque naturæ virium cognitionem. Quam cur vel Plinius rideat, vel horteant alii, nihil video, præter quàm quòd ridendus ipse sit, & deplorandus.

Talis Magiæ veluti Simia quædam, & infelix æmula, Goetia apud nequam homines est nata, cultu, ac comertio dæmonum referens Magiæ Theologiam: prædictionibus, humanorum euentuum singulatium, similis facta Astrologiæ. & naturalis, veræque Magiæ effectiones præstigiis repræsentans: vt quæ sunt, non esse videri; & quę non sunt, esse videri faciat: ad omnia, ope atque opera dæmonum adhibita. Quæ si circa defunctorum corpora exerceatur, Necromantiæ nomen est adepta. Si ad ignem, aut aquam, Pyromantia, & Hydromantia vocatur. Mateotechnia vero si circa aerem: quoniam simul aere percuso euanescat. Pharmacia vero ea est, quæ cibis potuq; philtra, resq; amatorias fingit procurare, qualem narrat se expertū Lucianus, & Apuleius. & qualem in multo vsu apud Thessalas mulieres fuisse scribunt. Finxit etiā medicinas quasdam ad morbos varij generis depellendos se nouisse. Ita euenit, eos qui, cùm mali essent, sub bono nomine sibi voluerunt credi, non Goitas, quod nomen est a dolore, sed Magos quod est a pia sapientia se appellari maluisse. Fatear quoq; multos, qui verè Goites essent, vti Magi viderentur, ex bona Magia desumpsisse aliqua, vt eo prętextu credulum vulgus ad se, quæstus gratia traherent. Huiusmodi ferè sunt aliqua apud Eusebium, ac Gregoram, quæ ipsi ex Hecates oraculo se desumpsisse affirmant. Quæ Dæmonū sunt quædam euocationes & præstigia: Quæ impia, noluimus cū pijs hisce commiscere.

Verum ad oracula Zoroastri redeūtes, operæ fuerit prætium, antequam ea vel proponamus, vel exponamus, quædam veluti prolegomena eorum prænotare, vt nimirum facilius eorum sensa intelligamus. Sumo autem hæc prima, quæ scripta sunt a Proclo in procœmio comentariorum suorum in Platonis Parmenidem.

Η' δὲ τῶν ἱερατικῶν ὀνομάτων θεῶν, κατὰ τὴν ἑαυτῶν μυστικὴν ἑρμηνείαν ἐκδεδομένων. οἷα τὰ τοῖς Ἀσυρίοις ὑμνούμενα, ζῶναι, καὶ Ἄζωνοι, καὶ Πηγαὶ, καὶ Ἀμείλικτοι, καὶ Συνοχεῖς, δι᾽ ὧν ἐκεῖνοι τὰς τάξεις ἑρμηνεύουσι τῶν θεῶν.

" Sacrorum vero nominum, Deorum, secun-
" dum eorum mysticam interpretationem,
" traditorum. vt ea quæ ab Asyrijs celebrā-
" tur, Zonæ, & Azoni. & Fontes, & Amilicti,
" & Synoches. per quæ illi ordines Deo-
" rum interpretantur.

Similia his Psellus postea tradidit, vtinam sicuti prolixius, ita & diligentius. sed qualiacumque sint, non inutilia cognitu fuerint. Sunt autē hæc verbis suis.



Τοῦ Ψελλοῦ Ἔκθεσις Κεφαλαιώδης

ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΣΣΥΡΙΟΙΣ ΔΟΓΜΑΤΩΝ.

Μετὰ τὸ ἕν, τὸν πατρικόν φασι βυθὸν, ἐκ τριῶν τριάδων πληρούμενον. Ἑκάστην δὲ τῶν τριάδων, ἔχειν πατέρα πρῶτον· εἶτα δύναμιν μέσην. καὶ νοῦν ἐπ' αὐτοῖς τρίτον, συγκλείοντα πρὸς ἑαυτὸν τὴν τριάδα. Καλοῦσι δὲ ταύτας καὶ νοητάς. Μεθ' ἃς καὶ ἄλλον διάκοσμον τῶν νοητῶν, ἅμα καὶ νοερῶν. Τριχῇ καὶ τοῦτον διῃρημένον, εἰς ἴυγγας, καὶ συνοχέας, καὶ τελετάρχας. Μετὰ δὲ τὸν μέσον διάκοσμον, ὃ νοερός ἐστι. Μίαν μὲν ἔχον τριάδα πατρικήν, τὴν τοῦ ἅπαξ ἐπέκεινα. καὶ τῆς Ἑκάτης, καὶ τοῦ δὶς ἐπέκεινα. Ἑτέραν δὲ τὴν τῶν Ἀμειλίκτων τριῶν ὄντων, καὶ ἕνα τὸν Ὑπεζωκότα. Πηγαὶ δ' αὗται, ἑπτά. Μετὰ δὲ πηγὰς ταύτας οἱ ὑπεράρχιοι, εἶτα ἄζωνοι, ἔπειτα Ζωναῖοι. Μεθ' οὓς Ἄγγελοι, εἶτα δαίμονες· ἥρωες μεθ' αὐτούς. Μεθ' οὓς ψυχαί. καὶ λοιπὸν ὁ κόσμος ὁ σωματικός. Ἑπτὰ δέ φασι κόσμους σωματικούς. Ἔμπυρον ἕνα καὶ πρῶτον. καὶ τρεῖς μεθ' αὐτὸν αἰθερίους· ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους, τὸ ἀπλανὲς, τὸ πλανώμενον, καὶ τὸ ὑπὸ σελήνην. καὶ τὸν μὲν πρῶτον ἀφορίζουσι κατὰ τὸν νοῦν. τοὺς δ' αἰθερίους κατὰ τὴν ψυχήν. τοὺς δ' ὑλαίους κατὰ τὴν φύσιν. Πηγὴν δ' Ἀγγέλων, καὶ δαιμόνων, καὶ ψυχῶν, καὶ φύσεων τὴν Ἑκάτην εἶναι φασίν. καταβιβάζουσι δὲ πολλάκις τὴν ψυχὴν εἰς τὸν κόσμον, δι' αἰτίας πολλάς. ἢ διὰ πτερορρύησιν, ἢ διὰ βούλησιν πατρικήν, εἰς τὸ κοσμῆσαι τὴν περίγειον λῆξιν. Δοξάζουσι δὲ καὶ τὸν κόσμον ἀΐδιον. Λέγουσι δὲ καὶ τὸν Ἅδην πολλαχῶς. καὶ νῦν μὲν αὐτὸν θεὸν ὀνομάζουσιν, ἀρχηγὸν τῆς περιγείου λήξεως, νῦν δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην τόπον. νῦν δὲ τὴν μεσότητα τοῦ αἰθερίου κόσμου καὶ τοῦ ὑλαίου. νῦν δὲ τὴν ἄλογον ψυχήν. καὶ τιθέασιν ἐν αὐτῷ τὴν λογικήν, οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ σχετικῶς, ὅταν συμπαθῶς ἔχῃ πρὸς αὐτόν. Ἰδέας δὲ νομίζουσι. νῦν μὲν τὰς τοῦ πατρὸς ἐννοίας. νῦν δὲ τοὺς καθόλου λόγους νοῦ, τοὺς ψυχικούς, καὶ φυσικούς. Οὓς δίδωσι μὲν ὁ νοῦς τῇ ψυχῇ. ἡ δὲ ψυχὴ τῇ φύσει. Συμπαθεῖν δὲ τὰ ἄνω τοῖς κάτω φασί. καὶ μάλιστα τὰ ὑπὸ σελήνην. Ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς, κατὰ τὰ μέτρα τῶν οἰκείων καθάρσεων, ἐν ὅλαις ταῖς τοῦ κόσμου μερίσι. τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι. Τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλεῖστα καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο. Οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον καὶ Πορφύριόν τε καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν. καὶ ὡς θείας φωνὰς ταῦτα ἐδέξαντο.

PSELLI EXPOSITIO PER capita, dogmatum quæ sunt apud Assyrios

Post vnum, paternum dicunt profundum. ex tribus triadibus repletum. Singulas autem triadum, habere Patrem primum. deinde Potentiam mediam. & mentem ad hæc tertiam, quæ claudat triadem in se ipsam. Vocant autẽ has, etiam intelligibiles. Post quas alium ordinem, intelligibilium simul & intellectualium. trinè & hunc distinctum; in Iyngas, & Synocheas, & Teletarchas. Post medium hunc ordinem, intellectualis est. Vnam quidem habens triadem paternam. Eam quæ est semel trans, & Hecates, & quæ est bis trans. Aliam quæ est Amilictorum trium. & vnum hypezocota. Fontes vero hi sunt septem. Post vero hosce fontes. sunt hyperarchij, dein Azoni, deinde Zonæi. Post quos Angeli, dein Dæmones. post quos Animæ. Et tandem mundus corporeus. Septem autem dicunt mundos corporeos, Empyreum vnum, & primum. & tres post eum Æthereos. deinde tres materiales, Inerraticum. Erraticum, & qui sub Luna est. Et primũ quidem determinant, secundum mentem. Aethereos vero secundum animam. Materiales vero secundum naturam. Fontem vero Angelorum, & Dæmonum, & Animarum, & Naturarum, Hecatem esse dicunt. Deducunt vero multoties animam in mũdum, ob causas multas. Vel ob alarum defluxum, vel ob voluntatem paternam, ad exornandam terrenam sortem. Existimant ẽt mundũ esse æternũ. Dicunt quoque. Aden multipliciter. & nunc Deum ipsum nominant, Principem terrenæ sortis. Nunc autem locũ sublunarem. Modo etiam, medietatẽ ætherei mundi, & materialis. Modo quoque irrationalem animam. & ponunt in ea rationalem, non essentialiter, sed respectu quodam, quando Sympathiam secum habuerit. Ideas existimant, nunc quidem Paternæ mentis conceptiones. nunc autem vniuersales rationes, Mentis, animæ, naturæ. quas dat quidem Mens ipsi animæ. Anima vero Naturæ. Sympathiam dicunt esse superis cum inferioribus. & maxime quæ sub luna sunt. Restituunt uero in pristinum animas, secundum mensuram propriarum purgationum, in totis mundi regionibus. Quasdam etiam supra mundum reducunt. Horum autem dogmatum plurima, & Aristoteles, & Plato susceperunt. Plotinus vero, & Porpyrius, & Iamblichus, & Proclus, omnia sunt secuti, & tamquã diuinas voces, ea susceperunt.

ΕΝ ΑΛΛΩ ΔΕ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ, ΟΥΤΩΣ ΕΧΕΙ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΩΔΩΣ. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΧΑΛΔΑΙΟΥΣ ΔΟΓΜΑΤΩΝ.

Ἑπτὰ φασὶ σωματικοὺς κόσμους. Ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον, καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους. ὧν ὁ ἔσχατος χθόνιος εἴρηται καὶ μισοφαής. ὅς τις ἐστὶν ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν ὕλην, ἣν καλοῦσι βυθόν. Μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι, καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀνυμνοῦσιν. εἶτα πατρικόν τινα βυθὸν σέβονται, ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον. Ἑκάστη δὲ τριὰς, ἔχει πατέρα, δύναμιν, καὶ νοῦν. εἶτα ἐστὶν ἡ νοητὴ ἴυγξ. καὶ μετὰ ταύτην οἱ συνοχεῖς, ὁ ἐμπύριος, ὁ αἰθέριος, καὶ ὁ ὑλαῖος. Μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, τελετάρχαι. Μετὰ δὲ τούτους, οἱ πηγαῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι, καὶ κοσμαγωγοί. ὧν ὁ πρῶτος, ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα λεγόμενος, Μεθ' ὃν ἡ Ἑκάτη. εἶτα ὁ δὶς ἐπέκεινα. Μεθ' ὃν τρεῖς ἀμείλικτοι, καὶ τελευταῖος ὁ ὑπεζωκώς. Σέβονται δὲ καὶ Πηγαίαν τριάδα πίστεως, καὶ ἀληθείας, καὶ ἔρωτος. Φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον ἀπὸ τῆς ἡλιακῆς πηγῆς, καὶ ἀρχαγγελικόν, καὶ πηγὴν αἰσθήσεως, καὶ πηγαίαν κρίσιν, καὶ κεραύνιον πηγήν, καὶ πηγὴν διοπτρῶν, καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβατεύουσαν τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι. καὶ πηγαίας ἀκρότητας Ἀπόλλωνος, Ὀσίριδος, Ἑρμοῦ. Ὑλικὰς δὲ πηγάς φασι, κέντρων καὶ στοιχείων, καὶ ὀνείρων Ζώνην, καὶ πηγαίαν Ψυχήν. Μετὰ δὲ τὰς πηγάς, λέγουσιν εἶναι ἀρχάς. αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. Τῶν δὲ Ζωογόνων ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκρότης Ἑκάτη καλεῖται. ἡ δὲ μεσότης, Ψυχὴ ἀρχική. ἡ δὲ περάτωσις ἀρετὴ ἀρχική. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ ἄζωνοι Ἑκάται, ὡς ἡ τριοδῖτις ἡ χαλδαϊκή. καὶ ἡ κωμάς, καὶ ἡ ἐκκλυστική. Ἀζωνικοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς θεοί, ὁ Σέραπις, καὶ ὁ Διόνυσος, καὶ ἡ τοῦ Ὀσίριδος σειρά, καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἄζωνοι δὲ καλοῦνται οἱ ἀπολύτως ἐν ἐξουσίᾳ ζῶντες, ἐνεξουσιάζοντες ταῖς Ζώναις, καὶ ὑπερνιδρυμένοι τῶν ἐκφανῶν θεῶν. Ζωναῖοι δὲ οἱ τὰς ἐν οὐρανῷ Ζώνας ἀπολύτως περιπολοῦντες, καὶ τὰ τῇδε διοικοῦντες. Θεῖον γὰρ γένος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς Ζωναῖον, τὸ καταναιμάμενον τὰς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου μερίδας. καὶ ζωσάμενον τὰς περὶ τὸν ὑλαῖον τόπον διακληρώσεις. Μετὰ δὲ τὰς Ζώνας ἐστὶν, ὁ ἀπλανὴς κύκλος περιέχων τὰς ἑπτὰ σφαίρας, ἐν αἷς τὰ ἄστρα, καὶ ἄλλος μὲν παρ' αὐτοῖς, ὁ ἡλιακὸς κόσμος τῷ αἰθερίῳ βάθει δουλεύων. ἄλλος δ' ὁ Ζωναῖος εἷς ὢν τῶν ἑπτά. τῶν δ' ἀνθρωπίνων Ψυχῶν, αἰτίας διττὰς πηγαίας τίθενται, τόν τε πατρικὸν νοῦν, καὶ τὴν πηγαίαν Ψυχήν. καὶ προέρχεται μὲν αὐτοῖς ἡ μερικὴ ψυχὴ ἀπὸ τῆς πηγαίας κατὰ βούλησιν τοῦ πατρός. Ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον οὐσίαν, καὶ αὐτόζωον, οὐ γάρ ἐστιν ὡς ἑτεροκίνητος. ἡ γὰρ κατὰ τὸ λόγιον μοῖρα τοῦ

In alio Exemplari, ita se habet.

EIVSDEM PER CAPITA, DE dogmatis quæ sunt apud Chaldæos.

Septem dicunt corporeos mundos. Empyreum vnum, & primũ, & três post ipsum Aethereos. deinde tres materiales. Quorum postremus terrenus dictus est, & osor lucis. qui est sublunatis locus, habens in se, etiam materiã. quã vocant profundum. Vnũ principium vniuersorũ opinantur, & vnũ ipsum, & bonũ celebrant. Dein Paternum quoddã profundũ venerantur, ex tribus triadibus compositum. Quęque vero trias, habet Patrem, Potentiam, & Mentem. Deinde est Intelligibilis Iynx. & post eam, Synocheus, Empyreus, Aetherius, & Materialis. Post vero Synocheas, Teletarchæ. Post hos vero, Fontani patres, qui vocãtur etiã mundi ductores. Quorum primus is qui semel trans dicitur. Post quem Hecate, dein is qui bis trans. Post quem, tres Amilicti, & vltimus, hypezocos. Venerantur quoque fontanã Triadem, fidei, & veritatis, & amoris. Dicunt etiam Archicũ solem, a solari fonte, & Archãgelicum, & fontẽ sensus, & fontanũ iudicium, & fulmineũ fontem, & fontẽ dioptrarum, & characterũ fontem, insidentem ignotis synthemasi. & fontanas summitates Apollinis, Osiridis, Mercurij. Materiales vero fontes dicunt, centrorũ, & elementorũ, & somniorũ Zonam. & fontanã Animã. Post autẽ fontes dicũt esse principia. Fontes enim principaliores sunt, principijs. Zoogonorum vero principiorum, summitas quidem Ecate vocatur. Medietas vero, Anima principalis. Terminatio vero Virtus principalis. Sunt vero apud ipsos, etiã Azonę Ecatæ, vt Triecdotis Chaldaica, & Comas, & Ecclystica. Azonici vero apud ipsos Dij, Serapis, & Dionysius, & Osiridis series, & Apollinis. Azoni vero vocantur, qui libere in libertate viuunt, potestatẽ exercẽtes in Zonas, & supersedentes manifestis Dijs. Zonæi vero, qui cœlestes Zonas separatim, & libere circũvoluentes, & ea quæ hic sunt administrantes. Diuinũ.n. genus apud ipsos est Zonęũ cui distributæ sunt mũdi sensibilis regiones. & sortitum est circa materialem locum, sortitiones. Post Zonas vero est, inerrans circulus, continens septem sphæras, in quibus sunt Astra. Et alius quidem apud eos est solaris mundus, æthereo profundo seruiẽs, alius vero Zonęus vnus e septem existens. Humanarũ animarũ, causas duplices fontanas ponunt: Paternam Mentem, & fontanã animam, & procedit quidem eis particularis anima, a fontana per voluntatẽ patris. Habet vero & per se genitam essentiam, & per se viuentem. Non enim est, vt ab alio mota. Nã iuxta oraculum, portio est ignis

πυρὸς ὄντι τοῦ θείου, καὶ πῦρ φαινόν. καὶ νόημα πατρικὸν εἶδος ἐστὶν ἄυλον, καὶ αὐθυπόστατον, Τοιοῦτον γὰρ πᾶν τὸ θεῖον, οὗ μέρος ἡ ψυχή. καὶ πάντα φασὶν ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ, καθ' ἑκάστην δ' ἰδιότητα ἄγνωστον ῥητοῦ καὶ ἀρρήτου συνθήματος. Καταβιβάζουσι δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ἐν τῷ κόσμῳ δι' αἰτίας πολλάς, ἢ διὰ πτεροῤῥύησιν, ἢ διὰ βούλησιν πατρικήν. Δοξάζουσι δὲ τὸν κόσμον ἀΐδιον καὶ τὰς τῶν ἄστρων περιόδους. Τὸν δ' Ἅδην πολλαχῶς καταμερίζουσιν. καὶ νῦν μὲν αὐτὸν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀρχηγὸν τῆς περιγείου λήξεως. νῦν δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην τόπον φασί. νῦν δὲ τὴν μεσαιτάτην τοῦ αἰθερίου κόσμου, καὶ τοῦ ὑλαίου. νῦν δὲ τὴν ἄλογον ψυχήν. καὶ τιθέασιν ἐν αὐτῇ τὴν λογικήν, οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ σχετικῶς ὅταν συμπαθῶς ἔχῃ πρὸς αὐτὴν, καὶ προβάλλῃ τὸν μερικὸν λόγον. Ἰδέας δὲ νομίζουσι, νῦν μὲν τὰς τοῦ πατρὸς ἐννοίας, νῦν δὲ τοὺς καθόλου λόγους, καὶ φυσικούς, καὶ ψυχικούς. καὶ νοητούς. νῦν δὲ τὰς ἐξῃρημένας τῶν ὄντων ὑπάρξεις. Τοὺς δὲ περὶ μαγειῶν λόγους συνιστῶσι ἀπό τε τῶν ἀκροτάτων δυνάμεων. ἀπό τε περιγειῶν ὑλῶν. Συμπαθῆ δὲ τὰ ἄνω τοῖς κάτω φασί, καὶ μάλιστα τὰ ὑπὸ σελήνην. Ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λεγόμενον θάνατον, κατὰ τὰ μέτρα τῶν οἰκείων καθάρσεων, ἐν ὅλαις ταῖς τοῦ κόσμου μερίσι. τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι. καὶ μέσας αὐτὰς διορίζονται τῶν ἀμερίστων, καὶ μεριστῶν φύσεων. τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλεῖω, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων ἐδέξαντο. Οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον, καὶ Πορφύριον, καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο.

ΤΕ'ΛΟΣ.

ignis diuini, & ignis lucens. & intellectio paterna. Et est forma immaterialis, & per se subsistens. Tale enim est, omne diuinum, cuius pars est anima. Et omnia dicunt esse, in singula anima. Per singulam vero proprietatem ignotam, fabilis & ineffabilis Synthematis. Deducunt vero animam sæpe in mundum, ob caosas multas, vel ob alarum defluuum, vel ob voluntatem patris. Opinantur uero mundum æternum, & astrorum periodos. Aden multis modis partiuntur. & nunc ipsum Deum nominaot principem terrenæ sortis; nunc uero sublunarem locum dicunt. Nunc aotem medietatem ætherei mundi, & materialis. Nonc etiam irrationalem aoimam. Et ponunt in ipsa ratiooalem, non essentialiter. sed per respectum, quem compatitur cum ea, & profert particularem rationem. Ideas existimant, modo patris cooceptus & modo vniuersales ratiooes, & naturales, & animasticas & meotales. modo autem separatas entium existentias. Magicas vero rationes constituunt a summis potestatibus, & a terrenis materiebus. Compati aiunt, supera inferis. & præsertim sublunaria. Reducont vero aoimas post obitum, secundum mensuram propriarum purgationum in conctis mundi regionibus. Quasdam etiam supra mundum attollunt. & medias ipsas constituunt, impartibilium, & partibilium oaturarum. Horum uero dogmatum pleraque, & Atistoteles, & Plato suscepetunt. Plotinus vero, & Porphyrius, & Iamblichus, & Proclus omnia sunt secoti, & vt diuinas uoces ea sunt amplexati.

FINIS.

Præpositis ergo hisce tamqoã prolegomenis quibusdam, ad ipsa Logia siue oracula est accedendum. Rectissima ratione λόγια Græce & Latioe oracula sunt dicta, quoniam sunt a Deo quodam, forte summo, vt vaticinia pronunciata. Sacerdoti cuidam inter sacrificandum. Quod ex solius Damascij verbis agnouimus. Nam io eo libro vere iocompatabili, quem hic vir. De dubijs, & solutionibus primorum principiorũ scripsit, aliqua loca hoc ipsum iouuunt. primo hisce verbis.

Μαρτύρονται δὲ οὖν καὶ αὐτοὶ τοὺς θεοὺς ἐν οἷς ἔπεσι λέγουσι πρὸς τὸν θεουργόν.

Testes igitur afferunt, & ipsi Deos, in quibus versibus dicunt ad Sacerdotem. Et oon multo post.

Φησὶ καὶ τὰ τοιοῦτα περὶ αὐτῆς, ὁ χρησμῳδῶν θεός.

Dicit & talia de ea, vaticinator Deus. Et alibi.

Διὸ καὶ τὸ μένειν ἀεὶ τῷ ἀόκνῳ στροφάλιγγι, πᾶσι χαρίζεται κατὰ τὴν αὐτὴν χρησμῳδίαν.

Ideo, & manere semper impigræ vertigioi, omnibus per gratiam largitur, in eodem vaticinio.

Alio iterum loco, ita scribit.

Ἐπεὶ καὶ αἱ ἴυγγες, οὐ τρεῖς μόνον ἀλλὰ πλείους. φησὶ γὰρ χρησμῳδῶν θεός.

„ Quandoquidem & Iyoges oon tres solum
„ sunt, sed plures. Inquit eoim vaticinator
„ Deus.

Sed hæc vaticinia, noo videotur esse de rebus futuris vllis. Sed renelationes quædam diuinatum rerum & diuinorum ordinum, & quo modo Deus, & intelligibilia entia, & animas, & mundum produxerit. Neque aliter videntur hæc suscipieoda, quàm fuerint olim, Sibyllarum oracula suscepta. Inter quæ multa fueront, quæ veteribus patribus, vera, ac pia uisa, Catholica Ecclesia maximopere, & laudauit, & comprobauit. Atque hæc sioe dubio caosa est, cur Proclus, & θεοπαράδοτον, a Deo traditam, hanc Theologiam appellet, & ἔνθεον

Quo

ἔνδειξιν & afflatam Deo, indicationē. Et alibi.
Πηγαῖος ἐστὶν οὗτος δημιουργὸς, φαῖεν ἂν οἱ ἐκ τῆς θεοπαραδότου θεολογίας ὁρμώμενοι.

Fontanus est hic opifex, dixerint ij qui a Deo tradita Theologia proficiscuntur. Et alio loco.

Καὶ μὴν καὶ ἡ Ἀσσυρίων θεολογία τὰ αὐτὰ παραδίδωσι θεόθεν ἐκφανθέντα.

Sed & Assyriorum Theologia, eadem tradit, a Deo pronunciata.


Et *Τί οὖν φαίη τις ἂν τῶν ἐκ τῆς ἱερωτάτης θεοσοφίας ὡρμημένων.*

Quid ergo dixerit quispiam eorum, qui ab extera Dei sapientia sunt profecti. Quibus alio loco se affirmat credere. Et Damascius alicubi.

Καὶ πρώτην γε τὴν πασῶν μυστικωτάτην τῶν ὁμολογουμένην τὴν χαλδαϊκήν. Ἀτεχνῶς γὰρ αὕτη, καὶ ἀντιφθεγγομένη δοκεῖ μάλιστα πασῶν ταῖς ἡμετέραις ὑπονοίαις,

Et primam omnium maxime mysticam esse, est in confesso, Chaldaicam. Reuera enim hæc, & cōtradicere videtur maxime omnium nostris conceptibus.

Logia hæc nos, sparsa huc, illuc, per Platonicorum libros collegimus, ex Procli Theologia, commentariis in Parmenidem, Timæum, Rempub. Cratylum. Ex Hermia in Phædrum. Ex Olympiodoro in Philebum in Phædonem. ex Synesio, ex Symplicio in quartum Physic. ex ipso denique Damascio, & Nicephoro Gregora. Sed ea in classes quasdam, intelligentię clarioris gratia, redegimus: xij. singulis tamen primam authoris nominis litteram præfiximus, vt cognoscatur vnde ea sumpserimus.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII

ΤΑ' ΤΟΥ ΖΩΡΟΑ'ΣΤΡΟΥ ΛΟ'ΓΙΑ.

ΜΟΝΑ'Σ, ΔΥΑ'Σ, ΚΑΙ' ΤΡΙΑ'Σ.

Ψελ. Ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστι.
Δαμ. Ταναή ἐστι μονὰς, ἣ δύο γεννᾷ.
Προ. Δαμ. Δυὰς γὰρ παρὰ τῷδε κάθηται, καὶ νοεραῖς ἀστράπτει τομαῖς
Καὶ τὸ κυβερνᾶν τὰ πάντα, καὶ τάττειν ἕκαστον οὐ ταχθέν.
Δαμ. Παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριὰς, ἧς μονὰς ἄρχει.
Ἀρχὴ πάσης τομῆς ἥδε ἡ τάξις.
Προκ. Εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε πατρὸς τέμνεσθαι ἅπαντα,
Οὗ τὸ θέλειν κατένευσε, καὶ ἤδη πάντα τέτμηντο.
Εἰς τρία γὰρ εἶπε νοῦς πατρὸς ἀϊδίου.
Νῷ πάντα κυβερνῶν.
Δαμ. Καὶ ἐφάνησαν ἐν αὐτῇ ἥ τ᾽ ἀρετὴ, καὶ ἡ σοφία
Καὶ ἡ πολύφρων ἀτρέκεια.
Τῇδε γὰρ ῥέει τριάδος δέμας πρὸ τῆς οὔσης.
Οὐ πρώτης, ἀλλ᾽ οὗ τὰ μετρεῖται.
Ἀρχαῖς γὰρ τρισὶ ταῖσδε λάβοις δουλεύειν ἅπαντα.
Ἱερὸς πρῶτος δρόμος ἐν δ᾽ ἄρα μέσῳ
Ἠέριος τρίτος ἄλλος, ὃς ἐν πυρὶ τὴν χθόνα θάλπει.
Καὶ πηγὴ πηγῶν, καὶ πηγῶν ἁπασῶν.
Μήτρα, συνέχουσα τὰ πάντα.
Ἔνθεν ἀφθὸν θρώσκει γένεσις πολυποικίλου ὕλης.
Προκ. Ἔνθεν συρόμενος πρηστὴρ ἀμυδροῖο πυρὸς ἄνθος,
Κόσμων ἐνθρώσκων κοιλώμασι. Πάντα γὰρ ἔνθεν.
Ἄρχεται εἰς τὸ κάτω τείνειν ἀκτῖνας ἀγητάς.

ΠΑΤΗ'Ρ ΚΑΙ' ΝΟΥΣ.

Ψελ. Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν, οὐδ᾽ ἐν ἑῇ.
Δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.
Ψελ. Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει.
Πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατὴρ,
Καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ.
Ὃν πρῶτον κληΐζεται πᾶς γένος ἀνδρῶν.
Προκ. Πατρογενὲς φάος. πολὺ γὰρ μόνος
Ἐκ πατρὸς ἀλκῆς δρεψάμενος νόου ἄνθος.
Ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος,
Πᾶσιν ἐνέσπειρε δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος.

ZOROASTRI ORACVLA

MONA'S, DYA'S, ET TRIA'S.

Vbi paterna monas eſt. Pſel.
Ampliata eſt Monàs, quæ duo generat. Dam.
Duitas enim apud hunc ſedet, & intellectualibus fulget ſectionibus. Pro. Da
Et gubernare cuncta, & ordinare, quodcumque non ordinatum.
Toto enim in mundo lucet Triàs, cuius monàs eſt princeps. Dam.
Principium omnis ſectionis, hic eſt ordo.
In tria namque Mens dixit Patris ſecari omnia. Proc.
Cuius voluntas annuit, & iam omnia ſecta fuere.
In tria namque dixit Mens patris æterni.
Mente omnia gubernans.
Et apparuerunt in ipſa, Virtus, & Sapientia. Dam.
Et multiſcia, Veritas.
Hinc, fluit Triadis vultus ante eſſentiam,
Non primam, ſed eam quæ menſuratur,
Principijs tribus hiſce, capias ſeruire cuncta,
Et fons fontium, & fontium cunctorum.
Matrix continens cuncta.
Inde affatim exilit, generatio multiuariæ materiæ. Proc.
Inde tractus preſter exilis ignis flos.
Mundorum indens cauitatibus, Omnia namque inde.
Incipit deorſum tendere radios admirandos.

PATER, ET MENS.

Se ipſum rapuit pater, neque ſuæ. Pſel.
Potentiæ mentali claudens proprium ignem.
Non enim a paterno Principio imperfectum quid rotatur. Pſel.
Cuncta namque perfecit pater.
Et menti tradidit ſecundę.
Quam primam vocat omne genus hominum.
Patrogenia lux. multum namque ſola. Proc.
E patris robore decerpens mentis florem.
Opera enim intelligens paterna mens e ſegenita.
Cũctis inſeminauit vinculũ igni grauis amoris.

Ὄφρα

φέροντα σῆς ψυχῆς τεῖναι κενεὸν νόον.
Εἰς τὸ νοητὸν, ὄφρα μάθῃς τὸ νοητόν.
Ἐπεὶ ἔξω νόου ὑπάρχει.
Τὸν δὲ νοεῖ πᾶς νοῦς θεὸν, οὐ γὰρ ἄνδ.
Νόος ἐστὶ νοητοῦ, καὶ τὸ νοητὸν, οὐ νοῦ χωρὶς ὑπάρχει.
Τοῖς δὲ πυρὸς νοεροῦ νοεροῖς πρηστῆρσιν ἅπαντα,
Εἴκαθε δουλεύοντα πατρὸς πειθηνίδι βουλῇ.
Καὶ τὸ νοεῖν, ἀεί τε μένειν, ἀόκνῳ στροφάλιγγι.
Πηγάς τε καὶ ἀρχὰς, δινεῖν, ἀεί τε μένειν ἀόκνῳ στροφάλιγγι.
Ἀλλὰ δ' οὔνομα σεμνὸν ἀκοιμήτῳ στροφάλιγγι
Κόσμοισ' ἐνθρώσκον, κραιπνὴν διὰ πατρὸς ἐνιπήν.
Ὑπὸ δυὸ νόων, ἡ ζωογόνος πηγὴ περιέχεται ψυχῶν.
Καὶ ὁ ποιητὴς, ὃς αὐτουργῶν, τεκτήναιτο τὸν κόσμον.
Ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος
Ἑσσάμενος πυρὶ πῦρ, συνδέσμιον ὄφρα κεράσῃ
Πηγαίους κρατῆρας, ἑοῦ πυρὸς ἄνθος ἐπίσχων.
Νοεραῖς ἀστράπτει τομαῖς, ἔρωτος δ' ἐνέπλησε τὰ πάντα.
Σμήνεσσιν ἐοικυῖαι φέρονται ῥηγνύμεναι
Κόσμου περὶ σώματα.
Τὰ ἀτύπωτα τυποῦσα.
Ἃ νοῦς λέγει τῷ νοεῖν δὴ που λέγει.
Ἡ μὲν γὰρ δύναμις σὺν ἐκείνοις, νοῦς δ' ἀπ' ἐκείνου.

ΙΥΝΓΕΣ, ΙΔΕΑΙ, ΑΡΧΑΙ.

Πολλαὶ μὲν αἵδε ἐπεμβαίνουσι φαεινοῖς κόσμοις.
Ἐνθρώσκουσαι. καὶ ἐν αἷς ἀκρότητες ἔασι τρεῖς.
Ὑπόκειται αὐταῖς ἄρχιος αὐλών.
Ἀρχὰς, αἳ πατρὸς ἔργα νοήσασαι νοητὰ
Αἰσθητοῖς ἔργοις, καὶ σώμασιν ἀμφεκάλυψαν.
Διαπόρθμιοι ἑστῶτες φάναι τῷ πατρὶ, καὶ τῇ ὕλῃ,
Καὶ τὰ ἐμφανῆ, μιμήματα τῶν ἀφανῶν ἐργαζόμενοι
Καὶ τἀφανῆ, εἰς τὴν ἐμφανῆ κοσμοποιΐαν ἐγγράφοντες.
Νοῦς πατρὸς ἐρροίζησε, νοήσας ἀκμάδι βουλῇ
Παμμόρφους ἰδέας, πηγῆς δ' ἀπὸ μιᾶς ἀποπτᾶσαι
Ἐξέθορον, πατρόθεν γὰρ ἦν, βουλή τε τέλος τε.
Δι' ὧν συνάπτεται τῷ πατρὶ ἄλλην κατ' ἄλλην.
Ζωὴν ἀπὸ μεριζομέναις ὀχετῶν
Ἀλλ' ἐμερίσθησαν, νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι
Εἰς ἄλλας νοεράς. κόσμῳ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ
Προὔθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον, οὐ κατὰ κόσμον.

Ferentem tuæ animę, tendere vacuam mentem.
In intelligibile, vt discas intelligibile.
Quandoquidem extra mentem existit.
Deum hunc intelligit omnis mens, nō enim sine.
Mens est intelligibili, & intelligibile.
Non sine mente existit.
Ignis mentalis, mentalibus presteribus cuncta.
Cedunt seruientia, Patris persuasorio consilio.
Et intelligere, semperque manere impigra vertigine.
Fontes, & principij, vertere, semperque manere impigra vertigine.
Sed nomen uenerandum, insomni vertigini.
Mundis indens, terribiles ob patris minas.
Sub duabus mentibus, vitigenius fons continetur animarum.
Et facta, qui per se operans fabrefecit mundum.
Qui ex mente exilijt primus.
Indutus igni ignem. Vniculorum vt temperet.
Fontanos crateras, sui ignis florem sustinens.
Mentalibus fulget sectionibus, amoreque impleuit omnia.
Infigurata figurans.
Examinibus similes, feruntur perrumpentes.
Per mundi corpora.
Quæ Mens dicit, intelligendo sanè dicit.
Potentia quidem cum illis. Mens vero ab illa.

IYNGES, IDEÆ, PRINCIPIA.

Multæ quidem hæ, scandunt lucidos mundos.
Insilientes, & in quibus summitates sunt tres.
Subiectum ipsis est, principale pratum.
Principia. quæ patris opera intelligentes intelligibilia.
Sēsibilibus operibus, & corporibus reuelarūt.
Transuectrices stantes, dicere patri, & materię.
Et manifesta imitamina latentiū operantes.
Et latentia in manifestam Cosmopeiam inscribentes.
Mens patris striduit, intelligens vigente consilio.
Omniformes Ideas. Fonte vero ab uno, euolantes.
Exilierunt. A patre. n. erat cum filium, & finis.
Per quæ coniunguntur patri, per aliā atq, aliā,
Vitam, a compartitis canalibus.
Sed partitæ sunt, mentali igne dispositæ.
In alias mentales. mundo namque rex multiformi.
Proposuit mentalem typum, incorruptibilem, non per mundum.

Ἴχνος ὀρεγόμενος μορφῆς καθ' ἃ κόσμος ἐφάνθη.	Vestigium promouens formæ per quæ mundus apparuit.
Παντοίαις ἰδέαις κεχαρισμένος, ὧν μία πηγή.	Omnifariam ideis gratiosus. Quarum vnus fons.
Ἐξ ἧς ῥοιζοῦνται μεμερισμέναι ἄλλαι.	Ex quo strident dispertitæ aliæ.
Ἀπλάτοι ῥηγνύμεναι κόσμου περὶ σώμασι.	Immensæ, perrũpentes mundi circa corpora.
Αἳ περὶ κόλπους σμερδαλέους σμήνεσσιν ἐοικυῖαι	Quæ per sinus immensos, examinibus similes.
φορέονται τραποῦσαι, περὶ δ' ἀμφὶ ἄλλυδις ἄλλη.	Feruntur conuersæ, circumque alibi alia.
Ἔννοιαι νοεραὶ πηγῆς πατρικῆς ἄπο,	Conceptiones mentales, fonte a paterno,
Πολὺ δρεπτόμεναι πυρὸς ἄνθος	Multum decerpentes ignis florem,
Ἀκοιμήτου χρόνου ἀκμὴν ἀρχεγόνου ἰδέας.	Insomnis temporis. Vigor principigeniæ ideę.
Πρώτη πατρὸς ἔβλυσε, τὰς δ' αὐτοθαλὴς πηγή.	Prima e patre missa est, cuius per se florens fons.
Νοούμεναι ἴϋγγες πατρόθεν. νοέουσι καὶ αὐταί.	Intellectæ Iynges a patre, intelligunt, & ipsę.
Βουλαῖς ἀφθέγκτοισι κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.	Consilijs ineffabilibus mouentur, vt intelligant.
ΕΚΑΤΗ, ΣΥΝΟΧΕΙΣ, ΤΕΛΕΤΑΡΧΑΙ.	**HECATE, SYNOCHES, ET Teletarchæ.**
Ἐξ αὐτοῦ γὰρ πάντες ἐκθρώσκουσι.	Ex ipso enim omnes exiliunt.
Ἀμείλικτοί τε κεραυνοὶ καὶ πρηστηροδόχοι κόλποι.	Amilictique fulmines, & presterocapaces sinus.
Παμφεγγέος ἀλκῆς πατρογενοῦς Ἑκάτης.	Omnilucidæ vigoris patrogenij Hecates.
Καὶ ὑπεζωκὸς πυρὸς ἄνθος, ἠδὲ κραταιὸν	Et Hypezocus ignis flos, & fortis.
Πνεῦμα πόλων πυρίων ἐπέκεινα.	Spiritus polorum, igneos trans.
Φρουρεῖν αὖ πρηστῆρσιν ἑοῖς ἀκρότητας ἔδωκεν.	Custodire presteribus suis summitates dedit.
Ἐγκεράσας ἀλκῆς ἴδιον μένος ἐν συνοχεῦσιν,	Immiscens vigoris proprium robor in Synochis.
Ὡ πᾶς ἔχει κόσμος, νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.	Quo mundus habeat mentales sustentatores inflexiles.
Ὅτι ἐργάτις, ὅτι ἐκδότις ἐστὶ πυρὸς ζωηφόρου.	Quia operatrix, quia largitrix est ignis vitiferi.
Ὅτι καὶ τὸ ζωογόνον πληροῖ τῆς Ἑκάτης κόλπον.	Quia & vitigenium implet Hecates sinum.
Καὶ ἐπιρρεῖ τοῖς Συνοχεῦσιν ἀλκὴν ζείδωρον πυρός.	Et influit Synochis vigorem vitidonum ignis.
Μέγα δυνάμενοι:	Magni potentis.
Ἀλλὰ καὶ φρουροὶ τῶν ἔργων εἰσὶ τοῦ πατρὸς	Sed & custodes operum sunt patris.
Ἀφομοιοῖ γὰρ ἑαυτόν, ἐκεῖνος ἐπειγόμενος.	Assimilat enim se ipsum ille, vrgens.
Τὸν τύπον περιβαλλέμεν τῶν εἰδώλων	Typum induere idolorum.
Οἱ τελετάρχαι συνειλῆπται τοῖς συνοχεῦσι.	Teletarchæ comprehensi sunt, cum Synochis.
Τοῖς δὲ πυρὸς νοεροῦ, νοεροῖς πρηστῆρσιν.	His vero ignis mentalis, mentalibus presteribus.
Ἅπαντα εἴκαθε δουλεύοντα,	Omnia parent seruientia.
Ἀλλὰ καὶ ὑλαίοις ὅσα δουλεύει συνοχεῦσι.	Sed & quæcumque materialibus seruiunt Synochis.
Ἑσσαμένου πάντευχον ἀλκὴν φωτὸς κελάδοντος.	Induti armorum vigorem luminis resonantis.
Ἀλκῇ τριγλίχῳ, νοόν ψυχήν θ' ὁπλίσαντα,	Vigore Triglicho, mentem, animamque armantem.
Παντοίαδος σύνθημα βάλλειν φρενί.	Peruatium Synthema iacere ratiocino.
Μηδ' ἐπιφοιτᾶν ἐμπυρίοις σποράδην ὀχετοῖς,	Neque super incedere empyreis sparsim canalibus.
Ἀλλὰ στιβαρηδόν.	Sed collectim.

Hi

Οἱ δὲ τὰ ἄτομα, καὶ αἰσθητὰ δημιουργοῦσι.
Καὶ σωματοειδῆ, καὶ κατατεταγμένα εἰς ὕλην.

Hi uero indiuidua, & sensibilia efficiunt.
Et corporiformia, & destinata in materiam.

ΨΥΧΗ΄, ΦΥΣΙΣ.

Ὅτι ψυχὴ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φανὸν.
Ἀθανάτος τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστὶ,
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.
Νοῦ γὰρ μίμημα τέλει, τὸ δὲ τεχθὲν ἔχει τι σώματος,
Μιγνυμένων δ' ὀχετῶν πυρὸς ἀφθίτου ἔργα τελοῦσα.
Μετὰ δὲ πατρικὰς διανοίας ψυχὴ ἐγὼ ναίω.
Θερμὸν ψυχοῦσα τὰ πάντα, κατέθετο γὰρ,
Νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ.
Ἡμῶν, ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Ἄδδην ἐμψυχοῦσα, φάος, πῦρ, αἰθέρα, κόσμους.
Συνυφίσταται γὰρ τὰ φυσικὰ ἔργα τῷ νοερῷ φέγγει.
Τοῦ πατρὸς. Ψυχὴ γὰρ ἡ κοσμήσασα τὸν μέγαν
Οὐρανὸν, καὶ κοσμοῦσα μετὰ τοῦ πατρός.
Κέρατα δὲ καὶ αὐτῆς ἐστήρικται ἄνω.
Νώτοις δ' ἀμφὶ θεᾶς φύσις ἄπλετος ἠώρηται.
Ἄρχει δ' αὖ φύσις ἀκάματος, κόσμων τε καὶ ἔργων.
Οὐρανὸς ὄφρα θέει δρόμον ἀΐδιον κατασύρων.
Καὶ ταχὺς ἥλιος ἀεὶ κέντρον ὅπως ἐθὰς ἄλθῃ.
Μὴ φύσεως ἐμβλέψεις εἱμαρμένον ὄνομα τῆς δέ.

ANIMA, NATVRA.

Quoniam anima ignis potentia patris existens lucidus.
Immortalisque manet, & uitę domina est.
Et tenet mundi multas plenitudines, sinuum.
Mentis enim imitamen est, partum uero habet quid corporis.
Mistis uero canalibus, ignis incorruptibilis opera efficiens.
Post uero paternas conceptiones anima ego habito.
Calida animans omnia. reposuit enim
Mentem sanè in anima. animam uerò in corpore inerti.
Nostri, imposuit pater hominumque Deumque.
Affatim animans lucem, ignem, æthera, mundos.
Coexistunt namque naturalia opera, mentali splendori
Patris, Anima enim est quæ ornauit magnum
Cœlum, & quæ ornat simul cum patre.
Cornua & ipsius, firmata sunt sursum.
Humeros vero circa Deæ, natura immensa attollitur.
Imperat rursus natura infatigabilis, mundisque operibusque.
Cœlum, vt currat cursum æternum trahens.
Et celer sol circa centrum, vt assuetus veniat.
Non naturæ inspicias fatale nomen eius.

ΚΟΣΜΟΣ.

Ὁ ποιητὴς, ὃς αὐτουργῶν τεκταίνεται τὸν κόσμον
Καὶ τὶς πυρὸς ὄγκος ἦν ἕτερος, τὰ δὲ πάντα.
Αὐτουργῶν ἵνα σῶμα, τὸ κοσμικὸν ἐκτολυπωθῇ.
Κόσμος ἐν ἔκδηλος, καὶ μὴ φαίνηται ὑμενώδης.
Τὸν ὅλον κόσμον, ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ γῆς.
Καὶ παντοτρόφου αἰθέρος.
Τ᾽ ἄρρητα καὶ τὰ ῥητὰ συνθήματα τοῦ κόσμου.
Ἄλλην κατ' ἄλλην ζώνην ἀπὸ μεριζομένων ὀχετῶν.
Ἄνωθεν διήκοντος ἐπὶ τὸ κατ' ἀντικρύ.
Διὰ τοῦ κέντρου τῆς γῆς. καὶ πέμπτον μέσον ἄλλον.
Πυρίοχον, ἔνθα κάτεισι μέχρι ὑλαίων ὀχετῶν.

MVNDVS.

Factor, qui per se operans fabrefacit mundum.
Etenim quædam ignis moles erat altera. hæc omnia
Per se efficiens, vt corpus mundanum.
Mundus ut manifestus, & non videatur membraneus.
Totum mundum ex igne, & aqua, & terra,
Et omnialente aere,
Ineffabilia, & fabilia synthemata mundi.
Aliam per aliam vitam, a partitis canalibus.
Desuper permeantis in oppositum.
Per cētrum terræ, & quintum medium aliūm
Igneum, vbi descendit vsque ad materiales canales.

Ζωηφόρον πῦρ.
Κέντρῳ ἐπισπέρχων ἑαυτὸν φωτὸς κελαδόντος.
Πηγαῖον ἄλλον, ὃς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει.
Κέντρον ἀφ᾽ οὗ πᾶσαι, μεχρὶς ἂν τυχὸν ἶσαι ἔασι.
Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρε κατὰ κόσμον,
Μέσον τῶν πατέρων, ἑκάστης κέντρον φορῆται.
Νοῦ γὰρ μίμημα πέλει, τὸ δὲ τεχθὲν ἔχει τι σώματος.

ΟΥΡΑΝΟ'Σ.

Επτὰ γὰρ ἐξώγκωσε πατὴρ στερεώματα κόσμων.
Τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας.
Πῆξε δὲ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν,
Ζώων δὲ πλανωμένων ὑφέστηκεν ἑπτάδα.
Γῆν δ᾽ ἐν μέσῳ τιθεὶς, ὕδωρ δ᾽ ἐν γαίας κόλποις,
Ηέρα δ᾽ ἄνωθεν τούτων.
Πῆξε δὲ καὶ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν.
Μὴ τάσει ἐπιπόνῳ πονηρᾷ
Πήξει δὲ πλάνην οὐκ ἐχούσῃ φερεῶς.
Επηξε δὲ καὶ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν,
Τὸ πῦρ, πρὸς τὸ πῦρ ἀναγκάσας
Πήξει πλάνην οὐκ ἐχούσῃ φερεῶς.
Εξ αὐτοὺς ὑπέστησεν ἕβδομον ἠελίου.
Μεσεμβολήσας πῦρ.
Τὸ ἄτακτον αὐτῶν. εὐτάκτοις ἀνακρεμάσας ζώναις.
Τίκτει γὰρ ἡ θεὸς, ἠέλιον τε μέγαν, καὶ λαμπρὰν σελήνην
Αἰθὴρ, ἥλιε, πνεῦμα, σελήνης, ἠέρος ἀγοί
Ηλιακοῖ τε κύκλων, καὶ μηναίων καταχισμῶν.
Κολπῶν τε ἠερίων.
Αἰθρὸς μέλος, ἠελίου τε καὶ μήνης ὀχετῶν, ἠ τε ἠέρος,
Καὶ πλατὺς ἀὴρ, μηναῖος τε δρόμος, καὶ πόλος ἠελίοιο.
Συλλέγει αὐτὸ λαμβάνουσα αἴθρης μέλος
Ηελίου τε, σελήνης τε, καὶ ὅσα ἠέρι συνέχονται.
Πῦρ, πυρὸς ἐξοχέτευμα, καὶ πυρὸς ταμίας
Χαῖται γὰρ ἐς ὀξὺ πεφυκότι φωτὶ βλέπονται,
Ενθα Κρόνος.
Ηέλιος πάρεδρος ἐπισκοπέων πόλον ἁγνόν.
Αἰθέριος τε δρόμος, καὶ μήνης ἄπλετος ὁρμὴ,
Ηέριοι τε ῥοαί.
Ηέλιον τε μέγαν, καὶ λαμπρὰν σελήνην.

Vitifer ignis.
Centro incitans Seipsum lumine resonante.
Fontanum alium, qui Empyreum mundum ducit.
Centrum a quo omnes, vsque quo forte æquales fuerint.
Symbola enim paterna mens, seminauit per mundum.
Medium inter patres, singulæ centrū fertur.
Mentes enim imitamen est, quod uero partum est habet quid corporis.

COELVM.

Septem enim in moles formauit pater firmamenta mundorum.
Cœlnm, rotunda figura circumcludens.
Fixitque multum cœtum astrorum inerrantium.
Animaliumque errantium, constituit septenarium.
Terram in medio posuit, aquamque in terræ finibus.
Aeremque supra hæc.
Fixitque multum cœtum astrorum inerrantium.
Tensione, non laboriosa mala.
Sed fixione errorem non habente in motu.
Fixitqne multum cœtum astrorum inerranrium.
Ignem ad ignem cogens.
Fixione errorem non habente in motu.
Sex eos constituit, septimum solis.
In medium iaciens ignem.
Inordinationem eorum, bene ordinatis suspendens zonis.
Parturit enim Dea, solemque magnum, & splendidam lunam.
Ather, sol, spiritus lunæ, aeris ductores.
Solariumque circulorum, & lunarium estrepituum.
Sinuumque aereorum.
Aetheris cantus, solisque, & lunæ canalium, & aeris.
Et latus aer, lnnarisque cursus, & polus solis.
Colligit ipsum accipiens ætheris harmoniam.
Solisque, lunæque, & quæcumque aere continentur.
Ignis, ignis deriuatio, & ignis pœnu*
Crines enim in acutem nato lumini conspiciuntur.
Vbi Saturnus.
Sol assessor, intuens polum purum.
Aetheriusque cursus, & lnnæ ingens impetus.
Aereique fluxus.
Solemque magnum, & splendidam lunam.

TEM-

ΧΡΟΝΟΣ.

Θεὸν ἐγκόσμιον, αἰώνιον, ἀπέραντον
Νέον, καὶ πρεσβυτὴν, Ἑλικοειδῆ.
Καὶ πηγαῖον ἄλλον, ὃς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει,

TEMPVS.

Deum mundanum, æternum, infinitum.
Iuuenem, & senem.
Et fontanum aliud, quod empyreum mundum ducit.

ΨΥΧΗ', ΣΩΜΑ, ΑΝΘΡΩΠΟΣ.

Χρὴ σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πατρὸς αὐγάς.
Ενθεν ἐπέμφθη σοὶ ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.
Ταῦτα πατὴρ ἐννόησε, βροτὸς δ' οἱ ἐψύχωτο.
Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρε ταῖς ψυχαῖς.
Ερωτι βαθεῖ ἀναπλήσας τὴν ψυχὴν
Κατέθετο γὰρ νοῦν ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι δὲ
Υμέας ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Ἀσώματα μὲν ἐστι τὰ θεῖα πάντα
Σώματα δ' ἐν αὐτοῖς ἡμῶν ἕνεκεν ἐνδέδεται
Μὴ δυναμένους κατασχεῖν, ἀσωμάτους τῶν σωμάτων.
Διὰ τὴν σωματικὴν εἰς ἣν ἐνεκεντρίσθητε φύσιν.
Ἐν δὲ θεῷ κεῖνται πυρσοὺς ἕλκουσαι ἀκμαίους.
Ἐκ πατρόθεν κατιόντες, ἀφ' ὧν ψυχὴ κατιόντων
Ἐμπυρίων δρέπεται καρπῶν, ψυχότροφον ἄνθος.
Διὸ καὶ νοήσασαι τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς.
Μοίρης εἱμαρμένης τὸ πτερὸν φεύγουσιν ἀναιδές.
Κἂν γὰρ τὴν τῆς ψυχὴν ἴδῃς ἀποκαταστᾶσαν
Ἀλλ' ἄλλην ἐνίησι πατὴρ ἐναρίθμιον εἶναι.
Ἦ μάλα δὴ κεῖναι γε μακάρταται ἔξοχα πασέων
Ψυχάων, ποτὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προχέονται,
Κεῖναι ὀλβίαι τε, καὶ οὐ φατὰ νήματα ἔχουσαι
Οσσαι ἀπ' αἰγλήεντος ἄνακ σέθεν, ἢ δὲ καὶ αὐτοῦ,
Ἐκ Διὸς ἐξεγένοντο μίτου κραταιρῆς ὑπ' ἀνάγκης.
Ἡγείσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον, ὄμματα δ' ἄρδην.
Πάντα ἐκπέτασον ἄνω.
Μήτε κάτω νεύσεις, εἰς τὸν μελαναυγέα κόσμον.
Ω βυθὸς αἰὲν ἄπιστος ὑπέστρωται τε καὶ Ἅδης
Ἀμφικνεφὴς, ῥυπόων, εἰδωλοχαρὴς ἀνόητος.
Κρημνώδης σκολιὸς, πηρὸν, βάθος αἰὲν ἑλίσσων,
Αἰεὶ νυμφεύων ἀφανὲς δέμας, ἀργον, ἄπνευμον.

ANIMA, CORPVS, HOMO.

Oportet te festinare ad lucem, & patris lumina.
Vnde missa est tibi anima, multam induta mentem.
Hæc patet mente concepit, mortalisque ei est animatus.
Symbola enim paterna mens, seminauit in animis.
Amore profundo replens animam.
Reposuit enim mentem in anima: in corpore vero.
Vos reposuit, pater hominumq; deumque.
Incorporea quidem sunt, diuina omnia.
Corpora uero in ipsis vestri causa sunt alligata.
Non potentes continere incorporeos corpora.
Ob corpoream, in quam concentrati estis naturam.
Inq; deo iacent, faces trahentes, validas.
A patre descendentes, a quibus anima descendentibus.
Empyreos carpit fructus, animam, alentem florem.
Ideoque mente concipientes opera patris.
Parcæ fatalis alam fugiunt, inuerecundam.
Et si hanc animam videris redeuntem.
At aliam immittit pater, vt in numero sit.
Certe ualde illę sunt beatissimę supra omnes.
Animas, ad terram a cœlo profusæ.
Illæque diuites, & ineffabilia stamina habentes.
Quæcumque a lucente, o rex, a te, vel ipso.
Ione sunt progenitæ, Miti valida a necessitate.
Ducat animæ profunditas immortalis, oculosque affatim.
Omnes sursum extende.
Nec deorsum pronus sis in nigricantem mundum.
Cui profunditas semper infida substrata est, & Ades.
Circumquaque caligans, squalidus, idolis gaudens, amens.
Precipitosus, tortuosus, cæcum profundum semper inuoluens,
Semper desponsus obscurā faciem, inertem spiritu carentem.

Καὶ ὁ μισοφαὴς κόσμος, καὶ τὰ σκολιὰ ῥεῖθρα.	Et osor luminis mundus, & tortuosi fluxus.
Ὑφ' ὧν πολλοὶ κατασύρονται.	A quibus vulgus attrahitur.
Ζήτησον παράδεισον.	Quære paradisum.
Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν, ἢ τινὶ τάξει.	Quære tu animæ canalem, vnde, aut quo ordine.
Σώματι τιθεύσας ἐπὶ τάξιν, ἀφ' ἧς ἐῤῥύης.	Corpori inseruieris, in ordinem, a quo effluxisti.
Αὖθις ἀναστήσεις ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.	Rursus restituas sacro sermoni operam vniens.
Μήτε κάτω νεύσεις, κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται.	Neque deorsum sis pronus, precipitium in terra subest.
Ἑπταπόρου σύρων κατὰ βαθμίδος, ἣν ὑπό.	Septemuios trahens per gradus: quo sub.
Δεινῆς ἀνάγκης θρόνος ἐστί.	Horribile necessitatis Thronus est.
Μὴ σὺ αὔξανε τὴν εἱμαρμένην.	Ne tu augeas fatum.
Ψυχὴ ἡ μερόπων, θεὸν ἄγξει πως εἰς ἑαυτήν,	Anima hominum Deum coget quodam modo in se ipsam.
Οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη θεόθεν μεμέθυσται.	Nihil mortale habens, tota a Deo est ebria facta.
Ἁρμονίαν αὐχεῖ γὰρ, ὑφ' ᾗ πέλει σῶμα βρότειον.	Harmoniam resonat namque, sub qua est corpus mortale.
Ἐκτείνας πύρινον νοῦν, ἔργον ἐπ' εὐσεβίης	Extendens, igneam mentem ad opus pietatis.
Ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις.	Et Fluxile corpus seruabis.
Ἔστι καὶ εἰδώλῳ μέρις, εἰς τόπον ἀμφιφαόντα	Est & idolo portio in loco circumlucente.
Πάντοθεν ἀπλάστῳ ψυχῇ πυρὸς ἡνία τεῖνον.	Vndique, inficta anima ignis habenas tende.
Ἡ πυριθαλπὴς ἔννοια πρωτίστην ἔχει τάξιν.	Igne calens cogitatio primissimum habet ordinem.
Τῷ πυρὶ γὰρ βροτὸς ἐμπελάσας θεόθεν φάος ἕξει.	Igni namque mortalis propinquans a Deo lumen habebit.
Δηθύνοντι γὰρ βροτῷ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθουσι.	Immoranti enim mortali presto Dij aderunt.
Αἱ ποιναὶ μερόπων ἄγκτειραι.	Pœnę hominum sunt angores.
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ, καὶ ἐσθλά	Et malæ materiæ, germina, vtilia sunt, & bona.
Ἐλπὶς τρεφέτω σε πυρίοχος, ἀγγελικῷ ἐνὶ χώρῳ,	Spes nutriat te, ignea Angelica in regione.
Ἀλλ' οὐκ εἰσδέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς νοῦς.	Sed non recipit illius velle, Paterna mens.
Μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης, καὶ ῥῆμα λαλήσῃ	Donec non exeat ex obliuione, & uerbum loquatur.
Μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ.	Memoriam indens Paterni Synthematis puri.
Τοῖς δὲ διδακτὸν φάους ἔδωκε γνώρισμα λαβέσθαι.	His quidem discibile lucis dedit notitiam suscipere.
Τοὺς δ' ὑπνώοντας ἑῆς ἐνεκάρπισεν ἀλκῆς.	Hos vero, & somnolentos sui fructum dedit roboris.
Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μήτε βαθύνῃς τὸ ἐπίπεδον.	Ne spiritum macules neque profundum fac superficiem.
Μήτε τὸ τῆς ὕλης σκύβαλον κρημνῷ καταλείψῃς.	Neque materiæ quisquilijs precipitio relinquas.
Μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξιοῦσα ἔχῃ τι,	Ne educas, ne exiens habeat qnidpiam.
Βίῃ ὅτι σῶμα λιπόντων ψυχαὶ καθαρώταται.	Vi corpus relinquentium, animæ sunt purissimæ.
Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοοι, εὔλυτοι εἰσι.	Animæ expulsores, respiratores, & faciles solutu sunt.
Λαιῇ ἐν λαγόσιν Ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγή.	Sinistris in lumbis, Hecates, Virtutis est fons.

Intus

Ἔνδον ὅλη μίμνουσα τὸ παρθένον οὐ προϊεῖσα.
Ὦ τολμηροτάτης φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.
Μὴ τὰ πελώρια μέτρα γαίης ὑπὸ σὴν φρένα βάλλου.
Οὐ γὰρ ἀληθείης φυτὸν ἐνὶ χθονί.
Μήτε μέτρει μέτρα ἠελίου κανόνας συναθροίσας
Ἀϊδίῳ βουλῇ φέρεται, οὐχ ἕνεκα σοῖο.
Μηναῖον μὲν δρόμημα, καὶ ἀστέριον προπόδισμα.
Μήνης ῥοῖζον ἔασον, ἀεὶ τρέχει ἔργῳ ἀνάγκης.
Ἀστέριον προπόδισμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη.
Αἰθέριος ὀρνίθων ταρσὸς πλατύς, οὐ ποτ᾽ ἀληθής.
Οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τ᾽ ὄτομαι, τὰ δ᾽ ἀθύρματα πάντα.
Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα, φεῦγε σὺ ταῦτα.
Μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν
Ἔνθ᾽ ἀρετή, σοφία τε, καὶ εὐνομία συνάγονται.
Σὸν γὰρ ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσι.
Αὐτοὺς δὲ χθὼν κατώρυκται, ἐς τέκνα μέχρις.

Intus tota manens, virgineum non abijciens.
O audacissimæ naturæ, homo, artificium.
Neq; ingentes mensuras terræ, in tuam mentem pone.
Non enim veritatis planta est in terra.
Neque mensuræs, mensures solis, regulas congregans.
Aeterno consilio fertur, non gratia tui.
Lunarem quidem cursum, & astreum progressum.
Lunæ strepitum dimitte. semper currit opera necessitatis.
Astreus progressus, tui gratia, non est partus.
Athereus, auium pes latus, numquam verus est.
Non sacrificia, visceraque cupio. Hæc sunt omnia ludi.
Mercatoriæ deceptionis firmamenta; fuge tu hæc.
Si vis pietatis sacrum paradisum aperire.
Vbi virtus, sapientiaque, & bona lex congregantur.
Tuum enim vas, bestiæ terræ habitabunt.
Ipsas autem terra sepelijt, ad filios vsque.

ΔΑΙΜΟΝΕΣ, ΤΕΛΕΤΑΙ.

Ἡ φύσις πείθει, εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς,
Καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα, χρηστὰ καὶ ἐσθλά.
Ἀλλὰ ταῦτα ἐν ἀβάτοις σηκοῖς διανοίας ἀνελίττω.
Πῦρ ἴκελον σκιρτηδὸν ἐπ᾽ ἠέρος οἶδμα τιταῖνον.
Ἢ καὶ πῦρ ἀτύπωτον. ὅθεν φωνὴν προθέουσαν.
Ἢ φῶς πλούσιον, ἀμφιγυῆν ῥοιζαῖον ἑλιχθέν.
Ἀλλὰ καὶ ἵππον ἰδεῖν φωτὸς πλέον ἀστράπτοντα.
Ἢ καὶ παῖδα θοοῖς νώτοις ἐποχούμενον ἵππου.
Ἔμπυρον, ἢ χρυσῷ πεπυκασμένον, ἢ παλίγυμνον,
Ἢ καὶ τοξεύοντα, καὶ ἑστῶτα ἐπὶ νώτοις.
Πολλάκις ἢν λέξῃς μοι ἀθρήσεις πάντα λέοντα.
Οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται ὄγκος
Ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυπται,
Χθὼν οὐχ ἕστηκε, βλέπεται τε πάντα κεραυνοῖς.
Μὴ φύσεως καλέσῃς αὐτόπτον ἄγαλμα
Οὐ γὰρ χρὴ κείνους σε βλέπειν πρὶν σῶμα τελεσθῇ.

DAEMONES, SACRIFICIA.

Natura suadet esse dæmonas puros.
Et mala materiæ germina, vtilia, & bona.
Sed hæc in abditis septis mentis reuolno.
Ignis simulacrum saltatim in aere in tumorem extendens.
Vel etiam ignem infiguratum, Vnde vocem currentem.
Vel lumen abundans radians, streperum, conuolutum.
Sed & equum videre, luce magis fulgurantem.
Vel etiam puerum suis humeris inequitantem equo.
Ignitum, vel auro distinctum, vel spoliatum.
Vel etiam sagittantem, & stantem super humeris.
Multoties si dixeris mihi, cernes omnia leonem.
Neque enim cœlestis curuitas, tunc apparet moles.
Astra non lucent, lunæ lux opertum est.
Terra non stat, cernuntur vero cuncta fulminibus.
Neque naturæ, voces per se visile simulacrum.
Non enim oportet illos te spectare antequam corpus sacris purgetur.


Quando

Οτι τὰς ψυχὰς θέλγοντες ἀεὶ τῶν τελετῶν ἀπάγουσι.
Εκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσι χθόνιοι κύνες.
Οὐ ποτ' ἀληθὲς σῶμα βροτῷ ἀνδρὶ δεικνῦντες.
Ενέργει περὶ τὸν Εκατικὸν ςρόφαλον.
Ονόματα βάρβαρα μή ποτ' ἀλλάξῃς
Εἰσὶ γὰρ ὀνόματα παρ' ἑκάστοις θεόσδοτα
Δύναμιν ἐν τελεταῖς ἄρρητον ἔχοντα.
Ηνίκα βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὐίερον πῦρ,
Λαμπόμενον σκιρτηδὸν, ὅλου κατὰ βένθεα κόσμου,
Κλῦθι πυρὸς φωνήν.

ΤΕΛΟΣ.

Quando animas mulcentes, semper a sacris abducunt.
Ergo ex finibus terræ exiliunt terrestres canes
Numquam uerum corpus mortali homini monstrantes.
Operare circa Hecaticum turbinem.
Nomina barbara, numquam mutaueris
Sunt enim nomina apud singulos a Deo data,
Potentiam in sacris ineffabilem habentia.
Quando videris forma sine, sacrum ignem,
Collucentem saltatim totius per profundum mundi.
Audi ignis uocem.

FINIS.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER PRIMVS.



IN VNIVERSITATE, AN SIT ALIQVID PRIMVM.

RAtionum lumine, & Dei ipsius numine, nos ducente, ad patrem luminum ascendimus. Sed pater luminum is, an rerum aliarum etiam sit pater, nondum factum est manifestum. Itaque rem hanc Philosophice, aggrediamur, & persequamur. Anaxagoras sane, dormientibus reliquis de Ionia philosophis, & materias tantum volutantibus, primus omnium, mentem quandam primam vidit, materijs cunctis præsidentem. Sed ea quid virium in illas exerceret videre oblitus, obdormijt & ipse, & in materias quasdam alias, præceps est deuolutus. Eius sententiam Aristoteles est secutus. Et quod ille pronunciauit tantum, rationibus probare est annixus. Esse nempe, mentem quandam inter entia primam. Sed quoniam vt ille nesciret, quid operis ei daret in res, eam in summo cœli vertice ociosam sedere iussit. Vt ibi vti bonum appêteretur, & ad se cœlorum substantias motrices inuitaret. De reliquis nihil ageret. Plato supra mentem hanc sese extulit; & in quoddam vnum, quod & bonum appellat, rerum omnium originem, & conseruationem, & reditum contulit. Tribus methodis ad id inueniendum, & comprobandum vsus. Prima per negationes in Parmenide. Secunda per solis analogiam in Repub. Tertia in legibus, per motum. Aristoteles motum tantum sumpsit, in suo primo motore inueniendo. Sed eum inuertit, & peruertit, & de verissima methodo, fecit falsissimam. Quid enim falsius hoc fundamento? Omnia quæ mouentur, ab alio mouentur. Hac enim falsitate pro principio posita, quæ nam potuit esse consecutionum veritas? Per quas tamen; & motum cœli, & ipsum cœlum, & ipsum denique mundum, æterna esse deduxit. Quę falsitas, non Aristotelem solum tenuit, sed vti verissima, & inter veras præcipua Theologis quibusdam, si Deo placet, etiam nostris, placuit, & ad demonstrandum Deum esse est retenta. Nos vero & via motus, sed veriore, & alijs vtemur, ad vestigandum, non quidem primi cœli motorem primum (qui tamen in via nobis occurret) sed primum statorem; & primum rerum omnium constitutorem. In eam ergo ingrediamur, & dicamus.

Entium, necesse est, alia esse in motu, alia esse immota. Eorum quæ in motu sunt, necesse est, vel ab alio moueri, vel a se ipsis. Hæc Græci αὐτοκίνητα, se mouentia, illa ἑτεροκίνητα, alimota, vt ita dicam, nominauêrunt. Hæc plenior, & verior est distinctio. In tria partita membra, alimobilium, se mouentium, & immobilium. Secundum quæ, tria substantiarum genera necesse est, in vniuersitate reperiri. Corporum nimirum, quæ semper sunt alimobilia. Nam & si, quid mouere, aut agere videantur, viribus incorporeis, quæ in eis latent, agunt. Quæ vero immobilia sunt, contraria ratione, incorporea esse est necesse. Media quæ se mouentia appellamus, necésse quoque est, in vniuersitate esse, ne ad extrema saltus fiat per vacuum. Et vtriusque sint participia. Quæ nimirum, & stent, & moueantur. Et dum stant, & mouentur, & se moueant, & alia; & moueant

alia & stare faciant. Hæc diuisio firma esto. Sed illa ἑτεροκίνητα, alimobilia, si moueri debent aliquo egent, quod illa moueat. At hoc, quidnam est? Non id quod tantum est alimobile. Nam moueret quoque. Neque id, quod est immotum. Oporteret enim ipsum moueri prius, vt illud moueret. At immotum sui natura est. Igitur, si τὸ ἑτεροκίνητον alimobile, ab alio moueri debet, non ab alio mouebitur, quàm a se mouente, & a se moto. Hoc enim solum de propositis relinquitur: quod αὐτοκίνητον est appellatum. Hoc autem corpus esse nequit. Moueretur enim tantum, non etiam moueret. Necesse ergo est, hoc mouens sui natura extra corpus esse, & per se esse, & ex se stare. Et in se ipso substare: Et se mouere primo; alia mouere secundo. Hunc motum motorem, nos cum Platone, & Platonicis, incassum Peripato reclamante, Animas vocamus. Quæ se ipsas quidem primo mouent, & a se primo mouentur; Secundo deinde opere, corporibus, quibus præsunt, largiuntur, vt se mouere videantur. Quis enim non videt, animalia per se moueri? Ab anima nimirum mouetur animatum corpus. Cadauer idem factum, non mouetur. Anima ergo id corpus mouet, ipsa se ipsam mouet, vt illud moueat. Ait Peripatus. Puer a pomo, bruta a gramine mouentur, Ergo ab alio mouentur. Sic & elementa, sic & eorum partes, sic & cœlum, a bono vt fine proposito cuique, motiones cient suas. Quis hanc ferat philosophiam, quæ contra leges suas, de genere vno causæ efficientis, in aliud causæ finalis genus, tam facile in re tanta transeat, & tam grande æquiuocum committat? Perstent in eodem causæ genere, quid necessario sequatur, animaduertent. Non mouetur puer ad pomum; non brutum ad gramen, nisi eorum anima, in se desiderium, pomi, graminis prius excitet. Id nimium est euidens. Socrates enim, ad pomum non mouetur, aut quis alius puero sapientior, aut grauior, quia anima eius, id pomi desiderium non excitauit. Anima ergo pueri, de se desiderium id, profert in se. Eo ipsa prius mouetur. Et motu sui, corpus pueri secum mouet. Motus hi omnes, ab efficiente eos anima sunt. Principium ergo horum motuum, non aliud quàm anima est. Idem de elementorum, & de cœli motu, si mouetur, erit dicendum, quatenus ipsa per se ipsa, vti corpora sunt, potestatem se se mouendi nullam habent. De quibus suo loco amplius. Nunc tantum ostendendum, corpora omnia, non a se, sed ab alio moueri? Natura, vel Anima. Hanc autem principium esse corporalium motionum omnium, Quod ratio sensata ostendit. Corpora enim vel natura, vel vi mouentur. Si natura, a natura, mota ab anima mouetur. A qua anima, clarescet postea. Si vi mouentur ab Anima itidem per corpus suum, corpus aliud vnum pluraue, vel impelluntur, vel trahuntur, vel vehuntur, vel proijciuntur. Siue id per animata, siue per inanima fiat instrumenta, semper ab anima, motus eius principium pendet. Principium ergo motus corporei omnis, anima est procul dubio. Ab alio ergo corpora mouentur omnia. Anima vero non ab alio, sed mouetur a se ipsa. Se ipsam ergo mouens prius, per se ipsam mouet corpora. Natura vero, inter animam & corpora, media: motus principium est dicta. Si ab anima nascatur, & animæ sit aliquid, vt ostendetur, ab anima moueatur, & ipsa est necesse. Si vero corpora a Natura: Natura ab anima mouentur, necesse quoque est, naturam corporibus esse priorem, & potentiorem. Animam vero, vt natura & corporibus esse, & anteriorem, & potentiorem. Supra naturam ergo est anima, natura est supra corpora. Et vtraque est, suo gradu, corporibus & prior, & antiquior. Atque hinc sequitur necessario. Si cœli mouentur, vel a natura proxime, vel ab anima, natura mediante, eos moueri. Non autem ab intellectibus, aut intelligentiis. Est enim id etiam impossibile. Quia cœli corpora sunt trinè dimensa, intellectus vero incorporei sunt omnino. Contrarij ergo sunt. Contraria autem inter se iungi nequeunt, nisi prius contemperentur. At quæ contemperatio in incorporeis, cum corporum sit propria. Ergo primus ille primi cœli motor, anima fuerit, & non intellectus: Et multo minus, est summus Deus. Quo superius nihil esse voluit Aristoteles. Et tamen sibi contradicens, quædam alia supra cœlum posuit, quę vitam optimam, & sufficientissimam agitarent, non in tempore, sed in æuo. Quid ergo, prima illa, primi cœli motrix anima, Primum illud quod quærimus & rerum summus apex erit? In hunc modum contemplemur.

Animæ cœlestes, quæ lumen, & calorem circumferendo, mundum hunc ornatum reddunt, ratione ne aliqua vtuntur? an sine ratione agunt? Si sine ratione, nihil pulchrum in rebus erit, nihil ordinatum. At & in cœlis pulchritudo ingens, & in terris. Et illic circuitus lucis ordinatissimus. Et in elementis temporum vicissitudines suos habent, & certos terminos. Ergo ratione agunt. Contrariorum enim effectuum, contrariæ sunt causæ, & eorumdem eædem; & similium similes. Si ratione illæ animæ agunt, rationem igitur habent. Et eam quidē non accidentariā quia nō accedit, nec recedit; sed perennē. Ergo essen-

essentialem. At omnis ratio ab intellectu est. Intellectum ergo hæ animæ habent. Si hoc, vel a se ipsis, & essentialem habent, vel ab alia mente participatum. Si essentialem dicamus, necesse fuerit, talem, omnem animam esse. At sunt quædam animæ amentes, aliæ irrationales. Ergo Mens in animabus, nō est essentialis, sed participatione. Si hoc, ergo a superiore Mente alia, quæ suo esse, & essentialiter sit, Mens, & intellectus. Duplex ergo est intellectus, in anima participatus. Alius per se, ipsa met per se Mens, siue intellectus. Hæc enim duo nomina, rem vnam nobis significant. Et quia omnem motum ab anima, ut a proprio principio esse, est demonstratum, Mens hæc per se superior erit, vt anima, sic motu omni. Erit ergo immota. At quia Mens sui natura intelligit: qui vero intelligit, necesse est, vt prius viuat. superior, & anterior erit vita. Et quia omne quod viuit necesse est prius esse, anterior vita, erit ens, & essentia. Et quia ens, esse nō potest, nisi sit vnum, quod essentiam vniat, necessario, anterius ente, erit vnum. Et quia vnum esse non potest, nisi per vnitatem, quam habet: vnitas anterior erit, quam vnum enti essentiale. Et quia omnis vnitas per vnum est, quod sit simpliciter vnum, & vnum tantum, & non aliud quàm vnum, hoc vnum anterius etiam est vnitate. Igitur ante omnia quæ diximus, & supra omnia, hoc tale vnum est, quod tantum vnum est, & non aliud quàm vnum. Hoc autem vnum, a se ipso non videtur factū. Fuisset enim, antequam fieret. Neque a non vno, siue a multitudine est factum, cuius ipsum est origo. Ita enim effectus anterior quàm causa fuisset. Ergo ante, & supra hoc vnum, nihil est. Ergo hoc vnum, primum est omnium, & ante omnia, & supra omnia. Nimirum ante vnitates, ante vnum quod est in entibus, ante entia, ante vitas, supra Mentes. supra primum motorem illum, animam primi cœli motricē. supra naturam, supra corpora omnia, & si supra, etiam ante. Ergo ante omnia rerum genera. Ergo omnium entium primum, atque supremum. Ergo motus via, melior, & verior Aristotelica, supra primum suum motorem, & ante eum, rerum gradus sex suot adinuenti Mens, Vita, Essentia. Vnum essentiale, Vnitas, Vnum primum.

Sed & via alia idem moliamur, vt Aristotelicæ, & eorum qui eum in hac re sunt secuti doctrinæ falsitas appareat. Et rerum veritas magis elucescat.

Quæcumque sunt, vel ita vnum sunt, vt nullam in se habeant multitudinem. vel ita sunt multitudo, vt in se nihil omnino habeāt vnū. vel & vnum sunt, & multa simul, vel nec vnum sunt, nec multa. Necessaria hæc est diuisio. Singula eius membra contemplemur separatim.

Si neque vnum sunt, nec multa; neque inter ea venient, quæ dicuntur esse. Ergo tria reliqua speculemur.

Ac primo ponamus singula entia ita esse multa (sicuti quidam veterum videntur voluisse) vt nihil in eis sit vnum. Horum multorum, singulum vel aliquid est, uel nihil est. Si nihil est, neque multa esse potest. Si multa ergo est, aliquid est. At si hoc multum tantum est, infinities erit infinitum. Nam singulum, quod est multa tantum, & multa erit, & ex multis constitutum. Ex his multis quoduis, quia vnum non est, erit multa. Ex secundis his multis vnumquodque multa erit quoque. Atque ita per singula, semper multa in infinitum abibimus. Et ex his infinitis quodcumque summas, redibit in idipsum. Atque ita infinita hæc multitudo, infinities euadet infinita. Nam & horum quæque pars, erit talis. Et multitudo nullibi sisteur, sublata ab ea vnius natura. Et sequetur, entium nullum vel esse, vel inueniri, vel cognosci posse. Et præterea cum singulum sit infinitum, eo infinito, aliud infinitum erit maius. Et quod minus est infinitum, respectu maioris infiniti, erit finitum. Atque ita, idem & finitum erit, & infinitum. Hæc autem omnia, impossibilium omnium sunt maxima. Secuta autem sunt ex eo, quod entia singula multa tantum, & sine ullo vno essent. Non est ergo id concedendum, eotia singula, esse multa, sine vlla in se vnitate.

E contra, si singula entia, vnum tantum sunt, (quod iridem veterum quidam docuere) absurda alia sequentur non minora. Nam si singula vnum tantum sunt, nullum in rebus erit totum: nullæ totius erunt partes. Totum enim omne, pluribus vna, constat partibus. Et partes cuiuscumque totius, non vna sunt, sed multæ. Neque vllum ens erit, quod principium habeat, & medium, & finem. Nam si quid hæc habeat, partibile in ea est. Quod autem vel partiri potest, uel partitur, in multa non vna, partitionem suscipit. Si hæc ergo in natura sūt rerum, vt verè, sunt, entia non erunt vnum tantum sine multitudine vlla. Ergo cum singulum entium, neque multa sine vllo vno esse possit. neque singulum, vnum tantum esse queat; necesse est, entia singula, & vnum esse, & multa. Quæ erat reliqua diuisionis necessariæ pars. Sed si ita concludamus, necesse iterum est, vnum id quod in singulis est, aut particeps esse multitudinis; aut multitudinem participem esse illius vnius; aut vtrumq; vtrinsq;, aut neutrum neutrius. Si neutrum neutrius, eadem

quæ prius, sequentur impossibilia. Ergo necesse est, vel vnum esse particeps multitudinis, vel multitudinem esse vnius participem, vel vtrumq; vtriusq;. At quid prohibet hoc esse? Quod si sit, necesse iterum est, esse naturam quandam tertiam, quæ neque vnum sit, neque multa. Nam mistis inter se vtrisque, causam huius mistionis præexistere aliam, est necesse, Quæ & vni multitudinem coniungat, & multitudini vnum. Omne enim mistum, aut contemperatum, mistionis, & contemperationis causam præhabet, si casu nõ est facta. Est enim hæc generatio noua quædam. Generatio autẽ omnis est, a genitrice causa. Sed in mistione hac, neq; id vnum quod eam ingreditur multitudinis internæ causa est. neque multitudo causa est eius vnius. Itaque necesse est, tertium quid esse, ante ipsam mistionem, & ante mista. quod eam mistionem vtriusque efficiat. Nam cum mista inter se veluti sint opposita: neque alterum appetit alterum. Neque per se in mistionem coeunt. Ergo alio indigẽt, quod ea commisceat. At, quid hoc aliud erit? Si dicatur casus. ueniet tempus aliquando, quo se ab inuicem separent. Et seorsum fiat vnum, seorsum multitudo. Atque impossibilia illa priora redibunt omnia. Quid enim prohibet, si olim casu in idem mistum coierunt, vt quandoque casu eodem separentur? At neque se ipsa in eam mistionem coniecerunt. Quandoquidem neque vnum multitudinis illius causa est; neq; multitudo, vnius. Causa ergo mistionis huius, potentior, & prior, quæ nam fuerit? Sane, vel vnum fuit, vel non vnum. Si dicatur fuisse vnum, eædem recurrent absurditates. Eædem quoque, si dicatur esse multitudo. Atq; ita in infinitum abierit inquisitio. Sistendum ergo alicubi. Sed in quo nam sistetur? In eo nẽ vno, quod cum multitudine in singulis entibus est coniunctum? & quod alterum est mistorum? vel in alio vno, quod ab illo sit seiunctum? & quod multitudini non sit iunctum? In hoc sanè, quod vnum sit tantummodo, & vnum simpliciter; & aliud nil quàm vnum. Et hoc, esse mistionis illius causam. Quæ mistio, cum in omnibus, & singulis sit entibus, & per eam fiant entia omnia: Vnum hoc superius, & ab ea separatum, & simplex, mistionis eius est causa. Si mistionis, essentiæ quoque singulorum entium esse causam, necessario est dicendum. Et si singulorum, etiam omnium. Vnum ergo, quod vnum tantum est, & non est non vnum, entium, & rerum omnium, & totius vniuersitatis est causa. Hoc aũt vnum non est corpus. quod sui natura, & vnũ est, & multa. Non natura, quæ circa corpora diuiditur, & cum eis, & vnum, & multa est. Non anima, quia in se ipsa habet multitudinem. Non intellectus, qui itidem multitudinem patitur, quia & intellectus, & intellectio est simul, & intelligibile. Non vita, est; quia motio interna quædam est, & in essentia. Non ens, quia, & vnum, est & ens est. Nõ vnitas, quia multæ sunt entiũ vnitates: tot nimirum, quot & entia. Ergo vnum hoc, quod tantum vnum est, & non etiã aliud, primum inter entia omnia est. Igitur, diuersa hac, a motu methodo; & via a motu alia veriore, quàm fuit Aristotelica; in entibus esse aliquid primum comperimus. Et hoc primum, non corpus non naturam, nõ animam, non intellectum, non vitam, non essentiam, non vnum in essentia, non vnitatem esse, certissimis adinuenimus rationibus. Et hoc primum vnum tantum, & non aliud esse quam vnũ, certo nunc scimus. Quod, quia non aliud, quàm vnum est, ab aliis omnibus est segregatum: neque aliis ullis, uel connumeratur, uel commiscetur.

FINIS PRIMI LIBRI.



FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER SECVNDVS.



AN SIT RERVM, ALIQVOD, PRINCIPIVM.

VErùm, vnum hoc, quod primum omnium esse inuenimus; quod ante res omnes, supraq; res omnes a rebus omnibus est separatum, quid nam est? Aut quid nã agit. Hoc prius, peragamus. Ex eo forte, illud quoque innotescet. Quid nam ergo, vnum hoc, maguo labore, & perquisitum, & inuentum, agit? Vel enim agit aliquid, vel agit nihil. Si nihil agit, id fit, vel quia agere uon potest; vel quia agere nescit agere: vel quia agere non vult. Si dicatur agere, non posse, id accider, uel quia sit impotens, uel quia impediatur. Si impotens est, viribus caret. Qnod his caret, neque est omnino. Omne enim quod est, vires babet aliquas. Si impeditur, debilius est, impediente. At hoc impediēs vel superius ipso est, nel ei est æquale, vel est inferius. Si superius est vno, unum iam non erit primum. Atque ita, omnis nobis peribit, ante actus labor, & rationes, quæ creditæ sunt necessariæ, futiles euadent omnes. Vel hæc certè, sua stant firmitate, & verè, nihil est superius, aut prius vno. Si vero ęquale esse dicatur, hoc impediens, iam neque ita, vnum erit primum. Cur enim vnnm, potius primum sit, quàm quod est ei æquale. Aut cur nou vtrumque æque erit primum? Si hoc, non vnum, sed duo erunt prima. At vuum esse primum iam est demonstratum. Ergo nihil ei erit, æque primum. Est ergo eo inferius, quod ipsum agere impedit. At quo modo, inferius magis polleat superiore? Hoc contra rerum est naturã. Si vero agere uesciat: iam peius est entibus omnibus, etiam infimis inanimatis. Quæ, saltem naturæ scientia, ducuntur ad suum opus peragendum. Sin autem agere uon vult, id fit, vel quia dedignatur, & est arrogans. vel quia ei non expedit, quoniam fieret in agendo debile, vel quia ocio frui mallit, & est iners. Quę omnia ingentem in eo arguunt imperfectionem. Et præter id, iam non amplius vnum est, sed est hæc alia quoque. Atque ita concluditur. Si vnum nihil agit, nihil ei cum rebus esse; nihil rebus cum eo. Et labor noster, in eo inquirendo, frustra est exhanclatus. Si vero agit aliquid, quid nam agit? Necesse est, ipsum, vel vnum quippiam agere, uel plura. Si plura, ea vel pauca, vel pleraque, vel omnia. Si dicamus vnum rãtum aliquid agere: & non etiam plura; id iam uel quia nequeat, ei accidet; vel quia uesciat, vel qnia nolit. Atque ideo priora illa redibunt omnia. Si vero pluta agat, & ea pauca, ita quoque redeunt priora. si pleraque tantum, & non omnia, itidem redibunt illa. Si vero omnia agat, certe, & pleraque, & pauca, & plura, & vnum qnoque aget. Securius ergo, vt tot absurda fugiantur, & fugentur, ipsum, omnia agere, est fatendum.

At quæ nã omnia? Hæc ne quæ in terris, vel & quę in aquis, & quæ in aere fiunt? Nam si quæ in terris solum, & non & hæc alia, redibunt priora omnia. An uero, & cœlestia agit? Nam si non & hæc, redibnnt illa omnia. Si & hæc, an & supercœlestia? mentalia illa, uitalia, essentialia, uuialiaq;? Nã si nō & hæc, redibunt illa omnia. Omnia ergo agit, rernm omnem uniuersitatem facit. Facit ne, aut fecit? Si facit, cur non, & fecit? Nam si non & hoc, redibunt illa omnia. Si uero fecit, cur nōn, & facit? Nam si uon & hoc, redibũt illa omnia. Igitur, & omnia iam olim fecit, & in pręsentia facit; & faciet iu futurum. Nam si nou & hoc, redibunt illa omnia.

Vnum ergo, quod vnum tantum esse comperimus, & nō aliud quàm vnum, & primum entium omuium; rerum vniuersitatem cun-

ctam & fecit,& facit,& est factum. At hoc dicere, ipsum vnum, principium rerum esse, est dicere. & fuisse principium ab initio, & futurum esse.

Bone Deus. Quò nos rationes detulere? & quidem necessariæ.

At est ne reuera, aliquod rerũ principium? vel res ipsæ per se,& fuere antea,& nunc sunt, & futuræ sunt etiam postea? Hoc uidetur in primis esse quærendum: & exactissime perquirendum; ne in tanta rerum varietate,in tãta pulchritudine,in tanta luce, oculos habeamus,& cęci tamen ambulemus. Hoc ergo Inquisitionis tantæ, initium esto.

Rerum vniuersitatis, vel fuit aliquod principium, uel fuit nullum. Si nullum dicamus fuisse rerum principium, falsum fuerit, quod inter initia, vniuersæ huius nostræ quam condimus philosophiæ,audenter satis pronũciauimus. A principio esse omnia. Atque ita, ictu vno,vniuersus noster corruet labor.Id ne fiat, philosophando, ita succurramus.

Principium absolute, id esse dicimus, ante quod nihil est, in quo,& a quo, & post quod omnia sunt. rum in rerum vniuersitate tota: tum in vniuersitatis singulis generibus. Iterũ

Tale principium vniuersitatis, uel fuit aliquod,vel fuit nullum. Si dicatur fuisse nullũ, neq; primum in ea erit vllum. Si nullum fuit primum,neq; fuerit secundum, neq; tertium, neq;aliud deinceps.Vel forte primum,& principium,non sunt idem. Hoc ergo prius quærendum,an hæc duo idem sint omnino? an vero sint inter se diuersa?Anuero etiam,& diuersa sint,& idem? Idem sanè, quò primum alia tantum antecedit.Principium,& antecedit,& efficit.Atq; ita,Primum, ordinem solum respicit.Principium,& ordinem,& efficientiam.Ergo sub principij nomine,& antecedentiã, quæ primi est: & efficientiam,quę principij est propria, comprehendamus in disputando.

His ita propositis,& expositis, iterum quæramus.

In rebus, principium ne aliquod fuerit, a quo res ipsæ primo,atq; ordine sint effectæ? An nero tale principium fuit nullum? & res omnes, ex se,& per se ipsas,ab initio constiterunt, & adhuc constant? Si dicatur rerum vniuersitas, ex se,& per se ab initio constitisse,principium sanè habuit nullum. Necessaria enim hæc est diuisio. Res omnes vel a se sunt, uel ab alio. Necessaria & hæc inde ducta argumentatio. Sed res a se fuere,& a se sunt,ergo neq; fuere, neq; sunt ab alio. Ergo omni principio, & caruere,& carent.Hoc ergo disquirendum. An reuera, res & entia omnia a se fuere, & nullo alio, vt essent, eguere?

Res & entia, necessario,aut finita sunt, aut infinita. Cum finitum dico,& essentia, & viribus,& actionibus finitum esse intelligo. Itẽ & infinitum,& essentia,& viribus, & actionibus esse infinitum.Locum enim non habuerit horum trium comistio, si dicatur, res essentia finitas esse, viribus vero infinitas: aut finitas viribus actionibus esse infinitas.Neque aliter. Res essẽtia esse infinitas,viribus,& actionibus esse finitas.Neq; viribus infinitas, actionibus esse finitas.Ex priore illo membro,Aristotelica illa mundi corruit æternitas. Quæ corpus finitum cœli, viribus natura sua finitis, actione motus,facit infinitam, sed nos ad rem nostram. Res & entia necessario,vel & essentia, & viribus,& actione sunt finita. vel his tribus omnibus sunt infinita. Si infinita dicantur, & res singulæ,& mundi corpus vniuersum, infinitã erunt. Et totum ex infinitis partibus, singulis,erit infinitum. Quod vtrumque Aristoteles idem profligauit. & rationes nostræ antecedente libro profligarunt id ipsum, & ratio alia etiam nunc profligat.Sequeretur nam que partem aliam,pars alia, vt est maior,essentiam infinitiorem, maius cœlum,quàm terra, esse quoq; infinitius. & mũdus,qui est totum partibus singulis, quæ infinitæ supponuntur, quia sit maior, esset quoq; vel infinitior, vel singulis partibus æqualis,& musca æqualis esset mundo, quia & ipsa est infinita. At hoc ridiculum.Illud absurdum,quia infinitum,non est alio infinito maius.Et præter has absurditates hæ aliæ consequerentur, quòd totum esset partibus suis singulis æquale, & quòd totum parte vna non esset maius.Namq;si singulę infinitæ sunt. infinito autem nihil maius:omnes & inter se,& cum suo toto,erunt ęquales.Quę omnia impossibilia, sequentur ex ea positione,res omnes esse infinitas.Res ergo non sunt infinitę.Sunt igitur finitę.Si finitæ,& essentia, & viribus,& actionibus sunt finitę.At nullum ens finitum,a se ipso est,aut a se esse potest.Ratio id probat validissima. Actio enim omnis a viribus venit: Vires ab essentia, hæ omnes finitę,si ergo res a se essent,per propriam essent actionem, ergo actionem prius haberent,quã essentiam. & essent prius,quàm essentiam acquirerent. Quod contra rerum ordinem est.

Et virium,& actionum, essentia ipsa est principium,& fons.Ergo neq; vires, neq; actiones vllę a se sunt, sed ab essentia, & a principio quæq; proprio,eoq; finito. At essentiæ rerum, cum finitę sint omnes: a se ne ipsis potuerunt esse? Non potuerunt. Eę namq; duplices sunt æternę, & corruptibiles. De secundis hisce, nemo dubitat, ex se, & a se non esse, sed ab aliis, & esse, & viuere, & pendere, & conseruari, & etiam corrumpi. Priores, quę æternæ putantur, elementa tota sunt, cœlestes

cœlestes orbes, cœlestia sidera, mundus vniuersus. Hæc an a se sint: an & hæc ab alio, ita perquirere pergamus. Si horum partes corruptibiles sint; totum ne quoque facient corruptibile? Elementorum equidem partes omnes, separatim, sunt corruptibiles: Quod nemo negat, & inductio probat. Ergo elementa per partes singulas sunt corruptibilia. Ergo & tota per omnes partes corruptioni sunt subiecta. Idque sui natura. Ergo sui natura elementa non sunt æterna. Si æterna sui natura non sunt; neque etiam a se sunt. Ergo sunt ab alio. Ergo a principio. At elementa, mundi partes sunt, inter principales: & sunt corruptibilia, cur ergo non & mundum in corruptionem secum trahent, si quando in corruptionem ipsa ruant? Nam sine elementis, mundus, quomodo amplius erit mundus? Aut quo modo, magna parte perdita imperfectus factus, perfectus amplius erit? Quæ conditio ei tribuitur propriissima. Si dicatur, elementa non iri corrupta, atque ideo neque mundum iri corruptum: id sane præter naturam est, ac violentũ. Violentum autem, nullum perpetuum. Natura enim sua corruptioni sunt obnoxia. Atque tantundem est, dicere, elementa sunt natura sua corruptibilia, non tamen corrumpentur: ac si dicamus. Ignis natura sua est calidus, nunquam tamẽ est, aut fuit, aut erit, calidus. Aqua natura sua humida est; numquam tamen humectat facit. Ergo si elementa corruptum non eunt, id non suæ naturæ, sed potentioris causæ est munus. principis illius a qua pendent. & a qua fuerunt. Igitur & mundus, si corruptibili haud parua eius parte, corruptioni ipse non datur, id non suæ naturæ, sed muneri principis, a quo est, & fuit, & a quo pendet, est tribuendum. Ergo per se corruptibilis mundus, a se non est; a se non fuit; a se non erit. Si totus a se non est, quomodo cœli, quæ partes eius sunt a se fuere? Si neque totus, neque partes a se sunt, igitur, sunt ab alio, igitur a principio. Si quis dicat, cœli æternè durant, astra æternè lucent, ergo a se sunt. Id vrgeamus. Si partes cœli, astra, nascuntur, & intereunt, æterna sui natura nequaquam sunt. At intereunt, & nascuntur. (quod experientia pluries ostendit, & nos suo dimonstrabimus loco) & cœli partes sunt. Ergo & totum, cum partibus, interitui est obnoxium. Et si æternò durat: id alterius est munus: non naturæ suæ. Ratio alia. Cœli & astra, corpora sunt, essentia, & mole finita, viribusq; finitis; actionibus quoque finitis necessario erunt. Ergo æternitatem, quæ infinita est, a se non habebunt. Si non a se, ergo ab alio. Si ab alio, actionem motus æternam habent, ab alio quoq; vires habebunt æternas. Si & vires ab alio, etiam essentiam ab alio æternam habẽt. Igitur, & essentiam, & vires & actiones, si æternæ erunt, ab alio habebunt. Ergo & essentiam simpliciter & reliqua simpliciter habebunt ab alio. Non enim æterna ab alio, a se vero simpliciter erunt. Sunt enim corpora. Corpora omnia sunt trinè dimensa. trinum omne, tribus finitur; ergo corpora sunt finita, & essentiam finitam habent. Ergo & viribus & actionibus, sunt, & erunt finitis. Ergo non æternis. Si nõ æternis, ergo corruptibilibus. Ergo non a se. Ergo ab alio. Ad hæc, Corpora sunt. Corpus sui natura nihil agit, vt est antecedente libro ostensum. Si nihil agunt, neq; se ipsa agũt. Si se ipsa non agunt; neq; se ipsa egerunt. Et ad hæc, si se ipsa egissent, fuissent ante quã essent. Ergo non a se fuere. Ergo ab alio fuere. Si ab alio, ergo a principio. Ergo principiũ aliquod rerum fuit, corporearum. & corporum vniuersitatis. Quod caput erat, alterius partis nostræ quæstionis.

Hoc ipsum, quoniam maxime referat ad hanc philosophiæ nostræ partem stabiliendã, quæ reliquæ totius, est primum ac princeps fundamentũ, alia itẽ methodo confirmemus.

Rerum vniuersitas substantiis constat, & accidentibus. Accidentia, neq; a se sunt, neq; per se stare, aut esse possunt. Substãtiis enim opus habent, e quibus & nascantur: & eis innitantur. in quibus, & sint, & stent. & eis accidant, & accedant, & ab eis iterum recedant. Accidẽtia ergo, in vniuerso, & in vniuersum omnia, tot numero, & tam illustria, e se esse non potuerunt: Per se stare nequeunt.

At substantiæ quę dicuntur duplices videntur a philosophis omnibus cognosci, & concedi. Corporeæ quas cernimus, & incorporeæ quas non cernimus. De corporeis primum.

Corpora ingentia, immensaq; illa cœlestia molibus suis, e se esse, in se, & per se stare posse forte videantur. Quo enim alio, tantæ moles indigeant, cui innitantur? aut a quo sustineantur? Elementa, putauit quispiam, & centro vniuersi, circa quod sunt, egere, vt sint, & a cœlis ipsa circundantibus contineri, & sustineri. Esto. Igitur, elementa a se non sunt, a se non pendent. Alienis viribus, & ope, egent, vt sint, centro scilicet, & cœlis.

At inter cœlos, qui minores sunt, a maioribus continentur, & sustinentur. Vnum inter eos maximum, alios quidem continet, ac forte sustinet, ipsum ab alio maiore nullo continetur, nec sustinetur. Forte tamen ab inferioribus, & se minoribus, cœlis & elementis, vsque ad centrum dispositis, sustinetur. Si id detur, non a se sustinebitur, neque per se stabit. Ergo neque a se est. Ergo neque a se fuit ab initio. Ergo ab alio fuit. Atque ita principium habuit, a quo est effectum.

Si hæc ita sint: & vt rationibus sunt probata, ita concedantur, iam omnis cessat principij quæstio, & inquisitio. Sed si contentionum studio non concedantur, e se ne ideo, cœlum primum fuit? Per se ne stat? Si per se stat, & e se fuit, nõ ab alio fuit. neque principiũ habuit. Si a se fuisse, ratio cõuincat, principium etiam nullũ habuisse cõuicerit. In id ergo incumbamus. An e se fuerit, cognoscamus. Idque in primis cõfessu philosophantiũ omniũ corpus esse statuamus. Corpus inquã non artificiale, nõ mathematicum, non cogitationis, quę manuum nostrarum dicunt esse opera, sed corpus naturale. Hoc autem Physicorũ probatissimi, longitudine, latitudine, profunditate, atque antitypia constare deffinierunt. Hæc vero quatuor quo nam ordine, a natura disponuntur? Nullo alio, quàm quo sunt a nobis recensita. Resistentia ergo hæc, & antitypia, vt corpus perficiat naturale, tribus illis, vt se præcedant opus habet. Illis ergo eget. Ergo antitypia nõ a se, nõ e se corpus naturale conficit. Sed nec profunditas io opus exit, nisi duo reliqua ante cedãt? & latitudo, longitudine opus habet, vt se præcedat, Ergo lõgitudo sola, e se esse posse videatur, quia ab alijs nõ pendeat. At sola ipsa corpus naturale non constituit. & per se sola quantitas est. Quãtitas vero accidens est. Accidens subiecto indiget. Ergo & longitudo e se non est: & vt corpus cõficiat naturale, alijs tribus eget. Ergo harum quatuor rerũ, nullæ, e se, an a se, aut per se sunt. Ergo neque corpus ex eis constans, e se, aut a se, aut per se vel est, vel esse potest. Sed & alia idem probemus via.

Corpus naturale, vel totum est, vel non est totum. Si totũ non est, pars totius aliqua est. Si pars est, toto suo eget, vt pars sit, ac etiam vt sit. Ergo corpus, qua pars est, non e se, aut a se, sed a toto est. Sin autem corpus totum sit, totum autem partibus constat, partibus ergo vt sit, indiget. Igitur e se, & a se non est. Aliter. Corpus naturale omne, sensibile est. sensibile omne, sensibus est subiectum. atque ita vel color, vel sonus, vel odor, vel sapor, vel tactilis qualitas est. Atque ita qualitas, seu quantitas sub sensibili cõmuni, sensibile facit omne corpus naturale. At qualitas & quãtitas accidentia sunt. Accidentia subiecto egent. Ergo corpus naturale, qua sensibile est, subiecto eget vt sensibile sit. Ergo a se non est sensibile. At subiectum hoc, forte per se fuerit, & a se. Si nudum maneat, corpus naturale non constituet. Quod si constituere debet, aliud acquirat est necesse, quod formã vocauere, cum qua iuncta subiecto, corpus naturale constituetur. subiectum ergo hoc, forma indiget ad corporis, constitutionem. Et forma itidem subiecto indiget, vt ex vtrisque corpus conflétur. Ergo corpus tot rebus indigum, e se, & a se esse, nec potuit, nec potest. Si a se, neque sunt corpora neque constant per se, necessarium iam erit, ea ab alio esse, & ab alio pendere. Quæ res, cum tot rationibus verissima sit demonstrata, verissime concludetur, corpus omne ab alio, essentiam suam habere, sicuti & motũ ab alio habere est antea probatum. Quod si id corporibus omnibus necessario euenit. Primũ quoque cœlum, vt corpus naturale est, non e se, non a se, non per se fuit, sed ab alio. De quo, singulæ supra rationes, necti eadem possunt methodo, idemque concludent. Ergo cœlum, essentiam suam, a se non habet. Si non essentiam neque vires, neque actiones a se habebit. Ergo hæc tria omnia ab alio. Quod & Aristoteles, non solum credidit, sed etiam modo suo probare est conatus. Motorem quemdam illi assignans: a quo perpetuo motu mouueretur. Motus autem hic eius actio est. Si ergo a motore actionem habet, vires quoque habet ab eodem. Si vires, etiam essentiam. Et quia motum cœli, dicit, inferiorum esse vitam. Vita vero actio est, & viribus agitur: inferiora corpora, si per cœli motũ viuunt, per eundem, & viuere poterunt, & esse. ergo inferiora, a cœlo sunt. Sed quoniam supra extimam primi cœli lationem, quædam, optimam, & sufficientissimã, agitant vitam. a quibus aliorum esse, & viuere, ipse pendere affirmat: ab eis, & cœlo, & elementis, & mistis omnibus sootestimonio, pendet & esse, & essentia, & viuere & vita. Ergo neque cœlum a se est, neque elementa, neque corpora alia vlla, Ergo ab alio sunt corpora omnia. Ergo & mundus vniuersus ab alio est. Igitur a principio. Ergo principium aliquod vniuersitatis corporum fuit. Ergo & corporeorum. Sed principium corporum, eis proximum, naturam appellamus. Natura hæc ab anima est; anima a mente; mẽs a vita vita ab eote. ens ab vnitate, vnitas ab vno, vti suis ostendetur locis. Hæc autem infra vnum hoc primum, substantiæ sunt incorporeæ. Ergo neque corporeæ, neque incorporeæ substantiæ a se sunt, sed ab alio. nempe ab vno primo. Ergo fuisse, & esse vniuersitatis rerum aliquod principium inuenimus, & firmissimis rationibus confirmauimus. Id scilicet vnum, quod anxia indagatione, antecedẽte libro, sumus assecuti.

FINIS SECVNDI LIBRI.

FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER TERTIVS.



AN PLVRA VNO, PRINCIPIA ESSE QVEANT.



Qvestioni huic occasionem veterum dedere multi. Nã præter materialia rerum principia, Chaos, Homœomerias, Atomos, ignes, aquas, aeres, infinita, materias informes, plura efficiẽtia principia, eaque varia posuerunt. Thales Deum, Pythagoras vnum & duitatem. Parmenides vnum, & eos. Empedocles, sphærum, Litem, Amicitiam. Democritus Mentem, & mundi animam. Anaxagoras Mentem. Stoici spiritum. Ignem Deum, & distinxisse videotur; & videri possunt non distinxisse. His fatum adiunxere, Epicorus casum addidit. quẽ Aristoteles oon omnino respuit, sed priora alia, eaq; multa posuit principia. Inferiorum horum præter materiam primam, formam, & priuationem. Et tertiom naturam. Quam quidem, oon satis claro explicatu, vniuersalem videtor deffinisse, Principium motus, & quietis, cœlestibus, & elementalibus communem; quam tameo dum explicat, ad particulares mi storom materiam, & formam videtur restrioxisse. His casum quoque adiongit. Supra has natoras, (nam vnioersalem illam, nullibi vel ipse, vel sui declararunt) cœlestem motom efficiens prnicipium generatiooum, & corruptionum inferiorum omnium esse statuit. Quẽ etiam, vitam eorum esse asseuerat. Motuum vero cœlestium variorum, varia incorporea principia esse docet, tot scilicet oumero, quot cœlorum sunt orbes. Quot aotem ij siot, Astrologis relinquens inquirendum; ipse determinare non est ausus. Motores autem hosce orbium, ἀρχὰς principia quoque nominauit, Horum principem esse ait, eum qui primum mouet orbem, primumque ideo appellauit motorem, quem & Deum, & intellectum nominat. Et quamuis hunc & primum, & supremum dicat esse principium; attamen alibi nõ sibi constans, supra extimam, vti diximus lationem, alia esse statuit, qoæ tamen non nominat, vitam viuentia beatam.

Ὅθεν ϗ τοῖς ἄλλοις ἐξήρτηται τοῖς μὲν ἀκριβέστερον, ταῖς δ' ἀμαυρότερον, τοτε εἶναι, καὶ το ζῆν.

» Vnde etiam aliis dependet, aliis clarius, a-
» lijs obscurius, ipsum esse, & ipsum viuere.

Si ab his dependet, aliorum & esse, & viuere, cui dubium, hæc aliorom entium, & viuentium esse principia. At de his non vti de vno, sed vti de pluribus toto eo loco est locutus. Itaqoe ex Aristotelis sententia prima principia, & plora sunt, & æqualia. Omnibus enim eadem tribuit attributa, in his verbis.

Διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τἀκεῖ πέφυκεν, οὔτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν, οὔτ' ἐστὶν οὐδενὸς οὐδεμία μεταβολή, τῶ ὑπὲρ τὴν ἐξωτάτω τεταγμένων φοράν, ἀλλ' ἀναλλοίωτα ϗ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωήν, ϗ τὴν αὐταρκεστάτην διατελεῖ τὸν ἅπαντα αἰῶνα.

» Quamobrem, neque in loco ea quæ ibi na-
» ta sunt, neque tempus ea facit senescere.
» neqoe est vllius vlla mutatio eorum, quæ
» supra extimam ordinata sunt lationem.
» sed inalterata, & impassibilia optimam ha
» bentia uitam, & sufficientissimam degunt
» tota sempiternitate.

Si ergo omnia quæ ibi sunt, æque, nec in loco sont, nec senescuot, oec mutantur mutatione vlla, & sunt ordinata, & non alterantur, nec patiuotur, & vitam æque degunt optimam, & sufficientissimam, & tota æternitate omnia, quis non videt omnia esse æqualia? Quibus

bus etiam annectit: ἀναγκαῖον εἶναι πᾶν τὸ πρῶτον, καὶ ἀκρότατον.

„ Necessarium esse, omne primum, etiam supremum. Omnia ergo hæc, & prima sunt, & suprema. & plura sunt, & non vnum, & causæ aliis tum essendi, tum viuendi. Ergo & primo motori causæ sunt, & essendi, & viuendi. Ergo primus motor non est primum principium. Sed Aristoteli erat Deus. Ergo Deus eius sententia, nec principium est, nec primum, & est factus, & ab aliis pendet eius & essentia, & vita. Ergo primum cœlum a primo motore non mouetur; motus enim vel vita est, vel vitæ effectus. Et primum cœlum ab illis primis factũ est, & cœli reliqui omnes, & eorum motus, & substantiæ illorum motrices, & essentiam a primis illis innominatis habent, & vitam, & motum. Et si a cœlesti motu, elemẽtorum motus, & alterationes fiunt a primis illis primo fient. Et Natura si quæ est vniuersalis, inde quoque est. Ergo ex mente Aristotelis, Principia rerum plura quidem erunt, sed non ea quæ ipse labore maximo adstruere est conatus. Non primus motor, non Deus, non Mẽs, non reliqui cœlorum motores, non primum cœlum, non cœli reliqui, non eorum motus vlli, non natura vniuersa. Quid ergo huic tam inconstanti, tam sibi non constanti facias philosopho? Quid item facias tribus illis suis principiolis, formæ, priuationi, casui? Nam principium, primum quoque est; forma vero prima non est. Prior enim est materia, deinde forma ei aduenit, vel aliunde, ab effectore aliquo in eam inducta. vel e materiæ, vt loquitur Peripatus, ventre educta. Sed hæc forma, nõ principium, sed pars est compositi. Pars autem principium nullo modo totius dici potest, aut debet. Nomine ergo etiam est abusus, præter quàm quòd generatorum hæc forma est, mundi totius nullam vmquam formam, aut assignauit, aut nominauit, nec Peripati magister, nec Peripatus vniuersus. Quid vero priuatio formæ inter principia, fuit numeranda? Quæ quia nihil est, nihil potest, nihil efficit. Quæ suo confessu ens non est. Nullas ergo habet vires, nullasque ideo actiones. At principium, efficientiam nisi habeat, minime est principium. Quid vero casum, principium rerum esse dicemus? Quem Epicurus in totam rerum vniuersitatem, quæ & tota casu facta sit, & casu etiam num constet: Aristoteles vero, in naturalium partem induxit, & partis principium hic, ille totius esse dixit. At si quis ambos interroget, quid nam iste casus sit, respondere nesciant aliud, & nequeant, quam quòd sit, quædam vel non causa, vel causa per accidẽs. Quæ dum propria causa non est, non est causa. Nos enim dicimus, omne quod factum est, omne quod fit, a sua causa determinata, & propria factum esse, & fieri. Non ergo a non causa. Non ergo a causa per accidens, quæ vniuersalis esse possit dici. Adde; Quòd & casum hunc in mundo ponunt, & in elementorum mutationibus: non autem aut ante, aut supra mundum. Nos autem principium quærimus, quod & ante mundum fuerit, & mundum cõstituerit. Non ergo casus, hoc principium esse potest. Iam vero, qui uel ignem, uel aerem, vel aquam, uel horum media quædam, mundi principia esse voluerunt, ad materiale principium, sicut & Chaos, & atomos, & Homœomerias, ea omnia retulerunt. Nos vero principium modo indagamus, quod mundi fuerit opifex, & effector. Stoicorum vero fatum, nostro seculo, nomine magis notum est, quã vel opere, vel viribus, uel essentia. Quæ enim de eo, hinc illinc sparsa dogmata legũtur, tam varie sunt relata, ut scire certo nesciamus, quid ea schola fati nomine sibi uoluerit. Si vero, quod relatorum maior pars velle videtur, fatum sit εἱρμὸς causarum series, & cathena, unde sit εἱμαρμένη dicta; concedemus huius cathenæ summum, rerum omnium esse principium. Totam vero causarum cathenam, non vnum principium, sed multa esse dicemus, sibi inuicem subordinata; & omnia principiata esse potius, quàm principium, quod supremum sit eius cathenæ, ac primum. Eorum vero quæ præcedente libro examinauimus nullum esse cunctorum principium, & tunc clarum fecimus, & breuibus etiam nunc confirmemus. Mundum, rerum quæ in eo sunt, putarunt quidam esse principium. Mundus autem corpus est, Corpus omne trinè est dimensum. Dimensum omne est diuisibile. Diuisibile omne, est sui natura, si continue diuidatur, corruptibile. Corruptibile nullum, non corruptibilium esse potest, principium. Sed & ostensum est antea, nec elementa, nec astra, nec cœlos, nec denique mundum, esse posse principium primum. Ergo neque corpus vllum. Est igitur ad incorporeas res confugiendum. Eæ non vna sunt. Pauciores non sunt, quàm sint nostratium rerum species. Multitudo hæc earum, vel est confusa, vel est ordinata. Confusio imperfectionem arguit magnam ita, vt neque in res natura factas, habere videatur locum. Ordinata igitur est. Ordo duplex, vel coordinationis æqualium, vel inæqualium subordinationis. Vtrumq; in Aristotele agnouimus. Priorem, quando dixit, supra extimã lationem, ordinata esse quædam æqualia, & ea æque prima, & æque suprema. Alteram in subordinatione earum substantiarum, quas credit, singulos mouere cœlestium orbes. At has omnes, non posse rerum principia esse, ordo,

ordo ipse earum facit manifestum. Namque vltima non est prima, non item secunda, aut tertia, aut aliarum vlla, vsque ad eam quam primũ appellauit motorem. Principiũ enim, debet esse ipso docente, ante alia. docente itidem Platone. At ostensum ex eius iam est sententia, primum hunc motorem, non nisi motus esse principiũ, primi cœli. Atq; huius ipsius, cuius maxime videbatur, demonstratum itidem est principium non esse. Sed est & alia rerum incorporearum subordinatio. Quæ est perpendenda, an videlicet in ea primum principium reperiatur. Quarum infimus videtur esse gradus ipsa natura seu particularis ea sit, seu vniuersalis, quæ dicta est, principium esse motus, & quietis. Forte hæc, corporibus simplicior, & formarum in eis effectrix principium rerum fuerit. Sane si hæc natura per se staret, & non in ipsismet esset compositis, & illis non egeret, vt esset ipsa, principium quod quærimus fortasse esse potuisset. Sed quamuis ad corporum constitutionẽ aliquid ipsa conferat: attamen & illis eget vt sit. & ab ipsis pendet & illa priora sunt, & sine ipsis esse nequit eorũ principium esse, nec potuit, nec potest. An vero forte vis quædã alia simplicior quam natura. quæ ipsa quoque inest in corporibus. ea tamen neque nutrit, neque auget, neque simile generandi eis virtutem tribuit. Sed superius natura quiddam est, & vitam eam vocamus, principium hoc erit? Sed quia & ipsa a corpore est inseparabilis, & eo egens vt sit & ipsa non videtur illud principium primum esse posse. Iisdem his rationibus conuincetur, si quis dixerit, irrationalem animam tale principium esse, siue sensitiuam dicat, siue appetitiuam. Nam etsi hæc, per cognoscentes, & appetentes eius actiones videatur a corporibus magis separabilis, & in ipsa corpora imperij aliquid habere, nihilo minus & hęc est eis quodam modo illigata, neque ab eis separari vllo potest modo. Neque enim potest sentiens anima se se in se ipsam conuertere, aut de se iudiciũ ferre vllum. Operationes namque suas omnes habet corpori commistas. Quod si has ita habet etiã vires ei tales sunt, & essentia quoque talis. Quæ res profectò clarissima est in brutis, nec minus forte in hominibus plerisque. Quorum ingens numerus, circa ea quæ extra se sunt, & ad corpus pertinent versantur; idque tantum cogitant, totique in eo sunt in consulendo & in exequendo. Adeo vt non solum anima ipsorum irrationalis, sed rationalis etiam tota in eo fixa videatur, & corpori, veluti seruire: quod tamen natura sua & inferius & deterius est quàm illa. Quod si animæ rationales quæ suapte natura sunt liberæ imperium corporis patiuntur, & in ipsum immersæ sunt plerumque; multo magis id ipsum patientur irrationales, sentiens, & appetens, & multo minus a corpore erunt liberæ. Namque illa cognitrix numquam in se reuoluitur, neque se ipsam cognoscit, neque proprias iudicat actiones. Appetens vero in voluptatem ruit tota: eam totis sequitur viribus & a dolore fugere, omnis eius est conatus. Vtroque autem & dolore & voluptate & ipsa afficitur, & corpus. Ergo corporea & ipsa est: & vt suas edat operationes, corpore indiget. Si has in corpore habet, etiam vires habet corporeas, si veres etiam essentiam. De sentiente idem, eadem ratione dici debet. Igitur, vtraque animati corporis est, & animi vt ita dicam incorporati: tametsi in earum actionibus animæ natura euidentior appareat, quàm corporis, sicuti in naturæ & vitæ operationibus magis corporis apparebat vis, quàm animæ. Attamen vtræque hæ, quoniam in alio sunt, & corpore se ipsis deteriore indigent, nequaquam principium quale quærimus esse potuerunt. Adde quòd in animalium tantum sunt corporibus: nos vero principium corporum omnium, & vniuersitatis rerum perquirimus.

At vero rationalis animæ, quæ in se stare videretur, potuit ne tale principium esse? Anima sanè nostra, suas ipsa operationes, & nouit, & iudicat, & se ipsam corrigit. Hoc non faceret, nisi ad se conuerteretur. Neque hoc faceret, nisi separabilem a corpore haberet, & vires & essentiam. Non ergo corpore eget ipsa vel vt sit, vel vt agat. Num igitur ipsa principium quod inquirimus erit? Nequaquam. Est enim in nobis tantum. & si quæ sunt alia rationalia animalia. Quæ parua forte pars sunt vniuersi. Nos vero vniuersitatis totius principium indagamus.

Quid vero de anima mundi, quæ & ipsa rationalis est credita: & quam Democritus, & post eum Plato mundi conditricem asseruerunt. & etiam rectricem? Sanè hæc ad actiones suas edendas, ad motus corporeos ciendos, tempore videtur indigere, & eas edere successiuas. At principium quod vestigamus nullam pati videtur posse indigentiam.

Sed ante animã hanc, & aliam rationalem omnem, essentia alia quædam est quam, mentem & intellectum nuncupauerũt; & quam, & Democritus, & Plato, & ante eos Zoroaster animæ isti coniunxerunt. Quæ tum tota essentia, tum viribus, tum actionibus omnibus, & vita tota, & vniuersa cognitione est immutabilis. An hæc forte quæsitũ erit principiũ? Nam & Aristoteles cum ad intellectum hunc peruenisset. primum principium putauit se reperisse. Eumque primum motorem, vt iam dictum,

ctum, nuncupauit. Sed intellectus supra animam tametsi positus sit, quatenus intelligit, & est intelligibilis, & intellectus, non vnum est sed multa & totum quid est, & suas habet partes: & in eo quædam prima sunt, quędam media, quædam postrema, atque sunt multitudo. Multitudo autem nulla primum est. Principium autem vult omnino primum esse. Multitudo quoque hæc quæ in intellectu est, mutua inter se eget ope intellectio: nimirum & ipso intellectu vt agente: & ipso intelligibili, vt obiecto. Principium autem, nullius esse egenum debet: Nec quia dicatur, intellectū hunc esse etiam vnum, hoc vnum non est per se vnum, sed vnum cum pluribus. Quæ vero multiplicitatem in se habent, indigentiam quoque in se habent, saltem vnius, quod eam ne dispergatur vniat: In principio vero, nulla esse debet indigentia.

Hæc sane omnia, quæ hactenus duabus subordinationibus, recensuimus, principia quidem, quædam sunt, & rerum quarundam, Sed non omnium. Alia namquę vnius tantum compositi, vt forma, alia motus, vt natura. Alia viuendi, vt vita; Alia sentiendi, vt sensus: Alia appetendi, vt vis appetitiua: Alia ratiocinandi, vt rationalis anima. Alia regendi, vt anima mundi. Alia intelligendi, vt mens de qua modo loquebamur. Sicuti cœlum principium est inferorum horum motionis, & alterationis. Animæ, quas intelligentias, inconsulto eorum principe, Peripatus nuncupauit, principium, si forte ita sit, motus sui quæque orbis sunt. Atque ita, in rerum vniuersitate, verè multa principia esse possunt, sibi inuicem subordinata. Quorum connexionem fatum forte liceat appellare, quod tamen in inferioribus nullam importet necessitatem, fortunam tamen & casum quæ Aristoteles magnifecit, funditus de medio tollat. Quæ tamen principia vti multa sunt, & multitudo omnis ab vnitate quæque sua ortum habet: vnitas autem omnis, & omnis vnitatum multitudo, ad vnum fortasse, necesse est reduci. Hęc ergo diligentissime perquiramus, si quo modo multitudinem illam Aristotelicorum, quæ supra extimam viuunt lationem, principiorum primorum & summorum, vel veram esse, vel falsam, vel vtrumque & veram, & falsam deprehendamus. Cuius ingentis, & hactenus inauditæ indagationis, exordium hinc sumamus.

Necesse est, Principiū primū, vel vnum esse tantum. vel plura tantum esse. vel vnum quod in se multa contineat, vel multa, quæ vnum participent. Singula hæc membra perpendamus. Si principia, multa tantum sunt, ab ipsis nihil fiet vnum. Quod nam enim multorum principiorum, hanc curam suscipiat, vt entia ab eis producta, vna fiant? Nam cur hoc principium potius id faciat, quàm illud? Vel enim eadem est in eis omnibus bonitas, idem velle, eadem potentia, qua operentur, vel sunt in singulis, hęc singula diuersa? Si eadem bonitas, vna bonitas est in multis, atque ita bonitatis multitudo, ad vnam bonitatem reducetur. & si entia ab onitate sunt, ab vno erūt principio. Atque ita principium, vnum & non plura erit. Si itidem eadem in omnibus voluntas, si eadem potentia, per quas operentur, & entia efficiant: vna sunt hæc in multis, atque ita vnum erit principium necessario, & non multa. Si vero alia bonitas, alia voluntas, alia potentia est in singulis principijs: diuersitas hæc tanta, quid nam ponet? Diuersitas hæc, vel in concordiam reducetur, vel discors perseuerabit. Si redatur concors, concordia est diuersorum vnio: vnio vero ab vno: ad vnum ergo omnis diuersitas reducetur. Atque ita vnum iterum erit rerum principium. Quod vnum si sufficiat ad entia procreanda, frustra erunt alia: & diuersitas illa, vel nulla amplius erit; vel agent nihil. si agent nihil, principia non erunt. Principij namque proprietas est, efficientia. Itaque si principia sunt, agent necessario, si non agent, principia esse nequeunt. Si vero discordia & bonitatum & voluntatū, & virium perseueret, & ipsa sint principia, agent inter se discordia, discordes effectus singula. singulum, & sibi proprium aliquod ens. vel singula efficient entia plura: vel singula efficiēt entia omnia. Si hoc tertium dicamus, in infinitum abierimus: & illud infinities infinitum, iterum recurret. Si secundum. quo singula principia, plura etiam efficiant, modus est dicendus, quo, hoc principium hæc entia, illud alia illa efficit. iuxta ne cuiusque proprietates? an aliter? At proprietas principiorum horum, vna omnium est, quia omnia, multa tantū sunt & si aliquo inter se differūt, suo proprio, ab alio diuerso different. Non ergo multa tantum sunt. Alioqui & entia a singulis producta, multa tantum essent. Atque ita infinitates illę minores, maioresque interum redibunt. Necesse enim est, productum, productoris ferre similitudinem. De tribus, primum forte verum erit, singula principia, vnum ens tantum producere, & non plura. vnde entium, sicuti & principiorum diuersitas seruabitur. Quod quomodo verum sit: & quo modo falsum sit, multa esse prima principia, suo loco declarabitur, hoc tantum hic innuendo, principia hæc omnia, ad vnum primissimum omnium reduci.


Si vero multa sint principia, vnum participantia; vnum inter ipsa erit ordinatum. Oportet autem vbique id quod participat, inferius

ferius esse participato. & id quod ordinat, antiquius eo, quod ordinatur. Ergo vnum antiquius est ipsis, & potentius, quia vim habet, ea in ordinem agendi. Ergo hoc vnum ea cogens, erit principium: quia ante est, & primũ, & non ipsa multa quæ sunt posteriora.

Tertio, si vnum sit principium, in se tamen multiplicatum, vnum erit, & non vnum. At oportet in omni genere principium esse purũ, & cum aliis non mistum, ut ab eo fieri possit mistum. Et qnia primum sit, etiam sit supremum. & non per contrarij admistionem, remissionem patiatur, & summitatem perdat. Cum ergo ex ante posita diuisione, principiũ nec multa tantum sit: nec multa vno participantia; nec vnum multiplicatum, relinquetur necessario, vt vnum quod vnum tãtum sit, primum sit principium. Non ergo plura sunt rerum principia prima.

FINIS TERTII LIBRI.





FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS

LIBER QVARTVS.



QVID PRINCIPIVM.



Is ita resolutis, ad principij, atque ad vnius ipsius naturam cognoscendã propius accedamus. Ita ponimus, Principium id esse, quod ante omnia est. in quo omnia; a quo omnia, & post quod omnia. Sed ita posuisse, philosopho non est satis. Declaranda, & comprobanda suot hęc omnia. Sed duo extrema, iam sũt, & declarata, & comprobata. Prius enim illud. Ante omnia. Cum primo commune habere est iam priore libro demonstratum. Et de Principio Hermes ita loquitur.

Ἄνευ ἀρχῆς οὐδέν, ἀρχὴ δ᾽ ἐξ οὐδενός, ἢ ἀυτῆς.

„ Absque principio nihil. Principium uero
„ ex oullo, quàm ex se ipso.

Et hunc secutus Plato.

Ἀρχὴ δ᾽ ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, ἀυτὴν δὲ μηδ᾽ ἐξ ἑνός.

„ Principium uero, ingenitum. Ex principio
„ enim necesse est, omne quod gignitur, gigni;
„ ipsum uero, ex nullo.

Et utrumque secutus Aristoteles parumper inuertens.

Δεῖ γὰρ τὰς ἀρχὰς μηδ᾽ ἐξ ἀλλήλων εἶ) μηδ᾽ ἐξ ἄλλων, ᾗ ἐκ τούτων πάντα.

Oportet enim priocipia, neque ex se inuicem esse, neque ex aliis, & ex his omnia.

Postremum uero illud. (Post quod, omnia) Commune habet, & cum primo, & cum uno. Post unum enim esse omnia, est demonstratũ. Et omnia a principio esse, quod erat tertium, tribus allatis authoritatibus erit comprobatũ. Sed illud secuodum. In quo omnia, nec oni, nec principio, conuenire uidetur posse. Seu, quod uerius est, hoc ipsum, omnium principiorum, naturalis, & uera est proprietas. Quæ paululum declarata, erit forte, captu omnium facillima. Hoc ipsum igitur peragamus.

Rerum quæ in ortu, & in interitu uersantur, principia quępiam sunt, sensibus subiecta. Semina nimirum, suæ quæque speciei, hominis, equi, uitis, reliquorum. In eo semine prius sunt omnia occulta, quæ postea in natis manifesta ãpparent. cor, cerebrum, hepar, radices, rami, folia, flores fructusque. Neqoe enim hæc, sine suis seminibus nascerentur. Neque semen ea produxisset, nisi prius in eo extitissent. At quo modo in semine extiterunt? Dicam (si liceat ita fari) seminaliter. Eo scilicet modo, quo semini conuenit. Quo semen ea capit. Actu oe, an potentia? Peripatus rogabit. Respondebimus actu. Nihil eoim e se producit quicquam, quin, & producens sit actu, & productum itidem actu. Agit enim nihil, nisi quod est actu. Producit ergo oihil, oisi quod actu existit. Sicuti nihil patitur, neque producitur, nisi in actu. Valeat ergo Peripati potentia quæ nil, oisi respectum futuræ rei significat. Est ergo homo in semine actu. Actu nimirum seminali. Qui actu extra semen, hominẽ itidem profert: respectu cuius, actus in semine Peripato est poteotia. Quę tameo nihil operatur, nihil profert. Nihil eoim agit, nisi quod agere potest. Posse hoc, ab actu, & essentia prouenit. Essentia autem cuiuscumque est existentia in actu, vires habens, & a viribus, actiones. Et omoe quod est, ipso esse est. Esse autẽ, est entis actus. Et uis, ab essentia qua si stante proueoit. & est io ea, & eius quædam extensio, & actioois interna quædam præparatio. prout actio est, virium ipsarum ad extra proteosio, & proprij operis adimpletio.

Actio

Actio hæc, actus quoque dicitur, per quem cuncta producuntur, viribus ea ſuggerentibus, quæ in eſſentia ſeminis, in actu erant ſeminali. Potentia ergo nihil hic habet actionis; Reſpectus ſolum eſt actus futuri, per quẽ res proditura e ſemine, actum extra ſemen eſt habitura. Valeat ergo e noſtra philoſophia, potentia hæc; aut in ea reſpectu tantum habitet. Sed redeamus.


Semini cuiuſque ſpeciei inſunt omnia quæ inde poſtea prodeunt, & producta apparent foris. Et quidem actu inſunt, ſicuti per actum producuntur, & producta actu exiſtũt. Sed in ſemine ſunt actu ſeminali. Et prodeunt per actionem ſeminalem. Et actum, extra ſemen acquirunt eius ſpeciei formalem: eductum non è materia, vt Peripatus contendit, ſed neque in materiam, aut primam, aut ſecundam inductum, vllam. Verum dum in exitu formatur, nutrimentum quo viuat, ſecum trahit, proprium ſcilicet, ac proximum humorem, quem in ſuam ſubſtantiam transformat. Sed hac de re, proprio poſtea loco. In ſemine ergo, cuncta inſunt ſeminaliter, & actu ſeminali, ea, quæ ab eo poſtea prodeunt in actum formalem. Sed in eo inſunt ita vnita, vt extra prodeunt diſtincta. Et vt hic apparent omnino diſtincta, ita in ſemine ſunt prorſus vnita: nec vlla in eis apparet diſtinctio. Atque ideo, in vno ſunt actu omnia. Et ſi in vno actu, cur non etiam inter ſe mutuo, ita ſunt commiſta, vt aliud ſit in alio, & omnia in omnibus, & omnia denique ſint vnum. & omnia itidem ſint plura, ũno, eodemque ſeminali actu. Actu nempe principe, actu principali, actu principij? Namque ſemen, eorum eſt principium? Quin imò illa omnia ſunt, ſemen vnum: ſicuti ſemen vnum, eſt illa omnia. Si hoc in re ſenſata: in re mutationi, interituique obnoxia, tam ſenſatum eſt, tam rationi conſonum, vt rario, nulla ei repugnare queat. quid de ſummo principio erit putandum? Quod ſi principium hoc rerum quoq; æternarum eſt principium, æternum, ipſum quoque eſſe, eſt neceſſe; & nulli ſubiectum mutationi. Tanti ergo principij tractationem reſumamus. Illud ab alijs principijs diſtinguamus ita, ut a cunctis aliis ſecernatur, & dignoſcatur. Habet enim vna quæque rerum ſeries ſua propria principia, quæ in ea ſerie, & prima ſunt, & ante omnia eius ſeriei reliqua. Et in quo, & a quo eius ſeriei omnia, & ſunt prius, & poſtea producuntur, & iam producta ſunt poſt principium. Et ita hæc, cuiuſque ſeriei principia, ſunt inter ſe diuiſa, vt quod vnius ſeriei eſt principium, ſeriei nullius alterius, principium eſſe queat. ut quod cognitionum, eſt principium longa ſerie ſubordinatarum, lucis principium eſſe nõ poteſt. Et quod huius principium eſt, cognitionum, aut naturarum, aut formarum, principium eſſe nequit. Sed hæc ſerierum principia, vocemus ſingularia, & particularia, & etiam ſpecialia. Quæ quoniam a principio illo ſummo ſunt producta, principiata quoque ſunt re uera. Atque ita verum fuerit, plura eſſe prima principia, quæ ſerierum ſunt principia: & ſunt primæ vnitates, & ideæ de quibus poſtea. Et falſum quoque erit, principia prima eſſe plura. Vnitates enim hæ omnes, ab vno veniunt. Quarum comparatione, id quod inquirimus, principium principiorum, iure dici, & poteſt, & debet. Hæc uero alia; quoniam a principio illo ſummo ſunt producta, & principiata ſunt, reuera, & reuera etiam, multitudinis ſerierum omnium ſunt principia. Summum autẽ principium, quia primum eſt, principiatum eſſe nequit. Summum igitur appellemus, & primum, & abſolutum, & ſupremum, & vnum, quibus titulis, illud ab alijs principijs ſeiungamus. Huius conditiones, & proprietates diximus eſſe quatuor. Eas diſcutiamus. Prior illa, Eſſe ante omnia, principij ne eſt proprietas, qua principium eſt? An vero eius, quod primum dicitur, qua primum? At eſt hoc iam a nobis determinatum. Primum ſcilicet eſſe id, quod alia ſui ordinis omnia antecedat. Si primum hoc, ordinem aliquem cum rebus habeat, primum recte dicetur, ſi eas antecedat omnes. Sin vero ordinem nullum ad res habeat, primum dici non poterit. At forte, non eſt rebus coordinatum rerũ principium. Sed eſt ſuper res omnes, & trans res omnes, & vltra omnes. Vel perperam eſt a nobis deffinitũ, primum eſſe id, quod ante omnia eſt? Et veritatis amore, propria quoque dogmata erunt reſpuenda. Vel deffinitio quidem, vera eſt, ſed particularium ſerierum eſt, & eis tantum, ſed omnibus competit? Cum hoc uero principio, nihil habet reř. vel exigua ei reſpondet, & imbecilla proportione. Ita eſto. At primum abſolutum, & primiſſimum, quomodo deffiniendum? Forte eo modo, quo principium abſolutum, vt dicatur. Primum abſolutè, id eſſe, quod entia omnia antecedit. Eſto. Sed & principium abſolutum, omnia antecedit entia, non forte qua principium, ſed qua primum. Nam vt principium, duas alias habet proprietates, quæ primo vt primo, forte non competunt. Non enim primo competit, vt in eo ſint omnia, nec vt ab eo ſint omnia. Vel & hæ primo competunt, eo modo quo, in vnitate dicimus omnem eſſe numerum, & ab vnitate omnem numerum profluere. Ita eſto. Primũ ergo, & principium, idem ſunt, & ſunto. modo principio efficientiam demus ad rerum productionem. Primo vero demus reſpectum

ad re-

ad rerum progressionem. Vtrumque ergo, & idem esto, & non idem. & vtrumque, ante omnia. Sed illud longe maius.

Si principium est ante omnia, quo modo omnia sunt in principio? Nam si hoc detur, omnia simul cum principio, & principium cum omnibus, non autem, ante omnia erit. Et si in hoc persistatur, ante & simul idem sunt. Quod nemo forte dederit. An verius dicetur? Principium ante omnia esse, omnia tamen ea in se habere, quia ipsum in se ipso ea produxerit, & ante eorum productionem, ipsum erat? vel uerius etiam, sunt omnia in ipso, vt in semine cuncta. Et semen, illa cuncta est, & cuncta sunt illud semen. Ita & principium est illa omnia quæ in se sunt, & hæc omnia sunt ipsū. Sed vt hæc ita sint, quæstio non soluitur. Ita enim simul sunt, principium, & omnia, & nō, principium est ante omnia. Vel uerius vtrumque. Et principium ante omnia est: & omnia sunt in principio, & simul cum principio. Ante omnia nimirum ea, quæ extra principium sunt ab eo producta. simul vero cum principio, & in principio, ea omnia sunt, quæ sua sunt: & intra se adhuc sunt, & nondum sunt producta. Nec forte, nisi ipso uolente producentur. Ita æquiuoco fugato, res clarissima reddita. Igitur principium, & ante omnia scilicet producta est. & in principio erant ante quam producerentur, & forte adhuc sunt, & a principio sunt producta; & omnia rursus nondum producta, sua illa inquam in eo sunt, & simul cum eo fortasse idem, & ipsum forte cum illis idem. Verum quia principium hoc, vnum etiam diximus, non plenè natura eius potest nota esse, nisi prius, natura etiam unius fuerit explicata. Id si faciamus etiam proprietas principij tertia. Ab eo omnia esse, fortassis innotescet.

FINIS QVARTI LIBRI.



FRANCI.

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER QVINTVS.

DE VNO.

VNum igitur hoc, quod & principium rerum omnium esse asserimus, quid eius sit hyparxis, quantum fieri potest, cognoscamus. Ac primo vestigemus. An quia vnum est, principium est quoque? An e contra, quoniam principium est, est etiam vnum? Ita inquam, vt nisi unum esset, principium non esset, aut nisi principiũ esset, non esset vnum. Aut potius vtrumque. Et quia vnum est, principium. Et quia principium est, vnum quoque est. Hæc enim tria inter se differunt maxime. Et magni refert ad hanc nostram philosophiam, internoscere, quod nam eorum, aut verum sit, aut verius. Si enim dicamus vnum esse, quia sit principium, quod de propositis fuit secundum: Vnum videbitur, principiatorum esse aliquod. Et principium sui natura, antecedet ipsum vnum, hoc autem sequetur. Atque ita ante vnum, aliquid erit aliud; & vnum, contra demonstrata, & contra rei naturam, non erit primum. Sin vero dixerimus, ideo principium esse, quia sit vnum: Vnum antecedet, principium pone sequetur. Atq; ita principium, iam non erit primũ. Sed neq; erit principium, si non sit primũ. Et principiatum erit, quoniam est secundum. Hæc absurda, sunt fugienda, sunt fuganda. Tertium ergo fuerit verissimũ, videlicet. Quia vnũ est, principium etiam est. Et quia principium est, vnum quoq; est. At quid est hoc, esse vnũ. Nam quid sit esse principium, est ante declaratum. Nẽpe principium absolute esse id, quod ante omnia sit, in quo, & a quo, & post quod sint omnia. Ergo, quid sit esse vnum, est a nobis declarandum. An vero, & hoc est iam expositum, quando dictum est, vnum id esse, quod non aliud sit quàm vnum. Hoc aũt id est, quod simpliciter est vnum, & quod non est, nisi vnũ, & quod, non est multa. Si quid ergo in rerum vniuersitate, sine multiplicitate inueniatur, id vnum, quod & principium sit, inuenietur. At quid nã, sine multiplicitate inuenietur? id fortasse, quod simplicissimum est. Nam si simplicissimum fuerit, multa non erit. Si multa non erit, nec partes habebit, neq; est totum. Nam totum omne, partes habet. Si neq; totum est, nec partes habet, neq; initium, neq; medium, neque finem habebit. Si hæc non habet, terminos nullos habet. Initium enim, & finis termini sunt. Quoniam vero, terminos nullos habet, terminatum non est. Si terminatum non est, neq; est finitum. Si finitum non est, infinitum est. Et fine caret, & initio. Si his caret, figuram nullam habere potest. Si nulla est ei figura, neq; rectitudinem habet, neq; est rotũdum. At si tale sit, iam nullibi erit. Neq; enim in alio, neq; in se ipso. Non equidem in alio: ab eo enim ambiretur, uel circulo, vel rectis. Si his ambiatur, etiam contingeretur. Si contingeretur, etiam terminaretur, & figurã adipisceretur. Contra demonstrata. Non ergo est in alio. Neq; etiam in se est. Nam si in se esset, a se contineretur. At quod cõtinetur, ẽt ambitur: cõtra demõstrata. Verũ si neq; in alio, neq; in se est; neq; stat, neq; mouetur. Nam si moueretur, motu aliquo cieretur, vel lationis, uel alterationis, quæ principium, & genus est densationis, rarefactionis, generationis, corruptionis, augmẽti, & decrementi. Itaq; si alteratur, alterum a se fit, & iam duo, vel plura est, & non vnum. Non igitur alteratur. Si non alteratur, neq; vllo alterationis motu mouetur. At neq; mouetur latione. Nam vel recta, uel circulo, uel misto aliquo moueretur motu. Non circulo, quia super medio ferretur. At mediũ nullum habere, & nullibi esse, est demonstratum. Non recta, quia esset alicubi. Ergo neque circulo, neque recta locum mutat. Neque etiam misto mouebitur. At neque alteratio ne vlla. Ab omni igitur motu, est alienum. At neque stat. Nam si staret, ibi quoque esset. At nusquam ipsum esse, est ostensum. At si, neq; mouetur, neque stat, numquam est in eodem. Si in eodem numquam est, neq; idem sibi, aut cum altero est. neque alterum a se est, neque ab alio. Nam si alterum a se esset, non esset

vnum. Si ab altero, relationem ad eum haberet, atque ita oon vnnm esset. Si idem sibi, esset etiam in eodem. Neque idem cum alio, qoia alind illud, etiam esset. Si neque alterum, neque idem ullo modo est, neque simile, est alicui. Nam qnod simile est, identitatem cum alio est passum. Ad idem nullo modo fuit. ergo neque simile est alicui. At neqoe dissimile. quia nullo modo, alterum est ostensum. At quod dissimile est, alteritatem ab alio passum est. Si neque simile, neqoe dissimile est, neque erit æquale, neque inæqnale, vel sibi, vel alteri. Mensuraretur enim, & mensura euaderet, & mensuratum. & iam non vnum esset. Si neque æquale, neqne inæquale est, neque innius, neque senius, neque coæuum est cum aliqno. Si hæc non est, neque temporis est particeps. Tria namque hæc temporalia sont. Si temporis non est particeps, oeqne fuit, oeque est, neque erit. Hæc enim temporis sont prœteriti, præsentis, & futuri. Quod si neque fuit, neqoe est, neq; erit, essentiæ omnis expers est. Et eos, & esse ei non coouenit. Si ens, & esse ei non conuenit, neque potest de eo dici. Est. Si de eo, est, nrquit dici, neque poterit de eo dici. Vnum est. Esset enim iam ens, & duo. Vnum, & ens. Si ens oon est, habitu nullo est prædirum. Si hoc, iam oihil babet. Si nihil babet, nequ e nomen habet. Si nomen non babet, sermo de eo haberi non potest. Neqoe ergo nominatur, neque dicitur, oeque cognoscitor. Si noo cognoscitur, neqne sensu percipitur, neque opinio, de eo habetur, neque scientia. Hæc autem omnia, ei inde eueninnt, quia vnum rantom est, & noo aliud quàm vnum. Et quia non aliud est, quàm vnum, simplicissimum est. Et quia simplicissimum est, nō aliud est quàm vnum. Si aliud non est quàm voum, id profectò principinm erit quod inquirimos. Namq; hoc principium, nihil alnd videtur esse oportere, quàm principium. Primissimum namq; principium, nihil aliud videtur esse debere, quàm principinm. Hoc autem esse non potest nisi sit simplicissimum, & exactissime vnum. Ita eoim ijs non egebit, quæ post se sunt: neq; vllis quæ in ipso sint. Neq; hæc illis, oeq; illa his egebunt. quia io eo neq; hæc, oeq; illa sūt. Et ipsum nihil est aliud qnàm ipsum. Neq; sui haber quicquam, quia oullam in se, aut de se habet duplicitatem.

Tale ergo vnum quia omni caret indigentia principium erit, & sibi, & aliis. Sibi quia nullis indiget. Aliis qnia ab ipso sunt omnia. Quæ autem sunt, entia dicūtur. Entia vero, ab vno, & per vnū sunt. Omne enim ens, est. Omoe quod est, per essentiam est. At essentia in plurimas partes scinditur. Partes omnes hę, totius esse partes, est necesse. Totnm autē omne, vnū esse est necesse. Essentia ergo tota, vno participāt. Et partes eius singulæ, voæ sunt. Ergo essentia, & toto sui, & partibus omnibus, vnū participant. Atque ita vnum iunctum erit essentiæ, & essentia iuncta erit vni. Nō quidem primo illi vni, quod ab omnibus est separatū, & omnibus supereminet. Sed vni alteri, quod a primo iu eam venit, & inde pendet, neq; essentia esse potest nisi vna sit, & vnum hoc secundum iunctum babeat. Et qnot partes essentia habebit, tot etiam eius partibus siue speciebus, vnom aliquod erit coniunctum. Ergo nnl la essētię pars, sine vno etit. Hæ partes entia dicuntur. Entia ergo omoia, vnum hoc essentiale habebunr. At eotia, vt est demonstratum, sunt etiam multa. Ergo singula entia vnū sunt, & multa. Et multa non essent, oisi prius vnum essēt. Per vnum ergo essentiale, entia omnia, & vnū sunt, & multa sūt, & sine vno, nec esse, nec multa esse possent. Entia ergo, vt verè entia dici possint, vno egent. Per vnum ergo entia sunt. Vnum ergo causa est entium. Et qnidem omniom. Non enim hæc sine vno sunt, illa vero cū vno. Omnia enim essentiæ sunt partes, cui vnum iunctum esse, est probatum. Voū ergo hoc essentiale, ab illo voo primo venit. Non enim vnum esse posset, nisi ab voo. Non eoim a mnltitudine. Hoc ergo voum primū, causa est illius vnius, quod est iu enribus. Et hoc quod in entibus est, causa proxima est, ut entia sint, quæcumque entia sunt. Primum ergo voum ab entibus separatū, causa est illius vnius, quod entia facir esse. Ergo primum vnum, entium omnium est prima causa. Quatenus nempe producit illud vonm, quod ipsa ūnit, & vniendo esse facit. Ergo voum absolutum, absolnte causa prima est, entium omniū, & qnatenus entia sūt, & quatenus voa, & quateous multa. Proxima vero eorum causa est vnnm eorum essentiale, qnod proxime voa facit, & vnit, & vt sint entia efficit, & vna, & mul ta simnl. Et hoc ono suot, quod sunt, & fiunt, qood fiunt, & hoc voo, entia omoia proxime seruantur, & sine hoc vno, in proprium ruūt inreritum. Atq, ita hæc vna esse, nō solum eis bonom est, sed bonorum maximum: sicuti nō esse noa, & malum eis est, & malorum maximum. Nam noo esse unum, est esse diuisum. Esse autem dinisom, ex propria extrahit natura, atq, byparxi. Vnum ergo esse singula, idem est, cum eorum bono, cum eorum oprimo. At hoc unum, oenit eis a primo uno. Ergo ab eo oenit etiam eorum booum. Atque ita primum onum entia, & bona facit. Vidit enim quæ fecerat, & erant oalde bona, & bonum eis omnium est causa. Igitur, & ipsum

primum

primum vnum, bonum est. Non enim a malo, aut a nō bonum, bonum prouenire, sui natura potest. Ergo & ipsum bonum est. Bonum inquam, & in se, & sibi, & aliis. Bonum hoc, primum vnum est. Ergo & primum bonum est. Ergo primum vnum, & primum bonum idem est omnino. Et qua vnum, entia facit. & qua bonum, bonum entibus facit. Et qua primum sunt, & qua faciunt, principium quoq; sunt. Hæ enim duæ principij erant proprietates. Vt primum esset, vt efficientiam haberet. Ergo vnum bonum, principium, vna, eademque res est. Vt enim antea demonstrauimus, vnum, & principium idem esse. ita nunc, quia vnum, sit bonum, principium, & bonum idem erunt. Igitur hęc quæ videntur tria, vnum, bonum, principium, vna, eademque res est. Et quamuis tribus eam dicimus nominibus, vnū tamen, & idem sunt. Nullam enim fas est in vnum, quod vnum tantum sit, cadere distinctionem, aut differentiam. Non actu, ne vnum quod vnum tantum est, multitudinem in se habeat. Non potentia, ne vnum imperfectius sit, quàm ea quæ ab eo procedunt actu omnia. Nulla ergo in vnum cadit diuisio. Est enim omnium simplicissimum, & vndequaque non nisi vnum. Et quamuis, & hæc tria ei tribuantur, & alia, vt sit, & causa prima, & primum, & simplicitas, & potentia, & perfectio, & alia; omnia tamen vnum sunt; & omnia ei, vti vni insunt, & vniter, & vnè, & indistinctè. At hæc omnia, si vt vni ei insunt, inerunt ne ei quoque, vti principio? aut vti principiata?

Si ita, ipsum & principium erit, & principiata. Quod si sit, vel non vnum erit amplius, vel & vnum erit, & non vnum. Et quod vnum tantum esse debebat, vnum erit non vnum. Verum, & maius quiddam in dubium venit. Si vnum hoc, principium esset debet verè, principiatorum author, & effector sit, necesse est. Et principiata omnia, a principio erunt principiata. Quæ si ita sint, principium hoc, ultra ne omnem principiatorum numerum erit? An vnum erit, e principiatis? Si hoc detur, & principium erit, & principiatum. At si principiatum est, principium iam non erit. Neque etiam erit primum, & ante ipsum quia sit principiatum, aliud necessa est esse, quod eius sit principium. Atque ita quęstio abierit in infinitum. Si hoc non conceditur, principium ita erit principium, vt non sit principiatum. Et sit vltra principiata omnia. At si vltra omnia est, quo modo, eo, omnibus non annumerato, nec connumerato, & ab eis absente, omnia dici poterunt omnia? Omnia namque, ea videntur esse, quibus nihil deest. At his principium deest, quia cùm eis non est, neque in ipsorum numero est comprehensum. Vel ipsum, cum omnibus esse dicemus? Et inter omnia? vel omnia esse post ipsum, vt & omnia ab ipso? Sed si omnia ab ipso, & post ipsum: iterum quo modo sine ipso erunt omnia? aut simpliciter omnia? Ad hæc, qui dicit omnia, multa dicit, sed finita. Nam si infinita diceret, nō verè omnia diceret. Nihil ergo vltra, & extra omnia, videtur esse posse. Neque ergo hoc principium, extra, & vltra omnia erit. Ergo cum omnibus, in omnibus, & inter omnia. At si hoc, etiam omnium aliquid. At si hoc, non iam erit omnium principium. Atq; ita, nullum prorsus erit rerum principium: & omnia principio carebunt. Et in infinitum quæstio hæc nos ducet. Et omnia erunt sine principio, & si hoc, etiam sine fine, & si hoc, infinita.

Rursus omne quod est, vel principium est, vel a principio. Ergo & omnia, vel principium sunt, uel a principio. Si omnia, sint principium, nulla erunt principiata. Si omnia, a principio sunt, principium cum omnibus nō erit, sed extra omnia. Itaque cum omnibus neque est, neque cum eis in comparationem venit. At si in comparationem cum eis non venit, cum eo nihil habent rei. Si nihil cum eo habent rei, ipsa non erunt principiata. neque ipsum eorum erit principium. Verum dubitationes hæ, nostrarum cogitationum sunt imbecillitates. Ipsum autem principium, & vltra principiata est, & cum principiatis. & hæc in ipso sunt, & cum ipso, & ab ipso. Et modus est inueniendus quo ipsum principium, & vnum sit, & omnia. Aut forte pro impossibili est relinquendus? Vel non adhuc desperandum, sed disquisitio, etiam actius, & pressius vrgenda.

FINIS QVINTI LIBRI.

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER SEXTVS.



VNVM, OMNIS MVLTITVDINIS, ESSE PRINCIPIVM.



Andem ergo vrgeamus quæstionem. Si in vniuerso vlla est multitudo, forte & vnum aliquod fuerit in vniuerso. At in vniuerso multitudines sunt multæ; Multa rerum genera, multæ species: multa indiuidua; Multa tota, multæ totorum partes. Essentiæ multæ, uires multæ, actiones itidem multæ. Multitudo hęc rerum tam multarum, uel ordine constat aliquo; vel ordine constat nullo? Si nullo, nulla causa, effectum suum præcedet. nullus effectus, causam suam sequetur. Genus nullum, totum nullum, species, partesue antecedet suas. Neque hæ sequentur illa. Neque actio a viribus nascetur, neque vires ab essentia. sed hæc erit post vires; & actio uires anteibit. Cœli omnes in singulis erunt elementis. hæc erunt in illis. & sublime corpus primum erit infimum. & infima terra supremnm erit, cœlum. Omnia, per omnia erunt fusa. Omnia in omnibus confusa iacebunt. At his omnibus contraria cernimus omnia, & experimur. Si quis id non videat, aut non cognoscat, nec philosophus dici debet. Neque, Mentis rationis, sensuum, maximo defectu, philosophari se posse, sperare potest. Ergo res mundanæ omnes, ordine constant aliquo. & sunt suis numeris, formis, molibus, qualitatibus, & ornatæ, & ordinatæ. At vbi ordo, ibi primum, & secundum, & tertium est, & reliqua deinceps. Ergo in rerum vniuersitate primum aliquod est. At primum hoc quid nam aliud est, quàm vnum, si monàs, quæ & a Zoroastre.

,, Μονὰς πατρικὴ dicta est. Monàs paterna.

Et ab Hermete quoque.

ἡ γὰρ μονὰς, πάντων οὖσα ἀρχὴ καὶ ῥίζα.

,, Monàs enim omnium existit principium, & radix.

Sed nos authoritatibus, ornaméto potius, quàm fundamento philosophamur.

Rationibus ergo, si quas ad id comprobandum reperire possumus, agamus: Atque ita, si fas, & verum sit, dicamus.

Si rerum aliqua est multitudo, est etiam aliquod unum. Omnis enim multitudo, ab uno est, Nimirum, ab vno sibi proprio. Hoc ergo prius demonstremus. Si nullum in rebus sit vnum, multitudo rerum per se consistet, & duo, & tria, & quatuor, & reliqua multitudinis nomina, erunt, antequàm sit vnum: Hoc vero humana mens nulla capit. Si duo, tria, & reliqua per se sunt, nullum erit vnum. Si nullum vnum, duo, & tria præcedit, nulla duorum, uel trium pars, una fuerit. Cui rei nullus sensus, nulla ratio assentitur. Sed asserunt vterque unum, esse dimidiam duorum partem. Trium quoque, unum esse partem, e tribus unam. Itaque stellæ innumeræ, plantæ, bruta tot generum, tot homines, si unum in se non habent, si una, singula non sunt, non erunt prorsus. Quod autem non est, nihil erit. Et cum nihil sint erunt quoque, quia sensus ea affirmat esse. Et simul non erunt, quia ratio hæc, ea nihil esse, dicit. Igitur erunt, & non erunt, & conuersim, nó erunt, & simul erunt. Et cum nulla sint, erunt quoque infinita. Nam si eorum nullum vnum est, neque finitum erit. Si non finitum, ergo infinitum. Rursus multorum quod uis, vel vnum est, uel non unum. Si non unum, vel multum est, uel nihil. Si nihil dicatur esse, multitudo quoque, ex nihilis erit.

erit. Atque ita omnia nihil. Erquæ entia sunt, non entia erunt. & nihila totidem, quot sunt entia ipsa. Hæc quis sanus non stomachetur? Si vero, singulum entium, multa esse dicatur, singulum, ex infinities constiterit infinita. At infinito, nihil maius. Duo ergo, vel tria simul infinita, vno infinito non erunt maiora. Et etiam erunt maiora, quando singulum par est æquû, est vni illi infinito. Quoniam singulum, & infinitum est, & ex infinitis constat. Hæc omnia impossibilia sunt. Præterea rerum multitudo, si ab vno non pronascitur, earum numerus vnitatum collectio non erit. Ergo duo, vel tres equi, non erunt duo, nec tres. Non duo, quia cum vnitas nulla in rerum natura sit, duo ex duabus vnitatibus non conflabuntur. Neque tres, ex vnitatibus tribus. At sanè vel cæci duos esse, & tres equos dignoscunt. Ergo rerum multitudo, quæ visitur, quæ tangitur, quæque auditur, & gustatur, & olfacitur, numerum de se conficiet. Numerus ex ea confectus, vnitatum est varia collectio. Vnitates per se singulæ vnæ sunt. simul positæ numerus, & multitudo sunt. Ergo & vnitates, & multitudo sunt. Vt autem multitudo sunt, vel ex vnitate vna profluent, vel altera ex altera pronascetur. vel nulla profluet ex altera, & singulæ per se subsistent omnes. Sin altera ex altera nasci dicantur, duæ quæ sunt in duobus, e tribus fieri poterunt. & tres, ex quatuor, & sex, ex decem, nihilo minus quam tres ex duobus, aut quatuor ex tribus. Atque ita quæ natura sunt posteriora, priora fient, sicut & priora fient posteriora. Quod nulla sana mens concesserit. Præter hæc. Si altera ex altera pronascitur, quæ in duobus est secunda, ex priore fiet. Eaque vel intereunte, vel remanente? Si intereunte, iam non amplius duæ erunt in duobus, sed vna. & duo erunt duo, & non duo. Si remanente, & hæc fiat ex altera, vel ex priore alia, vel ex socia sequente. Si ex hac, contra naturæ ordinem, fit anterius ex posteriore. Si ex alia priore, vel hæc, illud vnum quod quærimus erit, vel non erit. Si id non erit, tunc alia vnitas præcedet, ex qua anteriore prima in duobus fiat vnitas. Et hæc etiam, vel prima, quam quærimus est, vel non ea est. Si est, vnum quod quærebamus, consecuti sumus. eritque vna vnitas, omnium vnitatum prima. Et vnum, omnium vnorum primum. Atque in eo indagationem hanc sistemus. Sin vero non est prima, & hæc etiam ex alia fiet. & hæc quoque ex alia. Atque ita indagatio abierit in infinitum. Quod si fieri nequit, & philosophantium concedit nemo: plusquàm necesse fuerit, aliquam primam esse vnitatem, aliquod primum vnum. Quæ nec ex aliis fiant, & per se consistant, antequàm multitudo ex eis oriatur. Et prima omnium vnitatum, erit ea vnitas, & prior omnibus vnitatibus, quæ ad numerum concurrant constituendum. Et vnum, vnorum omnium primum, & prius omnibus vnis, quæ ad entium multitudinem conueniunt conflandam. Et si entium multitudo, quæ & visitur, & sensibus omnibus sentitur, numerus entium est; & singulum entium, quæ hunc entium numerum constant, vnum est, necessario ad vnum primum, quod prius entibus sit omnibus, deueniendum. Iisdem enim rationum necessitatibus deducemus, vel singulum entium per se stare, vel ex alio aut fieri, aut factum esse. Eoque finito, vel infinito ente, & nihilo, quibus deducta sunt superiora in primum vnum. Vel enim entium singulum, vnum est, uel nihil. Nihil esse, nemo dixerit. Vnum ergo sunt singula. Ergo omnia, plura vna sunt. Horum plurium singulum, vel vnum est? vel & ipsum plura? Si plura, singulæ horum plurium partes, vel vnę, & ipsæ sunt, vel plures? Si plures abierimus in infinitum. Ergo singulæ sunt vnæ: & ex pluribus vnis, vnum fiet totum. At hoc, vnitas est numeri. Et hæc, vel per se constat, uel ex altera fit, vel nulla fiet ex alia. Atque ita eadem impossibilia, quæ prius, reuertentur. Concluditur ergo, plusquàm mathematica necessitate, sicuti vnitates numeri omnis, atque omnis multitudinis, ad vnam primissimam omnium vnitatem deducuntur. ita entium omnium, multitudinem necesse est, ac numerum, ad vnum primissimum necesse est reduci. At primissimum hoc vnum, de numero ne aliorum entium est? an & numerum eorum antecedit, & ex eorum numero non est. & inter reliqua non connumeratur? Ita contemplemur. Vnitas illa prima vnum illud primum, ante ne numerum est? an cum numero, & in numero? Certe vnitas est, vnum est, antequàm duo fiant, aut tria. Neque enim hæc, aut alia in numero nasci possunt, aut fieri, nisi vnitas, nisi vnum antecedat. Nam cum omnes numeri vnitatum, atque vnorum sint collectio, nisi vnitas, nisi vnum ante sit, nulla vnitatum, nulla vnorum fiet collectio. Vnitas ergo, & vnum, omnem numerum antecedunt. At quo modo antecedunt? An vt tantum ante sint, & sedeant ociosa? an uero principium sunt vt duo fiant, & tria, & quatuor, & reliqui numeri. Si dicamus, ea sedere tamquam in numerorum vestibulo ociosa, poterunt etiam inde abesse, sine ullius numeri maleficio. Et numeris nihil peribit, etiamsi e vestibu-

e vestibulo discedant. Sin vero, & duo, & tria, & reliqui esse non possint, nisi illa in vestibulo sedeant. Ex quo si surgant, ipsi pereant, efficiẽtiæ uires, vnitas, vnumque, in eos habebunt. Atque ita principium numerotum fuerint, non ordinis tantum, ut ab eis incipientes reliqui procedant. Neque numerationis solius, vt ab eis incipiant numerari. Sed principium, vt uocant essendi, & essentiæ ipsorum, & constiintionis. Nisi enim vnitas, vnumque essent, nulli essene numeri. At essentia numerorum hæc, in eo ne consistit, vt duo, sint collectio duarnm vnitatum, duorumque vnorum, Tria, trium vnorum, quatuor collectio vnitatum quatuo r, & reliquorum eodem modo. An vero, nec duo fierent, nec tria, nec quatuor, nisi vnitas, vnumque eos procrearet. Ipsique ab eis procrearentur, per progressum eius aliquem ac motum. Ita vt antequàm vnitas, & vnum in duo ueniret, & in tria, duo, & tria nihil erant. Vel partim erant, partim non erant. ita ut ea pars, quæ deerat, adueniente unitate, unoque, est adimpleta. Vel antequàm aduenirer, erant & duo, & tria, et reliqui? Si erant ante, non erant unitatum unorumque collectio. Si hæc non erant, nec fuerunt, nec sunt numerus. At sunt numerns, & fuernnt. Ergo adueniente eis, unitate, unoue, facta sunt numerus. Sed uel ex nihilo, uel ex unitate, unoue? Si ex hoc, uel adimplente aduentu suo, quod prius deerat, uel totum integrum numerum ipsa genuit, & mater ueluti est facta numeri. Qui antequam ex ea productus esset, non erat quidem parte, parte antem erat. sic enim ea quoque pars fuisset, antequàm fuisset si unitatum, unorumue est collectio. Vel si hæc collectio non est, nec numerus etiam est. At si impossibile est, ut quid sit, antequam sit, necessarium fuerit duo, & tria, uel ex ipsa unitate, unoue fieri, uel ex nihilo. At si numerus aliquid est, quo modo ex nihilo, aliquid est factus? Id si nequit, necesse fuit, duo, & tria, ab uno, unitatene, producta esse. At id quo modo? ea ne in duo, bis ingrediente, ter in tria? an uero se ipsam in duas scindente, & in tres, quo unitas, unnmue amplius non sint? Aut se se integris seruantibus, ex se duas alias uel tres, uel plures tamqnam ex uentre uno, producere sunt dicenda? Si scindantur, uel in nihilum abibunt, uel in infinitum. Vtroque, esse suum peribit. Et nulla amplius erit unitas, nullum unum. nulla unitatum aut unorum collectio, nullus numerus. Ergo necesse est, unitate, & uno se se integris seruantibus, de se, & duo, & tria, & reliquos producere. Hic enim modus contemplationis huius, postremus uidetur esse relictus. Ergo unum, unitasue, principium, & causa est numerorum omnium, non uno quidem, ut numerorum doctores opinati sunt, sed modis pluribus. Principium enim numerorum est, id quod, sine quo non, appellant; Sine unitate namque, & sine uno, nullus numerorum constabitur. Principium ordinis. Vnitatem enim, unumque, consequuntur, duo, tria, reliqui, unus post alium omnes. Principium numerationis. Neque enim rite numerantur numeri, nisi ab unitate, unoque, numerandi initium sumatur. Principium productionis. Ab vnitate namque, & uno producuntur; ex eisque profluunt. Principium constitutionis. Dum enim unitates, ab unitate unoque productæ colliguntur, numeri componuntur omnes, & constituuntur. Principium essentiæ. Non enim numeri essent, nisi essentialiter, unitates, & uni singuli essent. Principium ut materia ex qua. Ex unitate enim, & uno omnes fiunt, & omnes sunt. Principium quoque ut forma. Duæ namque unitates, duo una, duitatem formant, siue eum numerum, qui duo dicitur. Tres formant tria: sic reliquos. Hoc est dant, eis esse id ipsum, ut duo sint, & tria, & reliqua. Principium conseruationis singulorum. omnes enim unum fouet, & unitas omnes conseruat. cum in eos sint unitas, & unum fusa, & eis superfusa. Vnitate namque aut uno, a quouis detracta, is in aliud mutatur, & quod erat, esse desinit. Principium incrementi. Addita enim singulis unitas, aut unum, & id ipsius quod prius erant, sunt adhuc: & id plus habent, quod ab eis, ad eos accessit. Principium perfectionis. Dum enim unumq; aut unitas partes cuius; numeri adimplent, causa sunt, ut nihil ei desit numero. Principium denique, sunt ut finis omnium. Omnes enim numeri ad unitatem, atq; unum inhiant. Omnes in ea currunt. Vnum esse optant quàm maxime. Vnum non esse, optant quàm minime. imò totis uiribus non unum exhorrent, & refugiunt. Principium reditus. Omnes enim numeri, in unum atque unitatem redeunt, in eaque quando simplicitate opus habent resoluuntur, atque recurrunt.

Contemplatio hæc numerorum uniuersa, & unius, & unitatis: ad primum illud unum, & ad entium numerum, & multitudinem est applicanda: & uidendum. An & ipsum primum unum, dicatne in uestibulo entium sedere ociosum. An vero, a se, & de se producat aliquid? Si ociosum sedet, nihil iam est. Nullum enim eorum quæ sunt, ocio-

sum est. Habet enim vnumquodq; essentiam, eamque non vacuam, sed plenam viribus, & his etiam non incassum, sed vtilibus, & operātibus. Igitur, & ipsum illud vnum, & hyparxin suam habet, & potest, & agit. At quid est? Quid potest, quid agit? Si vti vnitas, & vnum illud aliud, ad numeros, ita & ipsum, ad entium multitudinem se habet, eadem omnia, & illi, & entibus consequentur, quæ vnitati sunt, & numeris consecuta, vt scilicet principium multitudinis entium, atque ipsis entibus, modis ijsdem omnibus dicatur esse, & ipsum vnū. Principium nimirum. sine quo non. Sine eo namque vno, entium nullum, aut constitit, aut constat. Principium ordinis, inde enim omnis entium ordo, suum ortum habet. Principium numerationis. Ab eo, enim entia numerari incipiunt. Principium productionis. Ab eo enim, entia producta sunt omnia. Principium cōstitutionis. Vnum enim illud quod in entibus, eis est essentiale, & quod ea, & vna, & entia facit, ab illo primo vno venit. Principium essentiæ. Omnis enim essentia, per vnitatem suam, ab vno prodit, vt postea patebit. Principium etiam, si ita de eo fari liceat, vt ex materia, Ex eo enim entia omnia prodierunt. Principium quoque vt forma. Ens enim omne, Ideæ suæ particeps est; Idea autem immediate est ab vno. Principium conseruationis. Entia enim cuncta, tandiu conseruantur, quādiu vna sunt. Vno ab eis ablato in interitum, ac forte in nihilum ruunt omnia. Vnum aūt per quod seruatur a primo vno, vt a proprio fonte est. Principium accremēti. Quid enim „ habemus, quod ab eo non accepimus? De ple„ nitudine enim eius omnes accepimus. Princi„ pium perfectionis. Ipse enim est Deus qui vi„ uificat omnia, & omne datum optimum, & „ omne donum perfectum de sursum est, descē„ dens a patre luminum. Principium, vt finis. Ipsum namque, & bonum idem sunt. Bonum autem omnibus entibus, vt finis est propositus. Principium denique reditus ad ipsum, & anagoges, & reductionis. Omnia namque ad ipsum redeunt, eique vniri, & eo frui, viribus omnibus exoptant, & adnituntur.


Sin vero non ita se habeat ad entium multitudinem, vt vnitas ad numeros, iam multitudo entium nulla erit. Multitudo enim, & numerus prorsus idem sunt. Si verò multitudo nulla est, entia iam nulla erunt. sicuti si numerus nullus sit, neque duo, neque tria ulla erunt. At sunt hæc, & numerus sunt etiam, & multitudo, & entia. Ergo & entia, & multitudo entium, sic se ad vnum primum habebūt, vt se numeri habuerunt, ad vnitatem, & vnum suum. Ergo omnia illud vnum consequentur entia, quæ numeros vidimus consequi, & vnitatem. Vnum ergo illud, principium est entiū, ijs omnibus modis, quos nunc exposuimus. Principium sine quo nō. Principium ordinis, & numerationis, & productionis, & constitutionis, & essentiæ, & conseruationis, & accrementi, & perfectionis, & finis, & reditus.

Quid ergo, nulla ne erit, inter vnum hoc, & vnitatem numeri differentia? nulla ne diuersitas inter entia, & numeros? Erit sanè. Omnes enim numeri, præter primum, entia sunt. Primum autem numerum appellamus, Ideatum vnitates, de quibus sno agetur loco. Qui super entia omnia est. Reliqui omnes numeri entia sunt. At non sunt forte entia omnia, si vni tantum quantitatis parti discretæ, numeri tribuātur. Entia namque ad essentias pertinent reliquas. & hoc plus, quàm simplices habent numeri. Veluti homo, & anima rationalis, & vnum, & duo, & entia sunt. & conuertuntur. Entia enim sunt, & sunt entia, & duo, & vnum. Quid ergo differunt? Eò nimirum, quod, alterum plus habet altero. At quid hoc ipsum est? Forte sicuti ab vnitate, profluxus numerorum, & cognoscuntur, & dignoscuntur. sic & entia profluxu ab vno, & cognoscentur, & dignoscētur. tum in se, tum ad inuicem, tum etiam in differentia quam ad numeros habent. Est igitur ante omnia peruestigandum hoc ipsum, quod de vno conclusimus, quo modo entium queat esse principium; & quo modo ab vno, entium forte infinita prodierit antea, & nunc prodeat multitudo. Hoc igitur primum omnium peragamus, ostendentes prius veram esse principij secundam proprietatem. In principio esse omnia. Idq; esse necessarium, si locus „ veritati illius detur diuini oraculi. Nemo „ dat, quod non habet. Hoc igitur demonstrā dum antea, in principio entia omnia præfuisse, antequàm de principio, profluerent, aut prodirent.

FINIS SEXTI LIBRI.

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER SEPTIMVS.



AN IN VNO SINT OMNIA.



SAtis superque ni fallimur, demõstratum hactenus est, in rerum vniuersitate, necessario esse aliquid primũ. Idque earum esse principium. Et hnc ipsum esse vnum. Et hoc vnum, esse Bonum. & hoc Bonum, esse Deum. Et hæc quinque, esse idem. Et simul probata est, prima principij proprietas, & postrema. Duæ reliquæ, secunda, & tertia supersunt confirmandæ. Altera, In principio esse omnia. Altera a principio omnia esse, Quæ quamuis nobis fidelibus sint certissimæ, quia eas nos docuit, is qui eas opti„ me scire poterat, diuinus spiritus. Quoniã „ ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. „ Et omnia in ipso constant. Et quæ facta „ sunt in ipso vita erant: Attamen quia philosophorum greges, ijs non persuadentur, certissimis rationibus eas comprobemus. Prius priorem. Per quam, maxima videtur impossibilitas induci. Diximus enim in principio esse omnia. Principium, & vnum, idem esse. Vnũ esse simplicissimum, & omnino non nisi vnũ. Et modo inferimus, quia vnũ sit principium, in vno, esse etiam omnia. Hoc autem philosophis omniũ impossibiliũ, esse impossibilissimũ. Videtur vnum enim, & omnia, adeo videntur inter se contraria, vt non videatur, ea posse in vnum conuenire. Igitur, vel vnum non erit idem cum principio, vel in principio nõ erunt omnia, vel in vno erunt etiam omnia; atq; ita vnum multa erit, & non simpliciter vnum, nec aliud non quam vnum. Quod nam igitur horum erit verius? Vel omnia hæc æque erunt verissima. Et vnum idem erit cum principio. & in principio erunt omnia, & in vno itidem omnia erunt. Sed manet adhuc quæstio. Si vnum vndequaque est, non nisi vnum: quomodo vel in eo erunt omnia? vel ipsum erit omnia? Nam si in eo omnia sunt, vnum erit multitudo. Si ipsum est omnia, multitudo itidem erit. Ergo vnum, & vnum erit, & multitudo. Multitudo autem omnis, ab vno prouenit. Ergo ab ipso, in se ipso: vnum erit multitudo. Et quatenus unum est, multitudinem in se producet, & quatenus multitudo ea producta est, se ipsum producet, & erit principiatum, non autem principium. Vel, vt vnum, principium est. vt uero multitudo, principiatum. Atque in idem absurdum, & quæstio recidit, & ratio. Quid igitur dicendum? & quis modus inueniendus, vt vnum, & vnum sit tantummodo, & itidem sit omnia? Hic forte. Quòd Omnia, nõ vbique sint multitudine distincta. Videtur enim multitudo numerum dicere. Omnis aũt numerus, per singulas eius species, est necessario distinctus, & ab vnitate sua procedit omnis, sæpius in se replicata. Itaque vnitas omnis, & ad sequentem multitudinem respectũ habet. & ab vno deriuata, ab eodem pendet. Vnum autem apex quidam multorum est, sicuti vnitas distinctorum est apex numerorũ. Qua vnitate, vnum ipsum simplicius est, cum nullum, neque ad se, neque ad alia respectum habeat. & vnitatem, ipsum producat. Sed si vnitas primum quoddam, & ipsa est, & est simul omnis numerus in se replicatus, ipsa quoque omnia est reuera, ea quę a se, vel prodire possunt, vel prodeunt, hoc est, omnis numerus in se vna, comprehensus. Quæ tamen cum ab vno sit producta, aliquid est de multis, seu potius inter vnum, & multa media est, quædam hyparxis. Vnum autem vnitate, & simplicius, & prius, nihil est, de multis. Atque ideo si vnitas, quæ simplex adeo nõ est, omnia

est quoque

Paul. ad Rom. cap. 11. Colos. 1. Ioan. 1.

eſt quoque, multo verius vnum erit omnia. Simplicitate enim ſua, omnia ſimpliciter comptehendit. Et in ſe, omnia vnum fecit, multo verius, quàm vnitas minus ſimplex omnia in ſe claudat. Proprium enim ſimplicitatis eſt, ſontem omnium eſſe. Sed vt clarius dicamus, non voo modo, ſed triplici, dicimus, Omnia. Nimirum. Omoia vniter. Omnia vnita. Omnia diſtincta, atque ideo multiplicata. Duo hæc ſecunda per ſe clara eſſe videntur. Primũ illnd abſtruſius, nos ita declaramus. In vno omnia ſunt, ſed ſuo modo; ſicuti ſuo modo alio, omnia ſunt in vnitate. Modo uero tertio, & ei proprio, omnia ſunt in multitudine. In voo inquam omnia ſunt modo ſoo; nimirum, ſi ita liceat fari, voiter. *ἑνιαίως* Græci dicereot, quod Latini plenè noo exprimunt. Vniter dixi, modo quo voi competit, iodiſcrete, indiſtiocte, indiuiſim, voè. vt videlicet, omnia ſint in voo, ita, vt quamuis omnia ſint, vnum potius ſiot, quàm omnia. Omnia inquam, vt ſint vnum. Namque vnum eſt per ſe, & ſua natura, & hyparxi, & primo; Omnia autem eſt quatenus ea in ſe habet indiſtiucta, atque indiſcreta, & vt diximus vniter, & vnè. & ſecundo, & quateous omnium eſt caoſa. Verum, & hoc multiplicitatem quandam, io eo ponere videtur. Quo ad noſtram videlicet cogitationem. Quæ id nou niſi vt multiplex concipit. Ipſum autem, eò quòd voum eſt, omnia eſt. Et nihilominus, omnia ſupereminens, oportet ipſum omnium eſſe principium, per ſimplicisſimam, (vt ita dicam) omnitatem. & per omnem ſimplicitatem, & per omnem vnionem. Quam rẽ, quia ſecum pater rapuit, veterum ſapieotisſimi, nec nomen inueniri poſſe proprium docuere: Neque inter homines eſſe illius vllam ei reſpondentem animi, vel conceptionem, vel ſuſpicionem. Atque ita eſſe nobis, non ſolum ineffabile, quia & nomine careat, & oratione explicari neqoeat; verum etiam ferè penitus ignotum. Quia oec ſenſus, nec phãtaſia, neque opinatio, nec ratiocinium, oeque ſcientia ulla noſtra eò pertingat. nec fere intellectus ipſe ooſter. Sed ea quæ in intellectu, quaſi eius apex eſt, voitas; ſimilis, ſi fas ſit dicere, illi voi, facit vt ſimili quadanteous ſimile attingamus, & eius pauxillum aliquid concipiamus; tametſi veſtigià quędam exigna, & ea quidem vix percipiamus. Non ob eius ſanè defectum vllum, ob quem notitiam noſtram reſugiat. Sed ob eius ſupereminentisſimam ſupra eotia omnia excelleotiam. In qua, dum oeluti in ſui luminis abyſſo manet, aliquid de eo vix ariolamur. Nihilominus, ſumma reuerentia eius nomioe, pie inuocato, & deprecato, de eo aliquid philoſophice proferre audeamus.

Voum itaque illud primisſimum, de qoo nunc agimus: neceſſario, vel uerè unum eſt, uel noo uerè eſt unom. Si oon uerè unum ſit, uel multa erit, uel erit oihil. Sanè nihil eſſe, nec ratio, nec pietas ulla, uel contender, uel coocedet, uel concipiet. Neque enim ex nihilo fit aliqoid. & longe mious ex nihilo fiunt omnia. Si nihilum non eſt, & uerè unum non ſit, multa erit. Si hoc detur; iam in eadem qua prius, ſumus difficultatum naui. Noo eſt igitur multa. Vnum ergo, oerè unum erit, & oon aliud quàm nnum. Et ſimpliciter nnum, & ſuprema ſimplicitas. Si hoc, ſuprema etiam eſt abſolutio. Nihil enim ei ad complemeotum deeſt. Si ſuprema abſolutio, ſuprema eſt etiam perfectio. & eſt perfectisſimum. Si perfectisſimum, ſibi quoqne eſt ſufficientisſimum. Si ſufficientisſimum, etiam ſumme bonum, atque bonum ſopremum. At hæc, noo ne iam multitudo ſont? Vnum, ſimplicitas, abſolutio, perfectio, ſufficientia, booum? Ergo nos io eo pooimus ſenarium? Aut ſaoè, hæc ſunt animi noſtri non attingentis quidem, concipieotis tameo, & oratione qualitercumqoe parturientis angores. Qui intelligere quidem aueat, & nequeat, eloqui tamen audeat. Senarius hic, vnum ipſum, io ſe ipſo eſt, in mente uero noſtra, & eloquio, ſenatius apparet. quoniam ſextuplici modo non uoè, noo uniter, ipſum aut coocipit, aut eloquitnr. Verum ſi quis ita oos interroget. Quid nnum? Reſpoodebimus, Vnnm. Quid unum? Simplicitas. Quid uoum? Abſolutio. Quid unum? Perfectio. Quid unũ? Sufficientia. Quid unum? Bonum. Et coouerſim. Quid bonum? Vnum. Quid ſufficientia? Vnum, & reliqua. Hæc igitur apud oos ſex, in uno uoum ſunt, & oon plura. Et quæ io uno, ſunt unum tantum, apud nos plura ſunt. quoniam, & nos plura ſummus. Et unum hoc, non niſi ſub ſpecie, & ſub nomine plurium, aut cõcipere, aut intelligere poſſumns. Vnum autẽ ipſnm, ſupra ſpeciem, ac formam omnem poſitum eſt. quid enim, uel forma, uel figura iodigeat, id nonm, quod tantum unom, & non niſi unom eſt? Et quia onum eſt, ab uuo ſoo, non deſciſcit: a ſe ipſo, non diſcedit. Vnum ergo, nnũ eſt, & quæ ſex in ipſo cogitauimus, unione ſumma, unum ſuut, atque idem unum ſunt. Neque uero hæc ſex tantum in uno, noũ ſuot, qoia numeri, aut plurium, nulla ibi diſtinctio locum habet. Sed etiam, eadem hac ratiooe, Omnia quæ dicimus in uno, unum sũt. Entia inquam omnia, in uoo, uoum ſunt. Quę enim maior ratio, ut illa ſex in uno unõ ſint, quàm ut omnia, ſint in uno nnum? Nulla enim ibi pluritatis, ant nomeri habitat ratio. Nam ſex illa, unum in ono uniter ſunt. Hæc omnia, item uniter. Illa unè, hæc itidem unè. Illa indiſcreta, indiſtincta, indiuiſa unum ſunt

io voo. Hæc itidem entia omnia iodiscreta, indistincta, indioisaque io vno, vnum erunt. Nam si illa sex tantum, in illo, vnum essent, deessent illi entia reliqua. At carens reliquis omnibus, quo modo vel absolutum, vel perfectum, vel sufficiens, vel bonum esse posset? Atque hæc irrefragabilis est ratio, quia absoluotissimum, & perfectissimum, & sufficientissimum est, nihil ei deest, materia com nulla est; Omnibus ergo affluit. Ergo io se habet omnia. Ergo hyparxis eius sunt ipsa omoia. Et quia simplicissimam etiam est, & vnnm: hæc omnia qoæ hyparxin ei faciunt, vnum in eo erunt, voo sno, vna sua hyparxi, in vnum coarctata, io vnum redacta, non quidem vi vlla, sed sponte suæ naturæ, qoæ vi, res reliquas omnes & cohibet, & eas supereminet. Cum ergo io voo, omnia entia sint voiter, atqoe indiscretè, cogoomina illa sex, apud nos ei sunt adinnenta, vnum, simplex, absolotum, perfectum, sufficiens, bonum. Sed extrema dun præcipue ei remaoseruot, vnum, booum. Vnum qnidem, quia simplicissimum, & absolutissimum. Bonum aotem, quia perfectissimum, & sufficientissimum. Et bonnm, qoa plenum sui, qua plenum nmnium, qua plenum sibi, qua plenum omnibus. Voum etiam, qoa vnum sibi & nmnibus, qua vnum omnia. Qua vnum omnibus. Qua omnia in voo, vniter, vna. Qua omnia, vnn vna. Qua omoia in vno, vna sibi, vna omnibus, Sed hoc ipsum, in voo esse omnia, alia quoque demonstremus methodo.

Ante quàm entia fierent, voum, vbi nam erat? Non enim erat, nihil: qnod est ostensum. Si vnum, nihil non erat. Voum ergo erat. Si vnnm erat, erat ergo. Si erat, vbi nam erat? vel inter entia? vel inter non entia? Si inter noo entia dicamus, in nihiln ergo erat? Namque non ens, nihilum est. Et nihilum est non ens. Vnum ergn, a nihilo circuodabatur(a nihiln terminabatur? Si e contra dicamus; vnum inter entia fuisse, quo modo id vel con cipimus, si entia nondom erant? Ergo erat, iterum in nihilo? Nullibi ergo erat. & tamen erat. Hac iogrediamur necessaria diuisione. Vel voum erat io entibus, vel entia, nnndum entia, eraot in voo. Vel nec eotia io vno; nec vonm in entibus. Vnum quidem io entibus noo erat: nondum eoim erant. Neque entia erant io voo, noodum enim eraot. Ergo neque ipsum in illis, naque illa io ipso. Vnde ergo eotia prodieruot? E nihilo? At e nihilo nihil fit. Ergo a se ipsis, & e se ipsis prodierunt? At contrarium est iam demonstratum. Et præter hoc, Prodire, actin est. Actin venit a viribus. Vires ab essentia. Erant ergo, aotequam essent? Et qua ratinne, vel concipi mente potest, entia a se, & e se ipsis prodijsse, si non erãt.

Reliquum ergo est, quia neque a nihilo, neque a se ipsis entia prodierunt, omnia in vno fuisse, & ex ipso prodijsse. In vno quidem erãt, per se, & sui natura, nondum entia. At quatenus erant in von, iam entia erant. Per voom enim entia omnia sunt, quod sunt. At, erant in vno, omnia, vel aliqua? Si dicamus aliqoa, hæc vnde nam prodierunt? vel a se, vel a nihilo? At hoc absurdum, idem quod superius. Ergo in en erant omnia. Entia ne, an etiam non entia? Vtraque respondet Hermes.

Ἐστὶν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα, τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα, ἔχει ἐν ἑαυτῷ.

Est ipse, & entia, & noo entia. Entia quidem fecit manifesta; oon entia vero habet in se ipsn.

„ Vocat enim ea quæ nnn sunt, ioqoit A-
„ postolus, tamquàm ea qoæ sunt.

Omnia ergo entia in se, vnom continebat, aotequam entia extra eum prodirent. Cumque omnia cootineret, noo dissipabatur, aut spargebatur in ea. Sed vnum remanens, ea omnia habuit, & ab eis non est habitum. Ea qunque etiam num habet, & ab eis non habetur. Et cum ea habeat, & noo habeatur, nullum ipsorum entium est, in qoo ipsum nõ sit. Nam si alicubi oon sit, omoia non habet. Et si non sit vbique aliquid ipsum continet, vt nequeat esse vbique. Si id, ipsum cootioet, etiam ipsum terminat. Atque ita, quod minos est infinito, infinitum terminabit. Et ipspm finitum faciet, & infinitum ergn a se, & finitum ab alio efficietur. Hoc verò impnssibile est. At si verum est, ipsum esse vbiqne, falsum fuerit, ipsum esse tantum alicubi. Falsum fuerit, ipsum esse onllibi. Si ergo nullibi oon est, a nullo abest. Si a nollo abest, erit vbiqoe, & io entibus, & in nnn entibus. Et vbicumque sit, erit in se ipso, & omnia in ipso. Igitor, neque ipsom abest ab alijs neque ipsum est in alijs, neque ab vllo cnntinetur, sed ipsnm nmnia continet. Et omnia snot in von, sed voiter. Et vnum vniter est omoia. Et voom (liceat ita fari) est Vnomnia.

At vero, si voum, continet omnia, & est Vnomnia, actu ne omnia est? an solummodo potentia? Vel & omnium actus est, & omnium potentia. Nam si onn omnia in en, actu sunt; & ipse omniom actus non est, quo modo, quod summos est actus, nno actu, in se habet quod habet? Mens hoc nolla capit. Ergo vnũ, & actus omniom est, & actu habet omnia. Sed vnè, atque vniter, & mndn vnissimo, nullatenus inter se discreta. Neque vlla est in eo poteotia talis, qualem Peripatus actui contradistinxit. Omnia namque etiam qoæ extra vnõ sunt, quodcunque sunt, actu suot. Potentia

autem,


autem, non nisi respectum, actus futuri alterius dicit. At in vno omnia sunt præsentia, omnia ergo in actu. Alio vero modo. Vnum, potentia est omnium, & in ipso omnia sunt potentia. At qua potentia? An vt ab alio omnia reciperet? An vero, qua ex se omnia daret? Si, vt reciperet, dicatur, a quo nam recipere habuit, aut potuit? A superiore ne, & priore? At nihil vno superius, nihil prius esse iam est demonstratum. Quid vero a pari? At vni, par nihil est, nihil æquale. Quod itidem est ostensum. An denique ab inferiore & posteriore? At quæ genita sunt, si gignant & ipsa, sursum genituram suam non dirigunt. Sed eorum est, deorsum ferri, & in multitudinem labi. Non ergo, vnum potentiam habuit, vt omnia ab alio reciperet: quod dignitatis est infimæ. Sed potentiam, qua omnia faceret. quod dignitatis est supremæ. Principij namque primi hæc est efficacia, vt omnia efficiat principiata. Vnum autem principium primum esse, demonstratum est. Vnum ergo vt principium est, omnia fecit. Si omnia fecit, omnia proculdubio faciendi habuit potentiam. Potentiam ergo habuit omnium producendorum. Omnipotens ergo fuit.

Et quia vnum, primum quoque est, primam habuit potentiam. Et ideo omnium est potentissimum. Prima enim omnia sunt etiam suprema. Et quia fuit omnipotens, dignitate fuit summa & maxima. Et omnia quæ produxit, in ipso vita erant. Hæc ergo entia quæ, & cernimus, & non cernimus in ipso erant, & adhuc sunt. Est enim vbique. Et entia in eo erant, & non entia. Etquidem vtraque omnia. Omnia inquam entia, & omnia non entia. Non enim aliquid ipsius ita se habet, aliud aliter. Imperfectionem namque saperet. Neque totum aliter modò, aliàs aliter se habet: alterationem enim sentiret. At entia, & non entia simul, dum in eo essent, nullis terminis claudebantur. Quid enim illud fuerit quod ea includeret, aut concluderet, præter hoc ipsum, quod vnum dicimus? At quod nullis terminis, vel hyparxeos, vel potẽtiæ, vel actionis includitur, interminatum est his omnibus. Quod interminatum est, initio, & medio, & fine caret. Quod autem his caret, infinitum nuncupatur. Est ergo vnum, suprema, & prima potentia, & omnipotens, & infinitum, hyparxi, potentia, & actionibus. Est ergo non solum omnipotens, sed vltra omnia etiam infinitipotens. Nam si quis finitam eius potentiam dicat. a quo nam finitur? A se ne, an ab alio? At aliud nihil est potentius ipso. Non a se ipso. Nam vel se ipso qua finitum, vel qua infinitum est, finiretur. At infinitum, quo modo, infinitum finiat? Quo etiam modo finitũ tum finiat infinitum? Cum ergo finitum non sit, infinitum est, & sicuti hyparxis infinita est, sic etiam potentia infinita est. Et sicut potentia, actiones quoque eius erant infinitæ. Nullis enim terminis sistuntur. Nullo impediuntur resistente. Numquam deficiet id, cuius ope, & opera, alia omnia & effecta sunt. & permanent, & non difficiunt. Infinitum quoque est, ratione hac alia. Quòd vnum, non plus vno est. neque habet, ad quod terminetur, neque ad se nimirum, neque ad aliud. Ita enim duo esset, & non vnum, si in se, ad se terminaretur. Terminus enim esset, & terminatum. Neque ad aliud in se. Non enim in se aliud quàm se habet. Illorum vero omnium quæ habet, nihil ei est par aut æquale, terminus aũt terminato ęqualis esse debet. Ergo interminatum est: ergo sine principio, sine fine, ergo infinitum. Sed & alia methodo. Vnum quatenus vnum, nullis terminis finitur. Nullo ante se, nullo post se, vel duitatis, vel numeri alterius. Tale autem interminatum, cur non fuerit infinitum? Et si infinitum hyparxi, cur non & infinitipotens? Non enim sui quicquam, tali potentia caret. In vno enim, inane nihil est. Quòd si infinitum, & infinitipotens est, necessario, in se continet omnia, quia finita sunt. Et a nullo continetur. quia infinitum est. Nam si contineretur, continens contento infinitius, & infinitipotentius esset. At infinito, nihil infinitius. Ergo vnum quoniam infinitum, & infinitipotens est, omnia, quia finita sunt, entia, & non entia in se continet. Finita autem alia omnia esse, partim sensus ostendit, partim ratio demonstrat. Finita vero cum sint, infinitipotentia non sunt. Finitam ergo habent potentiam. Si potentiam finitam etiam hyparxin habent finitam, a qua vires. Finitas etiam actiones, quę a viribus veniunt. Initio ergo non carent, non carent fine. Initio ergo & fine sunt terminata. Ab infinito ergo facta sunt finita. Ab Vno ergo infinito, infinitipotente, sunt producta. Non hæc, aut illa: sed omnia. Cur enim hæc, & non illa? Non enim bonitatis, non voluntatis, non virium defectu. Omnia ergo produxit. Omnia igitur in se habuit. Nemo enim dat, quod non habet. Vnum igitur, omnia continuit, & continet. Et vnum est, & non vnum: sed ita non vnum, vt vnum vniter etiam sit. Et ante entia omnia, & entia erat omnia, & non entia omnia. Et ideo fuit, & est vnum, vt omnia esset. Et ideo omnia, vt esset vnum. & ideo vnum, vt omnia contineret. Et ideo omnia continuit, vt entia esset, & non entia. Entia in non entibus. Non entia in entibus. Entia non entia. Non entia entia. Et hæc omnia, vt vnum est, vt bonum est: & hoc solum est, &

non

non aliud. Et hoc etiam aliud, & non hoc solum. Est quoque primum. Est quoque principium, tum qua vnum, tum qua Bonum. Omnia enim fecit, omnia facit. Hoc idem Primum, Bonum, Principium, Vnum; quinto nomine Deus appellatur summus, ac sexto nomine rerum Pater. Dei autem munus; atque opus est inter percipua, & primaria, de se entia producere, producendo vnire, productis prouidere. Prius quidem qua vnum, postremum qua bonum; medium qua, & vnum, qua & bonum. Sed productio rerum, ad sequentem librum pertinet magis.

FINIS QVARTI LIBRI.



FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER OCTAVVS.



AN AB VNO FVERINT, ET SINT OMNIA.

DEum, Primum, Vnum, Bonum, Principium, vnum idemque esse, satis superq; videtur esse demonstratũ. Deque Principij conditiones, opere laborioso, satis explicatæ. Principium scilicet, ante omnia esse. Et in principio, esse omnia. Tertium vero, a principio atque ab vno esse omnia, quo modo, vt propositum est, adimplebimus? Profectò, a principio, esse principiata, & principiatorum esse principium, nihil videtur esse dubium, modo constet, esse ea quæ principiata dicimus. Constabit, autem satis, principiata esse, si cõstet esse principium. Ita enim hæc sibi inuicem respondent, vt alterum sine alteris, & altera, sine altero, esse nequeant. At principium rerum esse, iam antea est ostensum. Sed vtrum principium sit unum illud, de quo proximis libris egimus, id forte maximopere, opus laboriosum fuerit demonstrare. sed non est, quantum vis magno in labore, animo deficiendum. Per quem præsertim, & Deo summo maior gloria sequatur, & philosophantibus nere, ad eum redeuntibus, callis patentior, & planior aperiatur; & gloriolæ etiam aliquid, nobis paretur. Vnum igitur primissimum, antecedente libro, Geometricis necessitatibus probauimus, omnia entia, & omnia non entia in se continuisse. & adhuc forte continere. Vel hoc ipsum in præsenti versatur quæstione: an entia omnia adhuc in se contineat: an vero ea de se protulerit, & ijs sit exinanitus? Et si id sit, an sint hæc quæ cernimus, ea quæ in eo fuerunt? An alia, quæ non cernimus, & quæ ratio dictauit, inuisilia ante hæc visibilia extare. Magno enim hęc, ab illis differre, & toto genere dictare, vt pote corruptibilia, & incorruptibilia, & consensus veterum, & rationes philosophicæ comprobarũt. Itaque, cum constet, in rerum vniuersitate, rerum duo hæc summa genera esse, æternarum, & mortalium, quæsitum est a philosophantibus, vnde nam vtræque fuerint. In qua quidẽ indagatione, in uarias abierunt sententias. Alij e nihilo factas esse asseruerunt. Alij a casu, & fuisse, & esse. Alij non causa alia. Alij a causa aliqua. Alij denique numquam factas esse; a se ipsis semper, & fuisse, & esse. Hæc capita, etsi antea quoq; discussa sint repetamus tamen breuiter. A nihilo non esse. Nihilum enim, quia nihilum, est, neq; hyparxin habet vllam neque vires vllas, neq; actiones, a quà, & per quas, de se quicquam producere queat. Et si quiret, iam nihilum, aliquid esset. Quod contradictionem sibi implicat. Neque fuere a casu. Eadem hac ratione, quòd casus hyparxin non habet. neque uires ergo habet, neq; agit quicquam. Neque sunt a non causa alia. Causa enim omnis ad effectum suũ refertur. non causa uero, effectum nullum habet. Si igitur, non a nihilo, si non a casu, si non, a non causa res sunt, a causa aliqua necesse est, eas esse. Nempe, vel a se ipsis, uel ab alio. Non sunt uero a se ipsis. produxissent enim se ipsas, Productio, actio est. Actio a viribus, vires ab essentia. Fuissent ergo antequàm essentiam habuissent. Quæ impossibilitas manifesta est satis. Si a se non fuerunt, ergo fuere ab alio. Idque vel a multis, uel ab vno, vel ab vtrisq; Non a multis. Quia & hæc multa, res aliquæ fuissent. & de eis quæri posset, an a se ipsis essent? An a non causa? An a casu? An a nihilo. Et eædem redirent frustra quæstiones. Et si ab horum aliquo non essent, ab alio quoppiam essent, eæque vel multo, vel vno, vel

vtroque

vtroque. Atque ita quæstio abiret in infinitum. Si res a multis non fuerunt, neque ab vtroque esse potuerunt. Ergo necesse est, res omnes fuisse ab vno. Illud enim verissimum est entium principium, sine quo entia, nec esse potuerunt, nec esse possunt, & quod omnibus esse largitur. Id autem vnum est, sine cuius participatione, entia omnia ruerent in nihilum. Quia entibus cunctis optimum est esse vna. Et malorum maximum iisdem est, non esse vna. Sed & alia ratione, ab vno omnis est multitudo. Nam si ab alio, multitudo esse diceretur, necesse esset, id vel vnum esse, vel non vnum, vel nihilum. Sed nihilum nullius causam esse posse, iam est aliquoties ostensum. Si vero id sit, non vnum, iam est multitudo. Atque ita multitudo, multitudinem parturisset. Et posset de parturiente hac, iterum quæri, a quo nam esset parta? A multisne, an ab vno? Et iterum in infinitum quæreretur. Necessario ergo relinquitur, vt multitudo omnis, & fuerit, & sit ab uno. Ergo multitudo omnis prius fuit in uno. Non enim vnum, multitudinem de se protulisset, nisi eam in se præhabuisset: Nemo enim dat, quod non habet. Multitudo ergo entium ab vno fuit illo, scilicet primissimo, quod vnomnia uocauimus. Multitudo inquam entium, quorum duo genera distinximus, incorruptibilium, & corruptibilium. Horum autem vtrum, ab illo vno est? Namque, entia illa, quæ in ipso diximus esse omnia, sint ne a duobus hisce entium generibus diuersa, aut sint eadem, in magno videtur esse dubio. Nam si hæc, illa sunt, vnum, ipsis est exinanitum. Atque ita imperfectum redditum, & non sufficiens, & non bonum. Si vero hæc, ab illis sunt diuersa, quo modo, verè dictum est, in vno entia omnia fuisse? An vero, vtrumque verum est, & eadem esse, & non eadem. Eadem quidem, eo modo, quo causa, & effectus idem sunt. Non eadem vero, eo modo alio, quo causa & effectus, sunt inter se diuersa. Ita enim dicimus. Entia illa quæ in vno & fuerunt, & adhuc sunt, causam entium horum aliorum fuisse, & adhuc esse. Hæc vero effectus illorum esse. Sed quia duo genera hęc alia, sint inter se diuersa valde, æque ne vtraque primorum illorum in vno entium, sunt effectus? An vero, altera horum prior sunt effectus, altera posterior? At uter prior? vter posterior? Procedante sermone id aperietur, si prius aperiatur modus, quo secunda hæc a primis illis prodierunt. Et qua de causa, & quibus gradibus, & quo ordine, & quo item tempore. Hæc enim omnia ad perfectam hanc scientiam, contemplatu sunt necessaria. De modo igitur prius. Qui duplex se se offert Vel proprijs uiribus vnius, hæc secunda sunt, de se prolata, vel proprijs ipsa uiribus ex uno euolarunt. Vel etiam vtrisque. Si dicamus, entia per se inde prodijsse, & quasi columbas e peristereone, suis viribus euolasse, iam vnum, vt peristereon nihil agens, principium entium minime fuerit, aut fuerit principium nihili. Quis enim illi bonitatis honos, si nihil aliud præstitit, quàm entia prius in se continuisse, deinde euolare permisisse? Si hoc absurdum, quia omnipotens non fuisset: necesse est unum entia omnia produxisse suis propriis, nullis ipsorum entium viribus. Sed quæ iam, omnia entia produxit? Ea ne quæ in se habebat? An ab his alia? Si quæ in se habebat iam ea non amplius habet. Et est exinanitum, & imperfectum, & insufficiens redditum. At hoc longe absurdius. Ergo ab illis alia produxit. Entia ergo hic, triplicia se se aperiunt. Prima quæ in vno, & fuerunt & sunt; & duo secunda genera, æterna, & corruptibilia. Horum duorum, priora ostensa sunt æterna, merito que dicentur secunda, mortalia dicantur tertia. Ab vno ipsa quoque, sed per media secunda, quibus postea aperietur modis deriuata. Modo de secundis pergamus, & peragamus.

Secunda igitur entia a primis profluxerunt. Prima ea dictum est fuisse quæ iamdiu, omnia, in vno, in vn'omnia, vniter, vnè, simplicissimeque fuisse asseruimus. Ea omnia, multitudo quoque ipsa est, sed simplicissima, & uniter vna, ingenitaque, & improducta, & prima, & suprema. Quæ in vn'omnia sempiterne fuit, & est. neque vnquam ab eo, vel prodijt, vel prodibit: neque aliunde in ipsum venit. Sed ità est cum ipso vna, vt magis vnum nihil esse queat. A primissima hac & suprema, multitudine quæ in vn'omnia, & quæ vn'omnia est, secundam deducamus. Quia vnum, vn'omnia est, vnum est, & omnia. & singulum eorum omnium, & vnum, est omne. Idque, quia vnum, est vbique, & vbique dum est, est in se ipso. Et omne se, & omnia in se, se ipso implet. Sed hæc, vti iam sæpius dictum, ineffabilia sunt, & omnem humani ratiocinij transcendunt conceptum: quoniam Pater se ipsum rapuit, & abysso sui luminis se operuit, vt ipsum per lumina sua agnosceremus quidem, sed cognosceremus minime. Verum quantumcumque id concipiamus, secundam entium multitudinem ab vn'omnia, per emanationem venisse dicimus. Emanatio hæc, aliud est nihil, quàm secretio, & proditio quædam ab illo vn'omnia. Necesse ergo est, quia vnum, & omnia sit, vnum itidem, & omnia per eam emanationem de se proferat. Vno enim suo, hoc est se ipso, & sua hyparxi, vnitatem primariam producit. Quia vero & omnia est, omnium

nium suorum hyparxi, primariam producit multitudinem. Omne enim quod suo esse producit, atque agit, suę ipsius essentię illi tribuit. Dat enim quod habet, non autem quod non habet. Hyparxis autem eius erat esse vn'omnia. Huius ergo vn'omnia, suæ genituræ dedit, vt scilicet, vnitas esset & omnia. Sed cur, illum patrem, vnum dicimus, genitum vero vnitatem appellamus? (Iuxta doctrinam, & Procli, & Damascij Platonicorum, quamquã Theologi uerissime teneant omnia contineri in Deo, & non in filio distincto a Patre, & Spiritu sancto, excellentissimo modo) Apud Zoroastrem, quidem & Hermetem, etiam unum illud, monàs appellatur. nobis uero doctrinæ clarioris gratia melius nisum, vnum illud, hanc vocare vnitatem. Vnum quidem, quia tantum vnum, & independens. Vnitas vero, & dependet inde, & multitudinem respicit: In illo quidem vn'omnia, multitudo est, vniter vna, & simplicissima. In vnitate vero multitudo est iam distincta, & in numerum effusa. Vnum, supra omnem se se rapuit relationem, & supra omnem transcendit multitudinis respectum. Vnitas uero numerum respicit, & ad multitudinem refertur. Vnitas ergo hæc primaria, ab vno primo est. Multitudo uero, quæ in hac est vnitate, ab illius prouenit, vt ita dicam, omnitate. Sed qua de causa, Vnum illud omnia, vnitatem hanc omnia, de se protulit? Cur pater ille, filium hunc genuit? Qui alijs omnibus fœcunditatem tribuit, sterilis ne esse debuit? Nec debuit, nec potuit. Debuit, quia bonus erat, & est. Potuit, quia omnipotens fuit, & est. Producere ergo habuit necesse. Hæc necessitas, voluntatem fecit producendi. Voluntas, fecit necessitatem. Voluntatem enim Dei, necessitas sequitur, inquit Hermes. Ergo omnia ex ipso, & per ipsum. Qui rectissime quoque dixit.

Τῷ αὐτοῦ θελήματι πάντα δημιούργησας,

Ipsius voluntate omnia condidit. &

Καὶ τοῦτο αὐτῷ τὸ ἔργον ἐστὶ πατέρα εἶ). τούτου ἐστὶν οὐσία, τὸ κύειν πάντα, καὶ ποιεῖν.

Et hoc ei opus est, patrem esse. Huius essentia est vtero ferre omnia, & facere.

Alibi quoque ita docet.

Πάντα γὰρ ὅσα ἐστὶν, ταῦτα ἐν τῷ θεῷ ἐστίν. καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γινόμενα, καὶ ἐκεῖθεν ἠρτημένα.

Omnia enim, quæcunque sunt, in Deo sunt, & a Deo facta, & inde dependentia.

Deus ergo & pater omnium genitorum est & factor. At quo modo ea genuit, aut fecit? Per potentiam scilicet quam habuit, ea faciendi. Deus enim, pater entium & genitor est. Entia uero ab eo facta sunt, & genita. Inter hæc duo media est potentia, per quam genitor producit: genita producuntur. Nisi enim ille producere posset, hæc producta non essent. Est itaque potentia, progressio, & quasi excessio ab vno, & extensio in essentiam entium. Itaque ab uno, transitus per potentiam fit in essentiam. Ergo potentia hæc primissima, superessentialis est. Est enim ante essentiam, quando inter vnum, & essentiam est media. Et entia præcedit, & prima est ipsius Vnius genitura. Et ideo recte a Zoroastre celebrata. Potentia patris: & ab Hermete patris filius, vt, paulo post videbimus. Redeamus ad modum. Si per vnius potentiam ab vno, transitus fit in ens. & quasi per vnius egressionem & progressionem. Ergo per motum quendam, ab uno gignitur essentia. Necesse enim est, aut per motum id fieri, aut per statum, aut vtroque modo, aut neutro. Si neutro, neque utroque. Si nõ vtroque, saltem alterutro. At statu ne, an motu? Ait Hermes.

Τὸ δ' ἓν μένον ἕστηκε, καὶ οὐ κινεῖται.

Vnum uero, manens stat, & non mouetur. Quod autem manet, non progreditur. Et è contra, quod progreditur, non manet. At vnum ipsum, manet. Non ergo progreditur. Progressio motus quidam est. Motus autem actio. Actio uero omnis aut in essentia, aut ex essentia. In essentia quidem, non uidetur progressionis, & productionis fieri motus. Neque enim entia, per eum motum inde exissent. Ergo ut exirent, motu ex essentia eguerunt. Seu potius ex vnius hyparxi. Hyparxis enim ei est, id, quod entibus essentia. Quid ergo exitu entium ex vnius hyparxi, vnum, entibus exinanitur? Absit. Non enim mouetur. Ergo statu prodierunt. At neque stat. Neque enim habet in quo stet alio, quàm in se ipso. Neque quo moueatur. Est enim vbique. Ait enim Hermes verissime.

Καὶ οὐδ' αὐτοῦ οὐδὲν ἐκτὸς, οὐδ' αὐτὸς οὐδενός.

„ Et extra ipsum, quidquam. & ipsum extra
„ quidquam. Sed quo modo tandem secunda produxit entia? Suo forte statu, ex se ea deprompsit. Illa vero ab eo sunt dimota, ipso manente? At depromptio, actio quędam est. Actio vero, motio. Ergo etiam mouetur. Motum ergo & statum in se habet? Statum ne prius? motum postea? Redit ergo in idem quæstio? Nequaquam. Sed in eo, status mouetur, & motus stat. Et quod in eo mouetur, aut ab eo, stabiliter mouetur, & quod stat, mobiliter stat. Nempe manet ipsum. Manensque fœcunditate sua de se omnia extrahens, & extra se proferens, promit de se ipso, manens ipsum quod erat prius. Quo enim modo, minus fiat, quàm vnum? Aut quo res, quas de se promit, extra ipsum abeant, cum ipsum sit vbique. Et producta omnia, adhuc in se contineat? Neque ergo exinanitur suis primis illis: neque se euacuat, vt minus fiat quàm vnum, aut minus, quàm omnia.

nia. Neque e se vno, aut plenitudine suæ omnitatis quoquam discedit, neque in multa scinditur. Lux sanè solis, radios e se emittit: neque tamen ipsa, lux minor euadit. Ignis promit de se calorem, non tamen minorem quàm prius, imo eundem sibi retinet. Ita Primum, ita Principium, ita Vnum, ita Bonũ, ita Deus, nihil diminuta, aut primitate, aut principitate, aut vnitate, aut Bonitate, aut Deitate sua, produxit omnia, nulla materia coadiuuante. Imo ex se, deprompsit ipsam etiam, & extra se protulit. Protulit autem, quia vnum: vt inde multitudo rerum gigneretur. Protulit ob bonitatem, ut multitudo, & numerus is, entia esset. & non entia, nequaquam esset. Nam hæc in se retinuit, vt quando vellet, proferat; & quando noluerit non proferat. Itaque vnum, in rerum secundarum productione, non progreditur extra se, neque mouetur. Sed dum illas profert, & illæ de eo progrediuntur, ipsum manet in se ipso. Illæ uero actione ex hyparxi illius prodeunt, & emanant, non aliter, atque aqua e suo emanat fonte, ipso quidem immoto, sed aquam proferente: aqua vero mota, & inde scaturiente. Quid ergo, si immotũ est, & in se ipso manet, producere non videtur? Productio, actio: & actio, motio est. Vel & mouetur, & non mouetur? Et producit, & non producit? & efficit res, & non efficit, modis suis scilicet ineffabilibus. Non efficit quidem, quia iam in se existentes, a se tantum discernit. Efficit uero, quia eas de se profert, & ipsæ ab eo profluunt. Videtur ergo prior quæstio rediré? Per se ne ipsæ, ab vno prodeunt? An causam aliam suæ proditionis habent? Certe, vel a se ipsis, uel ab alio, vel ab vno ipso producuntur. Ab alio quidem, minime dicendum. Quid enim uno prius? aut vni par? Non a se ipsis, nisi quatenus producenti non resistunt. & assensum suæ productioni pandunt. Vnum tamen eas de se profert: bonitatis suæ necessitate ad id actum: simul alteras a se, & a sua omnitate efficiens, vt non identitatis horum cum illis, sed alteritatis harum ab illis, causa fieret. Quæ causa nulla alia fuit, quàm ipsa rerum ab eo progressio, & proditio. Omnis enim proditio, seu promanatio, cum secretione est. Omnis autem secretio ab vno, multitudinis est causa. Et quando in vno incipit multiplicatio, tum proditio succedit. Sed si vnum, non est id, quod secretionem faciat, a qua multiplicatio fiat, & ab hac proditio, quidnam, id fuerit? Certe non alia quàm potentia ea de qua diximus, inter vnum, & ens media. Nisi enim hæc interueniret, productio nõ fieret. Sed quis hanc potentiam mouit, vt secretionem faceret? Forte non aliud quàm bonitas. Nisi enim hæc illam moueret, ut omnia a se secerneret, & omnia de se promeret, ut omnibus se se communicaret, inuidia tangi videretur. At quæ inuidia in simplicissimo? Quæue passio in perfectissimo? Bonum ergo ipsum non qua vnum, sed qua bonum, secretionis rerum secundarum ab vn' omnia, a primis, primissima est causa. Secretio vero est causa multiplicationis. Multiplicatio progressionis. Exemplo id fiat manifestum. Centrum circuli, vnum & indiuisibile est. In eo vno termini sunt linearum omnium ab eo prodeuntium, inter se in ipso, minime distincti. Ab eo lineæ prodeunt innumeræ, inter se iam distinctæ, ad circumferentiam vsque, quæ in centro indiscretæ erant omnes. Dum tamẽ a centro secernuntur, multiplicantur: & dum multiplicantur, prodeunt ab vno; prodeuntes, ab eo discedunt. Discessus hic, post centrum est. Eiusque causa, centrum non est. Sed ex illo fluxus quidam, quo lineæ ab illo, & secernuntur, & multiplicantur, & prodeunt, & discedunt. Neque discessus istius, ipsum causa est. Neque ipsum a se discedit, neque exinanitur, vt se se in lineas multiplicet. Sed post ipsarum discessum, centrum adhuc permanet. Neque ob linearum abitum, ipsum diminuitur, aut quicquam patitur. Lineæ tamen ab eo exeuntes, ac prodeuntes, non amplius id sunt, quod in ipso erant. Sed sunt, & ab eo, & inter se distinctæ. Habent tamen ab eo id quod sunt, ipsumque illis, esse tribuit. Neque ab eo diuelluntur; sed ab eo pendent. Manet enim omnis proditionis causa. Et quod prodit in proprietate, & terminis suæ causę manet. Ita, vt id quod prodiit, uideatur & in eadem causa esse, in qua prius fuerat, & inde etiam discessisse. Hoc sane modo, (si nefas non sit hac uti similitudine) ab un' omnia indiscreto, secernuntur, & multiplicantur discreta prodeuntia omnia. Quid uero, in ea ab uno progressione, aliquid ipsa, de uno ferunt secum? An uero ipsum, eis aliquid largitur? Vel & ipsum bonitate sua ea largitur: & ipsa, bonitate illa gaudentia, secum libentia ferunt ea, quibus ueluti sunt donata. At quænam ea sunt, quæ donata secum ferunt? Vnum profecto secundum, ab uno primo, cuique in portionem datum, per quod & unæ sunt singula, & per quod etiam sunt multa. Et per quod etiam sunt entia. Neque enim esse possent entia, nisi una essent. Neque possent esse multa, nisi uenirent ab uno. Hęc itaque ab uno secreta, post unum omnia, sunt una simul, & multa. Et post principium; quæ fuerat quarta principii, conditio. Et ab uno sunt, & a principio quæ conditio eius fuerat tertia. Neque enim hæc, aut ante unum sunt, aut cum uno, sed ab uno. At quæ ab uno, & post unum sunt, & multa, &

distincta, ab eo esse est necesse. Et præterea, hæc non esse illud, neque illud hæc, est satis manifestum. Si ergo hæc producta, illud principium non sunt, erunt sane principiata, ab illo differentia: non solum quatenus non sunt illud unum. Sed & quatenus sunt unum. Non enim hoc eorum unum, quod productum, & posterius est, idem cum primissimo uno non producto, esse potest. Est ergo, & unum posterius, & non, illud unum primum. Cum autem non unum dicimus, negationem simplicem unius non dicimus, sed positionem eius, quod præter unum, est etiam quid aliud. Neq; hoc ipsum non unum, ab uno distat prorsus. Sed in uno primo radices habet. Et quod in eo est non unum, seu multitudo, est ob unum. Ab uno enim omnis est multitudo. Et quæ in singulis sunt multa, ab uno sunt eo, quod est in singulis. Nā una essētia, multas in se uires producit, & extra se multas actiones. Vnum totū, partes multas. Non totum corporeum inquā, nec corporeas partes. Sed incorporea omnia. Sed & corporea post hæc omnia, & corporeas partes omnes, ab uno esse, tamquam a fonte necesse est fateri. Et unū, primariam omnium esse causam. Cuncta enim quæ sunt, ipso uno sunt. Et quæcumque fiunt, uno fiunt, & uno, entia omnia seruantur. Et si uno careant, in proprium ruunt, uti diximus, interitum. Sūtque omnia entia mista, ex uno, & multis. Et mistio hæc, ex uno, & multitudine, quam, non unum, præbet entibus, communio quædam, & unio est entium. Ens ergo, & unum, non unū, nullius alterius entibus est causa, quàm ut sint una. Quòd si huius, unum causa est, non unū, maioris rei causa non erit. Ex quibus necesse est, multa esse unius participia? Et unum, non esse cum multitudine commistum. Et uno nihil esse præstantius, aut potentius. Sed hoc ipsum, multis esse causam, ut sint multa. Nam omne quod uno priuatum est, illico in nihilum, & in propriam disperditur corruptionē. Omnia ergo, & secunda, & tertia, quæcumque entia dicuntur, sunt ab vno, primo vt a causa. Et vno proprio in sua essentia consistunt. Hoc autem vnum etiam primum rerum omnium esse ostendimus. Nec solum primum, sed quatenus rerum est causa, & effector, etiam principii nomen ei conuenit, & Boni, & Dei, & Factoris, & Cōditoris, & Patris. Quæ nomina omnia, sacrosancta etiam ecclesia, & approbauit, & est amplexata. Sicuti Aristotelis philosophia, & nomina hæc eadem omnia, & secundum nomina ipsa munia, tum respuit, tum etiam irridet; & cōtra ea debacchatur. Et nihilominus cum de se, sibi magna persuadeat, nō aduertit, se sine principibus tribus causis balbutire, nimirum, efficiente uniuersali. Quæ princeps causarum omnium est. Et vniuersali forma, & uniuersali sīe philosophiæ fine. Ad nullum enim unum finem Peripatetica Philosophia dirigitur. Nullam quoq; uniuersalem formam mundo tribuit; tribuit, autem formicis, & blattis. Quid igitur, huic, nullum mundi agnoscēti cōditorem & tam grauiter balbutienti faciamus? Eam ne, sicuti patres nostri, quadringentis abhinc annis adorauerunt, nos quoque post tot impietates honoribus prosequemur? aut potius flocci eam pendemus?

FINIS OCTAVI LIBRI.





FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,
LIBER NONVS.



DE VNO TRINO PRINCIPIO.

NEmo igitur Peripateticus; nemo Epicureus, Nemo Stoicus; nemo denique, e quauis schola impius philosophus, templum hoc sanctissimum, aut adeat, aut ineat, nisi prius se ritè purgarit, & expiarit. & ritè expiabitur, si animę suæ sinceritatem restituat. Reddet autem eam sinceram, si ab ea venenum suæ sectæ, dogmatum, inbibitum abluat, aut abradat. In impiam enim animam, non intrabit sapientia quæ sequitur diuinissima. Itaque solam, & puram animam huc afferat, qui voluerit hæc, & piè cognoscere, & sincerè, philosophice iudicare. Alioquin confusione obruetur: neque tamen amentiam deponet. Nos ergo hoc templum sacrosanctum pia veneratione ingressi, quæramus.

Deus, quo modo, & hæc tria faciat, vnire, producere, & prouidere, & quo modo reliqua omnia fecit. Iam diu namque affirmamus, a principio, ab vno, a Deo facta esse omnia. A principio quidem, quia Hermes ait:

Ἄνευ γὰρ ἀρχῆς οὐδέν. ἀρχὴ δ' ἐξ οὐδενὸς, ἀλλ' αὑτῆς.

Sine enim principio nihil. Principium autem ex nullo, nisi ex se ipso.

At principium, vt demonstratum est, vnum ipsum est. Vnum autem & Monàs apud eundem Hermetem idem sunt. Ait namque.

Ἡ γὰρ μονὰς πάντων οὖσα ἀρχὴ καὶ ῥίζα, ἐν πᾶσίν ἐστιν, ὡς ἂν ῥίζα καὶ ἀρχή.

Namque monàs, omnium cum sit principium, & radix, in omnibus est. vt radix, & principium. De qua monade addit.

Μονὰς οὖν ἀρχὴ οὖσα, πάντα ἀριθμὸν ἐμπεριέχει, ὑπὸ μηδενὸς ἐμπεριεχομένη.

Monàs ergo cum principium sit, omnem numerum continet, a nullo contenta.

Quem numerum omnem etiam generat.

Καὶ πάντα ἀριθμὸν γεννᾷ ὑπὸ μηδενὸς γεννωμένη ἑτέρου ἀριθμοῦ.

» Et omnem numerum generat, a nullo
» genita alio numero.

Monàs ergo, uel unitas, vel unum, & omnium entium numerum continet in se, ipsa a nullo continetur, & numerum omnem generat, ipsa a nullo genita. Eam, quia generatio ad patrem pertinet, Zoroaster Paternam monadem uocauerat.

Ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστι. Vbi paterna monàs est.

Sed quia paterna est, necessario generat. At quid? Id nimirum, quod post ipsam primum est natura. Duo profecto. Duo ergo ante omnia, generat monàs. Ait enim.

Ταναὴ ἐστὶ μονὰς, ἣ δύο γεννᾷ.

Et hoc ex carmine Zoroasteri (Secundum vero ueram Theologiam pater & filius, vt vnum principium spirant Spiritum sanctum.)

» Protensa est monàs, quæ duo generat.

Quasi dicat, quando monàs protenditur, vltra se, & porrigitur, duo gignit. qui proximus sibi, ac primus est numerus.. Duo autem hæc dyadem, nominat. Eamque apud patrem sedere ait.

Δυὰς γὰρ παρὰ τῷδε κάθηται.

» Dyàs vero apud hunc sedet.

Prima ergo genitura, dum monàs protenditur, producit duo, seu duitatem. At hæc, monàs & duitas, seu vnum, & duo, tria sunt. Ergo dum monàs protenditur, in dyadem, fit trinitas. Quæ vbique splendet. Inquit enim idem.

Παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριὰς, ἧς μονὰς ἄρχει.

Toto enim in mundo fulget triàs. Cuius monàs est princeps.

Hæc autem triàs, tria rerum principia eua-

dit, quæ tria hæc, vnum sunt principium. Quę in mundo dominantur, vt omnia eis seruiant. Ait namque alibi.

Ἀρχαῖς γὰρ τρισὶ ταῖσδε, λάβοις δουλεύειν ἅπαντα.

„ Principiis enim tribus hisce, accipias, ser-
„ uire cuncta.

Sed tribus hisce principijs, non solum nomen dat principij, verum etiam, omnia producendi munus tribuit. Namque monadem illam, Patrem nominat sæpe. vt in his locis, (ne sine testimonio dicamus quicquam.)

Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν. Se ipsum Pater rapuit.

Πάντα ἐξετέλεσε πατήρ. Omnia perfecit Pater.

Secundum vero Principium, Potentiam Patris nuncupat.

Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει κλείσας ἴδιον πῦρ.

„ Neque in sua potentia clausit proprium
„ ignem.

Vocat etiam robur. ἐξ ἀλκῆς πατρός.

Appellat quoque paternam mentem.

Ἔργα νοήσας πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος.

Opera intelligens paterna mens, per se genita.

Cui efficientiam tribuit, quando ait.

Πᾶσιν ἐνέσπειρε δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος.

Omnibus inseuit vinculum igni graue amoris. Et alio.

Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρε κατὰ κόσμον.

Symbola enim Paterna mens seuit per mundum.

Tertium vero Principium mentem secundam nominat.

Πάντα ἐξετέλεσε πατήρ, καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ.

Omnia perfecit pater, & menti tradidit secundæ.

Secundam mentem vocat, quia illa autogenethlos per se genita est prima.

Hæc secunda mens, terminus est paterni profundi. hoc est totius Trinitatis, Ait enim.

Ἐστι γὰρ πέρας πατρικοῦ βυθοῦ. καὶ πηγὴ τῶν νοερῶν.

Est enim terminus paterni profundi, & fons intellectualium.

Et si terminus, & finis sit profundi, non tamen ex eo, exijt.

Μήτε προῆλθεν, ἀλλ' ἔμενεν ἐν τῷ πατρικῷ βυθῷ.

Neque egressa est, sed mansit in paterno profundo.

Dat vero, huic tertio principio quoque rerum, efficientiam. Et factorem uocat.

Καὶ ὁ ποιητὴς, ὃς αὐτουργῶν τεκταίνεται τὸν κόσμον ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος.

Et factor, qui a se operans fabricat mundum. Qui ex mente exilijt primus.

Hæc est quæ ex prima mente exilijt. Et hanc eandem ait fuisse artificem mundi empyrei. Canit namque.

Νοῦ γὰρ νοῦς ἐστιν, ὁ κόσμου τεχνίτης πυρίου.

„ Mentis enim mens est, ea quæ mundi ar-
„ tifex est ignei.

Hæc enim ex prima mente cum exierit, iure mens mentis dicta est.

Sed & Hermetem audiamus, quàm diuinè de tribus his principiis loquatur. Hac tamen differentia. Quòd Zoroaster, Patrem numquam appellet mentem. Hermes vero & hunc intellectum nominat.

Ὁ δὲ νοῦς πατὴρ θεός. Mens vero pater Deus.

Iterum & in hiis aliis.

Πάντων γὰρ κύριος, καὶ θεὸς, καὶ πηγὴ, καὶ ζωὴ, καὶ δύναμις, καὶ φῶς, καὶ νοῦς, καὶ πνεῦμα.

„ Omnium enim Dominus, & pater, &
„ Deus, & fons, & vita, & potentia, & lux,
„ & mens, & spiritus.

In quibus videtur, tres omnes hypostases complexus, sicuti & in his.

Ἓν μόνον ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ. καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς φωτεινός. καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἡ τούτου ἑνότης, ἢ πνεῦμα πάντα περιέχον, ἀεὶ ὂν ἑαυτῷ ὢν ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοΐ καὶ φωτὶ, καὶ πνεύματι πάντα περιέχων.

„ Vna sola fuit lux intellectualis, ante lu-
„ cem intellectualem. Et fuit semper
„ Mens mentis lucida. Et nihil aliud fuit
„ huius vnio, quàm spiritus omnia con-
„ tinens. Semper in se existens. Semper
„ sua mente, & luce, & spiritu, omnia con-
„ tinens.

Nam quod ait. Fuit lux, ante lucem. Prior lux pater est; Lux vero secunda, est filius. Huius autem vnio, scilicet cum patre, est spiritus, qui omnia continet. Sed de duobus clarius.

Ὁ δ' ἐκ νοὸς, φωτεινὸς λόγος, υἱὸς θεοῦ.

Ex mente (prima) lucidum verbum, filius Dei.

De quo verbo, sæpe loquēs, iterū vocat filium.

Ἐστὶ δὲ τοῦ παντελείου, πρόγονος, καὶ τέλειος, καὶ γόνιμος γνήσιος υἱός.

„ Est vero perfectissimi, prognatus, & perfe-
„ ctus, & genitus, germanus filius.

Hunc a patre minime distare ait.

Οὐ γὰρ διΐστανται ἀπ' ἀλλήλων. ἕνωσις γὰρ τούτων ἡ ζωή.

„ Non enim distant a se inuicem. Vnio
„ enim horum, est vita.

Vnionem autem hanc, dixerat ante esse spiritum. De quo ita est locutus.

Ὁ θεὸς ἀρρενόθηλυς ὢν, ζωὴ, καὶ φῶς ὑπάρχων, ἀπεκύησε λόγῳ, ἕτερον νοῦν δημιουργόν. ὃς θεὸς πυρὸς καὶ πνεύματος ὢν, ἐδημιούργησε.

„ Deus, mas fœmina existens, & vita, & lux,
„ parturijt verbo, aliam mentem opificē, quę
„ Deus ignis, & spiritus cum esset, fabrefecit.

Hanc opificem mentem, uerbo consubstantialem affirmat esse.

Ἐπι-

Ἐπήδησεν εὐθὺς, ἐκ τῶν κατωφερῶν στοιχείων, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. εἰς τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως δημιούργημα, καὶ ἡνώθη τῷ δημιουργῷ ὁμοούσιος γὰρ ἦν.

Exiliјt ſtatim, ex deorſum latis elementis Dei verbum, in purum naturæ opificium. Et vnijt ſe opifici menti. conſubſtantialis enim erat.

Si vero mens opifex, conſubſtantialis eſt verbo: verbum autem non diſtat a patre, vti vidimus: nimirum, & mens opifex non diſtat a patre, & ei eſt conſubſtantialis. Vocat autem opificem, ſeu conditricem hanc mentem, quia quaſi proxime mundum fabrefecit. De ea namque ait. Cum Deus ignis, & ſpiritus eſſet.

Ἐδημιούργησε διοικητάς τινας ἑπτὰ, ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον.

Condidit rectores quoſdam ſeptem, qui circulis continent ſenſibilem mundum.

Non tamen ſine verbo, id eam feciſſe oſtēdit.

Ὁ δὲ δημιουργὸς νοῦς, σὺν τῷ λόγῳ, ὁ περιέχων τοὺς κύκλους.

Opifex vero mens, cum verbo, quæ continet circulos.

Imò & verbo aſſignat mundi fabricam.

Ἐκ τοῦ φωτὸς τις λόγος ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει.

Ex luce, quoddam uerbum ſanctum, inſedit naturæ. Iterum quoque.

Φύσις τοῦ νοεροῦ αὐτοῦ λόγου, φύσις ἐστὶ γεννητικὴ, καὶ δημιουργική.

Natura intellectualis verbi, natura eſt generatrix, & conditrix. Et loco alio.

Ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθὼν, παντέλειος ὢν καὶ γόνιμος καὶ δημιουργὸς, ἐν γονίμῳ φύσει πεσὼν, ἐπὶ γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε.

Verbum enim ex eo procedens, perfectiſſimum exiſtens, in fœcundam naturam decidens generatiuam aquam, grauidam fecit aquam.

Sed & patrem uocauit conditorem, & verbum, quaſi eius inſtrumentum.

Τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουργὸς, ὁ πατὴρ, οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ.

Vniuerſum mundum fecit conditor pater, non manibus, ſed uerbo.

Quis hæc tam clara, atque præclara de ineffabili Trinitate, vniuerſorum conditrice ac domina, altero Chaldæo, altero Ægyptio, vetuſtiſſimis ſapientibus ante Moſem, diuinè ſunt pronunciata, accipientes vt diximus, ab ſanctis patribus quibus reuelatum fuerat myſterium Trinitatis. Quos non ſolum Hebræis, qui eam non agnouerunt, ſed etiam Græcorum philoſophis omnibus, & Mahumetiſtis, & Trinitarijs opponemus. Neque enim, par horum authoritas omnium eſt, authoritati duorum illorum totius ſapientiæ patrum. Et hos tamen faciemus dogmatibus Græcorum ſapientiorum aliquot, philoſophorum Gregi reliquo maiorum. Zoroaſtri enim, & Chaldæorum oracula, quæ uidentur (Damaſcius refert) ſacrificanti cuidam fuiſſe a Dijs reuelata, a Iuliano quodam Chaldæo in Græcum ſermonem verſa, Iamblichus maximopere eſt admiratus, & multo librorū numero, (Idem Damaſcius citat XXVIII.) explanauit. & eorum Theologiam perfectiſſimam, vt a Diis traditam ambo cum Proclo ſimul celebrarunt. θεοπαράδοτον, & θεόδοτον, a Deo tributam, & a Deo datam nominantes. Cuius nos, pluſquàm CCC. oracula, per uarios authores ſparſa, collegimus, & illuſtrauimus. Fuit autem Zoroaſter Abramo contemporaneus. Vterque Chaldæus. In Aegypto vero Oſiris dicitur, Chami filius fuiſſe. Cuius a conſiliis fuit primus Hermes. Huius nepos, Hermes alius cognomento Triſmegiſtus, Moſe paulo ſenior fuit. Is multa librorum millia de omnibus ſcripſit diſciplinis. Hi vero qui ſuperſunt pauculi, diuinitus videntur ſcripti. Namque eum, & Cyrillus, & Auguſtinus, affirmare non dubitarunt, diuino ſpiritu afflatum, multa dictaſſe. Notum eſt autem Orpheum, (vt ad Græcos veniamus) in Aegyptum ſapientiæ cauſa eſſe profectum. Vnde & ipſe hauſit tres rerum eſſe conditores. Quos ſuis ipſe nominibus appellauit, Phaneta, Vranium, Cronum: Teſtatur quoque Proclus, Pythagoreorum pleroſque, & præcipue Philolaum, tres itidem Opifices conſtituiſſe. Plato, tres reges nominauit. Eius vero auditor, Aegyptiæ ſimul, & Platonicæ ſapientiæ, quaſi expoſitor, clarius multo eſt locutus. Scribit enim.

Ea propter nos aſſerimus, quòd Deus creauit intellectum primum, & conſtituit procreatorem rerum aliarum. Creauit autem eum, medio verbo quodammodo. Neque enim inter Deum, & intellectum, aliud medium intercedit niſi uerbum. Quod certe etiā fuit coagens intellectus.

Alio quoque loco de ſecundo intellectu.

Si quidem omnes eſſentiæ formatæ, creatæque ab intellectu diuino, ſunt poſteriores illo. ab illiſque omnibus, is eſt abſtractus. Produxitque mentem ſui primariam, impoſuitque illi quaslibet entitates, ſub ratione qua ipſæ conſiderantur.

Rurſus habet idem.

Coniungitur porrò anima, intellectui agēti, quoniam exiſtit ab ipſo. Sicut ipſe intellectus agens, a uerbo diuino. Cui iunctus continue, perſeuerat quoque continue. Si quidem tale verbū, non format immediate, niſi intellectū. Neq; intellectus formatur, niſi a uerbo. Intellectus vero agens

est proximus nerbo diuino. Quoniam non potest cogitari quicquam, prios intellectu agente, propinquius ipsi nerbo.

Appellat autem agentem hunc intellectum non quo senso Peripatetici capinnt, sed vt exprimat illud Hermetis δημιουργὸν (Melius versor, opificem vertisset.) Alibi nero nominat, Consubstantiam eius, quod erat apud Hermetem, consubstantialis, ὁμοούσιος. Hoc ipsum magis etiam confirmans, air.

Ideo quoque intellectus agens dicitur, verbum creatum authoris primarij. Quoniam speculando ipse author semetipsum, exformat tale uerbum. Iterum.

Quòd si quispiam quærat, qui nam author existit intellectus primi agentisque? Respondebimus, Deum authorem uerum fuisse, qui creauit eum, ante omnia alia. Cuique inseuit omnia. Intellectus quoque agens cum sit proximus ipsi Deo dicetur, verbum ipsius expressum. Verbum expressum, appellatur causa caussarum. Atque hæc fuit opinio sapientum Babyloniæ. Quoniam ab eo producuntur entia. Ipse etiam intellectus ab eo secundus. Id autem propter vnionem verbi huius cum authore primo, a quo ipsum, & omnia alia, vere existentia procreantur.

Babylonics autem appellat Chaldæos, à quibus ad Ægyptios hæc sapientia pro manauit. Inter quos tamen hoc interest, quòd Chaldæi, Patrem Deum, numquam appellarunt intellectum. Quud etiam hic author sedulo obseruat. quamuis id Hermes non semel fecerit. Sicuti neque verbi, neque filij nominibus sunt vsi; quantum, tamen in oraculis, quæ collegimus apparet. In eo concordarunt, vt omnes tres hasce hypostases, conditores rerum, & mundi opifices, esse docerent. Sicuti, postea, & Orpheus & Philolaos, & Plato, & hic eius auditor. & quamuis Platonis philosophia, Athenis, & Alexandriæ legi publice, numquam sit intermissa, & multi in eius libros commentaria scriberent iugiter; quorum nos nomina plusquàm LXX collegimus, attamen post eius obitum, annos DC. Alexandriæ, e baiulo, philosophus effectus & a sacco ferendo Saccus cognominatus Ammonius, vixit. Qui in Hermetis libros videtur incidisse. Atque ex eis hausisse dogma hoc principiorũ trium. De qoibus Plotinus & Amelius eius discipuli scripserunt, Post hos, horum discipuli Prophyrius, & Theodorus Asinæus, & horum auditores Iamblichus, & Syrianus, & huius Athenis successor Proclus Lycius, & post eum magnorum Platonicorum postremus vt videtur Damascius, de ijsdem tribus principijs scripserunt multa satis. Et quamuis aliquid inter se differrent, in eo tamen fuere concordes, vt tria omnino rerum omnium, ac mundi totius facerent principia, seu tres conditores. Quod & Christos, vnus de tribus, cum apud homines esset, docuit. sancti Apostoli confirmarunt & Ecclesia stabiliuit. Neque mirum est, Platonicos hosce postremos, in eam sententiam venisse, quando iam Christi fides passim esset diuulgata. De quibus Augustinus scripsit. Platonici, paucis mutatis Christiani fierẽt. Sed illud maxime omnium, videtur admirandum, quod ante Christi aduentum, ante Prophetas, ante Mosem, tam clare in Aegypto atque Chaldæa, dogma hoc de Trinitate palam fuerit. Nisi quis dicat, quia Zoroaster Abramo fuerit & conterraneus, & coætaneus, ab Abramo id habuisse. Cui Deus, dum cum eo loqueretur id totum reuelauerit. Idemque Abramus, quando in Aegyptum venit, id ipsum docuerit. Vel totum hoc, a patre Noe fuisse profectum, per Cham filium. Qui & Aegyptom habitauit, & filium Osirim ibi regem fecit. Et eiusdem Chumi filius Chus pater fuit Nemrodi qui regnauit in Babylone, quæ ciuitas Chaldæorum caput fuit. Sed dogma hoc sacrosanctum, vtcumque originem duxerit, haud multis post diluuium annis innotuit, & scriptis est commendatum, a duobus illis, quos diximus sapientiæ patribus. tum ob uetustatem, tum ob rei magnitudinem, est maxima & admiratione, & veneratione prosequendum. Quod tametsi, ij qui Aristoteli, plus quam & Euangelio, & his sapientibus credunt, non receperint aut comprobarint, nos libentes in lucem protulimus, ut piis saltem, sed philosophis sint, vnde contra impios, qui philosophos se profitentur, & Deum non norunt aut nosce nolunt, authoritates & arma. Sed quis non multo maxime admiretur, Aristotelem ipsum in eandem cum illis, de spiritu venisse opinionem? quando suorum sectatorum id, vel subolfecerit nemo. Adducamus ergo eius locum, vt qui eum tantum faciunt, sciant, se se in eius libris versandis aut oscitare, aut dormire. Habet is libello de mundo hæc verba.

Γῆν δὲ πᾶσαν καὶ θάλασσαν, αἰθέρα τε καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν διακοσμήσασα μία ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις, ἐκ τῶν ἀμίκτων καὶ ἑτεροίων, ἀέρος τε καὶ γῆς, καὶ πυρὸς καὶ ὕδατος τὸν σύμπαντα κόσμον δημιουργήσασα.

Terramque vniuersam & mare, ætheraque & solem, & lunam, & totum cœlum, exornauit vna, per omnia penetrans potentia, ex impermiscibilibus, & alienis aere, & terra, & igne, & aqua, vniuersum mundum condidit.

Quam potentiam omnia penetrantem ait mox, & solem mouere, & lunam, & totum cœ-

lum

lum circunducere. Et paulo post spiritum nominat in his verbis.

Λέγεται δὲ καὶ ἕτερον πνεῦμα, ὃ ἐν φυτοῖς τε καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία.

Dicitur & aliter spiritus, ea quæ in plantis
» & animalibus, & per omnia penetrans anima-
» ta, & fecunda essentia.
» Hoc autem Hermetis fuerat in his.

Τούτου τοῦ πνεύματος, οὗ πολλάκις προεῖπον πάντα χρήζει. Τὰ πάντα γὰρ βαστάζον κατ' ἀξίαν ζωοποιεῖ, καὶ τρέφει, καὶ ἀπὸ τῆς θείας πηγῆς ἐξήρτηται, ἐπίκουρος πνεύμασι καὶ ζώοις ἅπασιν ἀεὶ ὑπάρχων.

Hoc spiritu, de quo multoties ante dixi, omnia indigent; omnia enim ferens, pro dignitate uiuificat, & nutrit, & a diuino fonte pendet, adiutor spiritibus & animalibus cunctis semper existens.

Quæ omnia Io. Damascenus ante, & Gregorius Nazianzenus postea videntur confirmasse. Damascenus quidem libro 1. cap. 18. his verbis de Spiritu sancto loquens.

Πάντα τῇ οὐσίᾳ πληροῦν, πάντα συνέχον, πληρωτικὸν κόσμου κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀχώρητον κόσμῳ κατὰ τὴν δύναμιν.

» Omnia implens essentia, omnia conti-
» nens, implens mundum per substantiam,
» quem mundus non capit secundum po-
» tentiam.


Nazianzenus vero, & hæc verba reperit, & addit alia, inter quæ, hæc.

Πνεῦμα τὸ ποιῆσαν, πνεῦμα τὸ γιγνῶσκον ἅπαντα, ἐνεργοῦν ὅσα θεὸς, παντοδύναμον διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων, νοερῶν, καθαρῶν, λεπτοτάτων.

» Spiritus qui fecit, Spiritus qui cognoscit
» omnia. Operans quæcumque vt Deus. om-
» nipotens per omnes penetrans spiritus, in-
» tellectuales, puros, tenuissimos.

Hæc vetustissimorum sapientum diuinissima de Trinitate dogmata Græcorum philosophis nullis præter Pythagoræos, & Platonicos nota, huc attulimus secundum veritatem philosophantes. vt posthac philosophiæ studiosi omnes sciant, posse humana ingenia, & aliter, & altius quàm in Peripato, vt nunc omnis turba facit, philosophari, & rerum veritatem indagare.

FINIS NONI LIBRI.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS

LIBER DECIMVS.



DE SECVNDO, AC TERTIO PRINCIPIO.

I præter hæc, tot ac tam sancta vetustissimorum, ac sapientissimorum hominum testimonia; & ea quæ verbum ipsum nos docuit, & Ecclesia sacrosancta fide confirmauit, rationes etiam aliquæ philosophicæ, atque exactæ persuadere possint, & veritati fidei opitulari, cur non erunt amplexandæ? vt Hebræis, & Maumetistis, & Trinitarijs tum veteribus tum recentibus, & mens conuinci, & os occludi queat. Nam & philosophis sine forti addita ratione, de tam magna re, quicquã persuaderi potest. & impius Arabs Auen Rois in Mosis narratione, rationes requisiuit. Et reliqui de Peripato, & hunc, & Principem secuti, fidem hanc de trinitate, irrisione tanta prosequuntur, vt iam nomen philosophi, impietatis infame euaserit. ita vt si quis id profiteatur, aut eo nominetur, vulgo hoc additamento. Hic in Deum non credit, videatur. & simul etiam abhorreatur. Hoc autem nobis euenit, ob nimium in Aristotelem amorem, cuius impia, & confusa, & balba de Deo doctrina, omnia & publica & priuata gymnasia, & omnia monachorum cœnobia impleuit, & in eis non solum magnis studiis, & legitur, & auditur, sed etiam, proh nefas, celebratur, & in admiratione ingenti habita, magnis laudibus ferè decantatur. Ea vt simul cum Epicureis, & Aristippæis, & Stoicis cunctis sileat iam, & & euersa iaceat: eiusdem Trinitatis, & Numine, & lumine piè imprecato, rationes certissimas, in hunc modum, ex demonstratis, nouis methodis, & longe quàm sint vllæ Aristotelicæ, exactioribus, prosequamur.

Vnum ergo illud primissimũ, a quo entia omnia esse demõstrauimus, ante quàm ea produceret: vel entiũ nullum in se habuit, vel habuit aliquod: Atq; hoc vel vnũ, vel aliquot, vel omnia, Si dicatur, nullũ in se habuisse, interrogabimus. Nullum habens, quo modo omnia produxit? Est enim verissimum veritatis illud eloquium, etiam in natura, Nemo dat, quod non habet. Non potest ergo dici. Vnum primissimum, procreatorum a se, nihil in se præhabuisse. Præhabuit ergo. Sed vel vnum, vel aliqua, vel omnia. Sed cur vnum tantum? Sed cur aliqua? Sed cur non omnia? Priora illa duo, imbecillitatem virium, imperfectionem hyparxeos præ se ferunt. Vtrumque dicere, nefas. Omnia ergo in se præhabuit. Et quia erat bonum, ea de se proferre, habuit necesse. Hæc necessitas voluntatem fecit producendi. Et voluntas necessitatem. Voluntatem enim Dei, necessitas sequitur, inquit Hermes. Produxit ergo. Sed vel vnum, vel aliqua, vel omnia, ea quæ præhabuit? Bonitate quidem plenissima, non aliqua, sed omnia. Vnitate vero produxit vnum. Vnum scilicet sibi simile; & natura proximum. Omne enim producens, sibi simile primo producit. Vnum ergo sibi simile, ac proximum primo produxit. Quod & vnum esset, & esset omnia. Vnum scilicet omnia. Vnum omnia quidem, sed vnum omnia productum. ideoque secundum. Productio autem ea vel intra, vel ad extra fuit? vtrumque. Productio enim actio est. actio vero duplex, vel intra hyparxin, & essentiam, vel extra hyparxin, extra essentiam. Si intra fuit, a productore nullo modo discessit. Idem cum eo remansit. Ad extra vero si fuit ecstasis fuit, & exitus a producente. Productione ergo hac primissima. & in vno mansit, quod est productum. & vnum remansit. Et ex vno prodijt;

& non

& non vnum euasit. Vnum ergo, & non vnum fuit. Si nó vnum, multa. Si multa, vel aliquot, vel omnia. Si aliquot, impotens, & productor fuit, qui nó omnia producere potuerit. & productum, qui omnia suscipere non potuerit. At nulla ibi impotentia. quia nulla imperfectio. Non ergo aliqua, sed omnia. Vnum primum produxit, & vnum secundum suscepit. Et quia hoc ab illo exiit, & cum illo non est prorsus idem, alteritate ab eo distinguitur, vti filius a patre. Neque enim pater se ipsum produxit. neque producens, & productum, idem omnino esse potuit. Alteritas ergo inter eas intercesserit, per quam Pater alius sit, alius sit filius, Alteritas vero hæc, in quo nam consistit? In eo, quòd ille genitor sit, hic vero genitus.

Sed quæ fuit ratio distinctionis huius? An quia ipse pater, non est, qui filius. Et filius non est, qui pater. Et inter patrem, & filium expressa est distinctio. An vero, & alia quappiam distinguuntur alteritate? Alia nulla. Et per hanc eaedem genitoris, & patris, Geniti, & filij, idẽ quoque sunt, identitate quadam alia, ab alteritate. Substantiæ nimirum, & essentiæ identitate. Hæc omnia rationes dictant atcissimæ. Sed & oraculum filij, ea confirmat.

Ego, & pater, idem sumus.

Sed & alia identitate idem sunt, & alia alteritate, alteri. Idem quidem.

Quia vterque omnia in se habet. Quod & rationes proximæ demonstrarunt, & ipsum verbum, affirmauit id ipsum.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et omnia quæcumque habet pater, mea sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea.

Alteritate quoque alia, sunt alteri. Quia in Patre vno, vniter sunt omnia, & indistincte vna. In filio vero, omnia sunt pluriter vna, & vna distincte. Sed hoc qua tandem ratione? Vel quia genitor in productione, tum genitũ ipsum a se distinxit: tum eius omnia distinxit; tum eius omnia distinxit, a suis omnibus. Nó enim par esse videbatur, aut esse potuit, vt pro ducta eadem omnino essent, cum producentibus. Omne enim productum, secundum est a productore. Actus ergo productionis, uidetur ea distinxisse. Actus ergo productionis, uidetur ea distinxisse. Actus inquam, non temporalis, non æternus, sed sempiternus. Actus nimirum productoris proprius, proprius bonitatis, proprius vnitatis. Quæ vt sit, genitor non eget. Genitum tamen, vt gigneretur, eguit genitore. Quidquid enim liber, a patre habet. Hac ergo etiam alteritate genitus, a genitore est alter. Quòd hic, illo non eguit, ille, eguit hoc. At quo modo, illum genuisse, hunc genitum esse est dicendum? Non equidem per motum. Omne enim quod mouetur, ad aliquid mouetur. Sed ante geniti genituram, nihil erat, ad quod genitor moueretur. Genuit ergo sine motu. Forte motu geniti, qui e patre prodijt vi ea, ob quam Patris potentia est appellatus, & ob quam pater ipse dictus est πηγὴ πηγῶν, fons fontium. Fons enim aquam producere non uidetur, sed aqua a fonte scaturire. Vel potius ratione alia, qua scilicet radij nullo solis motu, neque ullo ipsorum, emicant a sole. Itaque bonum, bonitatem suam, de se, extra se effudit, uti lux, de se, extra se, effundit radios. Ea tamen effusione, luci nihil perit. Sed integra, sicuti ante remanet. Sic, & genitor, geniti productione. & geniti ex genitore processione non imminuitur. Vel rectius dicendum, Genitorem genitum genuisse, ipso sui vno, & quo vnum est. Quod est, omnia pro duxit. Perfectissimus ergo sicut ante remanet. At & genitus, perfectissimus a genitore perfectissimo, necessario emanat. Nisi enim talis emanaret, indigus re aliqua esset, quod nefas est etiam cogitare. Nihil enim a genitore differt, nisi quòd non ipse est, sed ab ipso. sicuti & radij nihilo differunt a luce, nisi quòd non ipsa lux, sed a luce, sunt. Neque est genitus a genitore substantiæ alterius, sed eiusdem, sicuti & radii eiusdem sunt substantiæ, cum luce a qua profluunt.

Cum autem genitor, summum bonum sit, necessario adest genito. neque ab eo distat, neque ab eo discedit, aut divellitur. Sed uniti ambo perseuerant, sicut cum luce radij. Et, genitus cum genitore, semper est coniunctus Et in enim, qua parte ab eo exijt, omni desiderio fertur. Omnique amore, ei se se totum cupit iungere. Amor ergo hic, tertius inter duos interuenit. Qui non est, vt humani sunt amores, affectus, & passio, sed est hyparxis ex illis procedens, ex eis, & inter eos fit tertia. Atque ita tres hypostases, & Trinitas beatissima, & tria, vti postea videbitur, principia. Hæc sane vna methodus. Alia vero, inqua, nec Aristoteles, qui Deum beatissimum prædicauit, inficias iuerit, beatitudine summa Deum frui. At quæ beatitudo eius esse queat, si solitarius permaneat? cum quo communicare queat, indigus. At in eo indigentia nulla. Ergo ad eam perfruendam, socium, quia nullum alium habeat, sibi faciet. Si faciet, de nouo gignet. Si gignet, non de nihilo, non de materia, non de alia re, quæ nulla adhuc est. Ergo de se ipso. Duo ergo cum iam sint, uel odio se se prosequentur, uel amore, uel tepidi inter se erunt. Si odio dicamus, id & mali est, & ob malum. At in summo bono, nihil malum. Si tepidos dicemus, id partim ab odio, & ideo a malo veniet, quod ibi nullũ est. Ergo amore se se prosequentur. Amor enim, & a bono, & ob bonũ est, & boni. Amor ergo, hic tertius inter duos intercedit,

intercedet, Non quidem aut vanitas, aut passio, sed hyparxis, sed hypostasis tertia. Quid igitur ad hasce duas methodos Peripatus opponet? Terciam adiiciamus Zoroastream, sed nostris rationibus, & explicatam, & firmatam. Ait ille.

Ταθὰν Μονάς ἐστιν, ἣ δύο γεννᾷ,

Protensa Monàs est, quæ duo generat.

Quid sibi hoc ænigmate, sapientum pater ille voluit? Monàs, dum in se manet, neque extra se progreditur, duplex ethymon ei conuenit. Tum quia μένει manet, tum quia μόνη sola est. Vnde illud Hermetis.

Τὸ δ᾽ ἕν, μόνον μένον ἕστηκε,

Vnum ipsum, solum manens, stat.

Sed quando ei libuit, de manentia sua, de se solo exire, primissima de se protẽsione, primissima sui extensione, tria fit, necessitate summa. Ipsa prima, quæ protenditur. protensio ipsa, & terminus ad quem protensio pertingit. Exemplo appositissimo, & declaretur, & comprobetur. Pũctus sit, vbilibet in spacio. Fluat, quod Geometræ admittunt. Eo fluxu lineam format, seu rectam, seu curuam, terminatam. Ipse Vnum esto. Fluxus est secundum. Tertiũ, punctus alius, in quem, & fluxus prioris puncti, & linea finitur. Fluxus tamẽ, & linea in medium inter duo puncta cadens, vtrosque coniungit. Pater ergo Monàs protenditur: ea protensio filium profert; atque in spiritum desinit. Qui per patrem, & filium producitur. Atq; ita Monàs e se protensa, duo necessario, & primissima protensione, generat. Duo autem cũ vno tria, & vnũ, & duo tria sunt. Et hæc tria vnum sunt. Sed & quarta adsit methodus.

Cum pater, & filius, genitor, & genitus ita inter se cohereant, vt numquam, vel distellantur a se inuicem, nec diuelli possint, necessario alter alteri assistit. Ex assistentia hac, tertiũ quid necessario nascitur. veluti ex vtriusque in se inuicem afflatu mutuo, ac vtriusque spiratione, & in se se mutuo inspiratione. Ex quare, iam olim ab Hermete, hoc ipsum πνεῦμα, spiritus est appellatus. Quod nomen postea, verbum quoque apud nos habitãs, & sacrosancta Ecclesia libentes susceperunt, & docuerũt. Spiritum, nec patrem esse, nec filium. Sed spirationem hanc, & inspirationem, & amorem illum quem pater habet in filium, & filius in patrem, a quibus Spiritus sanctus procedit, nec factus, nec genitus, nec creatus, sed ab eis tantum procedens. Ideoque Apostolorum chorus cecinit.

Qui a patre, filioque procedit.

Sed Peripatus hæc respuit. Ad summam ergo methodum quintam veniamus.

Si vnum, principium (vti abunde est demonstratum) entium est, a principio erunt entia omnia. Neque enim a se ipsis sunt, neque a principiatis, vel primis, vel mediis, vel postremis. Quo enim modo cœlum fiat e luto, aut e musca? Si a principio sunt, ergo sunt a primo. Nihil enim est, ante principium. Neq; enim media, aut postrema, priora sunt principio primo. Si a primo sunt, ergo sunt ab vno; Namque ante vnum, multa nec media sunt, neque postrema. Si ab vno sunt, ergo sunt a simplici. Neque enim composita vel media, vel postrema, simplici sunt priora. Si a simplici sunt, ergo sunt a sibi sufficiente. Nullum enim simplex additamento eget, vt simplex sit. Omne ergo simplex sibi sufficit. Si a sibi sufficiente sunt: ergo sunt a perfecto. Id enim, perfectum, & est, & dicitur, cui nihil deest. Ergo si a sibi sufficiente sunt, a perfecto sunt. Si a perfecto sunt, sunt a bono. Non enim bona media, bona postrema, esse possent a non bono. Si a bono, igitur, & a pulchro. Neq; enim pulchra media, pulchra postrema, a non pulchro esse queunt. Si a pulchro, ergo etiam a vero. Verum enim est, quod sibi consonat. Pulchrum autem sibi omnino consonat. Si a uero sunt, sunt etiam ab existente, & ab hyparxi. Existente namque nihil verius. Si ab existente sunt, a potente quoque sunt. Neque enim potentia media, potentia postrema, fuerit ab impotente. Si a potente sunt, ab operante quoq; sunt. Omnis enim potentia, in actionem exit. Operantia, aũt media, operantia postrema, a non operante nequaquam fuerint. Si ab operante sunt, a viuente quoque sunt. Non enim viuentia media, viuentia postrema, a non viuente, & a mortuo fuerint. Viuere autem prima omnium est actio. Si a viuente sunt, etiam a producente. Omne enim quod viuit, in se, & ex se producit. Et producentia media, & producentia postrema, a non producente, quo modo dicẽtur esse producta? Si a producẽte, vel in se, vel extra se producente. Neq; enim nullibi producet. Si in se producente, vel se ipsum producente, vel a se, aliud producente. Neque enim nihil producet. Si se producẽte, ergo se principium, se primum, se vnum, se simplex, se sibi sufficiens, se perfectum, se bonum, se pulchrum, se uerum, se existens, se potens, se operans, se viuens, se producens, se in se producens, se se producens. Si uero in se, a se aliud producente, aut se alterum, aut non se alterum producente. Si se alterum, eadem ergo omnia, quæ prius. Si non se alterũ, aut idem sibi, aut non idem sibi. Si idem sibi, eadem quæ prius. Si non idem sibi, aut par sibi, aut impar sibi. Si par sibi, eadem quæ prius. Si impar sibi, ergo non principium, non primum, non vnum, non simplex, non sibi sufficiens non perfectum, non bonum, nõ reliqua.

Ergo non in se producente: non alterum, nec non alterum, nec idem sibi, nec non idem sibi, nec par sibi, nec impar sibi. Ergo nullo modo in se producente. Ergo extra se producente. Si extra se, aut se, aut alterum. Sed quo modo se, extra se? Ergo alterum extra se. Si alterum, ergo non principium, non primum, non vnum, non simplex, non reliqua. Si alterum, aut in se manens, aut in alterum transiens. Si in alterum transiens, ergo non principium, non primum, non vnum, non reliqua. Si in se manens, aut consubstantiale sibi, aut alienum. Si alienum, ergo non principium, non primũ, non vnum, non reliqua. Si cõsubstantiale, aut parem sibi, aut imparem sibi. Si parem, ergo alterum principium, alterum primum, alterũ vnum, altera reliqua. Si imparem, ergo non principium, non primum, non unum, non reliqua. Si non vnum, ergo aut duo, aut tria, aut aliquid de reliquis, aut omnia. Sed cur ab omnium principio, non alterum, par sibi producatur? Si par sibi, cur non alterum principium, & omnia principiata? cum, & alia ab eo sint, & extra ipsum? Sed cur a primo, par sibi aliud primum, & omnia secunda, & reliqua? Cum, & alia, & extra sint? Sed cur ab uno, non & vnum par sibi, & omnia? cum & alia sint, & extra? Sed cur a simplici, non & aliud par sibi simplex, & composita omnia? cum & alia sint, & extra? Sed cur a sibi sufficiente, non & aliud sibi sufficiens, & sibi non sufficiẽtia omnia? cũ & alia, & extra sint? Sed cur a perfecto, non & aliud perfectum. & non perfecta omnia? cum alia, & extra? Sed cur a bono, non & bonum aliud, & nõn bona? cum & alia, & extra? Sed cur a pulchro, non & pulchrum aliud, & non pulchra, cum & alia, & extra? Sed cur a vero, non & uerum aliud, & non vera? cum & alia, & extra? Sed cur ab existente non & existens aliud, & non existentia? cum & alia, & extra? Sed cur a potente, non & potens, & non potentia? cum & alia, & extra? Sed cur ab operante, non & operans, & nõ operantia cum & alia, & extra? Sed cur, a uiuente, non & uiuens aliud, & non uiuentia? cum, & alia, & extra? Sed cur a producente, non & producens aliud? & non producentia? cum alia, & extra? Ergo alterum principium, alterum primum, alterum vnum, alterum simplex, alterũ sibi sufficiens, alterum perfectum, alterum bonum, alterum pulchrum, alterum verum, alterum existens, alterum potens, alterum operans, alterum viuens, alterum producens. Sed secundum a primissimo. Hic primissimi patris, filius primogenitus, omnis creaturæ, & vnigenitus. Ideo cum ambo ferè idem sint, & genitus sit intellectus. proprium autem opus, intellectus sit, tum in se, tum in superã reflecti, seu conuerti, necessario genitus, tum in se, tum in patrem, intelligentia, siue intellectione sua reflectitur, & in eius summam conuertitur bonitatem. Hac geniti in genitorem conuersione, & mentali reflexione, alius ex primo generatur intellectus. Qui cum, & ipse genitori producatur similis, ipseque sua ex illo procedentia secum omnia quæ in authore erant, ipse quoque necessario erit principium, nimirum tertium. Atque ita, tria constituta sunt rerum omnium principia.

FINIS DECIMI LIBRI.



FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER VNDECIMVS.



DE ENTIVM ORDINIBVS.

DIV iam de vno, & modo de vno trino principio, varias agitamus quæstiones. Qui bus ad id peruenimus, vt & exactissimis rationibus, & sapientissimorum homi num testimoniis, & diuinis insuper oraculis, vere sciamus, entia antequam fierent, in Deo fuisse omnia, & ex ipso, & per ipsum omnia esse facta. Et quæ facta sunt, in ipso vitam fuisse. Reliqua modo prosequamur, ac dicamus. Hæc uero omnia, quę in Deo fuisse, & ab eo, & ex eo fuisse producta asserimus, necesse est, uel unum ens fuisse quod diceretur omnia, uel uno plura; uel omnia denique. Sed cur unum tantum? cur tantum plura? Cur non etiam omnia. Priora namque illa duo, imbecillitatem potentiæ, & imperfectionem hyparxeos præ se ferunt. Quorum, neutrum dicere est fas. Omnia ergo, uti iam probatum, in se præhabuit. Et omnia producere, habuit necesse. Bonitas enim uoluntatem fecit producendi, uoluntas necessitaté. Verè enim, ut iam dictum est, scripsit Hermes voluntatem Dei sequitur necessitas. Omnia ergo ex ipso, & per ipsum facta sunt. Hæc uero omnia ex ipso, & extra ipsum producta, nó iam cum ipso idem sunt. Atque ideo non sunt ipsum unum. Neque ipsa illa omnia, per quæ primissimum illud, un'omnia est appellatum. Effectus enim, a causa quidem semper uenit, non autem cum ea idem remanet. Hæc ergo producta, non sunt prima omnia, sed omnia secunda. Illic quidem uniter una cum uno. hic uero, & ab illis, & inter se distincta. Nam si uniter una non sunt, necesse est, ea esse distincta. Et si distincta sunt, sunt multitudo. Sed quædam ne multitudo, & mutila? an tota, & integra multitudo? Si quædam tantum esset multitudo, pars esset multitudinis, & aliæ superessent multitudinis partes, quæ extra omnia essent. Atque ita omnia, non omnia essent. Et non omnia, essent omnia. Ergo dicendum. Ab uno, omnia esse producta; hoc est omnis multitudo; extra quam, & ultra quam, multitudo alia nulla sit, nec esse possit: ne unitas quidem ulla, præter primum unum. Multitudo autem hæc, quia non unum est, ab vno differt, & cum uno, non est idem. Nam si unum quod multitudine prius est, idem esset cum multitudine, prius, & posterius idem esset; & pręterea unum, esset multitudo, & esset vnum; & duo opposita essent idem, & causa idem esset cum causato. & causatum idem cum causa. At fas non est, hæc omnia confundi. Ergo fas nullo modo est, ut unum, idem sit cum multitudine, quæ illius proles est, & effectus. Effectum enim semper necesse est, causa remissiorem gigni. Vel enim idem ambo sunt, uel non idem. Si idem dicamus, modo relata sequentur impossibilia. Non sunt ergo idem. At, causa, & prior est natura, & potentior, ut pote quæ suis uiribus id gignit, quod nec hyparxin, nec uires prius habebat. Hoc ergo firmum esto. Causatum omne, causa sua semper esse remissius. Ergo multitudo ab uno procreata, cum ipso uno, non est idem. Quid ergo, est ne ab eo penitus aliud? Si ita, erit ipsa ab uno omnino distans, nec uni ullo modo unita, aut coniuncta. Et inter ipsam, & unum; uacuum relinquetur interuallum. Oportet autem omnē

entium progreſſionem eſſe continuatã. Id autẽ fit per hyparxeon coniunctionem: Quæ fit per inferioris participationem a ſuperiore. & eſt vtriuſque communicatio, per vtriuſq; oe facta Sympathiam. Oporter ergo cauſam, cum cauſato, & idem eſſe, & alterum: ita vt eorum identitas non omnino ſit integra. & ſincera, Neque omnimoda ſit in eis alteritas. Sed neque ſint inuicem temperatæ, vt quantum ſiot idem, tantundem ſint & alterum. Hoc autem modo ſimilitudo & diſſimilitudo ſimul, inter ea intercedet. Simile enim eſt, quod ideotitatis partem ſuſcipit. Diſſimile vero, quod partem ſuſcipit alteritatis. Hoc eſt, particeps factum ſit vtriuſque. Si ita ſit in omnibus cauſis, & cauſatis, omnis entium progreſſio, & a cauſis proditio, per ſimilitudinem ſimul fiet & diſſimilitudinem. Sed per illam prius, per hanc poſterius. Prior enim hyparxis eſt, quàm paſſio. Cauſa autem omnis de ſua hyparxi, & eſſentia, cauſato aliquid largitur. Diſſimilitudo uero ei aliunde venit, quia in alteritatem cadit, per quam fit diſſimile. Omnis ergo a cauſis effectuũ progreſſus, per ſimilitudinem prius adimpletur. Et omnis cauſa, effectum ſibi ſimilem prius producit, quam diſſimilem. Quia identitatis ſuæ aliquid ei cauſa tribuit, quam effectus proxime ſuſcipiens eam patitur, & ſimilis euadit cauſæ, Diſſimilitudo vero ei accedit, quia in alteritatem a cauſa cadit. Multitudo igitur prima, non quæ in vno eſt indiſcreta. ſed quæ ab vno eſt progreſſa, identitatem, & alteritatem ab vno tulit, & ſimilis & diſſimilis ab eo, euaſit. Quia vnum de ſua hyparxi ei dedit, & ſimilem ſibi effecit. Hoc eſt, particeps vnius eſt facta. Et quia in alteritatem quoque ab eo cecidit, diſſimilitudinem aquiſiuit. Similitudo autem in hac productione, prior effectus eſt, & potior, quàm diſſimilitodo, Quid autem vni ſimilius eſſe potuit, aut debuit, quam vnitas? Multitudo ergo hæc prima, quia omnis, & tota integra fuit, omnes euaſit vnitates. Et eſt omnium vnitatum, omnis, & tota multitudo. Vnitas, quidem quia ab vno. Vnitates autem, quia omnis multitudo ab vn'omnia deriuãs. Niſi enim ab vno, vnitas producta eſſet, productio hæc, per ſimilitudinem non eſſet facta. Niſi itidem, ab vn'omnia, vnitates omnes prodijſſent, proditio hæc, per ſimilitudinem non eſſet. Prima ergo ab vn'omnia productio, omnis fuit multitudo, quæ tota, vnitates fuit. Et quoniam in vn'omnia, vnum primas tenebat, omnia, ſecundas: neceſſario in hac productione, vni ipſi, vnitas aliqua primaria debuit reſpondere. Vnitates vero reliquæ reſponderent ipſi vn'omnia. Vnitas ergo quædam primaria, ab vno eſt genita; Reliquæ vnitates hanc, vt ſecondariæ ſequuntur, & ſunt ab ea proximæ, Quia omnis multitudo, a ſua eſt vnitate. Et quoniã vnum, omnia illa ſua continuit, neceſſe eſt, vt vnitas hæc primaria vni ipſi ſimilis, & ei correſpondens, vnitates omnes in ſe contineat, Et vt vnum, omnia fuit; ita hęc vnitas vnitates omnes ſit. Et ipſa ſit Dei patris vnigenita, & primogenita filia. Quam ſacroſancta Eccleſia, filium vocat vnigenitum. & eſt ſecunda in diuinis perſona. eadem com patre, alteritate tantum quadam ab eo diſtans, & ſecundum eſt rerum principium. Et eadem com patre, bonitate, volūtate, & potentia præditum. Et eſt idea boni, quo nomine a Platone meruit vocari. Quam ſtulte ſtultus irriſit Ariſtoteles.

Quæ quidem boni Idea, vt amore eſſentiali, in patrem vertitur, tertia de ſe, & de patre perſona procedit, ſibi & patri cõſubſtantialis, alteritate tantum, ab ipſis diſtincta. Quæ tertium eſt rerum principium.

Eadem hæc boni Idea, quia bona eſt, ſterilis eſſe nequit. Producit ergo & ipſa; At quidnam producit? An forte ſimul cum patre cui conſubſtantialis eſt, vnitates ipſas, per ſe vero ſola entia, & rerum eſſentias omnes? Formas inquam veras, & ſimpliciſſimas Quarum vnitates, vel ſumitates ſunt & veluti flores. Vel etiam ſunt ipſæ vnitates, ſuper entia omnia, & ſupereſsẽtiales? Sed ſi ſint ſupereſſentiales ita, vt cum eſſentijs nihil communicent, tunc inter ipſas, & eſſentias vacuũ relinquetur interuallum. Identitatis ergo ſuæ, vnitates ſingulæ, eſſe otijs ſuis largiuntur; & progreſio hæc quoque neceſſario fit per ſimilitudinem prius, dein per diſſimilitudinem. effectu earum in alteritatem cadente. Similitudo autem hæc, per communicationem & participationem, inferioris fit a ſuperiore. & vtriuſq; ſympathiam, & quaſi contemperationem. Ita vt vnitas, ſuæ hyparxeos aliquid effectui ſuo tribuat. Hoc autem aliquid, unum ſit, per quod in effectu exiſtens, effectus ſuæ cauſæ fiat ſimilis, diſsimilis tamen, per caſum in alteritatem efficiatur. Quæ alteritas, id quod ens, & eſſentiam vocamus, efficiat. Et ab identitate cauſæ, habeat vnum. ab alteritate vero, habeat multitudinem. Seu potius, ſit, & vnum, & multitudo. Ita vt vnum ſit in ente; & ens ſit in vno. ſcilicet vno eſſentiali. Et per ipſum ſit, in ſua propria vnitate. Et per eam, in vnitate primaria. Et per primariã vnitatem, in primo vno. Sunt enim ſingula entia, ſeu ſingulæ eſſentiæ per vnum a propria ſua vnitate ſibi inditum, ita vt ſine eo, nullũ ens, nulla eſſet, aut cõſiſteret eſſẽtia. Et eo ſuæ vnitati ſimilis efficitur. & ſe ipſa,

quia multa est, efficitur dissimilis. Quoniam vero, a perfectissimis venit, ipsa quoque suo gradu erit perfectissima, si similis suis causis esse debet. vti est probatum. Si perfectissima, ergo & uiuens erit. Omne enim quod est, uel viuens est, uel uita carens. At hoc imperfectionem sentit maximam, sicuti vita sapit perfectionem. Sed & quia in Deo est, Deus autem viuens in sacris oraculis appellatur. Et ipse de se ait, viuo ego dicit Dominus. Quid ergo in Deo viuente, mortuum quid esse, audemus dicere? Nequaquam. Nam, & hæc, quæ conspiciuntur, & quę facta sunt, in ipso vita erant. Quod diuinus testatur spiritus. Ergo diuina illa essentia, uiuens est, & uita fruitur, optima, & sufficientissima. Quod Aristoteles etiã est attestatus. Sed & uita hæc, per similitudinẽ in essentia, & ab essentia est producta. Quia in simplici essentia, simplex etiam vita, & vita simpliciter. Et præterea vita aliud nihil est, quàm essentia ipsa parturiens actionem. sicuti postea videbimus. Quatenus ergo vita, est essentia quædam, similitudo est inter eas. Quatenus vero, in motum est progressa alteritatem induit, & dissimilitudinem est adepta. Per motionem autem hanc suam, cognitionem in se produxit. Dum enim mouetur, motu hoc suo vel in se reuoluitur, uel sursum vnde, prodiit. Vel enim sursum, vel in se, vel deorsum motum hunc tendere est necesse. Deorsum vero non tendit quia sub se nihil adhuc erat. Vel ergo in suam essentiã, & superas sui causas, uel in se ipsam, motionem protendit. Hæc autem primaria est cognitio, ut postea declarabitur. Talem autem uel in se, uel in supera motionem, & cognitionem, sapientes ueteres communi consensu. Mentem, & intellectum appellauere. Motio autem hæc, sicuti diximus est duplex. Vel in se, vel in supera. prior quia suæ essentiæ vicinior, primum procreat intellectum. Dum uero se intelligit, & in superas suas causas reuoluitur, secundum procreat intellectum. Quem Zoroaster secundum appellauit. Hermes autem, spiritum. Quod nomen sacrosancta etiam Ecclesia est dignata.

Sub patre ergo Deo, & a patre, Paternum est profundum. In quo vnitas primaria, & in ea omnes vnitates, quas nomine alio ideas appellamus. Essentia, & ens primarium, & essentiæ veræ, & entia vera omnia. Vita primaria, & vitæ omnes. Intellectus primarius, & intellectus omnes. Et ipsa vnitas prima Idea boni, hisce omnibus constat. Imò est hæc omnia. intra se hyparxi simul vnita, proprietatibus vero distincta. Simplicitate enim hyparxeos existentiæ, & subsistentiæ, & substantiæ, & essentiæ, omnibus per omnia est transitus, & permeatio. Proprietatibus vero distincta ita, vt nulla ibi sit confusio, nulla imperfectio. Inquit enim Zoroaster.

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατὴρ.
Καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ.

„ Cuncta enim perfecit pater,
„ Et Menti tradidit secundæ.

Hanc secundam mentem duplici interpretamur significatu. Priore, quia Mens prima, sit a patre secunda. Atque ita omnia in se, a patre perfecta suscepit. Altero quòd ita perfecta, mẽti tradiderit secundæ, quæ & a prima, & a patre procedit, & cum ambobus est consubstantialis. Vt proximus esset conditor eorum, quæ extra profundum debebant produci. Prima autem quæ ab intellectu hoc sunt producta, per sui similitudinem itidem sunt producta, intellectus scilicet creati. Nouem vti videbimus gradibus distributi. Et ij quos intellectus participatos uocitamus. Similes quidem intellectui conditori sunt, quia & ipsi sunt intellectus. Dissimiles uero sunt quia cõditi. At sunt etiam hi participati, & ipsi conditores. Animarum scilicet. Nam ratio omnis ab intellectu est, & eius imago est dianoea, & ratiociniũ. Si imago, etiam similis intellectui. dissimilitudo vero, quia non ijdem cum intellectu sunt, & in alteritatem ceciderunt. Sed hæc clarius suis locis. Simile quiddam sibi anima, quæ iam in corpus decidit, & ei est coniuncta, in corpus profundit. Quam nos, nomine satis noto, sed significatu satis ignoto, naturam appellamus. A qua in corpus itidem producitur qualitas, quæ naturæ veluti instrumentum seruit, in corpore, & eius partibus, alterandis, & disponendis. Et dispositis formam inducit. Per quam corpus in aliam, aut aliam speciem conformetur. Sed & qualitas a natura fert similitudinem, & ei est dissimilis. Et formas easdem fert a qualitate. Et corpus a forma, ijs nimirum modis, qui proprijs horum graduum tractatibus explicabuntur.

His autem post vnum primum, nouem gradibus, rerum tota constat vniuersitas. Qui quidem gradus ordine sunt dispositi a summo ad imum ita, vt nullum inter eos uacuum sit relictũ, nulla locum habeat intercapedo. Gradus autem vocamus scalarum similitudine, quia viciniore ad primum Principium, & distãtiore loco sunt ordinati. Atque ideo primum etiam rerum ordinem nuncupamus. Ordo enim omnis, ut ab initio diximus, priore constat, & posteriore, tum numero, tum loco. Propterea recte a Pythagora dictum, res esse sicut numeros, quoniam ab vnitate viciniore, & lõginquiore specie sunt compositi. Atque hæc ni fallimur, occulta hactenus, causa fuit, cur numeri totius plenitudo decenario comprehenditur. Ab uno scilicet descensus est per

medios

medios omoes vsqoe ad corpus, omnium infimum. Et cur etiam, ab uno simplicissimo im partibili, in multitudinem semper maiorem, vsq; ad decadem laberetur, & labendo cresceret. Cresceret autem vno addito; qnooiam vnum, omnibus sui imaginem, aliud atq; aliod vnom impartitur, vsque quo id quod recipit, ipsius fit capax, vsque scilicet ad postremum. Ad quod cum est peruentum iterum a summo vno, replicet oporter is, qui vlterius velit numorando progredi. Atq; hic descensus, rerum methodus est cōpositiua per additionē facta, vnius. Ascensus uero methodus alia est principalis, quam resolutiuam in sua primogenia vocant, per eiosdem voius facta subtractionem. ipso von a multitudine se subtrahen se, & io se redeunte. Sed & mirabile aliod in hoc numero, animaduersum est aotiquitus, quòd videlicet Denarios, quaternario adimpletur. simul sibi partibus connumeratis. Inter quas primo est totius voiuersitatis pater, Vnū. Cui proxima ab eo veniens, est dualitas, secundam diuinitatis personam repraesentans, Quae in patrem versa, tertiam personam per spiritū sibi a patre spiratum, & a se in patrem respiratum producit, ternario represeotatam, quae ex vno & duitate simul iunctis procedit. Et quoniam hi tres vnum sunr in sua vniooe, & suo profundo, quateroarium comprehendūt, voum, esseotiam, vitam, iotellectum. Atque hoc forte voluit Pythagoras, quando tetractym nominabat, & per eam, sacrosancto ac summo omuium iurabat iuramento. Et certe hoc voluit Apostolus, quando dixit.

„ Omnia per ipsum, & in ipso creata sont, &
„ ipse est ante omnes, & omnia in ipso coostant:
„ de filio iotelligens, Qui est imago Dei inuisi-
„ bilis, primogeoitus omnis creaturae. Quoniā
„ in ipso coodita suot vniuersa, in coelis, & in ter
„ ra, visibilia, & inuisibilia.

Prius quidem iouisibilia quae diximos, vnitates, essentiae, uitae, Meotes, quae nominibus ijs comprehenduotur, quae subnectit.

„ Siue throni, siue dominationes, siue princi-
„ patus, siue potestates.

Et post has, quae his, participia fiunt extra profundum, in coelis, & in terra, visibiliā iam facta, siue essentiis, siue viribus, siue actionibus, animae, naturae, qualitates, formae, corpora. Haec enim omnia illorum participia sunt, a priocipio facta, & iode veoere, & inde pendeot. Atque ideo verissime ab eodem dictum Apostolo.

Inuisibilia ipsius, a creatura mundi per ea quae facta suot, iotellecta conspiciuntur. Coospiciuotur quidē illa clarissime, quādo in tellectus io anima iam a sordibus corporeis purgata, ad illa, quae corporeis oculis sunt inuisibilia, erigitur; Caetero qoin, intellectibus materiae immersis, Epicureis, Aristippeis, Peripateticis, Stoicis. & id genus alijs brutis gregibus, tametsi philosophis, stultis semper quaestionibus, quae lites tātum generant impliciti, sunt inuisibilia. Esse autem inter haec inuisibilia, & haec alia quae facta sunt visibilia, communionem, & haec ab illis cootinua catheoa pendere, & ratio philosophica persuadet, natura noo saltante, oec vacuum relinqueote; & authoritas Apostoli confirmat, dom quae fide ipse intellexit, scribit in haec verba.

„ Fide intelligimus, aptata esse secula verbo
„ Dei, ut ex inuisibilibus, uisibilia fierent.

Verbo Dei, ac filio, vnitate illa omnia comprehendente, aptata sunt, & ordine disposita secula, & qoaecunque in seculis, hoc est, tum in sempiternitatis aeuo, inuisibilia, tum in tempore visibilia. Vt scilicet ab illis fierent haec, & ab eis per participatiooem, & continuatam communionem, & Sympathiam, haec penderent, & inde souerentur, & viuificarentur, & io sua quaeque specie generarent, & germinarent. Et omnia essent, quasi Iacobi scala, a coelis ad terram protensa, oooem gradibus disposita, per quos, Angeli, & ouncij Dei, descendendo, sapieotiam, & gloriam Dei; ad nos deferrent; & ascendeodo, piorum merita, & impiorum de merita ad coospectum Dei referrent.

Gradus hi nooem, snut primus rerum atq; entium ordo, in profundum, a summo ad imum ductus. Est alius ordo in latitudinem actus, in singulo quoque gradu. In primo oimirum producturum gradu, est vnitas primaria, & ab ea, & in ea vnitates omnes, eam ordine consequentes, nonem & ipsae, vt haec ratio dictat, in latitudinem gradibus distinctae. ita vt primariae vnitati, proxima Essentiarum fit vnitas, sequatur vnitas Vitarum. tertio sit loco, Mentium vnitas. quarto Animarum. quinto Naturarū vnitas, sexto vnitas Qualitatum; septimo Formarum. postrema fit omnium vnitas Corporum. Ita fit, vt quot sunt in vniuersitate post principium rerum gradus in profundum, totidē sint etiam gradus, earum latitudinis. Quem ordinem sicut primum illum, gradus nominauimus, sic seriem proprio nomine appellabimus. In qua serie vnitatum in latitudinem, graduum singulorum latitudinem ratio persuadet esse locatam. Nihil enim in vniuerso, sine ordine certo putamus coostare. Alioquin oec intelligibilis ille, neque sensibilis hic mundus, perfectissimus esset, (quod omnes sapientes asserunt) si confusiooem in essentiales eius partes admitterent. Ita inquam sunt singuli in sua serie, rerum genera ordinata, vt in vnitatum latitudine, omnes, nulla excepta sint vnitates, a primaria, & regina unitate, &

in ea

in ea productæ, & coosistentes. In vnitate essentiæ, fit & primaria essentia, & essentiæ reliquæ noueoario cooclusæ. In vnitate vitæ, fit & primaria vita, & vitæ reliquæ, nouenario iti dem conclusæ. In voitate intellectus, & primarius iotellectus, & intellectus, & intellectus reliqui noueoario comprehensi. In vnitate animæ, & anima primaria, & animæ omnes nouem numero cootentæ. Io oatutæ vnitate, & natura primaria, & naturæ omoes, noueoario conclusæ. Idem de reliquibus tribus. Io vnitate qnalitatis, qualitas primaria, & qualitates in nouenarium cõtentæ. Et in vnitate formæ, forma primaria, & formæ aliæ septem. In corporis itidem vnitate, & primarium corpus, & corpora reliqua septem, aliis corporum generibus comprehensa. Ita ut extra has latitudines, nihil eorum ordine, aut serie sit relictum. Tertius itidem in longitudinem est ordo, quem cathenam libuit ouncupare. Qui quidẽ est eiusdem generis, seu speciei, per gradus omnes transitus. Hãc exemplo appositissimo declaremus. Est lucis vnitas, & voitaris lux. Est, & essentia lucis, & lux essentię. Et vita lucis, & lux vitæ, & Mens lucis, & lux meotis, & lucis anima, & anima lucis. Et natura lucis, & lux naturæ. Et qualitas lucis, & lux qualitatis. Et forma lucis, & formę lux. Et lucis corpus, & lux corporis. Ita lux, per omnium graduum longitudinem ordine rectissimo percurrit. Est alius numero qnartus ordo, quem soliditatis ordinem placuit vocare. Ex tribus enim illis loogitudine, latitudine, & profunditate, sicuti corporum nascitur soliditas, & stabilitas, & firmitudo: sic ratio longe melior suadet, in rerum omnium vniuersitate, esse firmitatem, & stabilitatem, & soliditatem longe quàm fit io corporibus, ualidiorem. Hanc autem soliditatem ita explicamus. Omoia supera sunt in inferis omnibus, pro horum capacitate. Et infera omnia sunt io superis, pro horũ excellentia. Vt unitas quidem est, in omni essentia, in omni uita, in omni mente, in omni anima, in omni natura, in omni qualitate in omoi forma, in omni corpore. Per voitatem enim, & unum hęc omnia, & constãt, & coosistunt. Sed & essentia, est in omni vita, in omni mente, in omni anima, in omni natura, in omoi qoalitate, in omni forma, & in omni corpore. Esse enim habent hæc omnia. Sed & uita, in omni e st mẽte, in omni anima, in omni natura, in omni qualitate, in omni forma, in omni corpore. Sed & mens, io omni est anima, in omni natura, in omni qualitate, in omni forma, in omoi corpore. Anima quoque, in omni est oatura, in omni qualitate, in omni forma, in omni corpore. Natura etiam in omoi est qualitate, in omni forma, in omni corpore. Et qualitas in omni forma, & in omni corpore. Et uice uersa, omne corpus est in forma, io qualitate, in natura, in anima, in mẽte, in uita, in essentia, in unitate, & per hanc in uno. Sic forma est, in qualitate, in natura, in anima, in mente, in uita, in esseotia, in uoitate, & per hanc in uno. Ita qualitas est in natura, in anima, in mente, io uita, in esseotia, in vnitate, in uno. Natura itidem, in anima, in menre, in uita, in essentia, in unitate, in vno. Anima quoque est in mente, in uita, in essentia, io unitate, in uno. Mens etiam in uita est, in esseotia, in unitate, io uno. Vita similiter est in essentia, in unitate, in uno; Et essentia, in unitate, & uno, & uoitas denique in uno primissimo, in vn'omnia.

FINIS VNDECIMI LIBRI.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS

LIBER DVODECIMVS.



DE DIVINIS VNITATIBVS SIVE IDEIS.

SI Aristoteles, se se aduersus veteres philosophos omnes gessit tā valenter, quàm aduersus Parmenideum vnum, & Platonicas Ideas, iam non solum tertia eius librorum pars, vt aiebat Epicurus aliena est, sed mera est garrulitas, & fatuitas. Nos certe puerilitatem hanc suam, aduersus Ideas, quas omnium antiquorum dogmatum maxime, & maxima iniuria exagitauit; tertio tomo nostrarum Peripateticarum Discussionum, satis, superque, & ostendimus, & e philosophia explosimus. Itaque criminationes illas omnes in presētia iacere iubemus. Rem ipsam totam discutiamus, vtrum re vera sint Ideæ: quas superioribus libris vnitates appellauimus. An verò, merum sint somnium, veri studio, philosophicè, sedatè, perquiramus Et vt quæcumque ad eas pertinere possint, vno, eodemque labore, expedire sit operæ prætium, integrum hunc librum eis dicemus.

Itaque de Ideis plura quærimus.

Nomen hoc, quod vniuersus Peripatus, tamquàm monstrum horrendum ingens, horret, quid sibi velit.

An Ideæ sint re vera: vel sunt nihil.

Quid, & quales sint, & vbi.

Idearum quot sint genera.

Quarum rerum sint Ideæ.

Cur Ideæ dicantur exemplaria.

Quo modo Idearum fiat participatio.

Hæc singula examinando prosequamur. Et primo quo ad nomina, quæ apud Platonem tria sunt, apud vero Zoroastrem item tria. Idea, nomen est vtrique commune εἶδος. Et παράδειγμα sunt propria Platonis τύπος, & ἴυγξ sunt propria Zoroastri. ἰδέα, & εἶδος, formam seu figuram dicunt, a suis verbis ἴδω, video, εἴδω scio. Quod veluti figura, & cernantur, & sciantur. Paradeigma vero, & exemplar, & exemplum, & Typus idem sunt, ad quæ respectans opifex, imagines illis similes efficiat. Iynx, vero reconditum quoddam nomen est, quasi in delicijs, & illecebris habitum. Hæc breuiter de nominibus satis leuia. Rem ipsam ponderis grauissimi, sumamus in manus. Ideæ istæ vnitates, & exemplaria, sunt ne aliquid, vel sunt nihil? Secunda ergo est agitanda quæstio, vtrum sint? Certe Aristoteles vel ipse falsus est, vel alios fallere studuit, cum inquit, Socratem, dum diffinitiones venatur, in vniuersalis speciei notionem venisse; atque ita speciem, & formam quandam in sua mente collegisse, & constituisse. Quam postea Plato altius erexit, & in abstractum sustulit, ideamque vocauit, eamque primus cohuit, & in philosophiam induxit. Vtrumq; falsum. Namque Socrates, iuuenis adhuc valde (quod est in Parmenide Platonis) cum Parmenide iam satis sene, & Zenone est Athenis congressus. Ante quem congressum non memoratur Socrates, cum quoquam alio de philosophicis rebus collocutus. In eo ergo primo colloquio, Socrates, ante quam vllas venaretur deffinitiones, Idearum contemplationem ipse cum diuinis illis viris primus intulit. Quod tamen dogma, ipsi iam familiare habebant. A Pithagora enim in omnes fluxerat Pythagoreos eius auditores, & in hotū auditores Pythagoricos omnes. Quod sane videre est, tum libello Timæi Locri, De anima mundi, & natura, tum apud Iamblichum, in quibusdam illorum fragmentis. Ille, quidem ita habet.

Τὰ δὲ ξύμπαντα, ἰδέαν, ὕλην, αἰσθητὸν, εἶδον ἔκγονον τουτέων.

„ Omnia vero Ideam, materiam, sensibile,
„ quasi progeniem horum.

Nō ergo Plato primus Idearum inductor fuit. Sed ante eum, Parmenides eiusq; Eleatica schola, Pythagorei, atque Pythagoras. Qui fortasse ab Aglaophemo, vt Orphicum hoc dogma habuit. Multis enim in locis, Proclus, & Damascius, Orphei quædam carmina, vt de Ideis ab eo dicta, interpretantur. Sed quia sunt symbolice dicta, in eis non immoremur. Clara persequamur. Certe totum dogma a Chaldæis, & Zoroastre venit. Integrum enim de Ideis locum Proclus affert, tertio suo in Parmenidem commentario. Quem itidem integrum apponam, quo tota hæc res clarescat magis. Ait igitur.

Νοῦς πατρὸς ἐρροίζησε νοήσας ἀκμάδι βουλῇ,
Παμμόρφους ἰδέας. πηγῆς δὲ μιᾶς ἀπὸ πᾶσαι
Ἐξέθορον. πατρόθεν γὰρ ἔην βουλή τε, τέλος τε
Ἀλλ' ἐμερίσθησαν, νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι
Εἰς ἄλλας νοεράς. Κόσμῳ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ
Προὔθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον, οὗ κατὰ κόσμον
Ἴχνος ἐπειγόμενος μορφῆς, καθ' ἃ κόσμος ἐφάνθη
Παντοίαις ἰδέαις κεχαρισμένος. ὧν μία πηγή.
Ἐξ ἧς ῥοιζοῦνται μεμερισμέναι ἄλλαι:
Ἄπλατοι, ῥηγνύμεναι κόσμου περὶ σώμασιν:
Αἳ περὶ κόλπους σμερδαλέους, σμήνεσσιν ἐοικυῖαι:
Φορέονται τρέπουσαι. περὶ δ' ἀμφὶ ἄλλυδις ἄλλῃ
Ἔννοιαι νοεραὶ πηγῆς πατρικῆς ἄπο
Πολὺ δραπτόμεναι πυρὸς ἄνθος, ἀκοιμήτου χρόνου,
Ἀκμῇ ἀρχεγόνου ἰδέας, πρώτη πατρὸς ἔβλυσε
Τὰς δ' αὐτοθαλὴς πηγή.

„ Mens paterna produxit, intelligens sum-
„ mo consilio.
„ Omniformes ideas: Fonte vero ab vno
„ euolantes.
„ Exilierunt. A patre enim erat, consilium-
„ que finisque.
„ Sed sunt diuisæ, intellectuali igni par-
„ titæ.
„ In alias intellectuales; Mundo namque,
„ rex multiformi.
„ Præposuit intellectualem typum incorru-
„ ptum. Cuius ad ornatum.
„ Vestigium induxit formæ. Per quæ mun-
„ dus apparuit.
„ Omnifariam ideis gratiosus. Quarum v-
„ nus fons.
„ Ex quo prodeunt diuisæ aliæ.
„ Sine latitudine fluentes mundi per cor-
„ pora.
„ Quæ circa sinus ingentes, examinibus si-
„ miles.
„ Feruntur mutatæ, circaque, aliunde alia.
„ Conceptus intellectuales, fonte a paterno.
„ Multum, decerpentes ignis florem, in
somnis temporis.
„ Summitas Principigeniæ Ideæ prima a pa-
tre scaturijt.
„ Huius per se florens fons.

Quorum oraculorum idē Proclus sententiam satis explicat in hunc sensum, ut semper Græca inculcem. Inquiens.

Per hæc declararunt Dij, & vbi sit idearum hypostasis, & quis sit Deus, qui fontem ipsarum, vnum illum contineat, & quo modo ex hoc fonte, prodit multitudo, & quo modo mundus factus est, secundum ipsas. Et quod omnium sint motrices mundanorum Systematum. Et quod omnes sint intellectuales per essentiam. Et quod per proprietates sunt omnifariam. Sed quispiam multa quoque alia, hæc diuina noemata interpretando, profunda inueniet. Sed in præsentia, id tantum satis esto, quòd etiam Dij, Platonis contemplationibus sint testes. Quandoquidem intellectuales has causas, ideas vocarunt, & ipsas typum mundo dedisse dicant, & eas conceptus patris esse affirment. Manent enim in intellectionibus patris, & quod prodeunt ad mundi opificium. ῥοίζησις enim est proditio ipsarum. Et quod sint omniformes. Vt pote quæ omnium partibilium continent causas. Et quod a fontanis ideis, aliæ prodierunt, quæ per partes sortitæ sunt mundi opificium, & dicuntur, examinibus (apum scilicet) similes, quia sint secundorum genitrices. His ergo tot testimonijs, Platonis, Pythagoræ, Orphei, Deorum inquit Proclus, si authoritatibus est pugnandum, facile vnius Aristotelis hac in re presertim, putrescentis authoritatem vicerimus. Si vero his, Diui quoque Augustini, & Diui Thomæ, & aliorum grauissimorum Theologorum authoritatem sacrosanctam, addiderimus, fiet profecto, vt si quis e Peripato, mussitare amplius contra ideas audeat, impietatis iam, multo merito erit reus habendus. Sed & alio loco Zeroaster de Ideis habet.

Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν, νοέουσι καὶ αὐταὶ
Βουλαῖς ἀφθέγκτοισι κινούμεναι, ὥστε νοῆσαι.

„ Intellectæ Iynges a patre, intelligunt, &
ipsæ.
„ Consilijs ineffabilibus motæ, ita vt intel-
ligant.

Sed nos, qui authoritatibus parum admodum, rationibus plurimum philosophari solemus: rationes quoque philosophicas addamus, quibus hoc ipsum dogma, ideas esse comprobemus. Vel iam id quidē aliud agentibus, est nobis longe, lateque demonstratum. Quando scilicet mundum, non a se esse, non a se fuisse, non esse αὐθυπόστατον per se subsistentem demonstrabamus. Et eum ab alia causa fuis-

sa fuisse ostendebamus. Id breuiter ad rem præsentem resumamus. Non est a se mundus. Non sunt a se, eius partes. Ergo sunt ab alio. Non quidem a Natura particulari. Nô ab vniuersali. Non ab uniuersali uita corporea. Non ab anima irrationali. Non ab anima rationali. Non ab intellectu ab ea participato. Ab intellectu ergo non participato, & per se intellectu. Hic autem, a uita est superior. Hęc ab ente. Ens, ab vno essentiali. Vnum hoc ab unitate sua queq; Vnitates hę sunt Ideę, a primaria, ac Regina Vnitate procedentes, quam Zoroaster ἀρχέγονον ἰδέαν Principigeniam, Plato boni Ideam appellarunt. Quę a patre est proxime. Inquit enim.

Πρώτη πατρὸς ἔβλαστε, τᾶς δ' αὐτοθαλὴς πηγή.

Primus, a patre scaturijt, huius per se florens, fons.

Prima igitur hac methodo fit, ut dum probamus mundum ab alio esse, in Ideas necessario incurramus. Sed & methodo hac alia, idem demonstremus, Ideas scilicet esse. Ab alio quidem factum esse mundum, dum probamus, ad intellectum vsque ascendimus. Hic ergo sistamus. atque dicamus. Intellectus hic, quando mundum fecit, uel se cognoscebat, uel se ignorabat. Non uidetur dicendum eum, se ignorasse. Quis enim mundi partibus ordinem est largitus? Nam si se intellectus hic, ignorauit, & mundum, & eius partes etiam, ignorauit. Si hoc, iam omnia essent inordinata. At sunt ordinata. ordo autem omnis, a sapientia. Sapientia in mente ac supra mentē domicilium habet. Si ab intellectu cognoscente, & intelligente ordinata sunt, ab eo etiam sunt facta. Si dicatur, ea quidem facta esse ab intellectu, ipsa cognoscente. se uero ignorante, tum intellectus hic, peior erit inferioribus, & participatis intellectibus, & animabus, quę se ipsa cognoscunt. At causa, quo modo potest effectu esse deterior, cum sui natura sit præstātior? Ergo se ipsum cognoscens. Si ita. Ergo cognoscens, se quoque esse causam. Ergo cognoscens etiam ea, quorum est causa. Ergo comprehendit hęc quoque. Sed hęc uaria sunt: & non eiusdem inter se dignitatis, neque ordinis, nec virium, neq; actionum. Quis ergo, & varietatē hanc, & ordinem, & locorum positiones disposuit, aut effecit? Hic idem intellectus conditor. Vel ignorans uel sciens? Ad idem reddit quæstio, & eandem vult solutionem. Non ignorans. Neque enim id diuinitatis est. Ergo sciens, & sui ipsius essentiam, & quòd sit omnibus appetibilis, & ea omnia quæ ipsum appetunt cognoscit. Atque hoc modo perfectissimo, hoc est determinatè omnia. Nam hæc determinatè, alia aliter cognoscere, nec scientiæ summæ est, & imperfectionem arguit magnam. Sciens ergo, quæ se appetunt. Sciens ergo etiam eorum causas. Si quidem in se, eas intuetur. In se enim eas habet. Si quidem in se rerum, & vitas, & essentias, & vnitates habet omnes. Nam si omnes non haberet, iam imperfectus esset. Quòd si habet, non frustra habet. Ergo necesse est. eas causas, omniū posteriorum esse causas. Et ipsum, omnium immobilem esse causam. Vt potè qui suo esse, omnibus ordinem statuat. At suum esse, est in intelligendo se. Se ipsum ergo intelligendo omnium erit factor, & conditor. Si hoc, ergo ijs quæ in se ipso habet, ea quæ extra se profert, similia faciet. Omnis enim in essentia actio talis est. ut ea quæ ex essentia prodit, ab ea pendeat. Atq; hinc est, quod omnis causa, similem sibi producit effectum. Interiores ergo illæ causæ Ideæ sunt rerum, quæ similes ad extra ab essentia proferuntur. Itaque cum entia omnia, varietate inter se distincta, intellectus conditor, intra se habeat, & per eam actionem quæ essentiæ est, proferat actionem secundam, quę est ex essentia, quæ per hanc fiunt, & ab illis fiunt, & ab eis pendent. Varietas ergo in mundo rerum, a varietate est vnitatum, quæ intra intellectum conditorem sunt, & Ideæ sunt, earum quæ ad extra producuntur aliæ, de quibus paulo post dicetur. Vnitas autem mundi, ab illa vna primissima est vnitate, archegono Idea.

Tertia id methodo confirmemus.

Homo fit ex homine. Idque secundum naturam fatentur omnes. A casu enim fiunt, inquit ipsius casus Inductor, quę raro fiunt. Quæ uero, aut plurimum, aut semper, fiunt a natura. Si ergo, non a casu homo gignitur, quo modo gigni est dicendus? E semine, inquies. sicuti e semine suo reliqua omnia. Esto. Sed hoc semen ex homine est. & hic homo ex semine. Atque ita abibimus in infinitum. Quam rem, cum in omnibus, Idearum hostis negarit, in hoc forte concedet libens, ne Ideæ inducantur. At qui verè est philosophus, non ad passiones animi, opiniones mutat. Et si mutet, res tamen ipsæ non mutantur, & ipse non verus est philosophus. Quo modo ergo sistetur illa in infinitum seminis, & hominis abitio? Si interrogationem meam declarabo. Non quærebam hic, & ille homo, quo modo gignetur. Sed quo modo, homo? Respondeam mihi. Ex semine, non ex hoc semine. Homo enim, & semen semper sunt. Hic vero homo, & hoc semen, non sunt semper. Homo ergo ex semine. Esto. In semine hominis, hominis ratio inest seminaliter, vt iam est dictum, & actu seminali. Sed hic actus imperfectus est. Quia ratio illa actu quidem

est ratio hominis, nondum tamen homo est. At ante omne imperfectum, perfectum aliquid existit, quod, illud ad perfectionem ducit. Quidnam est hoc perfectum? Non est matris vterus, qui infantem formet. Nō enim infans, similis fit vtero. Sed natura, quæ incorporea est, & principium horum motuum proximum. Si ergo Natura rationes, quæ in semine sunt actu seminali, in actum hominis, deducit; profecto ipsa in se, actu perfectiore incorporeo habet hominis rationes. Quod si hominum natura, rationes hominum, actu in se habet; non ne, & natura Leonum, rationes Leonum in se habebit? Et sic animalium reliquorum natura, eorum habebit rationes. Et singularum eorum partium, capitis, oculorum, dentium. Alioquin, si dens decidat, unde dens alius regeneratur, quàm ex dentis illius ratione? Caro vero, quo modo & ipsa fit, & os, & vnguis, nisi cuiusque intus insit ratio? Variæ sunt ergo in natura rationes, quæ varia in animali membra efformant. Eadem enim, & in vna ratio; secundum idem, non potest tantam efficere varietatem. Ergo in animalibus, natura cuiusque rationes, actu habet. Cur ergo non idem dicendum, etiam in plantis esse? Sanè, & earum generatio, & partium ordo, & vita secundum ordinatas gigni causas, persuadet. Ergo, & naturæ earum, ordinatas in se habent, & totarum, & partium rationes. Eodem modo, & lapides, & metalla, & reliqua naturæ opera, secundum ordinatas eorum fiunt rationes, quæ in singulis earum naturis insunt. Quod si hoc in quibusque terræ germinibus est, cur non idem fuerit ex proportione, in tota terræ natura? cum & animalia producat, & plantas sponte innumeras, tum nouas, tum renouatas, sine ulla hominis cura generet. Qui enim id fieri posset, nisi in se, & rationes, & uires horum genitrices haberet? Quod si a Luna, & a reliquo cœlo, vniuersus regitur, hic generationis inferior orbis, non ne, & ibi erunt rationes, & vires, horum effectrices? Alioquin, uel nullæ ibi vires sunt, uel si sunt, non sunt frustra. Quòd si in cœlo, horum rationes sunt, cur non, & in mundo fuerint vniuerso, non horum, aut illorum rationes, sed omnium? Sicuti vniuersalis mundi natura, est omnium materialium mater, Si in mundi natura, rerum omnium sunt rationes, cur non eædem fuerint, sed modo præstantiore, in mundi anima? quæ naturæ illius est mater? Si & in anima sunt, cur non, & in eius patre intellectu participato? Si in participato, cur non, & in patre huius imparticipato? Si & in hoc, cur non, & in eius vita? Et in eius essentia, & in essentiali vno? & in vnitate cuiusque, & in vnitate illa prima, mundi Ideæ? Atque ita ad easdem, hac quoque methodo recurritur necessario, Ideas primarias illas, & secundarias a primis progredientes, vti Zoroaster docuit, & tertiarias etiam, & quartarias, atque alias. Nam quæ vnitates, in se sunt Ideę, in mente sunt ἔννοιαι νοεραί, conceptus intellectuales. In anima, rationes: In natura, semina, In materia formę. Quę iam vastos mundi sinus implent. Quibus rationibus Ideæ, non sunt sub concauo Lunæ, ut quidam Buratellus, dum Platonicum agit, somniauit; Neque in patre; sed sunt vbi primo idearum nomen acquirunt vnitates illæ, prima essentia, prima uita, primoque intellectu superiores, deinde sunt gradatim in essentiis, in vitis, in intellectibus, sibi propriis quibusque. Sunt deinde in animabus, in naturis, in qualitatibus, in formis materialibus, aliter pro singulis gradibus, atque aliter. Eo tamen inerrabili ordine dispositæ, vt superiores, proximarum succedentium sint causæ, hæ uero illarum, quantum pro gradus natura fieri possit, proximarum superiorum similes effectus. Atque hæc quidem tribus methodis, cōprobata, additaq; non obstinatis, nec iuratis, sed verè philosophis, satis ad primas quæstiones sunt.

De tertia uero, quid Ideæ sint, hæc pauca ex demōstratis sufficient. Omnia sunt ab vno. At proxime ab uno, est vnitas. Ab unitate primaria, unitates reliquę. Nam & omne producēs simile sibi prius producit. Et omnis multitudinis caput, & fons, est vnitas. Quot ergo in primo illo vno entia erant, vt est iam ostensum, (erant autem omnia) totidem sunt entia in vnitate illi consubstantiali. hoc est, totidem sunt ab uno, in vnitatem primariam, unitates transfusæ ab uno. Vnitas hęc, opifex, harum vnitatum omnium, proxima uno est. Vt ergo vnitates sunt ab illis, ita ipsæ, quod iam sępius repeto, alia de se producunt, rerum scilicet essentias, ueras, stabiles, æternas, in eodem illo consubstantiali. Ab essentia prima, & alijs in se motis, prodeunt vitæ, a vita prima. A prima vita, primus intellectus. Quid ergo sunt Ideæ? Vnitates essentiarum uerarum capita, & caussæ. Capita inquam, quia omnis essentia a sua est unitate, siue a suo vno. sine quo vt iam ostēsum, nequaquam esse possent. Igitur, & causę illarum sunt. Et quia hæ, sequentium quoq; rerum, & extra profundum productarum, causę itidem sunt, earundem harū, & Ideę causę sūt, & quidem primarię, sed minus proximę. Et quia intellectus primus, intelligendo se ipsum, intelligit suas ideas, intellectione sua, & intellectus alios, & animas, & naturas, &


per

per horum media formas corporeas producit. De primo ad vltimum, Ideæ sunt formarū corporearum primariæ causæ, quamuis procul positæ. vt potè, quæ non nisi vnitates sint, formæ vero hæ, sunt multitudo. Dicuntur autem exemplaria, quatenus conditor, dum in se respiciens, illas intuetur: & secundum eas rebus a se productis illarum similitudinem, pro cuiusque captu infundit. Atque ita ad illarum exemplum res dicuntur esse effectæ.

Genera vero idearum, quot nam statuenda? Plato quidem in Timæo quatuor videtur statuere, Animalium cœlestium, aereorum, aquatilium, terrestrium. Idque sanè recta ratione. Nam sicuti ab vno fit dualitas: sic a dualitate protensa, fit quaternitas. Secundū quàm fiunt, quæcunque fiunt, in quatuor rerum generibus; nimirum intelligibilibus, intellectualibus, supramundanis, & mundanis. Cum autem dico supramundana, intelligo ea quæ, sub intellectibus sunt, idest omnis generis animas. Cum vero mundana, tum naturas, tum etiam naturales qualitates, & formas, quæ a superis ideis huc descendunt per gradus quæq; suos, quos iam diximus. In mundo autem quæ fiūt, vel in cœlo, vel in aere, vel in aqua, vel in terra fiunt. Atq, ita sub quatuor nominibus omnes rerum generatarum species comprehendit. Sed aliter quoque quatuor sunt Idearum genera. Suprema generalissima, quæ per entia omnia meant. Quia sunt, essentia, idenditas, alteritas. Nihil enim est in rerum vniuersitate, quod his careat. Sunt uero aliæ Ideæ, specialissimæ, vt homo, equus. Hæ, vni tantum speciei causam præbent. Sunt inter has extremas, mediæ aliæ duplices; communiores, vt simile, dissimile, æquale inæquale, & aliæ generalissimis proximiores. Aliæ minus vniuersales, specialissimis vicinæ, vt Iustum, pulchrum. Ab his ergo Ideis, quæ mundum constituunt primò intelligibilem, plenit quicquid in hoc sensibili est, vel genus summum, uel subalternum, vel species postrema naturalis. Nā cum mundus hic animal sit, animalia omnia complectens, ab anima proxime, esse suum habet. Anima in mentem redigitur. In mente necesse est, exemplar tale extare, & totius, & partiū. Exemplar hoc, mundus est intelligibilis. Qui omnipotentia pollens, cum ei adsit, id quod ab eo suscipit, impediente nullo, necesse est, vt hoc exornet, ipse vero exornetur. Postquā vero exornatum est, speciem iam, & formam ab illo discretam habet, in materia nimirum, alibi Solem, Lunam alibi. hic hominem, illic equum, Species scilicet singulas, & quantitates, & numeros, & qualitates, & generationes, & perfectiones, & actiones, & passiones, & motus, & status, naturales nempe, & naturæ, tum particulari, tum vniuersali consentaneæ. Quæcumque vero duabus his naturis consentanea non sunt, & ordinata, ea sunt extra hunc ordinem. Neque ibi eorum sunt Ideæ. Particulares nimirum, vel indiuiduæ substantiæ, nisi quatenus vniuersalis atque æternæ earum speciei sunt participes. Quæ uero speciem quampiam consequnntur, vt artes, & imitationes hominum, hominis ratione ibi Ideam habēt, per se non habent. sunt enim accidentaria. sicuti plurima alia. quæ vel ex materia, vel ex loci differentia consiunt. Accidentium vero species naturales, quia perpetuæ sunt ibi sunt Ideæ. Quæ vero ab homine plerumque fiunt, non nisi hominis ratione. Hoc est in Idea hominis suas habent Ideas. Hæc de penultima quæstione. De postrema vero quid dicendum? Quid est celebris illa Idearum participatio? Per quam illæ quidem dicuntur participatæ, alia vero ijs participare? Et per hanc participationem, hæc illis fieri similia? Hæc imagines esse, illa esse exemplaria. Quid inquam hoc est, & quomodo fit? Elampsis quædam, & collustratio, hæc participatio est, Per quam hæc ab illis collustrata, & fiunt, & cognoscuntur. Fiunt quidem ab illis essentijs. Cognobiles uero ab illa entis claritudine fiunt, de qua mox est disputandum. Sed exemplis tota res manifestior euadet. Si hoc prius distinxerimus. Alia esse participantia, alia participata, alia denique imparticipata. Participantia ea sunt, quæ participant, & partem ab alio habent. Participata vero, quæ participantur, & partem sui præbent ijs, quæ participāt. Imparticipata autem, quæ partem sui, neque dant, neq; accipiunt. Si igitur quæramus, vnde sit natura; vnde sit cognitio? dicemus vtramque a suis causis venisse, & in suis etiam causis esse, proximis nimirum, & altioribus gradatim, vsque ad primam. easq; semper a suis gradatim effectibus participari. effectus vero suas causas participare, hoc est, a suis causis partē habere. Naturam itaq; a corporibus a se factis esse participatam: corpora uero eam participare, quia ab ea motum, & statum, imò potius vitam habent. Natura enim nihil est aliud, quam vna totius mundi vita. ab anima pendens, vt a sua causa. Cuius facta est particeps actu viuendi, & mundi corpus mouendi, & in statu tenendi. Anima aūt a mente, vt a sua causa id habet, quod naturæ tribuit. Mens autem hoc ipsum quod animæ largitur, ut transfundat in naturam, habet a vita; cuius Mens effectus est. Vita uero id ipsum ab essē tia, vt a sua causa, id ipsum recipit. Essentia tandem, a naturæ Idea, atque prima eius vnitate. Quæ ueluti, & flos, & fons est ipsius naturæ.

Hæc ergo vnitas proprias suas uires, per essentiam naturæ, primam, per uitam eius primam, per mentem itidem eius primam; perque animam eiusdem primam, in naturam transfundit, quæ in corpore est mundano, & in eo habitat. Vires inquam corpus totum, sustinendi, viuificandi, in se vniendi, vnum faciendi, viribusque suis in partes, & totum simul diffusis, sympathiam, & harmoniam efficiendi: & partes eius vires singulas, & particulares naturas diffundendi, quæ tamquam vniuersalis vniusque naturæ ministræ, corpora particularia, moueant, alterent, generent, augeant, corrumpant, & in imperium Reginæ suæ omnia referant, & in vnam concordiam conferant, ita vt ex tot mūdi partibus, vna conflетur, & sympathia, & harmonia, sicuti, & ipsa vna est, ab vnitate sua prima per eos gradus quos diximus deriuata. Quæ vnitas a primissimo vno fluxit. Idem de cognitione asserimus. Quæ & ipsa, ab vnitate sua propria, per eosdem gradus fluit, vsque ad cognitiones infimas, vsque ad occultos rerum sensus, quibus ea quæ, singulis sibi, & prosunt, & obsunt persentiunt, & percipiunt. Quæ cognitio, sicuti Aristoteles de esse, & vita dixit, alijs clarius, alijs obscurius esse, a primis illis, quæ extra cœlum viuunt, & aliorum causæ sunt, esse datas; ita a suis causis gradatim usque ad primum eius fontem est uarie contributa. Neque enim sensus animalium cognitionis, est principium, neque phantasia, cum nihil in eis sit immateriale, & impartibile. Neque opinatrix, quæ non nisi effectus nouit, causas non nouit. Neque dianœa seu ratio, diuisim enim per terminos causarū, & effectuum res cognoscit. Neque totum simul percipit, neque in instanti, neque simpliciter, neque eodem modo semper. Quæ conditiones, tametsi Mentis sint, attamen neque Mens primarius est cognitionis fons, quia multitudine intellectionum utitur, & uarietate intelligibilium ornatur. Vnitas ergo ipsius Mentis, per uitam, & essentiam suam, ab Idea cognitionis pendet, & cognitionis prima unitate. Quæ ab uno primo uenit. & fons omnis cognitionis est effecta, quæ per cognitionis essentiam primam, & eius primam uitam, in unitatem mentis defluens, & influens essentiam intellectualem, Menti est largita. A qua deinceps per inferiora uariæ sunt cognitionum species effusæ. Quod uero de duabus hisce rerum speciebus, natura, & noticia, exemplo declarauimus, id de specieb. reliquis omnibus, quæ in uniuersitate sunt, intelligi uolumus. In quo graduum, & causarum, & effectuum descensu, dicimus, ea quæ effectus sunt, participare. Causas uero participari. Imparticipatū denique esse, simpliciter, id quod ab omnibus est segregatum, & omnibus supereminet, unum, Deum.

FINIS DVODECIMI LIBRI.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER TERTIVSDECIMVS.



DE ESSENTIA ET ENTE.



Ssentiam vero, quid esse dicimus? Quid ipsum ens, esse dicemus? Quid vero aliud possit esse ens, quàm id quod est? Est autē, omne id, quod esse habet. Esse autem ipsum, quid aliud fuerit, quàm actus entis? Ens autem quam nam aliam secum inferet notionem quàm eam, quæ esse cuiusque rei significet? Aut ens esse id, quod cuique esse præbet? Et sicuti hoc verbum, Est, nominum, & verborum aliorum vinculum quasi est, ita ens vinculum erit formarum omnium. & singularum quasi radix, è qua, forma quæque enascitur. Et in qua fundata est omnis, præter vnum duntaxat, & vnitates. Quæ ente quoq; simpliciores sunt radices. Forma autem omnis alia, potest vel agere, vel pati. Iden si quis dixerit, ens esse id, quod agere, vel pati potest, ens ipsum verè circumscripserit. Quod si concedatur, (vt verè concedi videtur posse) ens, secum, & potentiam, & actionem vehit. Nam cum dicitur, (quod potest) potentia infertur. Cum vero annectitur, (agere vel pati) actio. Agere enim, & pati, duplex est, & esse haber, & essentiam, & essendi actum, vires quoque & actiones, secum circumfert. Vires, quidem ad motum paratas, & actiones, naturale iam, & propium opus adimplentes. Sumque vires, seu potentia, entis ipsius, quædam extensio, sicuti actio est extensio virium. At actionem, & vires, præcedentibus libris, non raro dedimus essentię. Essentia ergo & ens, idem ne erit? Vel cognatum quid, vel alterum, ab altero deriuatum? Ita sanè. Nam quod est, ens & est, & esse habet, & ab esse, essentia denominatur. Atque quodcumque horum dixeris, rē dixeris eandem. Sed non videtur, hoc omnino verum esse, in ijs entibus, quæ corporea sunt, & sensibilia. Horum enim plurima sunt accidentia. Substantia ex Peripati sententia, non plura quàm tria, Materia, forma, atque ex his compositum. Substantia vero, non videtur idem cum essentia esse, quamuis Archytæ ambo, senior, & iunior, & cum eis Aristoteles, οὐσίαν accidentibus contra distinxerint, οὐσίαν, autem nos essentiam appellamus. illorum vero sequaces Latini substantiam. Quæ per se substet, & accidentibus sit, & supposita, & quasi opposita. Hæc autem, de tribus illis, quæ substantiæ dicuntur, tertia est, compositum ipsum. Quæ quo ad nominis etymon, verius hypostasi respondet, quàm vsiæ. ὑπόστασις, enim rectissime vertetur, substantia, quia substat accidentibus. Vsia autem commune nomen est omnibus essentijs, omnibus nimirum ijs, quæ sunt, & quæ entia nuncupātur. Quæ & substātias, & hypostases, & accidentia omnia comprehendunt. Et quàmuis Aristoteles, vsias sua lingua vocet eas, quas ipse putat cœlos mouere; tametsi eæ nullis accidentibus substent, attamen in magno dubio versantur aliqui, an aliæ vsiæ, aliæue substantiæ in rerum vniuersitate reperiantur, quàm hæ corporales, quantum accidentia eas obuestientia, sensibus percipiuntur. At sciunt rectius philosophantes omnes, & nos supra ostendimus, corporalia hæc omnia accidentia, sui natura esse corruptibilia. Et corpora etiam ipsa, quæ accidentibus sunt substantia, interi

interiri tui esse obnoxia. Quis autem e philosophis, aut credat, aut concedat, vno contrario in natura dato, alterum non dari? Si entia, si essentiæ, si substantiæ corruptibiles, in rerum vniuersitate reperiuntur, cur non, & non corruptibiles reperiantur? Id certe ratio verissima persuadet: & philosophantium rectè, nemo negat; sicuti, & hoc aliud. Æterna, caducis esse præstantiora, & nobiliora: Ita vt hæc ab illis toto distent genere, & nihil inter se, fere habeant commune, præter quàm quòd, & sunt, & vna sunt, & multa. Et caduca ab æternis, veluti a sua radice pendeant. Igitur sunt essentiæ quædam in rerum vniuersitate, incorruptibiles, & æternæ, & quidem principe loco, & dignitate. Sunt & aliæ corruptibiles, & caducæ, quæ ab illis velnti deciderunt. Et quasi ab ente vero abscissæ, & recisæ in nihilum fere abierunt, aut ad ipsum accesserunt propè, & medio quodam loco, inter ens verum, & non ens, seu nihilum constiterunt. Namque dum existunt, & hyparxiu habent, enti sunt similes. Postquàm vero corruptionem subierunt, uel in nihilum abierunt penitus, vel ita se se intra sinum eius abdiderunt, vt credantur in nihilum esse redactæ. Itaque postquàm esse desierunt, non entia sunt facta. Dum uero entia apparebant, entia non entia verè erant. Omne enim id, quod non verè est ens, verè non est. Dumque est, ens esse videtur. Et quia verè non est, ens dici verè non potest. Est ergo ens nō ens. Medium itaque inter verè entia, & verè non entia, hoc est nihila. Illa vero verè entia, & sunt, & dici debent, de quibus numquam falsum fuerit dicere, ea entia esse. & de quibus semper verum fuerit dicere, entia esse. Quod caducis minime contingit. De quibus antequàm oriantur falsum erit dicere, esse entia. Et postquàm interierint, falsum erit dicere esse entia. Igitur caducæ res, nec veræ essentiæ, nec ueræ substantiæ, nec vera entia sunt. Sed a veris deciduæ, & inter veras, & nihilum interpositæ.

Neque videntur in caducis his, triplices esse substantiæ, quas Peripatus intulit, vel esse equiuoce, & alia atque alia ratione esse. Nam ea quæ compositum dicitur, corpus est. Forma vero corpus non est. Materia quoque vel non corpus est, vel inter corpus, & non corpus media, & si non corpus sit, non eiusdem est, cum forma rationis, nec diffinitionis. Nam illa subest huic, hæc illi superseder. Quòd si media inter corpus, & non corpus materia sit, non eiusdem iterum erit cum forma rationis. Quia hæc non corpus est simpliciter. Quomodo ergo tria hæc, materia, forma, compositum, sub eodem vniuoco substantiæ genere verè ponentur? Et si poni nequeant, iam æquiuoce erunt substantiæ. Alia corpus, non corpus alia, tertia inter corpus, & non corpus media. Et substantia, contra leges positas, magis recipiet, & minus. Magis enim substantia est corpus, quia substat accidentibus. Minus substantia est media inter corpus, & non corpus, ipsa materia, quæ formæ tantum substat. Minima substantia erit forma, quia, & non corpus est, & substat nemini. Igitur, & substāti ratione, hęc tria nihil inter se habent commune. Si nihil commune habent, neque genus est eis commune. Non ergo sub eodem substantiæ genere locabuntur. Non sunt ergo hæc tria omnia, substantiæ. Sed materia tantum erit substātia, quæ reuera substātia, & quæ æterna est. Forma uero, quæ ei superuenit, & ab ea discedit, cur fuerit substantia, si accidentis diffinitione comprehenditur? Accidens enim dicitur id esse, quod accedit, & recedit, sine subiecti corruptione. Talis autem est forma. Accedit enim & recedit, a subiecta materia sine materiæ corruptione vlla, quam æternam esse autumant. Quòd si forma accidens est, neque ipsa substantia esse potest, neque compositum poterit efficere, vt sit substantia. Quo modo enim substautia fiat, ex substantia, & accidente? Itaque de tribus positis substantijs, duæ accidentia sunt, tertia est reliqua, quæ verè, vel nihil, vel propè nihil est. Non ens. n. a preceptore ipso appellatur. Atq; ita ex eius doctrina, substātia vniuersa, aut accidēs est, aut nihil. Falsissima est ergo hæc de triplici substātia Aristotelis doctrina. Verior ergo vestiganda, & veræ substantiæ considerandæ, & cognoscendæ. Quæ nam autem hæ fuerint? Eæ forte, quæ materia careant? Hæ sanè. At vbi nam hæ sunt? In loco vbi nulla sit materia nimirum. In mundo immateriali. In mundo, omni materia carente, & omni subsistentia, & substantia carente. Vbi, quidquid est in nullo alio est subiecto, in seipsis sunt, & existunt omnia Nam si in hoc mundo, quia materia substat formæ, & compositum substat accidentibus, causa est, vt nulla earum veræ essentiæ, veraque entia sint: necesse a contraria ratione, vbi vera entia, & veras esse essentias, Vbi nulla sit substantia, nulla subsistentia. nulla sit forma, insidens materię, nulla accidentia composito inequitantia. Tantum ergo abest, vt substantia Aristotelica verum, & primum sit ens, vt reuera, vbi vera entia sint, ibi nulla sit substantia, quæ vel formis substet, vel accidentibus subsit. Vera autem entia, quid nam sunt? Ea omnia, quæ in subiecto non sint, vera entia sunt. Et ea, quæ id ipsum, quod sunt, sui sunt, & non alte-

alterius. Et quæ in se consistunt. Et quæ simpliciter sint essentiæ. Essentiæ autem veræ sunt, eæ omnes, quæ uera entia sunt. Ita vt verum ens, vera essentia sit, & vera essentia sit, ens verum. At ens, & essentia vera, vnde nam sunt, & vbi? Ibi quidem ea diximus esse, vbi nulla est materia. At vbi nulla est materia? Vbi omnia sunt formæ simplices, nullo egentes subiecto, in se consistentes, in se stantes, & in se substantes, & in se constantes. In mundo nempe intelligibili: In eo mundo, in quo Aristoteles met ipse, quædam supra cœlum constituit, in æuo, vitam optimam, & sufficientissimam uiuentia. In primo eorum io prima essentia. Vbi si quæ materia sit, non ut materia sit, sed vt forma, & vt huius materiæ nostratis formalis idea. Ens autem primum, & prima essentia vnde nam est? A se ne, an ab alio. Non equidem a se: fuisset enim, antequam fuisset. Ergo ab alio. A quo nam? A prima scilicet vnitate regina. Omnis enim producens, & generans causa, ante dissimilia, similem sibi effectum, & producere nata est, & sibi coniungere. Namque si necesse est, entium productionem esse continuam, & nullum vacuum inter producens, & productum, vti est demonstratum, intercedere: necesse quoque est, omne productum per similitudinē produci ad productorem, ijs modis, quos iam explicauimus. Ex quo sequitur necessario, omnem vnitatem producere, numerum cognatum sibi. Quia omnis causa, formam, & proprietatem suam, suis effectis tribuit, & quæ in ipsa sunt producente vnitate, occultè, & complicate, eadem in effectis sunt explicatè, & manifestè. Quæ res in numerorum vnitate fit clarissima. Nam hæc omnes numerorum species in se prius seminaliter continens, ijs, qui ex se prodeunt numeris, alijs alias tribuit vires, & proprietates. Neque enim possibile est, id quod prodit omnem simul producentis identitatem secum ferre: necesse tamen est, eorum quæ in causa insunt, fœcundam referre facultatem. Quibus rationibus fit manifestum, ab vnitate, vnum omnino nō posse prouenire. Necesse ergo est, ab ea multitudine prodire, quæ vnius illius causæ ostendat proprietates. Vt scilicet prodiens multitudo ostendat se diuisim esse ea, quæ vnitas est indistinctè. Cum igitur ipsum vnum, sit omnium principium, a quo omnis hyparxis prodijt, & existit, & subsistit, necesse est, ipsum produxisse multitudinem, vt ita dicam, vnialem, & numerum sibi cognatissimum, & sibi maxime vnitū. Hę sunt vnitates omnes. Neque enim aliter videtur fieri potuisse quandoquidem, & natura: naturalem producit numerum, & anima animatium. Et mens mentalem, & quantum pōt sibi simillimū. Ergo multo magis vnū, vniformē produxit multitudinē: vniformis aūt fuit quia vnitates omnis fuit multitudinis numerus. Ita enim ipsi, vni factus est cognatissimus: & ideo ineffabilis, & superessentialis, & vsquequaque illi simillimus. Ergo vnum ipsum, ante entia, quæ illi sunt dissimiliora, producit vnitates sibi similiores, & præ cæteris, vnam sibi simillimam, A qua, & a quibus, ens & essentia prouenit, & inde pendet. Ens enim & essentia id est, quod indiget aliunde vniri: vnitates autem, inter vnum, & ens positæ, entia cum vno vniunt, & ad ipsum ea conuertūt. bonum ergo supra essentiam, & supra ens. Vnitas est vnum maxime referens, & bonitatis est idea, & aliæ omnes vnitates sunt super essentiales. Vnitas vero regina, ab vno primo genita, in se entia omnia tulit indistincta, vnita tamē, quæ in genitore erant vniter vna. Itaque ipsa, & vnum fuit, & multa. Vnum quatenus ab vno, vna fuit. Multa verò, quatenus ab omnibus entibus paternis, secum tulit omnes vnitates omnesque rerum ideas. Quæ entium singulorum est veluti flos, & summitas, & centrum, circa quod entia singula consistunt. Sed hæ vnitates, vtrum & ipsæ sunt ab entibus imparticipatæ, sicut ipsum vnum? Vel ab entibus participantur? Nam si sunt imparticipatæ, quid ab vno differunt? Si vero participantur: quid illo plus, aut minus habent, vt illud non participetur, hæ uero participētur: Si dixerimus eas singulas, & vnū esset, & multa entis proprietatem, in eas transferemus. Si vero eas singulas vnum tantum esse asseuerimus, quid ab vno primo differunt? Et cur illud, primum tenet locum; hę vero secūdum? Sed dicēdum, vnum ab entibus segregatum, & longe supra entia positum, ab eis non participari, neque eis iungi. Vnitates vero participari ab entibus, ita vt singula entia sint, per suam unitatem: & non solū sint, sed etiam sint vna. Et bonum suum habere in eo, quòd sint vnum. Et quod per hanc vnitatem primo vni, quadantenus iungantur, & ad ipsum cōuertantur. Igitur entia, a suis vnitatibus, atque ideis, primo gradu sunt vera entia, veræque essentiæ, de quibus loquebamur. Ab vnitate quidem prima, primum ens, & prima essentia. Ab vnitatibus reliquis, quę in prima sunt vnitate, entia sunt reliqua. & essentię reliquæ, hoc est omnes. Quot enim sunt vnitates, tot etiam sunt entia. Et quot entia, tot vnitates, & sicuti in vna prima vnitate, omnes erant vnitates; Ita in primo ente, omnia debēt esse entia. Et in prima essentia, quæ idem cum primo ente est, omnes essentię. Ordine enim hæc iræ, rationi ac naturæ est, consonantius,

quàm confusionem in diuina inducere. Itaq; sicuti primæ vnitati vniuersali, & omnes alias continenti, primum ens vniuersalissimum respondet. ita in se reliqua entia, & reliquas essentias omnes côntinet. Nam sicuti ab vno, prima vnitas, per vires vnius genita est, & omnia secum retulit, quæ in genitore vno erant entia, sic per primæ vnitatis vires, ens primũ prodijt, & secum entia alia omnia singulis illius vnitatibus respondentia, veluti illatũ germina reportauit. Hæc enim est primorum omnium proprietas ut in se omnia, quæ ex se proditura sunt seminaliter contineant. Igitur primum ens, entia omnia côntinet. non prædicatione inquam, sed comprehensione. Nihil enim ibi, aut vanum, aut posterius, aut falsum est. Omnia plena, omnia prima, omnia vera sunt. Sed quid opus fuit, ab vnitate prima, primum ens; ab vnitatibus reliquis, reliqua entia prodire? Id sanè fuit necessarium. Nam & vnitas prima, idea boni est, & vt bona, producere habuit opus. Et quia ei ipsa vn' omnia erat, nõ hæc aut illa, sed omnia producere habuit necesse, nisi vel impotentiæ, vel inuidiæ culpam voluit subire. Et quia omne producens, vt ante est probatum, sibi simile prius producit: id primo produxit, quod sibi natura proximum, simileque futurum erat. Ens scilicet ipsum, & essentiam, quæ in se ipsis primo essent, & consisterent, & deinde in reliqua omnia diffunderentur. Ita ut inde aliud prodiret nihil, quod non esset, quod ens non esset & , quod essentia non esset. Ens autem, non potuit, aut esse, aut aliunde prouenire, quam ab vnitate proxima, & illa mediante, ab ipso vno. Nam quidquid est post primum, necesse est, (quod est probatum antea) vt & vnum sit, & multa. Vnum quidem, tum quia ab vno, tum quia nisi vnum esset, in nihilum abiret; tum quoque, quoniam vno tum est, tum bonum ei est, & bonorum maximum. Multa autem est, quia idem cum vno, esse nõ potest. Si non idem, ergo alterum. At alterum ab vno est ipsa multitudo. Ens ergo omne, ab vno est, illo quidem primo vnitate mediante, proxime vero, a sua est vnitate, atque idea. Quæ illi vnum esse indit, & vnum esse facit: & facit etiam, esse multa, quia vnum tantum non est. Omne enim vnum, primum vnum, omnisecum, & omnificum imitans, necessario est fœcundum. Fœcundum autem non alterius rei, quam multitudinis, tum in se, tum extra se. Nam cum omne ens sit hyparxis in se, & per se, id ipsum quod est, sui sit, vnum primo esse, est necessarium. Idque tota latitudine, modis quatuor. Nimirum, Vnũ essentia. Vnum toto, Vnũ forma, Vnum subiecto. Multa quoque est oppositis quatuor modis. Multa proprietatibus. Multa partibus. Multa viribus. Multa mistione cum alijs. Atq; hæc singula quatuor, singulis illis vnis ordine correspôdent. Atque inde est, vt ens, quodlibet, & vnũ, & multa, non esse, nequeat. Nam cum sit, quoniam existit, & statum in se habet, & motionem. Neque enim stare potest, nisi prius sit, & existat. Quatenùs ergo est vnum, & existit, & concretione sui ipsius constat; stat, & manet. Quatenus vero est multa, necesse est, vt moueatur, & intro, & extra. Intrò quidem motione essentiali, & in essentia. Extra vero motu ex essentia. Motio vero illa interna fit, quia ob fœcunditatem, ad secretionẽ partus ex se præparatur, & properat. Est enim omne vnum, omne ens fœcundum. Imitans enim primum vnum, ob similitudinem quam (quantacumque ea sit) cum illo gerit, sterile esse non potest. Hanc igitur internam motionem, vim, & potentiam nominamus. Ex hac prodit actio, & operatio secunda, quam dicimus ex essentia, ad extra. Sed quoniam vires multæ sunt, & ex eis multæ prodeunt actiones, totidem scilicet, quot ipsæ sunt vires, quę ab eis producitur multitudo extranea, necessario internę respondet multitudini. Atq; ideo integra essentia ea est, quæ in ipso sui est, & vires habet, & operationes potest edere. Vnde plene deffiniri potest. Essentia, siue ens hyparxis est, potens, & operans. Respectu quorum trium, Ens poterit tertium dici principiũ, cum secundum sit vnitas, & primum Vnum ipsum. Tertium inquam principium eorum, quæ post ipsum sunt. Varia enim essentiarum sunt genera post ipsum, & ab ipso procedentia, varijs gradibus distincta. Ac prima, quidem est, essentia simpliciter, & simplicissima, quæ in mundo est intelligibili post ipsas entium vnitates. Alia est essentia vitalis, proxime a simplicissima hac, deriuata, & ab ea pendens, & in ipsa existens, sicuti & ipsa in vnitate prima existit. A uitali pronascitur, & pendet, essentia intellectualis, siue mentalis. Post quam est essentia animæ. Hanc sequitur essentia naturę. A qua est qualitatis essentia, Et ab hac essentia formæ, & sub hac corporum essentia. De quibus omnibus, ordine, & dictũ est breuiter, & suis locis dicendum est latissime.

FINIS DECIMI TERTII LIBRI.

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS LIBER DECIMVS QVARTVS.



DE VITA.



DVM Deus Verbum inter nus uersaretur, de se dixit. Ego sum uia, & ueritas, & vita. Via quidem, eaque rectissima, reditus hominum ad patrē. Veritas, quia nullum in eo, aut erat, aut est mendacium, nulla falsitas, nulla ignoratio, nulla denique ab eo, uel sermone, uel facto vllo deceptio. Sed & in se ipso, ueritas est ipsissima, verissima rerum omnium scientia, certissima est patris sapientia. Rerum omnium simplicissima, & summa essentia, & entium omnium vnio, & communio. Sed est, & uita. Nam cum summa sit ueritas; & dixerit, ego sum vita, plusquàm necesse est, eum vitam quoq; esse ueuera. Sed ob id quoque, quoniam quæcumque in eo sunt, omnia sunt vita. Spiritus enim eius dixit. Quod factum est, in ipso vita erat. Neque enim aliter esse poterat, ut ratio quoq; philosophica persuadet. Quo enim modo in vita, aliquid sit non uiuens? Necesse enim est ibi, uel omnia esse uitam, & uiuentia, vel aliqua uiuere, aliqua vita carere. vel carere omnia vita. Si omnia uita carent, quo modo ibi summa est perfectio? summa sufficientia? Quæ demonstrata sunt ibi esse. Nulli autem dubium, vitam morte, longe esse præstantiorem, perfectioremq;. Si uero non omnia, sed aliqua ibi carent vita, rursus quomodo ibi summa est perfectio, ac summa sufficientia, vbi partem imperfectio habeat? vbi optimi sit priuatio? Non ergo in uita illa, aliqua vita carent, aliqua uiuunt: sed uiuunt omnia. At uiuere, est uiuentibus esse. Totum ergo illud uiuit, & vita est vera. & partes eius omnes, quæ vera entia omnia sunt, uiuunt, & sibi quæque est uita. & verissime dictum. Quod factū est, in ipso vita erat; & nunc etiam uita est. At qualis vita? An forte prius, notio propria huius nominis est noscenda? Vita, quid significat? Videntur sane ea viuere, & vitam habere, quæ quouis modo se se mouent, & principium motus in se habent. At motus principium ostendimus esse animam. Igitur ex hac notione videntur ea viuere, quæ sunt animata. Et veterum multi animam dixere, ipso sui esse, ac præsentia, corporibus vitam indere. Et inde in quatuor gradus, vitam distribuerunt. In vegetalem, in sensitiuam, in motiuā, & in intellectualem. Et profecto, vita quædā videtur ab anima in corpora deriuari, per quā ipsa viuunt tamdiu, quandiu anima eis præsto est. & eius recessu, vel abolitu in brutis, & stirpibus, vitam quoque ab eis, vel recedere, vel aboleri. siue ea in nutritione consistat, siue in sensatione, siue in motu. Nam vita quædā his quoque nobilior, & superior eis uidetur inesse, per quam viuere dicuntur, etiam si nō sentiant, aut simile non generent, aut etiam non nutriantur. Sed neutris hisce vitis, quia sint fortis infimæ, videtur esse locus in perfectissimo. Cuius vita, non uidetur ab anima, pendere: cum ipsum sit anima longe superius, & excellentius longe. Et anima ipsa viuat. quia sicuti essentiam habet, ita vitam quoque ab eo necesse est habere. Sed & intellectus animæ datus, & alius hoc superior viuere sunt dicendi. Vel enim viuunt, uel sunt emortui. At mortuam rem, animæ viuæ perfectionem dari asserere, omnium est absurdissimum. Ergo intellectus ab anima participatus, viuens est. Si vero hic viuens est, multo magis intellectus eo superior, & impartici-

imparticipatus, viuens erit. Qua enim uera ratione emortuus queat dici, qui animario intellectu, longe est præstantior, & per se intellectus, & in se. & participati illius author, & causa. Ita enim si dicatur, effectus, ipsa causa erit nobilior. Quam rem, rerum natura minime fert. At si imparticipatus intellectus viuēs est, etiam primus intellectus viuens erit, & vita. & quæ in eo sunt omnia, vita sunt, & erant, & ipse vita est verissima, & summa, & optima. At vita, genere suo, duo videtur significare, essentiam scilicet viuentis, qua est viuens, & eiusdē actionem. Vtramque Aristoteles quoq; agnouit. Priorem quando dixit. Viuere, viuentibus est esse. Secundam quando scripsit, viuere est sentire, & intelligere. Harum duarum, quam dicemus primam vitam, in primo ente, primaque essentia? Vtramque. Nam uita, sicuti essētiæ proxima est proles: ita quoque prima est viuens essentia. Neque enim prima, ac summa essentia videtur posse esse emortua. Viuit ergo, & vita est; hoc est, se se mouet; & se in se mouet, & quasi feruescit. Vnde à Græcis ζωὴ quasi ζέουσα feruens essentia, & ebulliens, & τὸ ζέον τῆς οὐσίας videtur dicta, essentiæ ebullitio. Quia sicuti quod feruet, in se mouetur, sic essentia quæ se se mouet videtur feruere. Itaq; vita, essentia feruens, seu essentiæ feruor videtur dici posse. Quia nimirum ociosa non sit neque iners, sed excitata, & expergefacta. Nā sicuti essentia simpliciter, rem constituit, & facit existere, & subsistere, sic vita, eam essentiā excitat. & uel motus essentiæ est, uel in ea est causa motus. Omne enim quod mouetur, quia vitæ particeps est, mouetur. Neque aliud vera uita est, quam essentiæ in se ipsa motio. Igitur si essentia, & ens mouetur, per uitam mouetur sibi intrinsecam. Si intellectus si animæ mouentur, per uitam eis mouentur innatam. Et si quæ corpora ab anima moueantur motus quorum, ipsam diximus esse principiū, per uitam quæ animæ inest, reuera mouentur. Et reuera, vbique, siue in intelligibilibus, siue in sensibilibus, siue in medijs, & motus internus vita quædam est, & vita, est motus quidā internus. Et mediusfidius, essentiali sua deffinitione comprehendi potest, si dicatur, vita est essentia parturiens actionem. Nam dum essentia, & ens quodlibet per vires sibi innatas, ad actionem se præparat, & properat, ea præparatio, & properatio, & motio quædam est intrinseca, & quam supra motionem in essentia appellabamus. & eam vitam esse dicimus. Se se enim mouet, & a se mouetur. Est autem vita multiplex sicuti, & essentiam multiplicem esse ostendimus. Et vbique est, inter ens, a quo uenit, & intellectum seu notitiam quam producit, media. Nam sicuti hæc tria, Ens, Vita, Mens vbique sunt. primo tamen, & essentialiter in ente. In quo, & essentia, & vita, & mens, & entium summitas: ita vita, est medium entis centrum, entis scilicet intelligibilis, intelligibilis, & ipsa, in intelligibili ipso, & ente, & mundo. Participans quidem ipsa essentiam, ab intellectu uero participatur. Prodit enim ipsa ex ente, profert vero ex se mentem. Omne autem productum, producentis fert secum proprietatem. Hæc ergo de uita intelligibili, ac prima, in qua uitæ omnes reliquæ intelligibiles, sicuti in primo ente, essentiaq; essentiæ, & entia reliqua. & in prima vnitate vnitates reliquæ omnes. Post quas intelligibiles vitas, & simpliciter vitas, sunt vitæ aliæ multiplices, sicuti post essentias simpliciter, essentiæ aliæ multæ. Proxima quibus, est vita intellectualis, qua intellectus, & mentes viuunt. Hanc sequitur, vita animaria; per quam viuunt animæ. Alia est vita naturalis, qua Naturæ habent viuere, & vitam. Alia vita est qualitatum, alia formalis. Alia denique corporum. Et vbiq; uita, est essentiæ feruor, & actionum parturitio. Et omne quod ab ea constituitur viuens, essentia est feruens, & cognoscens. Neque enim inferiorum quicquam est, quod sicut essentiæ est particeps, non sit etiam particeps vitæ, & cognitionis; cognitio autem omnis est ab intellectu. Quod mox palam fiet. Nunc vero colligamus. In prima, ac regina vnitate, non solum alias esse vnitates omnes, & rerum ideas, verū etiam ipsas verissimas essētias omnes, omniaque uere entia. Sed & vitam primam, & vitas omnes ueras. inter se distinctas omnes simul, & unitas, ita ut omnes sint in omnibus, & singulæ in se ipsis. Et cum omnibus esse, etiam primum intellectum, & intellectus omnes absolutos, diuinosque. Quod libro sequenti demonstrabitur.

FINIS DECIMIQVARTI LIBRI.

FRANCISCI PATRICII
PANARCHIAE.
DE INTELLECTV ET INTELLECTIBVS.

Libri ~~Decem~~. octo

AD GABRIELEM PALAEOTTVM S. R. E.
Illustrissimum & Reuerendissimum Cardinalem.



FERRARIÆ,
Ex Typographia Benedicti Mammarelli. M. D. XCI.
Superiorum permissu.



ILLVSTR.^MO ET REVER.^MO S. R. E. CARDINALI GABRIELI PALAEOTTO.





IGnotum me forte tibi, GABRIEL PALAEOTTE, Purpuratorum Senator optime ad te nunc munere cum hoc, venire, possem credere, nisi Alexander Burgius Modianæ Antistes tui cultor maximus, mihi amicus optimus, me suis litteris certiorem fecisset, tibi me non solum notum, sed etiam in non infima esse existimatione. Qua bonitate, ac benignitate tua, ita me tibi toto animo deuinxisti, vt neminem forte habeas, qui tibi, tam sit deuinctus. Accedit ad hæc, & maximopere, deuotionem animi erga te mei adauget, quod Camillus frater tuus, Senatorum Bononiensium scientissimus, multa ac magna me prosequitur beneuolentia, sicuti ego eum, non minore prosequor veneratione. Amorem autem erga me suum, opere suo non vno, satis persensi. Quid igitur, quod me deceret, te non dedeceret, facerem? vt sensum aliquem, meæ erga ipsum gratitudinis, erga vero te, summæ venerationis summæque obseruantiæ vobis darem? Specimen testimoniumque aliquod eius rei tibi exhiberem? Non illud quidem exiguum, sed quàm maximum possem. Possum autem de fortunis nihil. nihil de corporis bonis in munus tibi afferre. Possum tamen de iis quæ in me sunt optima, maximaque, Mentis, quæ nostri in summo solio sedet, aliquid tibi donare. Operam scilicet intellectus nostri, viro tibi. Summo intellectu ornato, de intellectus, intellectibusque contemplationes offerre. & in conspectum tuum, in conspectum orbis totius, in conspectum ni fallor, posteritatis omnis etiam afferre. Tibi igitur Panarchiæ nostræ, posteriores libros octo, De intellectu nimirum & reliquos, affero, offero, dedicoque. res sacras viro sacro. Quos si intellexero esse tibi & lectos, & intellectos (quod minime omnium dubito) spero fore, vt sentiam eos, tibi acceptos etiam fuisse. Et si acceptos, etiam laudatos. Cuius laudis amore (fatear desiderii mei

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER QVINTVSDECIMVS.



DE INTELLECTV.

IN vnitate primaria, aliarum vnitatum omnium fonte, ac regina, quam diximus apud Platonem, Ideam illā boni fuisse, quàm tam vecordiret, vecors carpsit uel Aristoteles, uel eius filius Nicomachus, reliquas omnes vnitates, quæ rerum sequentium sunt Ideæ, tabernaculum habere est demonstratum. Et similiter in ea ens primum habitare, & essentias omnes. & vitam primam, & reliquas vitas omnes. Nec non ibi esse, & intellectum primum, & intellectus cunctos. Cum autem, & de vnitatibus, & de essentijs, & de vitis veris sit peractum, videtur esse reliquum, vt de intellectu, seu mente, etiam agamus, tum primo, tum secundo, tum etiam de intellectu in vniuersum.

Itaque dicimus a nobis ostensum esse, in verbo, & vnitate primaria, omnia esse, quæ sunt in uno patre Deo.

Πάντα γὰρ ἔχει, ὅσα ὁ γεννήτωρ ἔχει.

Omnia enim, habet, quæcumque genitor habet. Inquit Damascenus. Et ipsum met.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo.

In patre quidem, omnia erant vniter vna. In verbo uero, quod nos vnitatem primariam iam diu uocamus, eadem omnia. Sed iam inter se distincta. Non quidem subiecto ullo, sunt enim vnum, & idem subiectum omnia, quod est ipsa vnitas. Sed sunt distincta proprietatibus. Sed hæc vnitas omnia, quo modo facta est intellectus? Ipsa quidem, & vnitas est primaria, & vnitates omnes; & essentia, & ens primarium, & entia omnia, & vita primaria, & uitæ omnes. Quid igitur obstabit, quin sit etiam intellectus primus, & intellectus omnes? Obstat sanè nihil. Sed quibus modis, & essētia, & vita factus sit, ostēsum est; Ostendamus modo, quo modo factus sit intellectus. Emanauit a patre, & genitus est filius, & verbum. Duo hæc, vt Theologi nostri docent, emanationem intellectus secum ferunt. Recte admodum. Sed nondum modus innotuit. De quo nos aliquid. Dum a patre emanat verbum, eam sui emanationem sentit ipsum. Est enim, & ipsum patris sapientia. Nam si non persentit, se a patre emanare, iam profectò imperfectum, & emortuum est. Persentit ergo, se a primo emanare, & in essentiā venire, & vitam. Ea persentiscentia (vt ita vocem) in se vertitur, & in patrem, amore ardentissimo conuertitur. Ea versione, & conuersione, & se, & patrem agnoscit, & cognoscit. Hæc agnitio, & cognitio, amentia non est, sed mentis actio, & intellectio. Intellectio hæc, intuitus quidam est, in patrem. Intuitus hic, cuius nam alterius fuerit prius actio, quā intellectus? Sanè non vitę, non essentię, non vnitatis. Hæc enim est propria intellectus operatio, in se, & in causam suam conuersio. Et per suam essentiam intueri alia. Eò ergo intuitu, dum emanat, & conuertitur, intellectus est effectus, & quidem primus. Nemo enim ante ipsum, ea est usus actione. Sed ea conuersione, & prętetea amore in Patrem, secundus processit intellectus, quem Spiritum appellauimus. Nam eodem emanationis actu a Patre in Filium, a Patre procedit, & per Filium eodem conuersionis, & amoris in Patrem actu, procedit Spiritus, ab eodem patre procedens, & per filium in eundem patrem re-

diens. Et unum,& idem cum eis factus, alteritate quadam ineffabili, alter ab eis euaſit. que ideo, ex ea cum patre, & filio identitate exijt. Ita enim cecinit Zoroaſter.

Μὴ δὲ προέλθεν, ἀλλ' ἔμεινεν ἐν τῷ πατρικῷ βυθῷ.

Neq; exijt,ſed mãſit in paterno profundo.
» Imo ipſe, eadem illa ſui in filium, & patrem conuerſione, & amore, factus eſt intellectus, ſed ſecundus. Cui, inquit.

Πάντα ἐξετέλεσε πατὴρ καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ.

Omnia perfecit pater, & intellectui tradi-
» dit ſecundo.
» Quęcumque ergo habebat pater, in filium ſunt ab eo transfuſa,iam diſtincta in vnitates, in eſsentias, in uitas, in mentes. Eadem hęc a patre per filium,ſunt in ſpiritum fuſa, iam etiam diſtinctiora, & ad exitum ex profundo propinquiora. Sed hęc ſuo loco. Nunc quæ de intellectu ſuperſunt conficiamus.

Duobus Mentis,& Intellectus nominibus rem eandem ſignificamus: Quam Græci nominum ditiſſimi, non niſi vno νοῦν habuerũt nominare. Intellectus omnium conſeſsu intelligit. Et niſi intellectus eſset,non intelligeret, & niſi intelligeret, intellectus eſset minime. Munus ergo eius proprium, & opus, eſt intelligere, & intellectio. Hæc nulli dubia. ſicuti neque hoc, Intellectionem, cognitionem eſse quandam. Cognitio autem quid nam ſit,quis nam philoſophorum explicauit? Dicamus nos aliquid, tum de cognitione in genere, tum de præſtantiſſima cognitionum, intellectione. Vnde aliæ deriuantur cognitiones omnes.

Cognitio igitur quid nam eſt ſui natura? Videtur ſanè, non aliud quid eſse, quam conuerſio, & intenſio cognoſcentis in cognoſcibile, ſtudio ueritatis adipiſcendæ. Hæc quidẽ cognitio eſt,in uniuerſum. Prima autem cognitio eſt in intellectu primo. Quia hic primus omnium, amore veri intenditur in cognobile. Per quam intenſionem factus eſt intellectus, & actum intelligendi eſt conſecutus. Nam cum eſſentia illa primaria, in ſe ita ſit vnita, vt nullo modo a ſe ſecernatur, ſit vt id quod ab ea prodit, diſcretum ſit ab ea,& ſecundo ab ea gradu diſtans. Quod cum in ſe iam conſiſtat, & ſe ipſo circumſcriptum, in ſe ipſo in cauſam ſuam quaſi ad remedium ſuæ diſcretionis conuertitur, & ab ipſa ueritatis fulgore oppletur. Atque ita primus ſit intellectus. Tum cognitionis ſuæ oculum, in ſe primum intendens, ut contemplatione eius a quo prodijt, in illud redeat. Et illud, quantum in iam diſcreto fieri queat, in ſe reducat, adnititur. Atque ita ſit, vt cognitio, nihil ſit aliud,quam Coitio quædam,cum ſuo cognobili. Vnde facile, e coitione, in cognitionem nomen eſt conuerſum. Græcis uero eſt forte, *γνῶσις* cognitio quaſi *νέα γένεσις*, noua generatio, & *νόησις*, *νέοσις* intellectio, reditus ſit quidam in ipſam eſſentiam. Sed hæc etyma, a re non diſtantia,ſunto ſatis. Res vero ita ſe habent, vt *γνῶσις* cognitio. & *νόησις* intellectio, hanc habeant notionem, vt utraque ſit, reditus eius quod prodijt, ad id, vnde uenit. Et quod a cauſa ſua quaſi abiit, egeat ad eam redire. In quo quidem eius reditu, non abolet diſtantiam eam, qua a cauſa ſua, ente diſtat. Sed ipſum quod diſtat, qua diſtat, in id reducitur, a quo prodijt, & a quo diſtetit. Itaque cognitio, dum cognoſcens in cognobile, qua ſi ſuppetias petens vertitur,& in ea conuerſio ne illuſtratur, dici poteſt colluſtratio quædã, & luminis a cognoſcili,in cognoſcens immiſſio,& infuſio, talis vt ei eſſentialis fiat. An vero potius, per hoc quidem ſit cognitio: ſed ipſa forte non hoc eſt? Quid igitur patitur cognoſcens,quando nondum cognoſcit? An forte cupit,ipſum cognobile, vt eo indigum? At quid nam eſt hoc cognoſcile? Ens forte eſt. Sed forſitan non qua ens, cognoſcile eſt. Ens enim qua ens, tantum eſt. Cognoſcile vero, in ente, forte eſt aliud. Vel fortaſſe hoc illi ineſt, non tamen quo diffetant, adhuc eſt notũ. Forſitan hac methodo noſcetur. Ens eſt hypoſtaſis ſiue ſubſtantia. Cognoſcile uero eſt eius claritudo. Nam & in materialibus formis, idem videtur euenire. Aliud enim eſt ſubſtantia, aliud eſt ſenſibile. Hoc enim ab illa veluti efflorefcit: & ei, uſque ad ſenſum prælucet. Sic & entis claritudo eſt flos quidam inde enaſcens, & ſplendor qui ei prælucet, vſque in cognoſcens. Eique ſurſum intenſo occurrens inditur, & ipſum perficit, & cupiditatem eius,luminis proprij repletione ſaturat. Intellectus ergo,non cognoſcit ipſum ens,ſed eius efflorefcentem claritatem. Vel etiam ens cognoſcit,ſed per eius claritatem,& per id quod in ente eſt cognoſcile. Appetit quidem intellectus ens ipſum, & ad id redire nititur, vt cum illo coeat, & illud coeat ſecum: vnde coitio fiat,& cognitio. Adipiſcitur autem id, qua cognoſcile eſt. Forte & appetitio hæc dicenda eſt fieri,per cognoſcile ipſius. Hoc confeſſum eſto. Cõſecutio,& adeptio entis,cognoſcenti intellectui ſit,qua eſt cognobile. Hæc aũt claritudo,non niſi a mente percepta quid nam fuerit? Nam per ipſam cognoſci diximus ens. Ens aũt ipſum, non per ſe cognoſci. An uero,uerum fuerit,hãc claritudinem,effluxũ atq; emanationem quadã eſſe ab ipſo ente. A quo ita effluit, ſicuti a ſole lumen hoc circumterraneum effluit. Et ſicuti quis, ſolem ipſum intuens per claritudinem ſuam non ſuperficialem tantum intuetur, ſed totam, quæ

in toto est sole perspicit. Sic intellectus non emissam tantum ab ente claritatem, sed ei quoque intimam, perque totum ipsum ens meantem. Neque enim in eo quicquam est quod non refulgeat, & non propterea, ad sese manifestandum. Sicuti diaphanum quoduis, aptum fit visile, quia per totum ipsum natura visilis diffunditur. Et nihilominus aliud est eius diaphanotis, per quam secundò corpus ipsum, uisitur. Sic & in ipso ente, naturalis, atque essentialis est ei claritudo. Et per hanc a mente prius cognitam, ipsum ens intelligitur. Igitur intellectus, qui ab ente per mediam vitam prodijt, factus est cognoscens illius a quo prodijt. Atque ad illud sua cognitrice vi, & actuali cognitione conuertitur, adipisciturque quod apetijt per suam cognitionem, quæ est intellectio. Et cum eo vnitus, & ei inexistens ipsum fecit cognitum. In quo tria hæc, Ens, Vita, Intellectus, ita vnita sunt, vt nihil sint distincta. nisi notione, & ratione hac, ab illa diuersa. Dum vero vita, ab ente secernitur procreat intellectum, in quo iam sunt discreta hæc eadem. Et tria hæc alia, cognoscibile, cognitio, & cognoscens. Sed hoc principale est. deinde est cognoscibile. Atque hinc est, vt quæcumque ab eo per cathenam vsque ad infima deducuntur, & formæ sunt, & aliquam inexistentem habent cognitionem, quantacumque ea sit, pro formę dignitate. Atque ita fit, vt apud nos, omnis forma viuens vel anima est, hoc est vita cognoscens. Vel animalis huiusmodi cadauer. quando scilicet passum sit priuationem & formæ viuentis. & animalis. Pendent enim ab Ideis. Quæ intellectum se ipsis implent. Qui in se ipso discretus totus, per totum se ipsum, cognitor est factus, & cognoscibilis, & cognitio. Nam per secretionem ab ente cognitor est factus. Qua vero est ab ente secretus, ad ipsum optat regredi, cognobilis est redditus. Hoc autem nō nisi per mediam cognitionem. Neque tamen ideo intellectus, est factus ens; Neque ens factus est intellectus. Sed intellectus est per propriam hyparxin. Ens vero est per essentię participationem.

Volens ergo intellectus, postquam ab ente secretus fuit, ad illud iterum reuerti eique cōiungi, collegit suam ipsius cognitionem, in cumulum cognitionum omnium. Et cum ex omnibus, cognitionem vnam cōflasset, omnibus viribus ad primum cognobile contendit. Atque ex multa illa cognitionum vnione, veluti vna essentia factus, enti se se applicuit. Et cum eo iunctus cognouit coniunctionem, non amplius vt cognoscens ad cognitum, sed vt essentiæ suæ, ad illius essentiam. Itaque reuersio ad illud essentialis potius est. Ad se vero cognoscens magis. Quia vero appetijt reditum: & appetens omne, vt indigum, ignobilius est appetito, factum est, vt & cognobili, ignobilius sit cognoscens.

Concludamus, quoniam intellectus, enti iunctus, essentiam est adeptus, & essentialiter est factus intellectus, non potentia, sed actu, semper est intellectus. Et eius intellectio non est adueutitia. Intelligit enim a se. Si a se, etiam ex se. Si ex se, etiam per se. Si per se, etiam in se. Si in se, habet ergo in se, quidquid intelligit. Essentiæ namque sese coniunxit. Et essentia ipse quoque factus est, etiamsi eam per participationem habeat. Intellectus ergo in genere, ea essentia est, quæ vires intelligendi habet ab essentia venientes. & in actionem intellectionis exeuntes. Quæ quidem intellectio, non aliud est, quàm intuitus, tum in se ipsum; tum in propriam causam. tum etiam, per semet ipsum in posteriora, a se prouenientia. Cum igitur intellectio sit intellectus. vtrumque simul erit, & actus, & actu. Actus autem hic, essentia illius est, cuius est, & actio: nimirum ipsius intellectus. Atque ita intellectus, & intellectio eadem res reuera fuerint. Intellectio autem, motio quædam est. Atque ideo circa aliquid versatur. Circa id nimirum quod ipse intellectus intelligit. Intelligit autem per intuitū, tum causam ipsius, tum se ipsum, tum ea, quæ a se sunt. Idque cum omni intellectui natura sua competat, necessario primus quoque intellectus, & causam sui videlicet, patrem Vnum, & se ipsum, & quæ a se sunt intelligit omnia. Sunt ergo & Pater, quem nemo nouit nisi filius, & ipse sibi, & quæ a se sunt illi intelligibilia. Et dum circa ea uersatur, sunt ei intelligibilia, & intellecta. Et ipse tum est actu intelligens. At semper est in actu. Semper ergo hæc omnia intelligit. Et ipse, & intellectus, & intelligens, & intellectio, & intelligibile est, & intellectum. At, & vita est, & viuit. Et essentia quoque est, & vnitas summa, & Vnum. Hæc ergo sunt ei intelligibilia. Sed quoniam, omnia tradita sunt ei, a patre suo; & genitus in se habet, quæcumque habet genitor. Et in genitore erant entia omnia, & non entia. Ergo entia omnia, & non entia in ipso sunt, & sunt ei intelligibilia. Omnia ergo intelligibilia, ei sunt intrinseca: Et extra ipsum nihil est eorum, quæ sui natura intelliguntur, cum ipse ea sit, & omnia. Ita enim fiet, vt verè, & verus sit intellectus, cum omnia quæ intelligit, sibi habeat præsentia. Et ea opus non habeat aliunde quærere. Neque eorum obliuisci possit vnquam, aut opus habere eorum reminisci. Neque falletur vnquam, aut falsum dicet. Neque aliunde scire quæreret, aut fidem ab alio requi-

ret se scire vllo, quàm a se ipso. Neque per coniecturam sciet. Neque scientia eius dubia erit, neque ambigens. Neque ab alio andiet, aut addiscet. Neque per syllogismũ scientiam aquiret, neque per demonstrationem, aut aliam vllam argumentationem. Hæ eoim quoniam in se dubiæ suot, aliunde alia quærunt, & asciscunt, vt certitudinem aliquam vel fidem maiorem nanciscantur. Quæ si intellectus quæreret, vel dubius esset, vel ignorãs. At impossibile est, Mentem, vel amentem esse, vel dementem. Mentis enim defectum pateretur, & a sua essentia recederet. Sed Mens, ne humana quidem, dum mens est, quicquam patitur, quo a se ipsa abeat, & demens fiat, Neq; fit dubia, vel amens. Si amens non fit, nec demens ipsa mens, ipse intellectus, oec diuinus, nec humanus, intellectus primus omnium, conditor intellectuum aliorum, in ignorantiam non cadit. Non ignorando, semper eum scire est necessarium. Si semper scit, semper actionem suam peragit, intellectionem scilicet. Semper ergo intelligit. Si semper intelligit, semper sua intelligibilia habet præsentia. Ergo ea in se habet. Nam si extra se alibi essent, quando, vel quo modo, eis occurreret? Vel se eis occurrisse sciret? Si eis noo occurreret, ab intelligentia cessaret. Si ab hac cessaret, non intelligeret. Si oon iotelligeret, intellectus amplius noo esset. & in ignorantiam caderet. Et si quando tameo eis occorreret extra se positis, idola rerum, & non res ipsas perciperet. Quæ enim extra intellectum sunt, idola rerum sunt. Et ideo cognitio eius, opinio esset, & non scieotia. Et sæpe ideo falleretur, & falsum diceret, & se se, & alios deciperet; & vera mens oon esset. Quibus rationibus, verè Zoroaster cecinit.

Οὐ γὰρ ἄνευ νοός ἐστι νοητοῦ, καὶ τὸ νοητὸν οὐ νοῦ χωρὶς ὑπάρχει.

Non enim mens est sine intelligibili. & intelligibile. Non sine meote existit.

Vnde seqnitur, iotellectum, dum intelligit impressiones nullas ab extraneis recipere, aut ti. Nam cum ipse intellectus primus, omnia fit entia, nisi ipsa intelligat non est amplius intellectus. Conclodendum igitur verum intellectum, omnia intelligibilia, non modo hæc, modo nou illa, semper intelligere. Omnia inquam sibi insita, (nulla autem sunt ei non insita) ne scilicet eorum obliuiscatur; neque aliunde quærat; qoæ intelligere & scire debeat. Neque vt veritas sit in ipso. Sed sit ipse veritas ipsa. Neque entia disperdantur, aut extra illum dispersa iaceant. Sed in eo sedem habeant, & viuant, & intelligant, cum ipse, cum entia, quæ in eo sunt, singula & omnia. Et totus simul, singulisque suis partibus, unus sit intellectus, quor sunt entia in ipso consistentia, Hoc est, omnes vnitates, omnes essentiæ, omnes vitæ, omnes intellectus, omnesque ipsorum proprietates. Atque ita primus intellectus, entia omnia erit, & entia omoia erunt id, quod ipse est. Et quia entia sunt, ordinibus distincta ordo entium omnium ipse erit. Et in se ordines habebit omoes. Quia vero, entia per vnum cuique essentiale, id sunt, quod suot; ipse omnia illa vna, rerum omnium essentialia, in se habebit; imò ipse ipsamet erit. Et quia omnia hæc vna, a sua propria quæque vnitate pendent, in eo erunt omnium rerum vnitates. Imò ipse omnes erit. Has Chaldaica Theologia, principia, & fontes, & Ideas, *ἀρχὰς καὶ πηγὰς* appellat: ipse in se habet rerum omnium principia, & fontes & Ideas. imò ipse, illa ipsa erit. Ideas illas inquam omniformes, quas *παμμόρφους* appellat, vti vidimus Zoroaster. Et quæ vt idem ait:

Πηγῆς μιᾶς ἄπο πᾶσαι, ἐξέθορον,
Πατρόθεν γὰρ ἔην, βουλή τε, τέλος τε.

„ Fonte ab vno volantes, exilierunt,
„ A patre enim erat, consiliumque, finisque.

Proxime ergo a patre prodierunt ideæ, quę vnitates ac fontes, & priocipia rerum sunt, recooditæ omnes io primissima ac regina, aliarum omnium vnitate. Io qua tameo, vt ait:

Ἐμερίσθησαν, νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι
Εἰς ἄλλας νοεράς.

„ Partitæ suot intellectuali igne diuisæ
„ In alias intellectuales.

Quasi primarum harum: pedisequas & ministras, entibus proximiores. Sunt etiam diuisæ inter se, secundum rerum, q-arum exemplaria suot, proprietates. Vel potius res ipsæ a suis quæque fontibus per eorum, proprietes quas inde tulerunt.

Ita enim subnectit.

Κόσμῳ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ
Προὔθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον. οὗ κατὰ κόσμον
Ἴχνος ἐπειγόμενος μορφῆς, καθ' ἃ κόσμος ἐφάνθη
Παντοίαις ἰδέαις κεχαρισμένος.

Mundo enim Rex multiformi.

Proposuit iotellectualem typum incorruptum, cuius ornatu.

Vestigium ioduxit formæ, per quæ mundus apparuit.

Omnimodis ideis gratiosus. Et addit.

Ὧν μία πηγή, ἐξ ἧς ῥοιζοῦνται μεμερισμέναι ἄλλαι.

„ Quarum vnus est fons, ex quo rotantur, partitæ aliæ.

Foos autem hic vnus in quo radicantur vnitates omnes, & ex quo rotantur omnes, inter se per proprietates suas distioctæ, est primaria illa vnitas. Quæ si omnia habet, quæ habet, quæ habet geoitor, omnes vnitates, habet

(quod iterum repetimus) ea erit omnes ideę, omnes essentiæ, omnes vitæ, omnesque intellectus. In ipso enim vita erant, quæcumq; per ipsum facta sunt. Atque ita principium erit secundum. Quod itidem repetimus. De qua Hermes.

Ἐκ μιᾶς δ' ἀρχῆς τὰ πάντα ἤρτηται. ἡ δ' ἀρχὴ, ἐκ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου. καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ κινεῖται ἵνα πάλιν ἀρχὴ γένηται. τὸ δὲ ἓν, μόνον ἕστηκε, καὶ οὐ κινεῖται.

Ex vno principio, omnia pendent. Principium vero ipsum, ab vno, & solo. Et principium quidem mouetur, vt iterum principiũ fiat. Vnum autem manens stat, & non mouetur.

Ab vno principio inquit, manente, & stabili, pendent omnia, scilicet vt a principio primo. Secundum uero principium pendet a primo illo vno, quod quidem mouetur, quia viuit, & uita est. Et quia intellectus est, & intelligit. Viuere uero, & intelligere, vel motus sunt, vel sunt in motu. Hoc autem principium secundum, qui primus est intellectus, Zoroaster, potentiam, & robur, & mentem appellat patris. Hermes & mentem, & verbum, & filium Dei, (quod iam uidimus) nominat. Et principium quod mouetur, vt iterum principium fiat. Orpheus, sicuti Patrem uocauit Phanetam, quia ex eo ἐφάνησαν ἅπαντα, apparuerũt omnia, ita hoc secundum nomina vit Vranũ, quasi entibus, sicuti cœlum stellis omnibus distinctum, & ornatum. Inter vero Pythagoreos Philolaus appellauit, Dyadem. Parmenides autem ipsum, τὸ ἓν ὄν, Vnum ens, nuncupauit. Plato vero, & hoc nomen ei tribuit, & secundum Regem dicit, & etiam ducem. Auditor uero Platonis, verbum, & intellectum, & Dei filium. Platonici nobiles primũ intellectum, mundum idealem, Mundum intelligibilem, mundumque archetypum, & exemplarem. Nos iam receptis hisce nominibus omnibus vtamur. Mundum quidem dixerunt, quoniam sicuti hic mundus visibilis, omnifatiam sensibilibus formis est ornatus, sic ille omnifariam ideis est gratiosus. Quia omniformes ideas, formarum harum typos, & exemplaria continet. Vnum ens, appellauit eum Parmenides. (rideatur hic vesana Aristotelis in eum insectatio) quia quamuis omnia entia intelligibilia, ipsum vnum ens, esset. Et in eo omnia essent. Vnum tamen ens ipse erat, a regina sua vnitate factum. Quis enim nescit in semine, in principio cuiusque rei, omnia esse ea, & quidem actu, quæ ab eo proueniunt. Tum ergo hac seminali, & principiali origine, tum quia ob simplicitatem in eo omnia entia erant, Vnum ens est appellatum, simplicitate eius vna, & vnitate. Sed hæc ita sunto.

At entia quæ in eo sunt omnia, quo modo, & ad ipsum se se habent? Et quam inter sese habent distinctionem? Hanc sanè, vt in eo alia sint vnitates, alia essentiæ, alia vitæ, alia intellectus, alia animæ, alia naturæ, alia qualitates, alia formæ, alia corpora; sed incorporea. Vnitates quidem, vt ideæ, & fontes sequentium, extra profundem etiam productorum, immobiles, simplicissimæque. Sed quoniam sunt incorporea, ita se se inuicem penetrant, & permeant, vt mens sit, & uita, & essentia, & vita similiter, & sit, & intelligat. Ita vt vere dici queat, & singula in se esse, & in singulis aliis, & omnia in omnibus. Ita quoque eadem hęc omnia, in intellectu sunt secundo. Hic enim a primo, & a patre simul processit, & eis consubstantialis, & nihilo ab eis distinctus, prĉter quàm hoc uno, quod non sit illa. hoc est, nec genitus, nec genitor. Habet ergo & ipsa mens secunda, in se entia omnia; eodem modo quo sunt in mente prima, inque prima vnitate, & uerbo ipso. Quatenus vero consubstantiales sunt, vnum sunt, & ex duobus unus conficitur mundus intelligibilis, integer. Nihil enim vere est, quod in eo non sit. Nihil viuit, quod in eo non viuat, atque ideo sicuti primum ens & viuens, ita primus est intellectus, ex entibus, ex uiuentibus, ex mentibus omnibus constans. Non enim ex non entibus est, non ex mortuis, non ex amentibus. Atque hic vniuersus est intellectus. Seu potius & vnus & duo sunt intellectus uniuersi, primus ille idem cum secundo, ab aliis non participatus. Secundus uero, & ipse vniuersus, & cum primo idem, sed participatus, quia proxime ab eo res extra profundum prodeunt, & ab eo producuntur, ipso participantes. Nam si omne producens, suę hyparxeos aliquid producto elargitur, & ideo, vt est ostensum, similem sibi effectum producit prius quàm dissimilem, necessario, id quod a secundo intellectu, proxime fuerit productum, simile ei erit. Similitudo autem hæc, vel in essentia fuerit, vel in participatione, vel in utroque. Sane dicuntur a ueteribus, aliæ quoque innumeræ esse mentes, quæ essentia sua sint mentes. Et aliæ quæ ab animis dicuntur participatæ. De quibus vtrisque paulo post agendum. Sed prius ingens quæstio est excutienda, & si possimus, proximo libro persoluenda.

FINIS DECIMI QVINTI LIBRI.

FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER SEXTVSDECIMVS.



AN DEVS PATER SIT INTELLECTVS.

QVid potuit esse causæ, cur Zoroaster non est ausus, Deum patrem, intellectum appellare? An forte, oe qui primus omnium sui natura esset, ipse tertium faceret? Hæc prorsus causa fuit. Nam si paterna Mooàs, prima omnium est, eam sequatur δύναμις, potentia patris, & hanc πατρικὸς νοῦς, paterna mens; procul dubiò, si patrem, mentem appellasset, secundi aut tertij proprietatem, primo tribuisset. Idem, alia quoque euenisset ratione. Nam cum ipse res superas in tres ordines distinxisset mētis iussu. Εἰς τριὰ γαρ' νοῦς. εἶπε πατρὸς τέμνεσθαι ἅπαντα οὗ τὸ θέλειν κατένευσε, καὶ ἤδη πάντα ἐτέτμητο.. In tria enim Mens dixit patris, secari omnia. Cuius uelle assensit, & mox omnia sunt secta.

Hæc autem tria sint rerum superarum tres ordines, primus τὸ νοητὸν, intelligibilium, secundus τὸ νοητὸν καὶ νοερὸν. Intelligibiliom simul, & intellectualium. Tertius τὸ νοερὸν, intellectualium, Pater qui tantum intelligibilis est, fuisset, vel secundi ordinis, intelligibilium & intellectualium. vel tertij iotellectualium. Quam confusionem ordinum diuinitas, vti perfectissima, oequaquam vel patitur, vel pati potest. Hos tres ordiues, Platonici Magni, ab Ammonio Sacco profecti, Plotinus. Porphyrius, Amelius, Theodorus Asinæus, Iamblichus, Syrianus, Proclus, Hermias, Damascius, Olympiodorus, sunt ad ammusim secuti. Et Deum Patrem, supra intellectus omnes statuerunt. Quod ante eos, Diuus Dionysius Areopagita, multis locis fecerat. Et Ioannes Damascenus fecit. Hermes autem vir ingens, Patrem Deum, vti vidimus, sæpe in Poemandro, mentem nominauit. Postea tamen libello de Mente communi. & alio de intellectione, numquam id repetijt. Neque vllo ex his, aut alijs locis, quid mens esset explicauit, neqoe vires, aut actiones eius exposuit. neque genera distinxit. Trium tantum Mentium satis habuit mentionem facere; & mundi, ab eis factum opificium enarrare. Moses vero, qui vetustate proxime Hermetem sequitur, toto Pétateucho, non uidetur Meotis mentionem fecisse ullam. Profectè alij, non aliam, quàm humanam, vt appatet agnonerunt, vt in eo loco, „ Equus, & mulus, quibus non est intellectus.

Inter Græcos ueio sapientes, vetustissimus fuit Orpheus, qui cognoměto, Theologus est appellatus, si quid de měte in Sermone Sacro dixit, in quo xxiiij. Rhapsodijs vniuersam, & ioteIligibilis & sensibilis muodi fabricam cecinit, id iotum sub fabulis fuit. Et id ipsum totum perijt. Aglaophemus, Orphicorum sacrorom in Lebethris Thracijs, quæ patria Orphei fuerit, post DCXL. annos Antistes, nihil videtur, vel scripsisse, vel Pythagoram, qui eius auditor fuit, de mente docuisse, quod memoria extet. Pythagorę vero Sacer Sermo, integer perijt. sicuti & alius eiusdem liber ad Abaron scriptus. quos Proclus celebrat. Perijt quoque Arignotes eius filię Sacer Sermo alius, & alius item Cercopis eius auditoris. Perierunt deoique omnes tot numero Pythagoreorum libri, prćterquā libelli duo de Natura, alter Timæi Locri, alter Ocelli Lucani, & Archytæ seniotis Categorię. Supersunt multa Politica, & Ethica fragmenta, ferè diuina. De quibus, quidquid Plato, quidquid Aristoteles de moribus, aut Repub. scripserunt, eruta sunt clarissime. De Mente tamen, tot ac tanti uiri, quid senserint, aut scripserint extat nihil. Plato quoque haud multa de Meote est philosophatus. Sed

ea de

ea de Zoroastri fontibus deriuata, diuinè protulit. Aristoteles vero, totam de mente scientiam & confudit, & corrupit, intellectibus inductis varijs, & inter se discordibus. Quorum præcipuus is est, quem ait de foris venire. De quo, si quis, eũ, aut suos interroget, vnde veniat, aut quo modo? respõsum, aut nullum audiet, aut nulla fultum ratione. Deinde alios quosdam inuexit, agentes, passiuos, possibiles, materiales, in potentia, in habitu, in actu, theoricos, practicos. Neque tamen tot intellectibus, intellectum distinxit a ratione, a dianœa, ab opinatrice, a phantasia. Sed quod peius est, tam magnus philosophus, intellectũ auibus quibusdã, & brutis tribuit. Et is idem, Deum mototem illum primum suum, intellectum, & nominat, & facit. Tam magnis saltibus, in sua philosophia natura saltat. Cumque tot faceret intellectus, nullius tamen naturam, aut uires, aut actiones explicauit. Ex qua confusione partim, partim silentio, factum est, vt nemo, quantumuis magnus eius interpres, quicquam huius rei clare, uel intellexerit, uel docuerit. An uero Theophrastus aliquid de intellectu scripserit, compertum non habemus. Quæcumque vero Platonici supra citati, de mente scripserunt, diuinitus sane uidentur scripta fuisse. Scripserunt autem tam multa, ut dogma hoc totum, de intellectu, ipsorum uideatur esse proprium. Id autem ex primis Zoroastri fontibus, breuibus quidem illis, sed diuinis uidentur haussisse. Sunt enim apud ipsum non solum tres ordines, quos vidimus, sed natura Mentis plenè quasi explicata. Cuius aliquid, quod in oraculis eius extat, recenseamus. Is ergo intellectum unum, etiam intelligibilem esse dicit, hoc oraculo.

Καὶ τοῦ ἑνὸς νοῦ, τοῦ νοητοῦ.

Et vnius intellectus, qui est intelligibilis. Is aũt primus est intellectus. Qui veluti caput, & fons mẽtium aliarum, & productor est. Omnis enim multitudo, in quoque rerum ordine, est ab uno. Est aut hic intelligibilis sibi, & ipse se ipsum intelligit.

Οὐ γὰρ ἄνευ νόος ἐστὶ νοητοῦ, οὐ χωρὶς ὑπάρχει.

» Non enim intellectus est sine intelligibili,
» non seorsum existit.

» Et hunc vti Deum omnis alius intelligit in-
» tellectus, ait enim.

Τὸν δὲ νοεῖ πᾶς νοῦς θεόν.

Quibus ipse sit *τὸ νοητὸν* intelligibile. Itaq; primus intellectus, Deus est, sibi primo, deinde aliis, intelligibilis. Qui itidem ueluti cibus est intelligentibus.

Τροφὴ δὲ τῷ νοοῦντι, τὸ νοητόν.

» Cibus autẽ est intelligẽti, ipsũ intelligibile.

Sunt aũt hæc, non de patre Deo intelligenda, sed de intellectu primo, quem & potẽtiam patris nominauit. Et de eo quem secundã mẽtem uocauit, & paternam. Atq; hæc est, simpliciter, ut Damascius exposuit, *ἡ νοητὴ τριάς*, Intelligibilis Trinitas. & *τὸ ἁπλῶς νοητόν*, & simpliciter intelligibile, sub quo est alius ordo de quo canit.

Τὰ μὲν ἐστὶ νοητά, καὶ νοερά, ὅσα νοοῦντα νοεῖται.

» Sunt uero intelligibilia, & intellectua-
» lia, quæcumque dum intelligunt, intelligun-
» tur.

Hæc aũt sunt essentia, & hyparxi sua mẽtes. Et intelligũt intelligibilia, ea, quæ sunt supra se: & ipsa quoq; intellecta sunt, ab alio mentium ordine inferiore, qui est tantum *νοερός*, intellectualis. Qui infra se ordinem alium mentium non habet, qui hunc intelligat, nisi intellectum eũ qui est ab animis participatus. Tres igitur diuinorum gradus fecit Zoroaster; Idq; recta uidetur fecisse ratione. duos extremos, & quasi oppositos *νοητὸν*, intelligibile. & *νοερὸν* intellectualem, & vtrotũq; medium vtriusq; extremi participem, *νοητὸν καὶ νοερόν*, intelligibilem. & intellectualem. A primo ergo illo intelligibili, & secundus processit ordo, & tertius. Inquit namque.

Ἀρχὴ πάσης τμήσεως, ἥδε ἡ τάξις.

» Principium omnis sectionis hic ordo est.

Sectionem uocans, secretionem ab intelligibili, & progressionem. Quod declarans ait.

Ἡ νοητὴ, πάσης τμήσεως ἀρχή.

» Intelligibilis (ordo) omnis sectionis prin-
» cipium præbet.

Ab intelligibili enim pater noq; profundo. (Id enim tantum est intelligibile) omnis fit sectio, & secretio in alia. Neq; enim decẽs erat, ut producta, eadem hyparxi, & dignitate cum producente essent. Ergo a primo ordine, profectus est ordo secundus. Non tamen ita, ut profundi nihil retineret. Ideo, & ipsum, intelligibile est effectum, sed in noeron intellectuale uergens. Atq; iterum hic facta est sectio alia, intellectualis tantum ordinis, qui secundo esset inferior. Sed & hic triplici ordine fuit distinctus, ut mox patebit. Post quos ordines, est intellectus ab anima participatus. Extra quem sunt illa prima: Ait enim.

Μάνθανε τὸ νοητόν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.

» Disce intelligibile, quoniam extra men-
» tem extat.

Extra mentem, inquit, tuam, quæ est a priore mente participata, in qua sunt uera intelligibilia, extra mentem tuam. Idque intelligere oportet.

Ἔστι τι νοητόν, ὃ χρή σε νοεῖν, νόου ἄνθει.

» Est quoddam intelligibile, quod oportet
» te intelligere mentis flore.

Nam si adniteris tota eum mente concipere, nihil efficies.

Εἰ γὰρ ἐπεγκλίνῃ, ὡς ἂν νοῦς, κἀκεῖνο νοήσειν ὥς τι νοῶν, οὐ κεῖνον νοήσεις.

Nā si adniteris, tāquā mēs, illud intelligere.

Vt quid intelligens, illud non intelliges.

Et rationem reddens, subdit.

Ἔστι γὰρ ἀλκῆς ἀμφιφάους δύναμις

Νοεραῖς ἀστράπτουσα τομαῖσι.

Est.n. roboris circūquaq; fulgentis potētia.

Intellectualibus refulgens sectionibus.

Est inquit secundæ hypostaseos potentia, quæ suæ, & secundæ mentis sectionibus refulget intellectualibus, quas diximus, ita circumquaque lucida, vt eam nequeas perspicere mentis ui, ac intensione.

Οὐ δὴ χρὴ σφοδρότητι νοεῖν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο

Ἀλλὰ νόου ταναοῦ ταναῇ φλογί.

Non sane oportet nixu acri intelligere intelligibile illud.

Sed mentis protensæ, protensa flamma.

Non nixu, inquit, virium mentalium. Sed mentis protēsæ, per ratiocinia, protensa flamma, & lumine protenso per res creatas. Namque alibi dixit.

Δυὰς γὰρ παρὰ τῷδε κάθηται, καὶ νοεραῖς ἀστράπτει τομαῖς.

Καὶ τὸ κυβερνᾶν τὰ πάντα, καὶ τάττειν ἕκαστον, οὐ ταχθὲν.

Duitas enim apud eū sedet, & intellectualibus fulget sectionibus.

Et gubernare cuncta, & ordinare, quod non est ordinatum.

Duitas scilicet ab vno producta, quæ cum eo triadem facit. Quæ intellectualibus fulget sectionibus. Quia quæ in ea sunt omnia, sunt distincta, & quæ inde per illius generatiuam potentiam, secernuntur, & ea regit, & in ordinem redigit. Per quæ poteris mentem extendere, & per ea ad eum ascendere, iuxta illud Apostoli.

» Per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciūtur. Intellecta autem sunt per intellectum.

Quæ quidem tuæ mētis flamma, omnia mensurat, præterquàm intelligibile. Subdit.n.

Ταναῇ φλογὶ, πάντα μετροῦσαν πλὴν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο

Protensa flamma, cuncta metiente, præterquā intelligibile illud.

Χρὴ δὴ τοῦτο νοῆσαι εἰ γὰρ ἐπεγκλίνῃς

Σὸν νοῦν, κἀκεῖνο νοήσεις, οὐκ ἀκτενῶς.

Oportet sanè, hoc intelligere. Nam si inclinaueris.

Tuam mentem, etiā illud intelliges abūde.

Si mentem tuam inclinaueris humiliter neq, vi volueris ipsum agnoscere, ipsum quoque intelliges abunde, per res creatas. Nihil enim, vt Hermes verè est philosophatus, aut occultius in sui natura est; aut per res creatas, manifestius. Hæc igitur, in fragmentis tota est Zoroastrica doctrina de intellectu. Quā forte Pytagoras integrius in Assyria edoctus est a Zabrato, & in Græciam attulit, & charrioribus suis tradidit. Quam forte a iuniore Archyta habuit Plato. Sed latenter eam scriptis suis inseruit. Seu potius eius semina, huc & illuc ita iecit, vt vetustiores interpretes sui, vix ea vel viderent, vel agnoscerent. Donec sub M. Aurelio philosopho, Iuliani duo, pater ac filius, Chaldæi, Zoroastri oracula, e sua lingua, in Græcam verterunt. Quæ postea in manus venerunt Ammonij Sacci, Alexandriæ, ob pauperiem baiuli. A quo sicuti olim Athenis a Socrate statuario, omnis fluxit philosophia) diuina fluxit quædā, & inaudita sapientia. Per quam, coactus est D. Augustinus fateri, Platonicos, quos philosophorum nobilissimos sæpe appellat, mutatis pauculis, Christianos fieri posse. Aperuit Ammonius, Alexandriæ scholam, eo tempore, quo Clemens Alexandrinus floruit, circa Christi annū CC. Et præclarissima ingenia ad se audiēdum traxit, Origenē (quantū virum) Plotinū, Erenniū, Olympiū, & alios plurimos. Plotinus eū secutus, sua scripta mēte illius repleuit. Quod, & Amelius & Parphyrius eius discipuli, & horū auditores Theodorus, & Iabilichus, Platonicorū omniū, vt videtur, maximus. Qui Zoroastri oracula XXX. forsan libis exposuit. Damascius enim vt iam dixi, XXVIII. citat. Quæ & eius discipulus Syrianus, & huius, Proclus, commentarijs illustrarunt, & ijs sæpe pro præsenti, tamquam firmissimis sunt vsi fundamentis. Sed hæc quidem de intellectu historia, ad nostram philosophiam, nec multum videtur pertinere, neque ab ea abottere multum. Sed in eam libuit excurrere, vt tota de Mente, & origo & præstantia fieret notior, quā hactenus fuerit. Ad propositā ergo quæstionem regrediamur. Vtrū Deus pater sit, intellectus. Diximus autem a Zoroastre, a quo omnis de intellectu fluxit sapientia, Deum patrem numquam intellectus nomine, fuisse appellatum, sicuti neque a Platone, neque a Platonico magno. quos ante nominaui, vllo. D. vero Dionysius, qui annis circiter C. eos præcessit, idem visus est sentire, & hoc plus de tota pronunciauit Trinitate.

Ὑπὲρ νοῦν καθόλου, καὶ οὐσίαν ἵδρυται.

» Super mentem in vniuersum, & essentiam est constituta. Et alibi.

Τὸ δὲ ὑπὲρ νοῦν, καὶ οὐσίαν τῆς θεαρχίας κρύφιον.

» Archanum, id, quod est supra mentem.

» Et essentiam, Deitatis principium.

Alijs quoq; locis pluribus eādē confirmauit sententiam. Neq; vero Io. Damascenus, qui post Dionysium CCC. post Ammonium CC Annis floruit, & tot numero Dei nomina

ex ve-

ex vetustioribus Theologis nostratibus collegit, Trinitatem, aut Deum Patrem intellectũ appellauit, vnquàm. Quod forte, & alij fecerunt patres. Aristoteles autem, qui diuinitatẽ ferè penitus ignorauit, intellectus multiplices illos, quos vidimus, confinxit. Et tam præcipites eos, per animæ potentias omnes dedit, vt ẽt extra humanã speciẽ, brutorũ animis quorũdam, eum donauerit. Et simul cum his, Deũ, quem animal quoq; nominauit, intellectum esse fecit. Eum in hoc, sicuti, & in omnibus, secuti sunt, recentium Theologorũ aliqui. Ommitto Zoroastrẽ, Ommitto Platonem, suosq; tot nobilissimos, Augustino bene notos, his vero penitus ignotos. Sed Aristotelem, diuinitatis prorsus nesciũ, Dionysio, Damasceno, aliisque sanctissimis patribus antepofuisse, haud scio quid nam sapiat. Ex quo tota etiam diuina philosophia, de primissimis principiis, de rerum productione, de prouidentia, est penitus perturbata. Nam dum pro certo, ab illo, & ignaro, & impio, arripiunt, Deum esse intellectũ. Idq; nulla ratione, sed illius sola authoritate contendunt, innumeras excitarunt quæstiones. Quæ tametsi infinities, & in publicis, & in priuatis coenobiorum scholis fuerint agitatæ, & agitentur, contentiosę quidem illæ semper apparuerunt: semper etiam insolubiles euaserunt, & quarum, quasi tot labyrinthorum, nulli umquam exitus apparuerunt. Quis enim ex falsitatis labyrintho, inueniatur veritati exitus? Profecto, ingens hæc est quæstio. Quam nos rationibus philosophicis, ac maxime ex intellectus natura, discutere tentemus, & si possimus quàm clarissime, peragamus.

Si Deus Pater est intellectus, intelligit. Si etiam intellectum habet, intelligit. Sed si habet per participationem, habet ab alio, eoq; superiore. At ipso nihil est superius, nihil prius. Nõ ergo intellectum ab alio habet. Ergo si intelligit, ipsemet est intellectus. Si uero non intelligit, intellectus non est dicendus. Sin autẽ intellectus est, & non intelligit, Mens quædã amens est, & insipiens. Idq; ei accidere est necesse: uel quia intelligere nequeat, uel quia nolit, uel quia nesciat, uel quia ocietur. De quatuor hisce, tria priora, non posse, nolle, nescire, maximam inferunt in eum imperfectionem: quam omnem ab eo abesse iam toties est demonstratum. Ocietur ne igitur? Idq; vel sponte, uel coactus? Si coactum dicamus, iam alium dabimus ipso potentiorem. At nullus est. Ergo non coactus. Quid ergo sponte? Neque id. Bonum enim ociari non posse, ostẽdit ratio. Boni enim hyparxis est, bonũ facere. Ergo dum bonum est, bonum facit. At semper bonum est, ergo semper bonum facit. Ergo semper operatur. Ergo semper in operatione uersatur. Ergo ociatur numquam. Ocium enim inter mala ponitur, & est nihili frater. Si ergo Deus intellectus est, & non intelligit, est ne intellectu inferior? At nihil Deo superius. Ergo neq; ob hanc causam, non intelligit. Adde. Qui intelligit, necessario etiã viuit. Si uiuit, etiam est. At Deum patrem, supra omnem uitam, supra omnem essentiam esse, & rationibus philosophicis ante, & Dionysij testimonijs, est modo comprobatum. Ergo Deus pater, quia uita, & essentia, est superior, etiam mente superior erit. Ergo intellectu nõ inferior. Neq; hac ratione non intelligit. Sed hoc in primis vrgeamus, An reuera non intelligat? An uero intelligat? Itaq; si intelligit, intellectus est. Et si intellectus est, intelligit per intellectionem. Et intellectio est ipsius actio, actus, energia. Intellectio uero ex potentia intelligendi uenit, & aliquid intelligit. Intellectus vero ea essentia erit, seu ea hyparxis, quæ & vires intelligendi habet, & in intellectionẽ tamquam propriam suam actionem exit. Omnis autem potentia cum in actum exit, ab eo perficitur. & per vitium, ac potentiæ perfectionem, perficitur etiam essentia, vnde ambo erant. Intellectio ergo, & potentiæ intelligendi, & intellectus ipsius, est perfectio. Quid ergo imperfectus erat, antequam intelligeret? At hoc nefas est, & contra demonstrata. Si dicatur, hóc non sequi, quia sit semper in intellectione, & actu; rogabimus, an intellectio hæc, perficiat ipsum intellectum, ita vt si sine ea cogitetur, mancus ea sit, ideoq;, hac parte non perfectus? Hoc si admittatur, eadem recurrent nefaria, & impossibilia. Si uero ea intellectio, eum non perficit, quid ea opus habet? Nam si ea opus habet, iam est indigus. Et si indigus, imperfectus. Eademque recursunt nefanda. Si ea opus non habet, & eam agit tamen, superuacanea ei est, & frustranea. A summo autem bono, quid frustra fiat? Præterea intellectio hæc, actio, & energia quædam est. Ergo & motio quædam est. Si motio est, Deus ergo mouetur? Quod est contra demonstrata. Vnum enim non mouetur. Quid vero bonũ, aliquo indigebit, quod per eam motionem sibi acquirat? Omnis enim motus, adeptionis gratia fit alicuius, & alicuius finis. Finis aũt rationem habet boni. Bonũ ergo, bonum quæret? Ergo bonum, quod bonum quærit, vel id bonum in se quærit, uel extra se positum. Si in se, cum id iam habeat, ad quid quæret? Si extra se positum, illo certe caret. & ad id mouetur, vt ipsum habeat. At bono summo, quid nam desit? Sufficientissimo quid nam desit? Sed hæc impossibilia sunt, & contraria demonstratis. Addatur. Si Deus pater intelligit, in eodem est ordine

cum intellectibus aliis. Eadem enim actio, ex eadem prouenit potentia. Potentiaque in eadem est essentia. Hæc ita cum sint, quid sibi timuit uir diuinus Hermes, si de patre Deo non dixisset; Ο' νοῦς πατὴρ θεός.

Mens pater Deus? Et etiam.

Τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἐγὼ εἰμὶ νοῦς, ὁ σὸς θεός.

Lux illa, Ego sum, Mens tuus Deus.

Forte timuit, ne Deus, Deus non esset, si non intelligeret? Vel ne minus esset felix? vel rebus procreandis nō bene vellet? vel eis non prouideret iam creatis? Non erant hęc timenda viro, qui scripsisset de Deo,

Οὐδ' ὁ θεὸς δύναται ζῆν, μὴ ποιῶν τὸ ἀγαθόν.

Neque Deus potest uiuere, non faciens bonum, Et iterum qui dixisset.

Δι' αὐτὸ τοῦτο πάντα ἐποίησεν, ἵνα διὰ πάντων αὐτὸν βλέπῃς. τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν τὸ τοῦ θεοῦ. τοῦτο δ' αὐτοῦ ἀρετή, τὸ αὐτὸ φαίνεσθαι διὰ πάντων.

Ob hoc ipsum omnia fecit, vt per omnia eum cernas. hoc est bonum Dei, hoc ipsius est virtus, ut ipse cernatur per omnia.

Et alia huiusmodi ab eo sæpissime pronunciata, eum timorem ex eo debuit eximere. Nam cū intelligentiam ei vult addere, additione hac ipsa ei demit. quod e superioribus rationibus expresse patuit. Multo minus audiendus est Aristoteles, qui summum Deum, non solum intellectum facit, & animal: verum etiam eum supremo cœlorum orbi affigit. Quasi si ibi affixus non staret, inde caderet, & liber ab eo, consistere non posset. Ignorauit hic, multa supra intellectum esse, quæ iam indicauimus. Ariolatus est tamen, supra extimam lationem, & extra tempus, esse quædam, quæ uitam sufficientissimam, toto degerent æuo. Sed quæ ea essent, dicere nesciuit. Quo uero ad prouidentiæ timorem, nullus in Aristotele esse potuit, qui prouidentiam cognouit nullā. At ille summus, quid panidus hæsit, aut sibi extimuit? Quasi ipsum bonum, sicuti entia omnia de se, bonitate sua, αὐτοῦ τῷ εἶ, ipso sui esse, vt Dionysius solet loqui, produxerit, & de se protulerit? eodem suo esse, non posset iam producta conseruare. Et quasi rebus conseruandis, sola sua præsentia, non sufficeret? de quo dixerat.

Χωρητικὸς τῶν πάντων, καὶ σωτήριος τῶν ὄντων.

Capax omniū, & seruator entiū. Imo vero.

Οὐδὲν ἐστὶν ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, ὃ οὐκ ἐστὶν αὐτός.

Nihil est in toto mundo, quod non sit ipse & etiam.

Πάντα γὰρ ἃ ἐστὶ, καὶ οὗτος ἐστί.

Omnia enim quæ sunt, & iste est.

Neque timere debuit, ne rerum productione, quasi exinanitus, eum defectum intellectio suppleret. Neque timendum fuit, ne si nō intelligeret, minus foret beatus. Quasi bonitas ipsi sua non esset satis, & quasi manca fuisset, ipsa sua perfectio summa. Non cogitauit ergo dum Deum intellectū facit de summo eius solio eum detrahere, & subquartum gradum detrudere. Cum supra intellectum, & vita sit, & essentia, & vnitas, & vnum. Sed iterum hanc rem ipsam discutiamus.

Si Deus intellectus est, & non intelligit, munus suum obire, est impotens: Hoc autem nefas. Si ergo intellectus est, intelligit. Dum autem intelligit, vel se ipsum solum intelligit, vel & alia entia. Si dicamus se solum intelligere (quod Aristoteles suiq; somniarūt) intellectionem sui ipsius habebit. Et ipse erit id ipsum, quod ipse intelligit. Tria ergo erit, intellectus, intellectio, & intelligibile. Quod Peripatus, & concedit, & docet, & contendit. Tria ergo Deus erit, & non vnum, & vnū erit tria: & Tria vnum. Et simplex erit cōpositum, & cōpositum erit simplex. Quibus nil absurdius. Præterea si intelligit se ipsum, intelligendo in se conuertitur. At cur cōnuertitur? Cōuersionis huius, quisnam finis? Quid a se ipso quærens in se conuertitur? Quidne a se nolens? Vel se ipsum volēs? vel aliud a se ipso? Si aliud, ergo in se habet, quod a se ipso, aliud sit? Ergo compositus, ex se ipso, & re alia? Si se ipsum vult, vel assequetur, vel non assequetur. Si non assequetur, & impotens, & frustranens erit. Si assequetur, iam duplus ipse fuerit, & non vnum. An vero in se conuertitur, vt solummodo pulchritudinem suam contempletur? Ea contemplatione, vt amplius quid habeat? Seque ipse, se ipso imperfectiorem fateatur? An vero vt ea contemplatione amplius nihil habeat? Frustranea ne igitur erit? Cur itē ea motione moueatur, id, quod nullum opus habet? Quodq; opere nul lo eget? Cur ei opus addunt, quasi accusent quòd non agat? Nullum autem opus ei esse, ratio dicat. Quoniā nimirum nihil ei expedit facere, cum ipse & sibi sufficiat, & omnibus. Neque ei, super omnia existenti, vltra se aliud est, vel quærendū, vel optandum. Nam dū est, quod est, & sibi sufficit, & alijs. Cui ob hoc ipsū neq; hoc verbū est, competit. Nihil enim eo eget. Et si in sacris legitur. Ego sum, qui sum. Ad captū nostrū, id est dictū, & a secretioribus Theologis, ita est expositū, vt diceret ipsum esse. Ens & non ens. Ens in non ente. Nō ens in ente. Ens, nō ens, Non ens, ens. Supra. n. hæc omnia est. Quid etiam, seipsum intelligendo cognosceret? An forte ut dicat. Ego sū? At sū, ei tam conuenit, quā non sū? Quid ergo vt dicat. Ego sum bonū? Ego sum vnum? At bonum, & vnum erat, antequàm diceret, ego sum. Est enim, postquàm vnum,

postquàm

postquã bonum. Et si est, non est ante vnum, ante bonum. Si uero sine hoc, sum, dicat, bonum, vnum, sine dubio se ea esse intelliget. Itaque per esse, sum, sibi asciscet. Si uero non asciscet, sed nudum vnum, nudum bonum dicat; intelliget quidem hæc, sed hæc ipsi non aderunt, quia ipse sit id ipsum quod intelligit. Si uero aderunt, necesse est, eam intellectionem boni, vnius, ipsum bonum, & ipsum vnum esse. Quod si sit, non sui ipsius erit intellectio, sed boni, sed vnius. Et ipse, non erit vnum, non bonum, sed intellectio. Si uero intellectio boni, & vnius, alia sit res, a bono, & uno, fuerit sanè bonum, & vnum, ante intellectionem. Quòd si ante hanc, bonum unum sit sufficiens sibi, hoc ipsum sibi sufficiet, neque ulla sui ipsius egebit intellectione. Itaque quatenus bonum, quatenus vnum, non intelligit se ipsum. Quod si quid ei adsit, simplex forte ei aderit intuitus quidam in se ipsum. Sed cum in eo nullum sit intervallum, per quod aliquid sui, a se ipso distet, aut differat, quid opus ei fuerit hic intuitus, quamuis simplicissimus? Vel quia, neque ipse a se differt, intuitus hic, aliud nihil erit, quam ipsum met bonum, ipsummet vnum. Itaque concludendũ, Deum patrem, se ipsum non intelligere; neque vt sit vnum, neque vt sit bonum. neque vt sit beatus. neque vt sit Deus, neque vt rebus prouideat: cum ipse per se sit, hæc omnia: neque vt intellectu, veluti additamento ornetur quodam. Nam & ratione alia, intellectus alteritatem quandam necessario inducit inter se, & intellectionem, & rem intellectam. Alteritas aut in ipso vno, nulla est. Est ipsum est, ante, & supra omnem alteritatem. Verum, & identitatem intellectio inducit. Neque enim se ipsum ab intelligibili, atque intellectu separabit, aut distrahet. At ipsum vnum ante, & supra omnem est identitatem, quæ vt minimum spectatur in duobus. Nullo ergo modo, summus ac primus Deus pater intelligit, se ipsum. At vero, intelligit ne entia a se producta? Et hæc, an quædam tantum, an & omnia? Si non omnia, dicatur, intelligere, ratioque Auenrois addatur, ne ipse scilicet vilescat, vilia, quædam intelligens. Videndum, ne dum ei summam dignitatem seruare velimus, de maiestate sua summa eum deijciamus. Quid enim, aut quo modo vilescat is, qui summè est nobilissimus, quique nec ab ea nobilitate, mutatur, nec quo vis alio mutatur modo. Quique cum rebus non miscetur? qui nihil recipiat, vel a se, vel ab alio? Qui ex ipsius scholæ dogmatibus, sit impassibilis, sit immutabilis? Nonne hæc contradictio est, Deus est impassibilis, & vilitatem potest pati? Fatuus ergo hic quidam timor est, fatuisque qui eo premuntur Auenroistis relinquendus. Nos saniora dogmata, sanius tractemus. Itaque si Deus reneta intelligit, non quædam tantum sed omnia necesse est vt intelligat. Nam si non omnia, necesse est, id ei accidere, vel quia impotens sit: vel quia entia eum superant, aut excellentia, aut numero. Ad eorumq; splendorem veluti ad solem noctua, ipse cæcutiat, vel quia, etiam si possit, nolit, & ea, dedignetur? Sed quomodo dedignabitur is, in quo nulla omnino passio? Qui summa sit bonitas? Et quomodo ad entia cæcutiat, qui fons sit omnis lucis, & luminis? Et quo modo entia, quæ ab eo facta sunt, factore suo excellentiora fuerint? Cum omne producens excellentius superiusque sit suo producto? Et omnis causa efficiens superior, & potentior suis sit effectis? Et quo modo impotẽs dicendus est is, qui omnipotens est probatus? quique infinitipotens est demonstratus? Concludendum igitur, si Deus entia a se producta intelligit, eum omnia intelligere.

At ptius, & quæsitum, & denuo quærendum, vtrum intelligat? Et ex diuisione, vel se ipsum, vel alia? Ostensum autem iam est, eum, seipsum nequaquam intelligere. Ergo indagandum, an alia, vel intelligere queat, vel intelligat.

Si queat quidem, non tamen intelligat, potentia hæc iam frustra est. Quod neque Peripatus admittet; & admittet alius nemo. Si vero alia omnia intelligit, entia ea intelligit, quæ a se producta, ab ipso sunt diuersa. Si hæc intelligit, etiam cognoscit. Quod vero cognoscit, vel sensus est, vel intellectus, vel inter hos media facultas quædam. Sensus quidẽ recta fertur extra; neque in se reuertitur; neque agnoscit se cognoscere. Intellectus vero intelligendo, in se veluti circulo conuertitur, & agnoscit se cognoscere, & intelligit, se intelligere. Nam si non intelligeret se intelligere, non omnia intelligeret, & hac ipsa intellectione mancus esset. Igitur non prorsus esset intellectus. Intelligit ergo, se intelligere. Entia videlicet, vel extra, vel circa, vel intra se posita. Dum ergo extra, & circa se, sunt ea quæ intelligit, quomodo dicetur, in se conuerti? cum illa per lineam veluti rectam a se distent? Si vero illa intelligendo, ad se conuertatur, secum ea ferat intra se, est necesse. In seque iam inexistentia ea intelligat. Conuersione hac, quæ actio est, & energia, vnum cessat esse vnum. Et tria, immo plura multo euadit. Nam si entia extra se posita, intelligenda sibi sint, necesse est vt prius ad ea porrigatur. Porre

ctione

ctione hac, duo fit: & simplex amplius non persistit. Tria uero fit, cum entia tangit. Quatuor, cum in se vertitur. Quinque, & amplius tanto, quot ipsa intellectu entia sunt. Igitur de vno simplicissimo, Deus intelligendo, & vnitatem suam ammittit, & fit multiplex. At hoc impossibile, & contra demonstrata. Non ergo Deus alia intelligit. At neque se ipsum intelligere, est ostensum. Ergo prorsus non intelligit. Præter hæc, intellectio, cognitio quædam est; cognitio autem omnis desiderium quoddam est, cognoscendæ rei, per indagationem, & quæsitæ, & adinuentæ, & occurrentis. Qui vero quærit, indigus est eius rei, quam quærit. At Deus, bonum ipsum perfectissimũ, sufficientissimumque, & sibi, & alijs, quo nam egeat? Si non eget, quid nam quæret? Aut quærendo quidnam acquiret, quod iam uel non sit, uel non habeat? Sibi ne, an aliis quæret, & acquiret? Nec sibi, nec aliis. Non sibi, quia nihil aliunde accipit, cum ipse omnia sit, & sit in omnibus. Non alijs, sufficit enim ipse solus, alijs omnibus. qui omnia, & a principio produxit, & producta conseruat: eaque perficit, & ad se conuertit, & reducit. Nullo ergo modo Deus pater intelligit, nec cognoscit. quia nec se ipsum, vti est demonstratum, nec alia cognoscit, aut intelligit. Neque sensus habet, nec media est facultas, neque est intellectus, nec intellectum in se habet, neque intellectionem; neque ex intellectuum est ordine.

Quid ergo, se ipsum prorsus ignorat? Ignorat quoque alia omnia? O altitudo diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis hæc scrutari audeat? Perscrutari quidem, & peruestigare nequimus, scrutare tamẽ, & uestigare aliquid, sua ope audeamus, quando, & lumen eius, & rationes in idem cũ fide sacrosancta nos deducunt. Non ignorat se, non ignorat alia, etiam si, nec se intelligat, nec alia, nec sensu, nec ratiocinio comprehendat. Quo modo ergo non ignorat, si his modis non cognoscit? Se ipsum, se ipso nouit. Se ipso itidem nouit omnia, supereminentissimo, & sibi proprio modo: Intuitu nullo, quãuis simplicissimo: Intellectione nulla, & nulla in se ipsum conuersione. Sed sapientia summa sua, quæ ipsemet est, & sui ipsius plenitudine, sapit, ac scit omnia. Sapientia uero hæc sua, nihil quærit, ut id sapiat: nihil uenatur, neque in se, neque in alium reuoluitur, quod facit intellectus. Sed in se habet, imo ipse est, eadem ea quæ sapit, neque vnquam ijs caret, aut ipse a sapientia cessat. Atque ideo verissime a vetere Diotima dictum est, Deus non philosophatur; nec cupit esse sapiens. Est enim, in se talis. Neque ratiocinatur, per terum terminos, qui ipse sunt. Neq; intelligit quærendo eus aliunde, uel in se reducendo, quus iam in se habet. Hæc enim imperfectionem indicant. Dei ergo sapientia, opus non habet, extra se progredi, vt se cognoscat: Aut in se redire, vt cognoscat alia; Aut ad ea prodire, & ea in se per circuitum, aut rectam referre; quæ iam in se, & habuit, & habet, & ea est, & a quibus nõ discedit; nec illa discedere a se patitur. Se ipso ergo, semet ipsum, & alia omnia in semet ipso, Pater Deus scit, & sapit. Et hæc est eius ineffabilis sapientia, & summa veritas, quam a se in omnes fundit intellectus, & ueritatem in eis ingenerat, & eos ipsa perficit.

FINIS DECIMISEXTI LIBRI.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.



DE CREATIS MENTIBVS.

NVnc ad ea redeamus, quæ fine libri de intellectu in hunc locum reiecimus, de innumeris ijs mẽtibus, quę essẽtia sua sunt mentes. Nam de participatis mentibus, ab animis, suus etiã erit agendi locus. Sane si quis diligenter colligat, in D. Pauli epistolis, inueniet nominatos, Angelos, Archangelos, Principatus, Dominationes, Virtutes, Potestates, Thronos. Hos vero omnes D. Dionysius Noas mentes, & intellectus nominat sæpissime, & his adijcit, Cherubinos, & Seraphinos. Quę duo nomina, Hebraica sunt, & ex veteri scriptura sumpta. Simul cum alijs, quæ Hebraicis nominibus, eosdem rres hierarchiarum ordines exprimunt, quos Dionysius, explicauit. Sunt autem Hebraica, in primo ordine, seu in prima triade, Cherubin, Seraphin, Chalmatim. In triade secunda, Hagor, Arabim, Tarsiim. In triade vero tertia, Ophanim, Thephsitaim, Isim. Dionysius vero Græce scribens, nomina non habuisse, videtur, quibus, Cherubim, & Seraphim exprimeret. Quos neq; Paulus nominauit. Reliquos a Paulo est mutuatus, & Thronos, primæ triadis tertios uocauit. Secundam vero dixit esse κυριότητας. δυνάμεις, καὶ ἐξουσίας. Quas, Latini & Pauli, & Dionysij interpretes, Dominationes, Virtutes, & Potestates appellauerunt. Tertij vero ordinis Archas Principatus, Archangelos, & Angelos vterque nuncupauit. Quos vero D. Paulus sparsim, & sine ordine nominauit, christianorum, vti videtur, primus D. Hierotheus D. Pauli discipulus a preceptore hausit, & in tres ordines. seu triades distinxit, & discipulo suo, Dionysio tradidit. Quas, & ipse sub Hierarchiæ cœlestis titulo, Timotheo latè declarauit. Cuius equidem doctrinæ sacrosanctæ, operæ precium fuerit summam retulisse, vt cuiusque triadis propria munia cognoscantur. Itaque ex Hebræorum eloquijs D. Hierotheus, & ex eo Dionysius docuerũt, primum ordinem, Seraphinorum, qui calefactores, & incensores Hebraica lingua sonant, & Cherubinorum, qui sapientiæ fusionem. & Thronorum, qui itidem flammeorum, interpretationẽ habent; immediate circa Deum, versari, & ordines inferiores perenni, ac diuina quadam cõmotione inflammare Dei amore, & reliqua omnia entia, calore illo efficacissimo, primo purgare, deinde illuminare, Postremo tractione quadam, & similitudine ad Deum attrahere. Hæc enim esse, illius ordinis tria precipua munia, vt calore quodam diuino, purgent a sordibus, entia inferiora. Deinde cognitionem cuiusq; propriam illuminent. Et harum vtraque illa perficiant. Omnia namq; entia summum bonum, a quo profluxerunt, appetunt sua natura. Et pro viribus, ad ipsum conuersa, eò nituntur, vt quã maxime possint ipsi, & iungantur, & eo fruantur. Quam rem Aristoteles quoq;, aperte docuit, omnia summum appetere bonum inquiens. Hunc entium omnium appetitum, & ad summum bonum nixum, ordo primus maxime adiuuat. Id enim, non solum Dionysij, & Hebreorum authoritas persuadet, sed ratio etiam efficax ostendit. Sunt enim hi, summo bono, & essentia, & potentia, & actione proximi, & eius proxime participes. Itaque boni, & ipsi effecti, nulli entium sunt inuidi, & omnibus in bono, bonitate sua cooperari est necesse. Omnis. n. bonitas, sui quã maxime possit diffusiua est. Id autem efficiunt, operatione

vt diximus triplici. Et cuiusque notitiam (omnia enim sunt mentis participia) illuminando, & appetitiones purgando. Et illuminatas, & purgatas perficiendo. & ad Deum attrahendo. Per has autem easdem actiones, ipsæ quoque primæ Triadis mentes, proxime & iugiter a Deo illustratæ, & diuino igne inflammatæ, ad ea opera, & iuuantur, & suaui quadam ui impelluntur, & fiunt diuinæ prouidentiæ primariæ ministræ. Quod ipsum munus, & secundus ordo, sed pro natura sua, vt ab opifice est remotior, remissius quam primus, obit. A Deo, & ipse per medium primum, ad perfectionem propriam redactus. Quæ perfectio in eo consistit, vt Dominationes, dominatum quendam in inferiora liberum exerceant, & nulla vi coactæ, ea gratijs suis donent, & illuminent, & purgent, & perficiant, & ad summum bonum ducant. Idemque stabilitate quadam sibi propria, & fortitudine faciant Virtutes, Potestates autem ordinem in his agendis, ab omni procul confusione obseruent. Tertius autem ordo, videtur proxime, hominum generi prouidere, & Principatum, principum curam gerere. Archangelos vero, populorum, principibus subditorum. Angelos denique, hominum singulorum. Per quos, humanum genus totum, & quo ad intellectionem illuminatur, & quo ad voluntatem purgatur. (quibus id datum tamen est) Et quo ad vtraque perficitur: Neque enim decuit, supereminentem omnibus bonitatem, entia omnia procreare, & ea deinde casui relinquere. Aut a se ipsis aliena, disiuncta, & discrepãta remanere. Sed si integra, & ipsa bonitas permanere debuetat, necesse fuit, & vniuersa simul coniungere, & a se iugiter pendere, & ad se conuerti, & ad primum fontem regredi, apta vt essent, efficeret. Sed id fieri nequaquam potuit, nisi suprema, mediaque, & infima entia vinculis quibusdam colligarentur. Quod harum mentium amore, & ministerio aptissime effici potuit.

Sed Mentium harum dogma, quas Dionysius noas νόας ὑπερκοσμίους, καὶ ὑπερουρανίους, supra mondanas, & supercœlestes appellat mentes, Chaldæi multis seculis ante videntur, & cognouisse, & docuisse. Et in tres generales ordines distribuisse, Michaele Psello referente. Nam post eam triadem quæ paternum con stituebat profundum, constabatque Patre, Potentia, & Mente, addit.

Καλοῦσι δὲ ταύτας καὶ νοητάς.

Vocant autem has, etiam intelligibiles.

Alias quoque duas, ex ea rei natura diuisione necessaria, constituerant, medium, & secundum quendam diacosmum, & ordinem, qui esset intelligibilium & intellectualium simul, canit enim. (Zoroaster.)

Τὰ μὲν ἐστὶ νοητὰ καὶ νοερά, ὅσα νοοῦντα νοεῖται.

„ Sunt intelligibilia, & intellectualia, quæcumque dum intelligunt, intelliguntur.

Et tertium τῶν νοερῶν, intellectualium tantum. qui vel intellectus esset vel haberet intellectum. Et Psellus post verba allata; subdit.

Μεθ᾽ ἃς ἄλλον διάκοσμον, τὸν νοητὸν ἅμα καὶ νοερὸν τριχῆ καὶ τοῦτον διῃρημένον εἰς ἴυγγας, καὶ συνοχέας, καὶ τελετάρχας.

„ Post quas, alium ordiuem, intelligibilium
„ simul & intellectualium, Trine, & hunc
„ diuisum, in Iyngas, & Synocheas, & Te-
„ letarchas. Et subnectit.

Μετὰ δὲ τὸν μέσον διάκοσμον, ὁ νοερός ἐστι, μίαν ἔχων τριάδα πατρικήν. τὴν τοῦ ἅπαξ ἐπέκεινα, καὶ τῆς Ἑκάτης, καὶ τοῦ δὶς ἐπέκεινα, οὓς πηγαίους πατέρας καὶ κοσμαγωγοὺς καλοῦσι.

„ Post vero medium ordinem, intellectua-
„ lis vnam habens triadem paternam. eius
„ qui semel est trans. Et Hecates, & eius,
„ qui bis est trans. Quos fontanos patres,
„ & mundi ductores vocant.

Sanè vt hoc obiter admoneamus, Intelligibilium primus ordo is dicitur, qui tantum intelligitur, & hic est supremus. Secundus, qui & medius est, intelligibilium simul & Intellectualium. Hoc est eorum, qui & intelliguntur, & Intelligunt. Vti Zoroastri allatum oraculum cecinit. Tertius uero intellectualium est, qui tantum intelligit, quia vel intellectus essentia est, vel intellectus participatione. Ex qua diuisione, facile comprehendimus supremum ordinem, supra intellectum esse, vt qui a mentibus medijs intelligitur. Medium vero, qui superioris est particeps. Mentibus tamen constans, quæ & superiora vti dictum est, & se ipsas intelligunt. Tertium vero esse Mentium, quarum munus est intelligere, & se ipsas, & superiora, & inferiora quoque, vt nos putamus. Nam Psellus horum, relator tantum est, non etiam declarator. Ad quos tres ordines, possunt fortasse hierarchiarum ordines accommodari. Nam Dionysius, non raro his etiam nominibus vtitur. Teletarchis nimirum. quibus Chaldæi vsi fuerant. Sed & Amilictorum nomine idem Dionysius vtitur, quo et Chaldęi. Inquit enim Psellus.

Ἑτέραν δὲ τὴν τῶν ἀμειλίκτων τριῶν ὄντων, καὶ ἕνα τὸν ὑπεζωκότα. πηγαὶ δὲ αὗται ἑπτά. μετὰ δὲ τὰς πηγὰς ταύτας, οἱ ἀπάρχιοι. εἶτα οἱ ἄζωνοι ἔπειτα οἱ ζωναῖοι. Μεθ᾽ οὓς ἄγγελοι, εἶτα δαίμονες. ἥρωες μετ᾽ αὐτούς, μεθ᾽ οὓς ψυχαί, καὶ λοιπὸν ὁ κόσμος ὁ σωματικός.

Aliam vero Triadem Amilictorum, qui sũt
„ tres, & vnũ hypezocota. Fontes hi septem.

Post

„ Post quos fontes sunt Hyperarchij. Inde Azo-
„ nj, deinde Zonei. Post quos Angeli, deinde
„ Dæmones: Heroes post illos. Post quos Ani-
„ mę. Postremo mundus ipse corporeus.

Sed alius quidam author, quem in Cypro inuenimus, & forte fuerit, Georgius Pletho: qui & ipse, vti Psellus, aliquot Zoroastri oracula exposuit, paulo aliter, rem hanc triadarum refert. Nam post triadem Paterni profundi, in qua ait esse, Patrem Potentiam, Intellectum, hæc subnectit.

Εἶτα ἐστὶν ἡ νοητὴ ἴυγξ, καὶ μετὰ ταύτην οἱ συνοχεῖς, ὁ ἐμπύριος, ὁ αἰθέριος, καὶ ὁ ὑλαῖος. Μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, οἱ πηγαῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι, καὶ κοσμαγωγοί. ὧν ὁ πρῶτος, ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα λεγόμενος. Μεθ' ὃν ἡ Ἑκάτη. εἶτα ὁ δὶς ἐπέκεινα. Μεθ' ὃν τρεῖς Ἀμείλικτοι, καὶ τελευταῖος ὁ ὑπεζωκώς. Σέβονται δὲ καὶ πηγαίαν τριάδα πίστεως, καὶ ἀληθείας, καὶ ἔρωτος.

„ Deinde est intelligibilis Iynx. & post hanc
„ Synochus Empyreus, Æthereus, & Hylæus,
„ Post Synocheas uero sunt Teletarchæ. Post
„ hos Fontani Patres, qui uocantur etiam mun-
„ di ductores. Quorum primus is est, qui dici-
„ tur, Semel trans. Post quem Hecate. Postea is
„ qui bis est trans. Post hunc, tres Amilicti, & vl
„ timus, is qui Hypezocos est uocatus. Vene-
„ rantur quoque Fontanam Triadem, Fidei, &
„ Veritatis & Amoris.

Habent etiam alios quosdam fontes, & fontanos, ut idem author narrat. Solis scilicet, sensus, iudicij, fulminis fontanas summitates, & materiales, & ipsius animę, & fontanam animam. & addit,

Μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν τὰς ἀρχάς. αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. Τῶν δὲ ζωογόνων ἀρχῶν ἡ μὲν ἀκρότης Ἑκάτη καλεῖται. ἡ δὲ μεσότης ψυχὴ ἀρχική, ἡ δὲ περάτωσις ἀρετὴ ἀρχική.

„ Post uero fontes, aiunt esse principatus.
„ Fontes enim principaliores, sunt principati-
„ bus. Principatuum uero viuigenorum, sum-
„ mitas Hecate uocatur. Medietas vero Anima
„ principalis, Extremitas uirtus principalis.

Vtroque hoc nomine, fontium, & principatuum vsus est D. Dionysius non semel, imò in tertia Triade idem nomen *ἀρχῶν* principatuum habet. Post quos Archangelos ponit. quorum non ignari fuere Chaldęi. Idem. n. ait.

Φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ἀπὸ τῆς ἡλιακῆς πηγῆς, καὶ ἀρχαγγελικόν.

„ Dicunt etiam Principalem solem, a solari
„ fonte; & Archangelicum.

Sed & Orpheus Angelos nominauit.

Σοῦ γὰρ ἐν θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσι πολύμοχθοι Ἄγγελοι.

„ Tuo enim Throno igneo adstant multila-
„ bori Angeli.

Sed Dionysius ait alicubi.

Τῆς μιᾶς καὶ ἁπλῆς, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης, καὶ ὑπερηπλωμένης πηγαίας ἀκτῖνος.

„ Vnius & simplicis, & semper eodem mo-
„ do se habẽtis & superextẽsi fontani radij.

Fontium uero, & principatuum, etiam Zoroaster meminit in oraculis.

Πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς.

„ Omnibus, & fontibus, & principatibus.

Esse autem hos intellectus, hoc alio exprimit.

Καὶ τὸ νοεῖν, ἀεί τε μένειν, ἀόκνῳ στροφάλιγγι
Πηγάς τε καὶ ἀρχάς.

„ Et intelligere, semperque manere impi-
„ gro verticillo
„ Fontesque & Principatus.

Alio vero, & Synoches, & Hecatem nominat.

Ὅτι ἐργάτις, ὅτι ἐκδότις ἐστὶ πυρὸς ζωηφόρου.
Ὅτι καὶ τὸν ζωογόνον πληροῖ τῆς Ἑκάτης κόλπον.
Καὶ ἐπιρρεῖ τοῖς Συνοχεῦσι ἀλκὴν ζωηφόρου πυρὸς
Μέγα δυναμένοιο.

„ Quia operatrix, quia largitrix est ignis vi-
„ tiferi.
„ Quia & viuigenum implet Hecates sinum
„ Et influit Synochis robur uiuidonũ ignis.
„ Magnipotentis.

Et sane videtur Hecate esse vnitas, & idea uirium, & uiuentium omnium. Sicuti Synoches, sunt intellectus, qui ab Hecate accepto influxu eius ignis, qui uitam donant, eamque empyreo, & æthereo, & hylæo mundo infundunt, eosque & continent, & conseruant, & regunt, motumque vitalem eis largiuntur.

Quid autem sit Iynx illa intellectualis alio oraculo declaratur, hoc carmine.

Νοούμεναι ἴυγγες πατρόθεν, νοοῦσι καὶ αὐταί.

„ Intellectę Iynges a patre, intelligũt & ipsę.

Non quidem a patre primo intellectæ, qui intellectus non est, sed a patre suæ Triadis. Nã fontanos etiam patres vti uidimus posuere quosdam. Et uidentur Iynges esse ideæ secundariæ inter intellectus. Nam de eis loquens idem oraculum, ideas nominat.

Παντοίαις ἰδέαις εὐχαριτώμενος, ὧν μία πηγή.

„ Omnifariã ideis gratiosus, quarũ vnus fons.

Pletho, etiam Zonęos, & Azonos declarat.

Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ Ἄζωνοι Ἑκάται, ὡς ἡ τριοδῖτις ἡ χαλδαϊκή, καὶ ἡ Κωμάς, καὶ ἡ Ἐκκλυστική. Ἀζωνικοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς θεοί, ὁ Σάραπις, καὶ ὁ Διόνυσος, καὶ ἡ τοῦ Ὀσίριδος σειρά, καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἄζωνοι δὲ καλοῦνται οἱ εὐλύτως ἐν ἐξουσίᾳ ζῶντες, ἐπεξουσιάζοντες τῶν ζωναίων, καὶ ὑπεριδρυμένοι τῶν ἐμφανῶν θεῶν.

„ Sunt uero apud ipsos & Azonæ Hecates, vt
„ est Triecdotis Chaldaica. & Comàs, & Ec-
„ clystica. Azonici uero apud eos Dij, Sarapis,
„ & Dionysius, & Osiridis cathena, & Apolli-
„ nis. Azoni aũt vocantur (quasi nõ pręcincti)
„ qui libere in potestate viuunt. Potest atem
„ habẽtes in Zonas, & præsũt manifestis Diis.

Manifesti autem Dij, sunt cœli, & Planetæ, Et sunt hi, quasi illæ Aristotelicæ cœlorum motrices substantiæ. Sed quod ait.

In potestate eos uiuere, & potestatem habere, ἐν ἐξουσίᾳ καὶ ἐνεξουσιάζοντες, idem nomen est, cum eo, quod Dionysius in secunda Hierarchia tribuit ordini tertio τῶν ἁγίων ἐξουσιῶν Sanctarum Potestatum. Subnectit Pletho: Ζωναῖοι δὲ οἱ τὰς ἐν οὐρανῷ ζωνὰς ἀπολύτως περιπολοῦντες, καὶ τὰ τῇδε διοικοῦντες. Θεῖον γὰρ γένος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς Ζωναῖον, τὸ κατανεμόμενον τὰς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου μερίδας, καὶ ζωσάμενον τὰς περὶ τὸ ὑλαῖον τόπον διακληρώσεις.

Zonæi uero sunt, qui cœlestes Zonas absolute circumuoluunt, & hæc nostratia gubernant. Diuinum enim genus est apud eos, Zonæum, quod mundi sensibilis sibi contributas regiones habitat. & quod forte sibi attributas mundi materialis partes regit.

Quod muneris videtur Dionysius secundæ ac tertiæ Hierarchiæ assignare.

Sed & Damascius horum aliquot nominat. Εἴπερ ἐστὶν ἡ μὲν τῶν ὅλων πηγῶν, καὶ σειρὰν πηγαίαν μόνον ἀφίησιν ἀφ' ἑαυτῆς. Ἡ δὲ τῶν μερικῶν, καὶ πρόεισιν εἰς ἀρχὰς, καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ ἀζώνους καὶ ζώνας ὡς νόμος ἐπὶ τῆς προόδου τῶν μερικῶν ὑμνουμένων πηγῶν.

Si quidem est hæc quidem, vniuersalium fontium, & cathenam fontanam solum, demittit a se ipsa. Illa verò particularium. & progreditur in Principatus, & Archangelos, & Azonos, & Zonas, vt lex est, progressionis particularium qui celebrantur fontium.

Ex his sane locis omnibus non difficile est colligere conformitatem quandam hęc habere, cum Dionysij Hierarchiis; Quod tum nominibus Synocheon, Teletarcharum, Potestatum, Principatuum, Archangelorum, Angelorum, Fôtium, & similium aliorum; tum etiã munerum, per quæ & cœlos, & mundum hũc materialem, & etiam Empyreum, & uoluunt, & regunt. Quæ dogmata, si Dionysius, ab Hierotheo, Hierotheus, a doctore suo Paulo, Paulus a Chamaliele, & Illelo, & Hebræorũ aliis Rabinis, hausta habuerunt, Hebræi dici possunt, hæc eadem a uicinis Chaldæis, & Ægyptiis hausisse. A Chaldæis inquam, quia Zoroaster contemporaneus fuit Abramo. Hic uero Mosem, a quo Hebræorum dogmata fluxerũt CCCC. circiter præcessit annis. ab Aegyptiis autem, ob Sarapidis, & Osiridis nomina, quæ vidimus a Plethone recensita. Osiris autem Chami dicitur filius fuisse. Qui multis seculis ante Mosem in Aegypto & natũ, & Aegyptiis dogmatis imbutum, fuerat. Atque ita videtur, hæc Hierarchiarum sapientia, inde usque a Noe, perennis quædam fuisse philosophia. Quam non dedignabitur Peripatus, qui cœlorum motrices, ἀρχὰς, καὶ οὐσίας, Principatus & substantias, & tot quidem numero, quot orbes sunt cœlestes, non equidem ab alijs Græcis traditas admisit, sed ipse inuexit. Quod si cœli; corpora sua sententia, natura æterna, motoribus intellectibus eguerunt, qui eos mouerent, & per motum conseruarent. Quid mirum si Chaldæi, elementis etiam, corporibus per partes corruptibilibus, Synocheas & contentores, & perfectores attribuerunt. Elemẽtorum enim natura, cœlis longe imperfectior, multo magis quàm cœli, incorporeis egent conseruatoribus. In mundo autem, sua etiam sententia, nihil esse debet imperfectum, elementa ergo suos etiam habent & contentores & conseruatores. Quos quia eis Aristoteles non attribuit, magis egentibus, hac parte, sua philosophia, manca esse, recta ratione dici debet. Quibus si nomina Chaldęi dederunt, ipse cœlestibus non dedit, nihil damni ob id in illorum infertur philosophiam, imo sua, hac etiam parte, quia nomina pronunciare nescierit, balba est reputanda.

FINIS DECIMISEPTIMI LIBRI.

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER DECIMVSOCTAVVS.



DE MENTIBVS DEI MINISTRIS.

Sed hæc, ex Chaldæorum, & Hebræorũ, & diuinis Christianorũ eloquijs accepta, & historice narrata, nisi argumentis probata fuerint, nec Peripatetici, nec Stoici, nec Epicurei, quorum ingẽs est, inter literatos, & numerus & cumulus, non suscipient. Opus ergo est, quoniam, ignarum vulgus, pietati ac fidei non est contrarium: Sed omnis ei a sciolis istis venit oppositio, & oppugnatio, rationes adinuenire, quarum vi, ac robore, & persuasio illorum, & ignara sapientia conuincatur, & iaceat conuicta. Afferamus ergo mathematicas contra eos necessitates, & dicamus.

Entium a Deo productorum (cuius contraria dogmata, sunt antea late profligata) alia esse per se subsistentia, & vt Græci significantius dicerent, αὐθυπόστατα. Quæ propria sua hyparxi, & essentia, proprijsque viribus innixa, nullo, egent alterius vllus adminiculo, vt sint, quàm Deo productore, & creatore. Qui ea, vt produxit, ita conseruat semper, & continet, ne in nihilũ abeant. Et ad se conuertit, & pro illorum viribus, & dignitate ad se reuocat. Hæc autem sunt omnia incorpora, quæ in mundo sunt Archetypo, Ideæ & vnitates, essentiæ, vitæ, & intellectus, & etiam animæ, quod suo loco demonstrabitur. Alia vero sunt his opposita; in alio, vel per aliud subsistentia, & aliena virtute stantia, & in alio subsistentia, & existentia, quæ illi ἑτερόστατα appellarent. Qualia sunt corpora omnia, & corporea vniuersa. Nam quæ corporea sunt, quantitates, qualitates, harumque operationes, & passiones, corpore egent tamquam fulcimento, sine quo, nec existerent, nec subsisterent. Corpora vero ipsa, & loco egent, in quo sint, & materia in quam, formæ inducantur, & in qua subsistant. His ita distinctis in hunc modum inferimus.

Si αὐθυπόστατα per se stantia. Et ἑτερόστατα alistantia (liceat ita nominare) sunt inter se opposita ita vt iungi nequeant sui natura; necesse est media aliqua esse, quæ inter extrema interponantur. Quæ vel vnum sunt, vel duo vel etiam tria. Tria inquam, vt scilicet prior natura sit, primis illis affinis. Et hæc sint, mentium illi ordines nouem. Tertium sit, corpori mundano iunctum. & per ipsum fusum. Quam dicimus, Naturam. Et inter primum & tertium, sit medium secundũ. Quod & cum mentibus, & cum natura iungatur, & hæc sit Animæ latitudo tota.

Hæc diuisione rerum facta, sic progrediamur.

Horum singula genera. Et essentiam habent, & potentiam, & actionem propriam. Quæ tria, per omnia descendunt genera, & per horum generum species cunctas, & per omnia speciebus contenta indiuidua. Corpora ergo quæ in se nõ sunt, sed in alio, in Natura nimirum: in alio quoque potentiam suam habebunt, & actionem. Ita vt quidquid, vel posse, vel operari videantur, per naturam in illa fusam, & poterunt, & agent. Si in alio hæc habent, neque in se, neque in aliud, possunt agere nec agunt. Quod etiá ante est probatum. Si in se non agunt, neque agere possunt, neque etiam se se seruare possunt, nec se se conseruant. Si se non conseruant. neque se ipsa, viribus suis continent. Ergo ab alio, & continentur, & conseruantur. Eoque sane, non corpore. Corpus enim, cum se nequeat seruare, neque corpus aliud serua-

rē poteſt. Ergo ſeruatur, ab incorporeo. Et eo quidem toti ſibi coextenſo. Nam ſi aliqua in parte, ſibi nō coextēdatur, ea parte non cōtinebitur, neque ſeruabitur. Vt igitur totū ſeruetur, ſeruatore egebit, toti ſibi extenſo. Si toti ſibi ſit coextenſum, & intus, & extra erit coextenſum. Hoc autem nos dicimus, naturam, toti corporis, quantitati, totique corporis illius materiæ coextenſam. Natura autem omnes proprias ſecum fert qualitates. Easque per totum fundit corpus. De quibus ſuo poſtea loco. Sed nunc breuiter eas dicimus eſſe calorem, & humorē. Hunc quidem partes corporis conglutinantem, illum vero gluten in eo facientem, & conſeruantem. Gluten autem in corporibus, vnius, & Vnionis eſt miniſter. Duorum horū concors actio, Sympathiam in toto corpore operatur, Diſcors vero actio, Dyſpathiam, Aſympathiam, & Antipathiam. Hæc vero glutinis diſſolutionem, & molis totius ſolutionem, niſi ab alio, in officio cuiuſque contineantur, & foueantur. Fotio autem hęc fieri minime potetit, niſi a fouente, fouentes vires hauriat continue. Inexhauſtas ergo vires, neceſſe eſt habeat, id quod continue fouet. Hoc autem corpus eſſe nequit. Incorporum ergo erit neceſſatio. Ille ni fallor.

„ Spiritus intus alens, totamque infuſa per artus.

„ Mens agitans molem, & magno ſe corpore miſcens.

Hanc, Naturam libet, & licet appellare. De qua Zoroaſter cecinit.

Νώτοις δ᾽ ἀμφὶ θεᾶς, φύσις ἄπλετος ἠώρηται.
Ἀρχει δ᾽ αὖ φύσις ἀκαμάτη, κόσμων τε καὶ ἔργων

„ Dorſum ſupra Deæ Natura indefeſſa attollitur.

„ Imperatq; natura indeſeſa, mundiſq;, operibuſque.

At Natura, Animæ eſt progenies, eius radius in corpora infuſus. Inſidet ergo natura, mūdorum, ſcilicet Hylei, Atherei, & Empyrei: operumque, quæ in eis ab ea fiunt, dorſo. Idque circa Deam, animam ſcilicet mundanam ait. De qua idem Zoroaſter canit.

Ἄρδην, ἐμψυχοῦσα, φάος, πῦρ αἰθέρα, κόσμους.

„ Affatim animans, lumen, ignem, æthera, mundos.

Mundos ſcilicet hos tres ſublunares, æthera cœleſtū, ignē, Empyreū, & lumē illud, quod & oſtēdimus, & oſtendemus amplius, in infinito ſpacio, infinitum. Quæ quidem aīa inquit.

Ψυχὴ γὰρ, ἡ κοσμήσασα τὸν μέγαν
Οὐρανόν. καὶ κοσμοῦσα μετὰ τοῦ πατρός.

„ Anima namque eſt, quæ ornauit magnum.

„ Cœlum, & ornat, ſimul cum patre.

„ Cū patre ſcilicet productore ſuo intellectu.

Ψυχὴ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινόν.
Ἀθανάτη τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστί.
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.

„ Anima ignis, potentia patris eſt relucens,

„ Immortaliſque manet, & vitæ domina eſt,

„ Et habitat mundi, multas plenitudines,

„ ſinuum.

Quæ quidem cum intellectualis ſit.

Νῷ μὲν κατέχει τὰ νοητά, αἴσθησιν δ᾽ ἐπάγει κόσμοις.
Νοῦ γὰρ μίμημα πέλει. τὸ δὲ τεχθὲν ἔχει τι σώματος.
Μιγνυμένων δ᾽ ὀχετῶν πυρὸς ἀφθίτου ἔργα τελοῦσα.

„ Mente quidem continet intelligibilia,

„ ſenſumque inducit mundis,

„ Mentis enim eſt imitamen, partum vero

„ habet quid corporis.

„ Miſtiſque canalibus, ignis incorrupti

„ opera efficit.

Anima, inquit, mente ſua participata continet intelligibilia. Sed mundis ſenſum indit, & ſenſibiles eos efficit. Quoniam intellectum patrem imitatur producendo, corpora nimirū per radiū, intellige, ſuum qui eſt natura in corpora infuſum, Variis quidem viis, quas canales appellat, inſtrumento caloris æterni omnia & operans, & perficiens. Supra animā ſunt intellectus, quos ante commemorauimus qui mundorum curam habent. Nam & ā principio mundos effecerunt. De vno ait:

Νοῦ γὰρ ὃς ἐστὶ κόσμου τεχνίτης πυρίου.

„ Intellectus.n. qui eſt mundi artifex ignei.

Sed factos etiam mouent, nam alio inquit.

Καὶ τοῦ νοῦ, ὃς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει.

„ Et intellectus, qui Empyreum mundum ducit.

Sed & mouendo, etiam ſuſtentant.

Ὦ πῶς, κόσμος ἔχει νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.

„ O, vt mundus habet, intellectuales ſuſten-

„ tatores, inflexiles.

Et ſuſtinendo cuſtodiunt.

Ἀλλὰ καὶ φρουροὶ τῶν ἔργων εἰσὶ τοῦ πατρός.

„ Sed & cuſtodes operum ſunt patris.

Cathena ergo hac pulcherrima, & plus quàm aurea, Patris, Mentis, Mentium, Animę, Naturæ, corpora quæ per ſe, nec conſtitui, nec ſuſtineri, nec contineri, nec conſeruari, nec cuſtodiri poſſunt vti ἑτερόστατα, & aliſtantia, ab alio, & ab initio effecta ſunt, & ſuſtinentur, & conſeruantur, neceſſe eſt ab intellectibus, & animabus & naturis, & efficiantur, & cuſtodiantur, & conſeruentur. eo modoquo antecedente libro eſt expoſitum, & quo ipſemet Ariſtoteles cœlos a mentibus moueri, & in motu conſeruari, & hæc inferiora omnia regi tradidit. & ab iis quæ ſupra cœlos ſunt eſſe, & viuere omnibus uenire docuit. Sed vt nullam

de his

de his rationẽ reddidit ſic nullam a Chaldæis, Peripatus exquirere debuit, quando ſine ratione, & cauſæ redditione, non minus ipſe quàm illi laborarit. Et tamen philoſophus eſſe voluit. Patiantur ergo, & illos ratione pati eſſe philoſophos. Nos vtriſque ſuppetias modo iuimus. oſtendendo, Mentem opificem, influxibus ſuperioribus Verbi, & Boni grauidam factam, ſterilem eſſe non potuiſſe. & parere habuiſſe neceſſe, & parta continere, & cuſtodire, & ſeruare, tum prima quæ a ſe prodierunt, tum quæ a ſe longius profluxerunt. Profluxerunt autem a ſe, entia prima. A primis ſecunda. A ſecundis tertia, A tertijs quarta. A quartis quinta. A quintis ſexta. A ſextis ſeptima. A ſeptimis octaua. Ab octauis noua. A nonis decima. ijs qui ſupra ſunt expoſiti modis. Quibus veriſſimum euadit illud Orphei carmen.

Μήτιν κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.

„ Conſilij a valida neceſſitate.

Omnia, & facta eſſe, & contineri, & conſeruati. & alio item carmine.

Δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατεῖ.

„ Dura namque neceſſitas, omnia tenet.

Id autem factum eſt, quoniam.

Πάντα ἐξετέλεσσε πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε δευτέρῳ.

„ Cuncta perfecit pater, & menti tradidit
„ ſecundæ.

Quæ, proximus eſt rerum opifex. Deprompſit namque omnia pater de ſe, & per primam mentem ſibi conſubſtantialem, ea tranſmittẽs ſecundæ menti, quæ & ipſa, vt docuit Hermes erat Verbo, & Patri conſubſtantialis, tradidit. Cur autem, & omnia, quæ in ſe habuerat ſummè perfecta per primam mentem tradidit ſecundæ? An vt & ipſa omnia haberet, & per omnia perfecta eſſet? Ita profectò. Neque enim ipſa, vtrique conſubſtantialis carere vllo potuit ente, ne carens, imperfecta relinqueretur. Perfectima ergo cum, & ipſa eſſet, ocioſa ne, & infœcunda eſſe, aut potuit, aut debuit? Tradiderat ne ei pater omnia, vt ea tantum haberet, & vt eis in ſe tantum frueretur, Deitatis modo ſibi ſufficientiſſimo? Et poſtea ſederet iners, & ſterileſceret? An vero ut Deitatis modo, & ipſa eſſet fœcundiſſima. Ratio ſane dictat, vt fœcundiſſima, & ipſa eſſet. Nam ſi *ὁμοούσιος* conſubſtantialis eſt, cum Patre, & Filio, cum eis erit etiam *ὁμοδύναμος, καὶ ἰσοδύναμος* compotens, & æquipotens; eiuſdemque cum ijs potentiæ, & virium. Illi vero vt oſtenſum eſt, ſunt omnipotentes. Hæc ergo erit etiam omnipotens. Quod & ex Nazianzeno etiam patuit. At ſi compotens illis, & omnipotens, fuerit etiam cum illis *ὁμοεργὸς, καὶ ἰσοεργὸς*, cooperator, & æquioperator. & coefficiens, & efficiens, ſicut & illi omnia. Quod Platonis auditor clariſſime eſt conteſtatus. Tria enim hæc, vt ſæpe dictum eſt, eſſentia, potentia, actio, tam arcte rebus in omnibus, & in principijs omnium maxime ſunt vnita, ut a ſe inuicem diuelli minime omnium queant. Nam vbicumque eſſentia rei eſt, ibi quoque eſt potentia, Quę vt iam docuimus eſſentiæ protenſio quædam eſt, & extenſio. Vbi vero potentia eſt, ibi neceſſario eſt, & actio, vel in eſſentia, vel ex eſſentia. Nam hæc protenſio, & extenſio tum potentiæ eſt, tum etiam eſſentiæ. Neceſſario igitur, Mens ſecunda, quia coeſſentialis ſit Patri, & Filio, compotens quoque, & cooperans illis erit, & omnipotens, & omnia efficiens. At vbi ea efficiet? In ſe ne, an extra ſe? Non in ſe quidem, quoniam ea, a Patre, & Filio in eam ſunt tranſfuſa iam perfecta. Ergo extra ſe. At non in eos, vnde ea ſuſcepit, & nulla productio, ſit ſurſus ſupera. Ergo nel circa ſe, vel infra ſe. Circa ſe quidem intellectus, de quibus agebamus. Infra ſe uero, ea omnia quæ intellectibus hiſce ſunt natura, inferiora. Quales anima, natura, qualitates, forma, corpora. Circa ſe quidem, an omnes intellectus, aut quoſdam. Et infra ſe itidem, an omnia quæ diximus modo, animas, naturas, & cœtera, au uero tantum quædam? Si quædam dicatur, inferemus, uel quia impotens, & ſic non omnipotens, contra demonſtrata, vel quia noluit, & entibus, quæ promi poterant inuidit. At nulla in ſummum bonum cadit inuidia. Vel neſciit producere. & ſic non amplius mens. Si enim neſcit, neque etiam intelligit. Si non intelligit, non eſt intellectus. Igitur produxit omnia. Non in ſe, non ſupra ſe, vt eſt oſtenſum. Ergo circa ſe, & infra ſe. Nullus enim alius, aut fuit, aut potuit eſſe locus, quò entia, quæ in ſe habebat prometet. An vt ijs omnibus exinaniretur? An vero, ut omnia ſua ſibi retineret, alia ſuis ſimilia proferet? Ita prorſus, ratione quam ſæpe commemorauimus. Omne producens ſibi ſimilia producere, ijs modis, qui ſunt iam explicati. Hoc ergo merito maximo, quod circa ſe, & infra ſe omnia produxerit, *νοῦς δημιουργὸς* Mens opifex ab Hermete eſt appellata. Non quòd ſola, ſed quia rebus extra profundum condendis, proximior fuit conditrix. Hanc autem, vt ita dicam, omnificentiam, quia ſit cum Patre, & Filio cõſubſtantialis, compotens, & coeffector, neceſſe eſt cum illis communicare. ſicuti & illi eadem ratione, quidquid habent, cum eo neceſſe eſt communicare. At erant præterquam omnipotentes, etiam infinitipotentes. Igitur & hæc Mens, ſicuti omnipotens, ita etiã eſt infini-

est infinitipotens. Et quoniam, qualis essentia est, talis quoque est potentia. & qualis potentia, talis operatio. Et qualis operatio talia etiam ab ea eduntur opera: Opificis huius, vt essentia, & potentia sunt infinitæ, ita infinita erit eius actio, & operatio. Ergo infinita necessario eius quoque opera erunt. Sed infinitate, auctoris infinitati, simili quidem infinita, sed inferiore. Inferiore inquam duplici ratione; tum quia extra ipsum sunt producta; tum quia omnis productio, non ad supera, sed ad infera, uel in circuitum progreditur. Infinitate ergo, a primis tribus infinitatibus essentiali, ac potentiali, & vt ita dicam actionali principiorum diuersa, ea constabunt producta, infinitate scilicet quarta quadam, in numero consistente. Numero ergo infinita, tum primus, tum reliqui duo opifices entia produxere. similia quidem ipsis, sed inferiora. Vnitates numero infinitas, essentias, vitas, mentesque numero infinitas. Mentes quidem alias circa se, sed minus nobiles, easque numero infinitas. Sed triplici, vt par est, distinctas ordine, triplici Productorum ordini respondentes. Altas nimirum Patri, alias Filio, alias Spiritui, proximo earum productori. Nam si tres sunt productores, & omnis productor sibi simile producit, necessarium fuit has Patri, illas Filio, istas vero Spiritui esse assimiles. Quam rem Zoroaster, & magorum cœtus acutissime peruiderunt. Psellus enim ita scribit.

Μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι, καὶ ἓν αὐτὸ, καὶ ἀγαθὸν ἀνυμνοῦσι, εἶτα πατρικόν τινα βυθὸν σέβονται, ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον. ἑκάστη δὲ τριὰς ἔχει πατέρα, δύναμιν, καὶ νοῦν.

» Vnum principium rerum omnium constituunt. Et id, unum, & bonum, concelebrant. Deinde paternum quoddam profundum uenerantur, ex tribus triadibus compositum. Quæque autem trias habet Patrem, Potentiam, & Mentem.

Quibus nominibus tribus, principia quoque prima nominarunt; & primum profundum. Quod tantum νοητὸν intelligibile nuncuparunt. Hanc autem secundam triadem Proclus, & Damascius sæpe adducunt, & duplici nomine appellant, νοητὸν, καὶ νοερὸν intelligibilem, & intellectualem. In qua is qui pater dicitur, primo patri respondet. Quæ dicitur potentia, Filio. Hic enim Potentia patris est appellatus. Qui uero intellectus nominatur, Intellectui secundo, & principio, tertio correspondet. De qua triade, Damascius protulit. κατὰ τὴν χαλδαϊκὴν ὑμνουμένην τριάδα secundum Chaldaicam celebrem triadem. Videlicet est unaquaeque trium triadum distributa. Non est autem facile assequi.

(Incomprehensibilia enim sunt Dei, iudicia, & inuestigabiles uiæ eius, & ineffabiles) quo modo e tribus his principiis, nouenarius mentium numerus sit ortus. Nos tamen id ita accipimus, ut Mens opifex, Patri quidem respondentem, summa excellentia primam triadem in primo ordine procrearit. In quo patrum ordo supremus, patri quantum posset, similis esset. Ordo secundus potentiarum, similis esset, quantum liceret, ipsi filio. Tertius uero qui est appellatus Mentium, sibi tertio principio, ac secundæ menti esset assimilis. Eodem modo, in secunda triade quæ filio responderet; supremæ patres appellati, essent quantum fieri posset, Patri, primo, ac patribus primæ triadis assimiles. Potentiæ itidem quantum possibile esset, filio, & potentijs primæ assimilarentur. Tertiæ uero quæ Mentes dictæ sunt, sibi Menti, & mētibus, primę similes prout posset, essent.

In tertia similiter triade, sibi menti respondente, essent patres, patri primo, & patribus duorum ordinum: & potentiæ filio, & potētijs, & Mentes sibi, & mētibus suis essent assimiles. Possunt alio quoque modo triades hæ distribui. vt prima scilicet tota, Patri. secunda tota Filio, tertia tota Spiritui conditori essent propriæ. Sed & utroque modo possunt accomodari, sine ylla diuinitatis labe. Imo maxima cum eius gloria, & potentiæ supremæ argumento. Quam potentiam adauget, quod est iam ostensum, in singulaharum triade, mentium infinitum esse numerum. Cur enim ab infinitis essentiis, & infinitis potentijs, infinitæ etiam operationes non prodierunt? Et ab infinitis actionibus, non eriā infiniti effectus non sunt effecti? Cur item ab infinita bonitate, infinita bona extra eam non sunt progressa? Quid enim opus habuit, ea in se continere, & retinere? Cum bonitatis proprium munus sit, se se omnibus communicare. Et si omnibus, finitis se se communicat, cur non etiam infinitis omnibus? Cum nulla ei obsiet vel impotentia sui, vel entium, aut par, aut maior potentia? Non igitur non potuit, vltra finita, se se in infinita effundere. Neque vlla eam retinuit inuidia, per quam potius finita, quàm infinita producere uoluerit. Cur enim inuidit ijs quæ supra finita esse poterant, vt non essent? Infinitæ ergo non quidem essentiis, & potentijs, & actionibus, (ne suis conditoribus, aut pares, aut eædem essent,) sed infinitate quadam, a summa illa conditorum degenere, numeri nimirum, & multitudinis. Cui rei, multa possent ex sacris literis afferri testimonia, quale illud. Multa nimis sunt castra eius.


Et numerus equestris exercitus vicies millies

lies dena millia. Sed quid illud est, quod intu limus, choros hosce mentium ab opifice mente, extra se, & circa se fuisse creatos, cum Apostolus scribat de Verbo filio.

„ Qui est imago Dei inuisibilis, primogeni-
„ tus omnis creaturæ. Quoniã in ipso con-
„ dita sunt vniuersa, in cœlis, & in terrã, visi-
„ bilia, & inuisibilia, siue Throni, siue Domi
„ nationes, siue Principatus, siue Potestates.
„ Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, &
„ ipse est ante omnes, & omnia in ipso con-
„ stant.

Quæstio hæc in propriam sequentem referatur tractationem.

FINIS DECIMINONI LIBRI. octavi



FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS LIBER DECIMVSNONVS.



DE DIVINIS PROPRIETATIBVS.



Æc de ſumma Dei Patris, atque ineffabili ſapientia dicta ſunto. Quæ ſanè eadem eſt i Verbo, ac Spiritu eius, alteritate tantum quadam ab illa deſcendens, in intellectionem, atque intellectum, modis quos diximus, conuerſa. Namq; in patre tantum uno, vniter omnia erant. Intellectio, quę diſtinctionem ſecum habet, uniter una eſſe non poterat. Atque ideo in eum cadere non potuit. In Verbo uero, & Spiritu, vbi diſtincta iam erant omnia, cadere intellectio potuit, & vtrumque intellectum facere. Qui tamen ſuo modo, alteritate diſtincti, cũ patris ſapientia ſunt idem, & eadem obeunt munia. Fuit autem ſapientia, inter diuinas proprietates, a Theologis omnibus, tum Ethnicis, tum Hebræis, tum etiam Chriſtianis connumerata ſemper. Vltra quam, ſunt etiam aliæ eiuſdem diuinitatis proprietates, celebratę. Quæ quoniam ad prima rerum principia pertinent, inter Panarchias tractatus, non eſt eis locus uacuus relinquendus. Sunt ergo aut omnes, aut præcipuæ huc uocandę, & perpendendę. Igitur dicimus, eas omnes toti paterno profundo, hoc eſt Patri, Filio, Spirituique, eſſe communes. A patre quidem incipientes, in Spiritu vero deſinentes. Patrem autem duobus præcipue nominibus, quaſi ſuis propriis, ſupra ſæpius appellauimus. Vnum, Bonum. quod vnum idemque eſt, noſtræ cognitionis modo, duabus quaſi notis nobis diſtinguentes. A duabus hiſce, proprietates omnes, de quibus modo agimus, quaſi in duos ordines deriuantur. Vtrumque ordinem conſideremus, & pro virili expediamus. Igitur, quia vnum illud, Pater Deus, non niſi vnum eſt, ſimpliciſſimum eſſe, eſt neceſſe. Simplicitas hæc, ſimul cum vnitate ab vno genita, & ab vno procedens, in totum deſcendit patris profundum. & in omnes, quæ in eo sũt vnitates alias, & Ideas. Simplicitas autem hæc, illic nata, illic habitat, quia nulla ibi habitat materia, nulla materialis ſpecies, nullum materiale genus, nulla materialis forma. nulla denique materialis qualitas. Neque ſimplex ea ſimplicitas eſt, eo modo, quo naturam ſimplicem eſſe dicimus. Natura enim per corpora protenditur: & ad partes eorum, etiam diuiditur. & per ea permeat, & eis multas impertit vires: eſt tamẽ corporibus ſimplicior. Commiſtam nihilominus ſuam eſſentiam, cum illorum uarietate habet. Excellentior quoque diuinorum eſt ſimplicitas, quam ſit animæ ſimplicitas. Anima namque vti uidebimus loco ſuo, media quædam eſt eſſentia, inter incorporea, & corporea. Atque ideo vtrumque attingens, miſta eſt quodam modo ex vtriſque. Simplicior etiam ea eſt ſimplicitas, quàm ſit ſimplicitas intellectuum, qui extra profundum ſunt. Eſt quidem intellectus omnis, eſſentia indiuiſibilis, & vniformis. Sed quoniam ad ea, quæ extra ſe ſunt reſpectum habet, quatenus ea in ſe, & circa ſe contemplatur, multitudo eſt quædam: quæ ſimplicitatem in eo eſſe ſummam, nequaquã ſinit. Recta autem ratione euenit, ut multiformium genitrix cauſa, ſit ſimplex. Non enim poteſt effectus, idem cum cauſa eſſe, etiam ſi ei ſit ſimilis. Nam ſicuti diuiſibilium indiuiſibile eſt principium. & corporum principium eſt incorporeum, & mobilium, immobile: ſic multiformium, & miſtorum, principium vniforme, & ſimplex eſſe debet. Talis ergo eſt ſimplicitas eius diuinitatis, quæ Profundi paterni eſt propriiſſima. Si ſimpliciſſima illi eſt ſimpli-

citas, proculdubio sequitur, ut eodem semper se habeat modo, tum hyparxi, tum viribus, tũ etiam actionibus. Nam si simplicitas ibi est, mistio nullum ibi habebit locum. Si mistio ibi est nulla: nulla etiam ibi est alteratio. Si alteratio nulla, eodem se habent semper modo. Si eodem se habent semper modo, immutabiles ergo semper sunt. neque ibi est quicquam, quod vel recipiant aliunde, vel eis accedat, quod ea mutare queat. Hæc immutabilitas, cœlesti immutabilitate longe est eminentior. Cœlo enim euenire creditur, vt neque suscipiat aliunde, neque ei accedat quicquam, quod ipsum immutet. Id quamuis ita sit, non tamen natura sua, id habet. Corpus enim est, corpus autem omne, per partes prius, deinde toto, sui natura est corruptibile. Si corruptibile, etiam alterabile. Si hoc, etiam mutabile. Si vero non mutatur, non alteratur, id ab incorporea habet causa. Sed & animæ, quamuis essentia, & viribus non mutentur, quia internæ sint, attamen actionibus, quæ ad extra vergũt, mutantur. neq; eodem se semper habent modo. Mentes quoque, quatenus intellectiones suas ad inferiora extendunt, non videntur penitus ad ea impermistæ, & ob specierum, & generum quæ contemplantur varietatem, nõ videntur, ijs actionibus eodem se habere modo, neque esse penitus immutabiles. Si ergo in Patris profundo, atque eius vnitatibus, & simplicitas est summa, & immutabilitas: erit ibi quoque summa veritas, quæ tertia est eius proprietas. Nam cum eodem semper persistent modo, nullum ibi est mendacium, nulla deceptio, nulla falsitas. Neque enim se se ipsæ decipiunt. Neque aliis fucum facinnt. neq; ipsæ ab alijs falsitatem ullam patiuntur. Sed est inter eas vnio, & communio perfectissima, & indiuisa, & immutabilis: & verissima, & nihil aliud quàm ueritas. At si veritas est ibi summa. Sapientia quoq; ibi est summa: non tamen omnis per intellectionem, vel est potius per intellectionis hyparxin. Non enim, quærit, aut venatur cognobile, uti ostendimus, sed plenitudo ibi est, omnis cognobilis, omnisque intelligibilis. Plenitudo autem hæc, cognitionis, ac sapientiæ, non nisi hyparxis ipsius Dei est, & profundi. Atque hæ quidem sunt diuinitatis proprietates, ab vno procedentes.

Sunt aliæ a Bono venientes, & a Boni Idea. Quarum prima est sufficientia. Bonum enim, & sibi, & aliis est sufficientissimum. Et quamuis mũdus, quia totus ex totis sit compositus, & perfectus ex perfectis, & plenus proprijs suis bonis omnibus, sufficiens esse dicatur; attamen sufficientia hæc eius, partibus constat, & ex multis, in unum est conflata, & a causis superioribus eam participat. Sufficientia autem a bono ueniens, quia & ab uno venit simplicissimo, neq; partes habet, neq, multitudinem; & se ipsa, nõ aliunde est talis. Sed, & animatus mundus, plenus est propriarum virium, ac virtutum: & propriæ beatitudinis mensuram numquam deficientem, possidet. Verum tamen, & hæc eius sufficientia uariis indiget viribus: quibus non semper eadem contemplatur intelligibilia. & præter hæc temporaria est eius contemplatio. Atq; ita non tota simul, neque vniformis est. Sed & intellectualis mundus, sufficiens, & est, & dicitur, vt qui perpetuo vniuersum possideat in se bonum: & omnem simul suam comprehendat fœlicitatem. & nullius sit indigus, cum ei, tota eius uita præsens sit, & omnis eius intellectio. Sed sufficientia hæc, suæ competit hyparxi: neq; est ea profundi paterni sufficientia, comparanda, ut quæ secunda sit, & per participationem. Illa vero primum est bonum, & primo bonum, & per se bonum. Atque hæ quidem sunt ei propria quatenus sibi ipsi est sufficiens. Quatenus vero alijs quoq, omnibus sufficiens est, plenitudo est beneficentiæ: & beneficæ potentiæ, quæ ad omnia progreditur, & in omnia penetrat, & per omnia, eam extendit beneficientiã. & vsq; ad infima diuinitatis suæ, ac bonitatis dona profert, & infert. singulisque pro eorum captu ea largitur. Ita vt nihil tam abiectum, aut vile est, quod eius non fiat particeps. Per quam potentiam, intellectuales essentiæ similia sibi constituunt. Animæ generare expetunt, & primam imitari causam. Et naturæ earum rationes in alia transferunt: & formæ, & cuncta alia essentialem generandi, & se se proferendi habent amorem. Quam quidem beneficentiã suis quæq; sensibus percipientes, necessario eam expetunt, & desiderio vnumquodq; suo summo, in id feruntur. Ex quo recte quidem dictum, sed non satis explicatũ illud fuit. Id bonum esse, quod omnia appetunt. Hoc enim tale bonum, non est, quale sæpe in sensibilibus apparet, ut aliquid sit quidem bonum, & ideo appetatur, sed inefficax, & sine ulla sit efficientia. quale est pulcritudo. Neque est tale, quale aliquando, & efficientiam aliquam habet, & in se conuertit ea, quæ eo participare queant, & a nobis tum ratiocinio, tum etiam mentis intuitu percipi potest. Sed id bonũ, quod omnibus expedit, ineffabile est, & ante omnem cognitionem, in omnia protenditur entia. Et entia omnia id appetunt, & ad id conuertuntur, hæc sane magis, illa minus. Pro ut illi natura, & hyparxi, uel propinquiora, uel sunt longinquiora. Et ad se omnia tum inuitat, tum trahit, omnibus vbique præsens. Neque ullum, uel vilissimorum entium ordinem, destituens. Non aliter sane, ac sol radijs suis omnia collu-

strans, oium oculos ad se cõuertit, eosq; lumine plenos reddit. Et materia illa, quam primã, & fere non ens dixerũt in id bonum appetitu suo trahit, & eo tantũ, quãtũ capere potest, impletur. Est ergo hoc appetibile, entium omniũ quasi cẽtrũ, circa quod entia omnia, tum essentias suas, tum vires, tum actiones, tum appetitus omnes suos reuoluunt, eosq; in extinguibiles, & perpetuos habent. Et tametsi illa quid cupiant non cognoscunt, aut percipiunt, attamen, ipsum quasi ariolantur, & circa ipsum veluti tripudiant, idque amplecti, & finu tenere exoptant. Id tamen nõ præhendũt. Est enim ab omnibus entibus separatum: sed omnibus etiam est præsens, & ea præsentia, omnia circa se mouet, & sui cupidinem illis indit. Qua cupiditate, & motu, seruat cuncta, sua tamen supereminentia, ab omnibus se impermistum, in sua vnitate permanens, conseruat. Dum vero se ipsum ita conseruat, seruat etiam alia, in se omnia statuens, illaque complectens. Estq; hęc huius appetibilis, proprijssima proprietas; sicuti sufficientiæ secundæ, proprietas est, omnia ad similium excitare productionem. Ex quibus duobus tertia quasi componitur proprietas, quæ dicitur perfectio. Quæ, ea quæ producta per sufficientiam sunt, in suas causas conuertit, & ea congregat, & in eas reducit: vel ea sint intelligibilia, vel intellectualia, vel animaria, vel etiam naturalia, & corporea. Omnia namque in suas causas, ut perficiantur, reuoluuntur; ab eisque ad perfectionem reducuntur. Perfecta facta, ueluti in suæ ætatis flore, pulcra redduntur. Pulchritudo hæc sui natura est amabilis, & ab ea, & in eam amor excitatur. Amor ergo entium omnium, tum erga se inuicem, quia per perfectionem pulchra sũt effecta excitatur; tum etiam magis, erga huius pulchritudinis causam. Quæ proxima perfectio ipsa est. Hæc vero, ex appetibili, & sufficiẽtia est conflata. Duo vero hæc sufficientia prima. Hæc vero Bono primo, ac summo est coniuncta. A Bono ergo prouenerunt proprietates hæ, sufficientia prima, qua sibi sufficiens est, sufficientia secunda, qua sufficiens est entibus omnibus. Ab hac fit appetibile. ex vtrisq; perfectio conflatur. A perfectione pulchritudo. A pulchritudine amor. Amor autẽ maiore efficacia in bonum fertur, & quasi furore quodã in id agitur. Et est rectissime a Theologis dictus anagogus, & reductor ad ipsum bonum, ad ipsam scilicet rerum omnium causam primam, ac principium primum. Reductor alius, sed placidior, ac quietior est, veritatis contemplatio, & quam uocamus philosophiam, & sapientiæ Amorem. Quæ quamuis placidiore in idem Bonum feratur motu, eõdẽ tamen quo amor fertur. & amoris etiam ipsa sentit stimulos, quod nomine suo indicat. Quid enim aliud est philosophia quàm amor sapientiæ? Quid vero aliud est sapientia, quã ueritatis plena notitia. Veritate autẽ quid potest, aut excogitari, aut reperiri pulchrius. Ex pulchritudine ergo ueritatis, & in ueritatis pulchritudinẽ, & sciẽdi amor, & philosophia, studio maximo cõtẽdit. Veritate aũt, hoc studio cognita, quis uel sensuũ, uel quæ ratio, vel mẽs ei non assentiatur? Assensus hic fides est. Fides ergo maxima, ubi maximus assensus. Assensus maximus, ubi maxima est cognitio. Cognitio maxima, ubi maxima veritas. Maxima veritas in Patris profundo. In profundum ergo Patris, sensus, si possint, omnes intendamus. Si non possint hi, opinatricem. Si hæc nequeat, rationem, ac dianoeam totam. Si neque hæc plene possit, totam mentem, & Zoroastri moniru, mentis ipsius florem, apicem, vnitatemq; dirigamus. Illud contemplemur; in ipsum moueamur, in eo hac fide summa consistamus; summam ueritatem, summa fide cõplectamur. Fide ei vniamur; Per fidem namque iustificabimur.

FINIS DECIMINONI LIBRI.

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER VIGESIMVS.



DIVINITAS, AN SIT VBIQVE, AN NVLLIBI, AN ALICVBI,



EX eo igitur Apoſtoli teſtimonio; in Dei imagine, in primogenito omnis creaturæ, qui Dei filius eſt, condita ſunt vniuerſa, & in ipſo creata sũt omnia, & omnia in ipſo conſtant. De quo minime eſt dubitandnm. Si ergo omnia ſunt in eo creata, & in ipſo conſtant, & is, idem ſit cum ſpiritu. omnia etiam in ſpiritu fuerunt creata, & in ſpiritu quoque adhuc omnia conſtant. Et eæ ipſæ mentes, Throni, Dominationes, Principatus, & Poteſtates; & ſi hæ, etiam reliquæ, in eo ſunt neceſſario. Cur enim hæ, & non aliæ? Et ipſe ait vniuerſa, & repetit bis, omnia. Si ergo, & in Filio, & in Spiritu ſunt creatæ, & in utroque conſtant, & hæ mentes, & reliqua entia, verum non fuerit, quod philoſophabamur, extra, ſed circa ipſum, haſce mentes fuiſſe creatas. Sed ſi quis penitius uerba Apoſtoli introſpiciat, cernet eum dicere. In ipſo condita ſunt uniuerſa, ſua lingua expreſſius leguntur.

Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα.

» In ipſo condita ſunt vniuerſa, ea quæ in cœ-
» lis, & ea quæ in terra, uiſibilia, & inuiſi-
» bilia.

Quid ergo, in ipſo conditi ſunt, & cœli, & ſol, & lunæ, & ſtellæ? & terra ipſa, & montes, & lacus, & flumina, & maria? Et non ſolum hæc & reliqua in eo condita, & creata ſunt, ſed in ipſo etiam num conſtant? Igitur ipſe, horum omnium locus eſt? & ſpacium, & ſuperficies, hæc omnia ambiens, & locans? Minime gentium. Sed & uerba alia Pauli eiuſdem, illa.

» Ex quo omnia. Videntur illis ſub contraria. IN. namque intus ſonat. EX. ſonat extra. & hoc nobis fauet. Intus uero, & extra, quis neſcit, eſſe contraria. Sed & illa euidentius uidentur ſibi opponi.

» Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.

Primum ex ipſo, & tertium in ipſo. Sed & alius eſt, apud eundem loquendi modus, hiſce affinis, cum ait.

» Vt ſit Deus omnia, in omnibus.

Quo, non ex Deo, non in Deo, ſed Deum eſſe in omnibus ſcribitur. Quid igitur dicendum? Omnia ex Deo, vt ex loco; omnia in Deo, vt in loco, Deum in omnibus, vt in locis eſſe? Hæc ſunt diuinitatis miracula. & inueſtigabiles uiæ eius, & opera eius ineffabilia. Hæc tametſi ſubcontrariari ſibi uideantur, veriſſima tamen ſunt omnia. Si Deus eſt in omnibus, Deus eſt vbique. Si in ipſo ſunt omnia, Deus eſt nullibi. Locus enim non eſt in loco. Si ergo, & extra Deum, iterum eſt nullibi. Cœlum, & terram ego impleo, iterum eſt vbique. Sed ſi in cœli culmine, ubi ei cathedram poſuit Ariſtoteles, ſedet, eſt alicubi. Si item ſupra extimam lationem ui tam degit, quam ei largitus eſt, idem Ariſtoteles, itidem, eſt alicubi. Harum trium, quænam ſententia uerior? Peripatus Principis ſui præferet: duas reliquas irridebit. Catholici, duas præferent veriſſimas, tertiam hanc vti impiam reſpuent. Philoſophia, quàm Peripatetica verior, quid nam inter has duas arbitrabitur? Sententiam arbitrariam, quàm feret? quàm præferet? Teſtis ſimul, ac iudex, omni exceptione maior, accedat Hermes ſapientiſſimus, qui ingentem hanc quęſtionem ex uero, atque æquo dirimat. Huius ergo

 uiri

dus. Quo & ipse omnia comprehendat. Et omnia sint in ipso, & ipse sit in omnibus. Neque enim forte localiter sunt intelligenda; & tamen non localiter, nō uidentur posse intelligi. Si enim vniuersum, & partes eius omnes, corpora sunt, corpora autem omnia, aut locus sunt, aut sunt in loco; necesse videtur, qui vniuersum comprehendat, eum vniuerso locum præbere. Et qui per omnia permeat corpora, ut in omnibus sit; omnia ei locum faciunt. Quid ergo verè, ac rite philosophanti erit dicendum? In hunc modū philosophice contemplemur. Deum, & vnum, idem esse, iam diu est nobis demonstratum. Demonstratum quoque est, vnum ita esse, vt sit non nisi vnum, & nihil aliud quam vnum, & simul esse omnia, & in eo, esse omnia. Vt hæc inconcussa maneant, dicendum, cum in ipso omnia esse dicantur, vnum in ipsa non spargitur, sed vnum remanens, ea omnia habet, non tamen ab eis habetur. Si ab eis non habetur, est ergo nullibi. Quoniam id, quod habet, habito esse videtur locus. Ac e contra, si ipse in omnibus est, erit vbique, & si vbique etiam alicubi. Pars enim hæc, totius pars est, loci. At ipse nec pars, nec totum est.

Non est ergo, alicubi. Si non alicubi, neque etiam vbique. Si neque alicubi, neque vbique, nullibi est ergo. Sed & totum est, & pars. Vt totum in alio, neque alicubi, & non alicubi, neque vbique. Si neque vbique, neque alicubi, iterum ergo nullibi est. Qua vero pars est, in toto est. Si in toto est, in alio est; si in alio, alicubi. Et si alicubi, cur non & nullibi, & etiam vbique. An uero hæc omnia, in eo vera sunt? An etiam falsa? An uero, & falsa, & vera? Ita consideremus.

Tria hæc aduerbia, vbique, alicubi, nullibi, ad locum pertinent; locus ad locatum spectat. Locatum autem vel corpus est, vel in corpore. At Deus, neque corpus est, neque in corpore. Ergo non locatus, ergo non in loco, ergo nullibi. Atque ita hæc prior loci attributio, fuerit vera. Sed & erit falsa. Quod enim nullibi est, in nullo est. At ipse est in omnibus. Ergo nullibi non est. Si nullibi non est, in omnibus est, & est vbique. Verum, ergo fuerit, eum esse vbique. At & falsum fuerit, eum esse vbique, locus enim non est locatum, At ipse locus est, in ipso enim omnia. sunt. Quatenus ergo verum est, eum esse vbique, verum quoque fuerit; eum esse alicubi. Quatenus vero falsum est, eum esse vbique, falsum quoque erit, eam esse alicubi.

Vel illa veriora erunt? ipsum esse incorporeum, atque ideo locari non posse. Si non locatur, locus eum non capit. Si locus eum non capit, nullus locus eum capit. Si nullus locus eum capit, non est vbique. Si non est vbique, nullibi erit. Si nullibi erit, non erit alicubi. Atque ita verum non fuerit, eum esse vbique. Rursus quid vetat, verum esse, eum esse vbique. Est enim incorporeus. Si incorporeus, etiam est immaterialis. Si immaterialis, materia ipse sua non impeditur; Si non impeditur, penetrat, Si penetrat, etiam permeat, Ea nimirum, materiam habent, & sunt corpora, quorum penetrationem mutuam, natura non permittit. E contraria ratione, quæ immaterialia, & incorporea sunt, natura, in mutuam penetrationem, nō impediuntur. Nullā enim habent a materia, nullam a corpore resistentiam. Igitur incorporea, quia nullam habent mutuam resistentiam, mutuam habent sine vllo impedimento penetrationem. Neque solum mutuam, sed eam quoque in sua contraria habent, ipsa scilicet corpor. Quę quāuis, & materiam habeant, & ab ea resistentiam seu anteresim, resistere tamen incorporeis nequeunt, vilis. Quando neque ijs resistunt quin ea penitus, & vsque quaque penetrent, quæ in ipsis met corporibus perpetuum habent habitaculum: Qualitates nimirum omnis, generis, sapores, odores, colores, calores, frigora, humiditas, siccitas, mollities, duritìes, reliquæ omnes. Nec non quantitates omnes, lineæ, superficies, profunditates. Nulla enim corporis vllius est pars, quæ lineam intus, & extrra non habeat, quæ item superficiem, & internam, & extrinsecam non admittat. aut quæ profunditatem reijciat. Hæc enim omnia quamuis in corpore suas teneant sedes, attamen corpus non sunt, nec habent cum corpore resistentiam vllam, per totum permeant corpus. Quod si anima, & vita faciunt, quæ vniuersum corpus intus, & extra se ipsis implent. Multo ergo magis, & facere possunt, & faciunt, ea quæ, & vita, & anima sunt diuiniota, mentes; vitæ, essentiæ; vnitates siue ideæ. Spiritus ipse sanctus, qui sua essentia vniuersum implet. Ipse filius, per quem omnia, & qui operatur omnia in omnibus. Et in quo condita sunt vniuersa & in eo constant. Et Deus ipse pater, ex quo omnia.

Concludendum igitur est verissime, Deum & vniuersam diuinitatem, quia immaterialis, incorporeaque sit, nullam a corporibus, aut materia pati resistentiam. Atque ideo uerissimum esse, eam esse vbiq; ipso sui esse, ipsa sui potentia; ipsa sui operatione, et omnia tū efficere potuisse, tū effecisse, quæcumq; et in terra

&in

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS,

LIBER VIGESIMVSPRIMVS.



DE SEMPITERNITATE.



VErum, quando hæc, propè infinita entia fecit Deus? In tempore ne? An in temporis principio? An vero ante tempus? Et omnia ne simul produxit. An uero aliud post aliud pcreauit. Magnæ sont equidem quæstiones hæ, & quæ multorum magnorum virorum, magna ingenia defatigarunt. Attamen, eodem numine adiuti, & eodem ducti lumine diuino, eas ne exhorreamus. Itaque dicamus, vnitatem, bonitatem, simplicitatem, sufficientiam, perfectionem, omnipotentiam, infinitatem ἀπειροδυναμίαν infinitipotentiam, vnæ trinæ Deitatis, a nobis esse iam, philosophicis rationibus, & mathematicis ferè necessitatibus demonstratas. Pergamus ergo his annectere, quæ deinceps, ad propositas, & expositas quæstiones consequuntur.

Equidem, quoniam vnatrina Deitas, est ἀπειροδυνάμος infinitipotens, eam corpus esse, minime omnium est dicendum. Omne enim corpus, finitum est, finitamque habet essentiam. Si essentiam finitam habet, finitam quoque habet potentiam, ac uires finitas. Si potentiam finitam, finitam quoq; actionem, operationemue habere est necesse. Hæc enim tria, vt iam dictũ est sæpius ita se se innexim consequuntur, vt vnum sine alio esse, nequeant. Itaque ridendus Aristoteles, qui hæc vidit, & tamen finitæ essentiæ, cœlesti scilicet corpori, finitæque eius potentiæ, contra dogma suum probatum, infinitam tribuerit actionem. Motum videlicet æternũ. Motus enim cœli, si ex hac secunda, primæ contraria doctrina, æternus sit, nullis terminis finietur. Infinitus ergo, ex finitis, & viribus, & essentia. Sed inconstantia huius hominis ommittenda. Nos ad rem nostram regrediamur. Vna trina Deitas, & Essentiã, & potentiã, & actionem habet infinitas. Non ergo essentia, ὕπαρξις, eius corpus fuerit, quod tria omnia finita habet. Si corpus non est, vel ergo incorporea est, vel incorporea, & corporea, vel corporea incorporea. At in horum duorum numero non est, vt postea patebit. Ergo incorporea est prorsus. Si incorporea est, nulla est prædita quantitate. Omnis enim quantitas, vel ĩ corpore est pars eius, vel est corpus. Si nulla quantitate est prædita, est quoq; immensa. Quod enim mensuratur, & quod mensurat, in genere est quantitatis. Si immensa est, nulla mensura mensuratur. Si hoc, neq; etiam mensuratur tempore, vel toto, vel parte, quæ motus sunt mensura. Nam si tempore mẽsuraretur, etiam motu mensuraretur. cuius mensura est tempus. Si vero motu; etiam magnitudine. Omnis enim motus, fit super magnitudine: docente id prius Hermete, Aristotele deinde. Si tempore non mensuratur, neque etiam mensuratur æuo, cuius imago est tempus. Aeuum autẽ id dicimus, quod Græcis est αἰών, quasi ἀεὶ ὄν semper ens. Quod Latini etiã seculum dixere. Si æon, & æuum semper est, ἀεὶ ὄν, de rerum numero est, quibus verbũ hoc, Est. competit. Competit autẽ ijs omnibus, quæ entia nuncupãtur. At omnia entia inter se distincta, & numerũ facientia, in spiritu, ac filio sunt, in patre uero vno omnia erant, & cuncta entia supereminebant. Itaque cum æuum, vnum entium sit, in spiritu, ac filio erit, non erit in patre. Pater ergo supra omne æuũ, supra omnẽ æona erit, & vt Platonici, Plotinus, Proclus, Damascius loquũtur, τὸ ἓν ἐπέκεινα τοῦ ἓν ὄντος τοῦ ἀεὶ ὄντος, καὶ τοῦ αἰῶνος ἐπὶ

„ Vnum

perdurat, quàm cœleſtis, ſeu quiuis alius motus duret, & tenebræ in eo carcere ſtent, ſtatuſque earum perſeuerat, & durat. Tempus ergo aliud non eſt, quàm μονὴ, permanentia, & duratio corporum, rerumq; corporearum. Tempus autem ab æuo, ſeu æone, Ariſtoteles quoque diſtinxit. Quod tamen interpretes eius omnes, videntur ignoraſſe. Habet enim ipſe verba hæc.

Ἔξω δὲ τοῦ οὐρανοῦ, δέδεικται ὅτι οὔτ' ἔστιν, οὔτ' ἐνδέχεται γενέσθαι σῶμα. Φανερὸν ἅμα οὔτε τόπος, οὔτε κενὸν, οὔτε χρόνος ἐστὶν ἔξωθεν. διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τἀκεῖ πέφυκεν, οὔτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἔστιν οὐδενὸς, οὐδεμία μεταβολὴ τῶν ὑπὲρ τὴν ἐξωτάτω τεταγμένων φοράν. ἀλλ' ἀναλλοίωτα, καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν, καὶ αὐταρκεστάτην, διατελεῖ τὸν ἅπαντα αἰῶνα.

„ Extra uero cœlum, demonſtratum eſt quòd „ neque eſt, neque gigni poteſt corpus. Cla„ rum ergo, quòd neque locus, neque vacuũ, „ neque tempus, eſt extra. Atque ideo neque „ in loco ea quæ ibi ſunt, nata ſunt eſſe. Neq, „ tempus ea facit ſeneſcere. Neque eſt vllius „ vlla mutatio, eorum, quæ ſupra extimam „ lationem ſunt ordinata. Sed inalterata, & ſi„ ne paſſione, optimam habentia vitam, & „ ſufficientiſſimã degunt per totum æona.

Nam ſi extra cœlum, non eſt tempus. ea tamẽ vitam degunt toto æone, proculdubio, aeon, & tempus, non ſunt idem. Cum alterum ibi non ſit, alterum vero ſit ibi. Quæ res ita eſt per ſe clara, vt quamuis eam mox ſibi contradicẽs, ibidem confundat Ariſtoteles, rem tamen ſuã non iuuat, & inconſtantiam ſuæ doctrinæ prodit. & Alexander eius interpres, vt creditur ſummus in eo loco exponendo, ſtulteſcere videtur. Nam illud (extimam lationem) exponit, pro tecto elementorum motu, ad quos extima ſit luna. Cum tamen Ariſtoteles ibi quæſtionem ſatis longam, & manifeſtam replicet. De ijs quæ ſupra ſupremum cœlum nõ ſunt, nec corpus, nec locus, nec tempus, at ſupra Lunam, & corpora multa ſunt, & Loca, & Tempus in eorum motibus creatur. Sed ſtultitiam ſtultis nimium curatis, relinquamus.

Cum autem ſupra extimum cœlum, Ariſtoteli nullum corpus ſit, ſed ea quæ ibi eſſe, neſciens eſt vaticinatus, incorporea ſint, uerè dictum eſt, ea ob tempus non ſceneſcere. Tẽpus enim eò non aſcendit. Neque eis ulla eſt mutatio, ſed inalterata, & impaſſibilia optimam vitam, toto æone degunt. Æon autem Græcis vti diximus, ob nominum hac in re inopiam, quatuor illa ſignificat, quę Latinis ſunt æuum, ſeculum, æternitas, ſempiternitas. Quorum tria, nobis pro rerum quæ ibi ſunt triplicis naturæ diuerſa, ſingulis ſingula placuit accommodare quartum, ſeculum tribus eſt, & etiam tempori longo, commune. Nempe vt æon ſit, duratio, ac permanentia, Mentium creatarũ de quibus mox. Æternitatis autem nomẽ proprium tribuimus primo, ac ſecundo intellectui. Sempiternitatẽ vero primo omnium principio, aſſignamus. tamquam ſupremæ, & æternitatis, & æonis et ſeculorum, & temporis cauſæ. Nam æon dicitur, ἀεὶ ὂν, hoc autem nomen ὂν ens, nullo modo primæ cauſæ competit. Eſt ergo ſupra omne ens, ſupra omnem æona. Quorum omnium ſit genus, veluti generaliſſimum μονὴ, Manſio, ſeu manentia. Cuius quaſi ſubalternum genus διαμονὴ permanentia ſit, quàm Hermes æonis actionem eſſe dixit, ſitque etiam tempori communis. Sed hac differentia, vt æon dicatur perpetua μονὴ, καὶ διαμονὴ, manentia, & permanentia Tempus autem quod duratio corporũ eſt, an & ipſum perpetuo eſſe poſſit, commodiore loco diſcutietur. Nunc rem præſentem proſequamur. His ita terminatis. Quid ad quæſtiones reſpondemus? Hoc ſane modo. Deus pater, ſi recte eſt a nobis ei ſempiternitas tributa, habuit entia, & non entia in ſempiternitate, & adhuc habet. Quæ vero in Filium deduxit, quia ipſo ſui eſſe, αὐτῷ τῷ εἶναι deduxit, non in tempore, ſed in ſempiternitate eſſe deducta dicimus. Quæ uero Filius in Spiritum effudit, ea aſſerimus in æternitate eſſe effuſa. Creationem autẽ ſeparatarum mentium, quia a toto profundo ſunt procreatæ, & in ſempiternitate, prout a patre, & in æternitate, prout a Filio, ac Spiritu, dicimus eſſe factam. Quæ uero hæ inter ſe operantur, aut erga profundum, vnde prodierunt, eas in æuo, ſiue æone operari dicimus. Mundus vero, quod ad quæſtionem pertinet, creatus eſt, non in principio temporis, non in tempore. Mundus enim, ſui natura, prior eſt tempore, quia in mundi creatione, ordine naturæ, nullum adhuc tempus erat. Ergo mundus, cùm ſit tempore prior, neque in temporis principio, neque in tempore potuit creari. Quando ergo creatus fuit? in parte tum ſempiternitatis, tum æternitatis eſt creatus τῇ βουλήσει, καὶ τῷ θελήματι τοῦ πατρὸς, voluntate, & ipſo velle, Patris, inquit Hermes. Quid ergo mũdus eſt ſempiternus? eſt æternus? Minime. Non enim ab omni aut æternitate, aut ſempiternitate eſt creatus, ſed vtriuſque, in parte, quãdo ſcilicet trinitas illa, eum creare uoluit. Et ſi opera Angelicorum ordinum in eo creãdo intereeſſit, etiam in parte æonis eſt creatus. Tempus autem ſui natura poſterius eſſe mundo, ex Ariſtotelicis probamus fundamentis. Ex temporis nempe deffinitione. Tempus inquit ipſe, eſt numerus ſeu menſura motus. Eſto ita; Locus tamen eſto, tot illis erroribus.

ribus. Sed quis nescit, mensuram sui natura posteriorem esse mensurato? Hoc enim vel corrupto, uel ablato, tollitur & mensura. Hac uero sublata, illud remanet. Aliter Tempus est mensura motus. Ergo motum antecedere est necesse, si mensurari debet. Motum autem præcedit, id quod mouetur; quod mobile appellatur. Necesse enim est vt natura id ante faciat, quod moueri queat; deinde ipsum uel a se ipso, vel a natura, uel ab alio moueatur. Et dum id mouetur, motus fit, qui a tempore mensuratur. Mobile autem in proposito motu, est primum mobile, hoc est cœlum primum. Hoc autem, uel maxima, uel præcipua est mundi pars. Cœlum ergo ut mobile, natura & dignitate, præcedit motum. Motus uero, natura & dignitate præcedit tempus. Ergo motus, ergo mobile, ergo cœlum, ergo mūdus, ante tempus sunt. & tempus tertio gradu est post mundum. Quo modo ergo Mundus, uel in principio temporis, uel in tempore potuit creari, si nondum erat, quando mundus fuit creatus? Quo loco mirari liceat, magnos quosdam Theologos in hanc sententiam pedibus iuisse, mundum in principio temporis fuisse creatum. Hæc de quæstione prima. De secūda uero, utrum omnia simul fuerint creata, an aliud post aliud, facile respondemus philosophice. Ostendimus enim ante, Deum, αὐτῷ τῷ εἶναι, omnia fecisse, ipso sui esse. Hoc est quia erat, & erat vnus, & bonum ideo omnia produxit. Hoc autem suum esse, non per uices exercetur, vt modo sit, & hoc creet, modo non sit, & nihil creet. Et post spatium aliquod, esse resumat, & creet aliud. Sed cum semper, & habeat hyparxin, & habuerit. & ea faciat quando libuit facere, omnia simul fecit. Simul ergo produxit omnia. Cumque Deus ille trinus summus, in suo esse sempiterne, æterneque perpetuetur, immortalis quoque sit, est necesse, quæ altera fuerat, Hermetis conclusio. Et si immortalis est, & sempiternus, & perpetuus est, nullam omnino sentiet mutationem. Vbi nulla est mutatio, ibi nulla est alteratio. Quæ Aristotelis quoque sententia fuit, & a nobis est etiam antea probata. Vbi nulla est alteratio, ibi nulla sequetur debilitas. Vbi nulla debilitas, ibi integræ permanent, & essentia, & potentia, & actio. Neque ullius rei vnquam indiga sunt. Vbi indigentia nulla, ibi sufficientia summa. Vbi sufficientia summa, ibi etiam fœlicitas, ac beatitudo. Ac recte dictum ab Hermete, Dei ueluti οὐσία essentia est ἡ εὐδαιμονία beatitudo. Quod aliquando, sed quasi balbutiens scripsit Aristoteles. Itaque sicuti ὕπαρξις hyparxis perpetua illi est, tota sempiternitate, & tota æternitate, & toto æone: quibus tempus ab eo excluditur; ita illi optima quoque uita, ac summa σοφία inquit Hermes sapientia est. Et si hæc illi sunt, potentia nulla ei defuit, aut deerit umquam; aut ulla actio. Sempiternè ergo, atque æterne, & fuit, & est, & erit omnia. Et omnia potuit, & potest, & poterit, & omnia fecit, & facit, & faciet. Et quæ nunc facta conspicimus, ab eo etiam nunc fieri, est affirmandum. Hoc est, omnia ab eo facta, in suo quæque esse, conseruantur, & fouentur, & inde pendent. Et perpetuo fient, & conseruabuntur, & souebuntur; & inde pendebunt. Itaque uere admodum a uetere illo philosopho, interrogato. Quid Deus ageret; responsum est, Mundum creat. Et Plotino dictum uerissime.

Ἀλλὰ τί νῦν ποιεῖ; ἢ καὶ νῦν σώζει ἐκεῖνα, καὶ νοεῖν ποιεῖ, τὰ νοοῦντα, καὶ ζῆν τὰ ζῶντα ἐμπνέων νοῦν, ἐμπνέων ζωήν.

„ Sed quid nunc facit? Vel & nunc seruat,
„ illa, & intelligere facit ea, quæ intelligunt,
„ & uiuere ea, quæ uiuunt, inspirans mentem, inspirans vitam.

FINIS VIGESIMIPRIMI LIBRI.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII

FRANCISCI PATRICII PANARCHIAS.

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.



DE RERVM CREATIONE.



NOmen creationis, commodum venit Theologis Latinis, vt eam prodnctionem significaret, quæ aliquid facit ex nihilo. Qua in re nomen nullũ est apud Græcos. Id enim, quod initio Pentateuchi Mosis legitur.

In principio creauit Deus: Septuaginta interpretes Græce dixerunt.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεός.

In principio fecit Deus. Damascenns, auctor vetus, & nobilis, & Catholicus, pro creatione, & creatore, nominibus κτίσεως, & κτίστου vtitur fabricationis, & fabricatoris. Quibus ante enm, & Paulus Apostolus, & Dionysius sunt vsi frequenter, sicuti, & his alijs duobns, δημιουργὸς, ϗ δημιουργία, opifex, & opificium. Quæ sæpissime sunt apud Græcos Theologos omnes. Et ante eos apud Platonem, & ante Platonem apud Hermetem, frequens est eorum vsus. Sed nomen Creationis, significatione hac propria, ex nihilo facere aliquid, a vetere quadam glossa, vt D. Thomas annotat, ortum habens, eo significatu, per nos maneat. Reliqua vero nomina quæ attulimus, sunto communia iis ét rebus, quæ ab artifice quoppiam, ex materia fiunt aliqua, & ijs quoque quæ e nihilo fuerunt facta. Nam D. Paulus, τεχνίτης ϗ δημιουργὸς, dixit, quæ versa sunt: Artifex, & conditor Deus.

Nos emanationis, & proditionis, nomine vsi snmus libenter, ad rerum processionem significandam, quæ ex Patre in suum facta est profundum, vt eam a rerum creatione ad extra profundum facta, distingueremus. Sed hæc de nominibus satis, Ad res ipsas accedamus. Triplicem rerum multitudinem esse, diximus alicubi. Primam in Patre, quæ ingenita & improducta est, & virtualiter multitudo, neque ab eo prodijt vmquam. Alia est in Verbo, quatuor gradibus distinctam, qnos exposuimus. Hanc a Patre asseruimus fuisse emanatam. Et ab eo in paternum profundum prodijsse. Quæ nullo modo creata potest dici. Non enim ex nihilo, sed ex omnium maximo est profecta.

Nam si in Patre prius erant, & ex eo in totum profundum suum sunt diffusa, Pater autem erat omnia; omnia non sunt nihilum. Non sunt ergo ex nihilo; Non sunt ergo creatæ. At quæ nam sunt quæ creatæ uere dicentur? Reliquæ omnes quæ extra profundum sunt. Eas Theologi nostri, quatuor dixerunt esse. Naturam scilicet Angelicam. Cœlum empyreum, Materiam, & Tempus. Sed vbi mundum reliquerunt? Vbi Cœlum? Vbi terram? Quæ in principio Deus creauit. Vbi lucem? Vbi firmamentum? Vbi aquas, vbi tot reliqua in Genesi recensita? Nos vero, res extra profundum positas, aliter diuidimus, & quidem diuisione necessaria istius modi.

Entia necesse est, vel incorporea esse omnino.

Vel incorporea, & corporea simul.
Vel corporea simul, & incorporea.
Vel corporea penitus, & corpora.

Quæ vero in profundo sunt, quamuis incorporea dicantur; attamen incogitabili nobis modo, atque ineffabili, hisce extra positis supereminent. Scimus communem esse rerum diuisionem, in corporeas simpliciter, & incorporeas. Nos tamen, vbi intermedia duo diuisionis membra locum habeant, suis locis indicabimus. Nunc ad rem præsentem.

Hæc quatuor generum entia quo modo a profundo profluxerunt.

Si illinc prodierunt, quo modo dicuntur ex nihilo creata? Sane sacra eloquia pronunciant.

» In ipso condita esse vniuersa, in cœlis, & in terra, visibilia, & inuisibilia: & omnia per ipsum, & in ipso, ἐκτίσθη creata sunt, & iterum ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Quibus, ex ipso entia prodijsse omnia, satis confirmatur. Quo modo ergo ex nihilo? Hoc prius, & facile. Ex nihilo ita interpretamur, vt e nulla vel prima, vel secunda facta sint materia. Quæ omni factioni, omni fabricationi, omni generationi, omni denique opificio, artificio, necessario vel subijcitur, vel requiritur. Itaque quatuor harum rerũ creationi, non opus habuit Deus conditor, materia vlla; ex qua, aut ex quibus, ea faceret, aut in quibus ea efformaret. Igitur dictum rectissime, & verissime, ex nihilo, quia nõ ex materia, res omnes Deus creauit. Nulla scilicet ad eas efficiendas substrata materia, nulla præcedente. Sed quia omnia in ipso erant, ex ipso, & per ipsum facta sunt. Scimus fuisse quosdam, contra quos D. Basilius disputat, qui illud Pauli. Ex ipso, & per ipsum ita interpretarentur, vt illud (ex ipso) patri tribuerent, illud vero (per ipsum) filio, tamquam instrumento. Tertio autem (& in ipso) spiritui darent, vt loco, in quem omnia confluerent. Quos ipse redarguit, ostendens, voces hasce omnes, toti competere Trinitati. Et optima quidem ratione. Sunt enim vnum, & idem ipsi tres, quandoquidem sunt consubstantiales, & nullo inter se distinguantur alio, quàm vt Damascenus solet loqui, ingenitura, genitura, processione. Et nos dicemus, δημιουργοῦ opificis, & conditoris, & nomen, & operam simul tribus omnibus cõuenire. Omnia enim perfecit pater, deinde menti tradidit secundæ. Quid ergo, non etiam primæ? Immo maxime. Non enim ea emanatio per saltum, a patre in secundam mentem facta est. Sed a patre, transitu per primam, in secundã vsque profluxus huc deriuauit, vsque nimirum, ad vltimum sui profundi terminum. Ita intelligendus eo carmine est Zoroaster. Cum autem Pater, primum omnium principium sit: Filius sit principium secundum, Spiritus principium tertium, entia quæ a primo in duos emanarunt, principiata ne dicemus? aut non principiata? Videntur, vtrumque dici posse. Principiata quidem, quia a principio primissimo. Non principiata, quia in principijs restiterunt. At ea, quæ extra profundum creata sunt, a patre creata sunt, a filio creata sunt, a spiritu creata sunt. Ab vno trino igitur creatore, & conditore.

Sed quo modo id factum est? Per verbum. Dixit enim, & facta sunt. Vt ergo verbum ex ore profertur, ita et entia, extra illum ab eo sunt prolata. Et cum extra illum prolata sint, non amplius talia sunt, qualia, quæ in eo remanserunt. Quia scilicet secreta sunt ab vno, nõ amplius vnũ simpliciter sunt, sed multitudo, eaque varia, in multos diffusa, & gradus, & latitudines, & series, & catenas. Cuius multitudinis, per omniferam, & omnigenam suam simplicitatem, ipse vnus trinus Deus principium fuit, & causa, & effector, & conditor, & factor. Et dum eam de se, extra se profert, illa quasi ab vno decidant, in multitudinem diffunduntur. Non ea quidem imperfecta.

Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει.

» Nõ enim a paterno principio, imperfectum quid rotatur.

Inquit Zoroaster. Neque confusa prodeunt. Confusio enim maxima quædam est imperfectio, sed ordine quæque suo; quod est iam ostensum. Et nunc etiam affirmamus, & ostẽdemus. Primo nimirum incorporea, prodijsse. Secundo incorporea corporea. Tertio corporea, & ĩcorpora. Quarto uero, corpora ipsa. Sed hæc corpora, siue corporea, materiam ne dicunt? Nam ea philosophantium quibusdam, corpus est, alijs non corpus, alijs inter corpora, & incorpora medium. Quæ res miris modis, philosophorũ ingenia torsit, & adhuc torquet. Sed si nulla sit materia ea, quam nominauerunt primam, informem, infiguratam, inqualificatam, nonne omnis hic frustraneus eorum labor, & fuit, & est? Et forte in posterum quoque erit. Quod equidem nos pro certo habemus. Nullam enim talem materiam, in mundo arbitramur, aut fuisse, aut esse. Quod suo loco demonstrabimus. Et si vlla talis aut est, aut fuit, vel Deo fuit coæterna, vt autumarunt, & autumant multi philosophantium greges, vel a Deo fuit condita. Si coæterna fuit, condita non fuit. Si condita fuit, coæterna minime fuit. At vtrum horum verius? Conditam fuisse. Id Hermes autumat, & ratio confirmat nostra. Illius verba sunt.

Εἴτε δὲ ὕλην, εἴτε σῶμα, εἴτε οὐσίαν φῇς, ἴσθι καὶ ταύτας αὐτὰς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ.

„ Seu vero materiam, ſeu corpus, ſeu eſſeo-
„ tiam dixeris, ſcito, & has ipſas effectus
„ eſſe Dei.

Quem locum, ad hanc rem probandam, attulit olim Iamblichus, Platonicorum maximus, ut ex eo citat Proclus. Noſtræ vero rationes, id ita confirmant. Materia hæc prima, vel nihil prorſus eſt, vel eſt ens, vel medinm quid, inter ens, & nihilum; vt Ariſtoteles videtur voluiſſe, quando eam, non eos per accidens appellat. Si materia eſt oihilum, nihilum autem eſt non ens, a Deo eſt producta. In eo enim erant omoia, entia, & omnia oon eotia; Entia manifeſtauit, ooo entia, vt ait Hermes, in ſe retiouit, reliqua omoia præter hanc materiam, quam extra ipſum ponunt. Si ea, ens eſt, itidē eſt a Deo producta; omnia enim entia ipſe, vti latiſſime eſt demonſtratum, de ſe produxit. Si uero inter ens, & nihilum eſt, ex vtriſque compoſitum. qua entis habet partem, cum entibus eſt producta. qua vero nihili partem habet, itidem ab eodem eſt producta. Præter hęc. Si materiam Deus non produxiſſet; vel quia impotens, vel quia neſcius id ei accidit, vel quia noluit. At cur noluit, ſi bonum eſt? Et cur neſcius, & impotens, ſi eſt perfectiſſimus? Et ad hæc, productor omnium, non erat dicendus. At hoc contra demonſtrata eſt. Addimus, ſi materia prope nihil eſt, quo modo ſuis viribus ſubſtat, ita vt Deo ſit coęua, quando corpora etiam præſtantisſima, & quæ diuina Ariſtoteles nuncupauit, cœli, ſui natura, & per ſe, ſtare, vt eſt oſtenſum nequeunt: multo minus per ſe ſtabit, id quod ferè nihil eſt. Materia ergo, ſi talis vlla io vniuerſitate eſt, qualem Peripatus circumſcripſit: per ſe non fuit Deo coæua, & creata eſt. Nos uero materiam, ex qua corpora omnia mundum conſtituentia conſtare dicimus, & corpus eſſe affirmamus, & qualificatum, & formatum, etiamſi forte non figuratum, & a Deo creatum, pro certo habemus. Idque ſuo loco demonſtrabimus. Nunc reliqua creationis proſequamur. Quæ res ergo fuit in cauſa, vt hæc tot, ac tanta, & tam varia entia, extra ſe Deus proferret? eaque ex nihilo, ex nulla materia crearet? Vna eius bonitas. Voa Patris bonitas. Quia enim bonus eſt Pater eſt; Quia vero Pater, etiam principium. Quia vero principium, etiam cauſa rerum eſt. Et quia rerum cauſa eſt, Deus eſt. Et quia rerũ omnium cauſa eſt, omnipotens eſt. Hæc enim duo nomioa, inquit Hermes, ſoli ipſi competunt. Bonum, & Deus. Et quamuis ab omnibus vtrumque dicatur nomen, non tamen ab omnibus, inquit, intelligitur, quid ſit Bonum eſſe. neque quid ſit Deom eſſe. Quid ergo eſt, Boonm eſſe, reſpondet idem ſcitisſime. Quia Dei natura eſt, eſſe bonum.

Μία φύσις τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθόν.

„ At bonum quid nam eſt?

Ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἅπαντα ἐστὶ διδοὺς, καὶ μηδὲν λαμβάνων. ὁ οὖν θεὸς πάντα δίδωσι, καὶ οὐδὲν λαμβάνει.

„ Bonus enim omoia dat, & nihil accipit.
„ Deus igitur omnia dat, & nihil accipit.

Et alibi.

Πᾶν γὰρ χορηγοῦν, ἀγαθόν.

„ Omne largieos, bonnm.

At quid oam largitur? Vt ſint, omnia facere.

Τὸ γὰρ ἀγαθὸν, ἐστὶ τὸ ποιητικόν.

„ Bonum enim eſt, eſſe factorem.

Τὸ γὰρ ἀγαθὸν, ἡ πᾶσα δύναμις τοῦ ποιεῖν τὰ πάντα.

„ Bonum enim eſt, tota potentia faciendi omnia.

Οὐδ᾽ ὁ θεὸς δύναται ζῆν, μὴ ποιῶν τὸ ἀγαθόν.

„ Neque Deus poteſt viuere, non faciens bonum.

Ideoque vere dicit, Deum coactum fuiſſe omnia facere.

Πάντως μέντοι ἀναγκαζόμενος, ὑπὸ ἀγαθοῦ θελήματος.

„ Omnino neceſſitate coactus, a bona voluntate.

At quæ cauſa finalis, voluntatem hanc ſuam mouit? Profecto, vt cognoſceretur, & maoiſeſtus fieret.

Ἴδιον γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ γνωρίζεσθαι.

„ Propriũ boni eſt, cognoſci. At a quo vt co-
„ gnoſcatur? Ab homioe.

Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ πάνυ γνωρίζει, καὶ θέλει γνωρίζεσθαι.

„ Noo enim ignorat hominem Deus, ſed ma-
„ xime cognoſcit, & vult cognoſci.

Quo modo cognoſci? docet.

Δι᾽ αὐτὸ τοῦτο πάντα ἐποίησεν, ἵνα διὰ πάντων αὐτὸν βλέπῃς. τοῦτό ἐστι τὸ ἀγαθὸν τοῦ θεοῦ, τοῦτο δ᾽ αὐτοῦ ἀρετὴ, τὸ αὐτὸν φαίνεσθαι διὰ πάντων.

„ Ob hoc ipſum omnia fecit, ut per omnia
„ eum cernas. Hoc bonum ipſius Dei eſt;
„ hoc eius virtus, vt per omnia appareat.


Hoc autem per omnia apparere, quid aliud inſerre poteſt, quàm gloriam ipſius Dei. iuxta illud Io: Apoſtoli.

„ Dignus es domine Dens noſter, accipere
„ gloriam, & hooorem, & virtutem.

Reddit rationem.

„ Quia tu creaſti omnia, & propter volunta-
„ tem tuam erant, & creata ſunt.

FINIS VIGESIMI SECVNDI LIBRI.



FRANCISCI PATRICII PAMPSYCHIA.

LIBER PRIMVS.



VNDE SIT ANIMVS.

Quod Græci veteres vnico ψυχῆς, nomine significarunt, id duplici, Animi, & Animæ expressere Latini. In etymis eorum, errauere vtrique. Illi quòd ψυχὴν, a uerbo ψυχάζω, refrigero deduxere. Contrario ab eius opere, significatu. Quoniam nullibi sit animus ψυχὴ, quin ibi calor quoque existat. Isti, quòd a uoce Græca ἄνεμος, qui ventus est, parua admodum detorsione animum, & animam, deriuauere. Contraria maxime a vera re sententia. Nihil enim minus, quàm uentus, animus est, & anima. Error hic vterque a respiratione venit. Nam ea, quæ confesso, animum habent, animantia sunt, & animalia. Hæc uero respirant. Respiratio fit vento, ventus internum refrigerat calorem. A uento animus, a refrigeratione ψυχὴ, sunt efformata. Hæc sanè non videtur vulgi fuisse formatio. Qui cum animam nec videat, nec percipiat an eam habeat, an ea viuat, prorsus ignorauit. Sed sciolorum vulgus, rerum naturas, sensu tantum, eoque non integro, uenatur. Rationes, a mente, a sensu ductas, penitus negligit. Saniores vtroque, & res alias, & animum, & animam altius indagarunt, receptis tamen nominibus sunt vsi, Nos iisdem, quoniam in tam uetusta re, noua fingere non liceat, abutemur. Non nomina, sed res ipsas sub nominum significatu indagabimus. Hoc præfati, nos hactenus nominibus animi, & animæ, promiscue, & indistinctim vsos. Posthac distincte vsuros, vt anima dicat nobis humanam tantum animam. Animus vero, reliquarum rerum animos significet, plantarum, brutorum, & si qui sint in uniuersitate, alii. Id autem ea de causa facimus, quod humana anima, proprias quasdam, nec eas paucas habeat proprietates, quæ cum animis reliquorum, non facile communicantur, aut permiscentur. Atque ideo peculiares, exigit contemplationes. Quas ad humanæ nostræ philosophiæ initia differimus. Reliquis vero, quæ animata videntur entia, animi nomen tribuamus. De animis ergo esto nobis in præsentiarum, contemplatio instituta. Hæc enim post Mentem atque intellectum omnis generis peractam tractationem, necessario videtur consequi. Natura enim in suis operibus non saltat, sed ordine, a proxima causa, proximum producit effectum. At opus sanè, perarduum molimur, & apud sapientes omnes, usque a seculi initio, maxime controuersū. Non est tamen nobis, qui ne tam atq; integram philosophiam condimus, aut desperandum, aut in opere quantumuis magno, atque arduo, desistendum.

Inde igitur vsque ab initio huius nostræ philosophiæ, proposuimus, atq; uti uerissimū

posuimus, a Mentibus esse Animos. Sed proposuisse, & posuisse, philosopho non est satis. Verum quod est, & in naturæ uniuersitate latet, ei est aperiendum, explicandum, & demonstrandum. Hanc ergo rem, Dei Optimi, Maximi nomine, ac numine inuocato, nouo labore aggrediamur. Profectò, demonstratum jam nobis est, ab vno Deo, primissimo, omnia prouenisse, Primam scilicet Vnitatem, & in ea, & extra eam, omnes vnitates. Ab his, primam essentiam, & in ea & extra eam, omnes essentias. Ab his, primam vitam; & in ea, & extra eam, omnes vitas, & ab his, primum intellectum, & in eo, & extra eum omnes intellectus, siue dixeris Mentes. Si in vniuersitate, est rerum ordo: & ab ea semota est omnis confusio, necesse est, vt a Mente, & a Mentibus sit primus animus, & in eo, & extra eum, sint animi omnes. Siue is primus animus, sit mundi animus, siue etiam mundi animo superior. Quod rationes haud multo post, nobis patefacient. Nouem ab initio, atque etiam postea, in vniuersitate constituimus rerum gradus. Inter quos, animus, medium tenet locum. Supra animum quatuor esse demonstrauimus abunde, Intellectum, vitam, essentiam, vnitatem. Sub eo totidem sunt. Natura, Qualitas, Forma, corpus. Inter intellectum & animum, nihil intercedit medium. Superiorum nullum. Ad imperfectionem namque, eorum nullum properat, nullum ex eis descendit. In sublimi consistunt. De suis proprietatibus quasdam non tamen omnes inferis largiuntur. De sua dignitate non dimouentur. Nam neque Peripatus permittet, Primum illum suum, primi cœli motorem intellectum ad Saturni spheram mouendam descendere. Neque huius motricem, anonymam illam, substantiam, ad Iouem aut etiam inferius se se demittere. Nequæ Lunæ motricem concedat ad Venerem, aut Solem scandere. Sed suis quæque locis immotæ, stabilesque permanet. Superorum ergo quatuor graduum, nullum, suum mutabit locum: neque infra animum cadet. At neque inferiorum quatuor, vllum supra animum ascendet. Non equidem natura ei proxima, minus qualitas, ab eo remotior, multo minus forma ab eo, longinquior. Ac minime omnium corpus ab eo, natura remotissimum. Sed in suis quæque gradibus, quibus eas Optimus Maximus Conditor mundi Deus locauit, in suo quæque munere, manere perseuerabunt. Neque ergo superorum, quatuor, quicquam: neque inferorum quatuor itidem, quicquam, interet intellectum, & animum, se se interponet. Neque entium gradus vllus alius inter eos sedebit. Neque enim alius vllus, præter ostensos illos nouem, in vniuersitate, aut est, aut esse potest. Quod etiam magis, haud ab hinc longe, demonstrabitur. Cum hæc ita sint, & antea sit multis, validisque philosophicis rationibus demonstratum, Animum, in rerum vniuersitate, (quod tamen Theophrastus, ac Democritus voluerant) neque esse primum omnium, neque omnium principium, necesse esse, fuit demonstratum, supra animum aliud ens esse, quod Mentem & intellectum appellauimus. Modo ita progrediamur.

Nullum entium Dei bonitate caret. Quæcumque enim fecit, fuere ualde bona. Si bona sunt, Dei bonitatem quatenus poterunt, imitabuntur propria eorum bonitate. Bonitatis omnis, proprium est benefacere. Facient ergo aliquid. Factio, hæc, actio est. Actio omnis a viribus. Vires ab essentia. Essentiam ergo beneficam cuncta entia ad vsque minima, & nilissima habent. Et quia essentia omnis benefica, in se prius uires parturit. & per uires, actiones parturit ad extra. Et pregnans prius est in se, & extra se necessario fœcunda. Bonitatis enim primi boni cum sit particeps, sterilescere non potest, & fœcunditatis quoque, necesse est vt sit particeps. Nullum ergo ens, sterile est. Omne ergo ens fœcundum est. Si fœcundum etiam prægnans. Si prægnans, etiam parturit. Si parturit, etiam producit. Quid enim essentia cuiusque careat viribus? Minime. Vires hę, an erunt ociosæ? Si a bono sunt, si boni illius participant, ociosas esse, est impossibile. Si ociosæ non sunt, sunt igitur in motu. In motu, vel interno, vel ad extra? Vtroque. Ille quidem intra essentiam est, & vitam ei præbet. Ostensum enim est vitam veram, motum infra essentiam esse. Hoc vero, quia vita, nihil est aliud, quàm essentia parturiens actionem, tum in se ipsa, tum ex se ipsa. Si in se ipsa, actioné edit, ea actio, e se non exit, in se fit, & in se manens, nihil edit aliud, quàm se ipsam. Si uero ex se ipsa actionem profert, ea actio non est ociosa. Si ociosa, non est, & motus ipsa est, & motu eo, & se ipsa, aliud a se efficit. Cuius ipsa sit causa vti uocant immediata. Vires vero, quæ eam actionem ex essentia efferunt, causa sit anterior. Essentia autem quæ virium, & actionis radix est, & fons, de se parti effectus, primaria sui ordinis est causa. Causa autem omnis, vti est antea demonstratum, & prior est, & potentior, causato suo. Vt quæ proferat, id quod prius non erat.

vero

Si vero causa, omnis, & prior, & præstantior est causato, causatum necessario, & posterius, & impotentius, quàm sua causa est. Sed proprietates tamen omnes suæ causæ fert secum, remissiores attamen. Non enim easdem prorsus. Idem enim cum sua causa esset. Neque præstantiores. Sic enim ad supera fieret propagatio. Demonstratum autem est nobis, eam fieri ad infera. Neque etiam æquales, quia effectus, causæ suæ non est par. Alioquin cur potius effectus quam causa esset dicendus, aut causa sua impotentior? Proprietates enim, nihil sunt aliud, quàm vel essentia ipsa rei, cuiusque, vel vires ipsæ, quæ in actionem exeunt. Quæ si exitu suo, proprietates æquales, viribus, a quibus prodiit, efficeret, quid aliud, quam vitesmet ipsas vnde venit ipsa, recurrendo ad supera, produceret? Et cur æquales potius quam easdem? Cum vna eademque eius efficientia æque polleat in vtrisque. Neque igitur sua origene præstantiores. Neque suæ origini æquas proprietates actio vlla potest producere, sed remissiores omnes. Ita tamen, vt suæ origini sint similes, & ab ea etiam sint dissimiles. Non enim productum ullum, idem est cum producente. Sed identitatis eius, vti est iam demonstratum, ea aliquid ab eo aufert, & secum defert. Effectus enim, a causa semper venit, non tamen cum ea idem remanet. Sed effectus omnis, non eodem cum causa gradu, non idem cum eo, sed simile & minus.

His ita demonstratis, ad rem propositam regrediamur. Quærebamus vnde Animi essent? Diximus a mentibus, vti a proximis sui causis, ab immediatis eorum productricibus. Sed supra mentes a vitis. Supra vitas, ab essentijs. Supra essentias ab vnitatibus, ab ideis. Supra vnitates, ab vno Deo, omnium fonte primissimo. Nam si in eo animi, non fuissent, non in eo præfuissent, ipsum non omnia fuisset. Sed his carens, quæ tamen inter entia sunt, & numerantur, non vn'omnia fuisset. Ergo dum e se, principem generaret vnitatem, cum vnitatibus in ea reliquis, animorum quoque vnitatem in illam transfudit, Et dum primaria vnitas, in se vnitates omnes continet, si unitate animorum caruisset, non omnes continuisset vnitates. Atque ideo hac manca fuisset, & imperfecta. At demonstratum est, omnia in ea esse, quæ in un'omnia, præfuerant. Et essentia primaria, dum in se essentias comprehendit omnes, nisi animorum quoque, comprehendisset essentias, non omnes fuisset essentiæ. Si primaria uita, in se uitas omnes est complexa, si animorum vitam non esset complexa, iam non omnes vitas complexa fuisset. Neque omnes vitæ, ipsa esset. Si mens princeps, in se mentes cunctas amplectitur, non & animorum mentes amplecteretur, iam ipsa non omnes mentes esset. Et hoc eius, defectu, perfectissima mens non esset; quod est iam demonstratum. Animi ergo, & in mente fuerunt, & in vita, & in essentia, & in unitate, & in uno. Ergo ab uno animi uenerunt, ut a primissimo principio. Et ab unitate communi illa, ac sua; & ab essentia communi, & a sua, & a uita communi, & a sua, & a mente communi & a sua, ut a causis superioribus, & anterioribus descenderunt. Et quia effectus, ut est demonstratum, proprietates causæ suæ, secum fert, sed remissiores, Animi a superis causis descendentes, & mentis sunt participes, ac uitæ, & essentiæ, & unitatis, & unius. Ita ut quisque animus, & unus sit & in unitate habitet sua. Et sit ens, & uiuat, & intelligat. Seu intellectus, & intellectionis partem habeat, ut pote, quia a mente proprietates omnes, sed remissiores secum deferunt, a qua sunt producti. De animis cæteris, non de humana anima nunc loquimur, de cuius salute, sancta ecclesia satagit plurimum, & de qua proprio loco proprias illi, uti diximus, habebimus contemplationes. Sed de animis aliis, mundi, cœli, sphærarum, siderum, elementorum, brutorum, stirpium, & si qui sunt alii, sermo præsens est nobis institutus. Quos sacri Theologi, cognitos de eis tractare non curarunt. Vt qui ad fidei sacrosanctæ negocium minime pertinerent. Ad animos igitur hosce reuertamur. Hos dicimus ab intellectu, proxime esse productos. Primo uero a Deo omnium conditore. Id autem, ad ea quæ dicta sunt, ita demonstramus. Mens uel intellectus. Vel est ens, uel non est ens. Ens non esse, non est dicendum, cum & essentiam habeat, & intelligendi uires, & intelligat, & uiuat. Quæ omnia iam sunt antea demonstrata. Neque amplius in dubium reuocanda. Modo, omne ens quia a Deo factum est, Dei bonitatis particeps est factum. Quæ enim fecit, omnia ualde extant bona. In suo scilicet genere perfectissima. Mens ergo, ut ens est, boni est facta particeps, & in suo genere perfectissima. Bonitatis autem omnis proprium est, quod & iam ostensum est, se se propagare in alia fundere, beneficiis suis replere. Mens ergo bona, & in suo genere perfectissima, cum sit, uel nihil ager, uel aget aliquid. Si nihil aget, iam non bona est, iam non perfectissima. Aget ergo aliquid. Id uero, uel in se, vel extra se. Si in se tantū suas actiones sem

Per replicet, actum aget semper. Si non & extra se, iam non bona, non perfectissima. Immo iam & imperfecta, & inuida, atq; ita mala. Mala aut bonitas, quo modo erit? Aget ergo aliquid & extra se. At quid aget? vel essentiam aliquam edet necessario, vel vires, vel actionem. Si actionem tãtum dicamus, quomodo, actio ea sine propriis, vnde proueniat, viribus, edetur? Ergo si actionem edet, & vires eius actionis productrices edet. At vires omnes ab essentia. Ergo & essentiam aliquam, ante vires, ante actionem producet. At quam nam essentiam, mens extra se producet. Non eandem sibi, ex iam demonstratis. Sed a se alteram. Neque tamen ita alteram, vt idẽtitatis causæ suæ secum aliquid non auferat, in alteritatem tamen a causa cadat. Vt nimirum per identitatem secũ ablatam, similis productori fiat. Per casum autem in alteritatem, a productore fiat dissimile. Similem ergo, & dissimilem sibi mẽs productrix, de se proferet essentiam quam Animũ vocamus. Et quatenus sibi similis euadit, de proprietatibus suis ei largitur. Proprietates autem suas, a superis causis habet & ipsa, vitam, essentiam vnitatem, vnum. Et quæ eius est essentia, intellectionem, cognitionem, optimam, ac summã. Ergo animo quoque a se producto, sui aliquid, intellectionis nẽpe tribuet. Et cum intellectione, etiam virium intelligẽdi. Et quia virium, etiam essentiæ suæ intellectus nimirum ac mensis. Hoc enim philosophica, & necessaria dictat ratio. Habet ergo Animus ab intellectu, & essentiam suam, estq; intellectualis, & intelligendi vires, & intellectionis actionem. Sed omnia remissiora, similia scilicet illi, & dissimilia. A superis uero, habet Animus, vitam per quã viuit, & essentiam per quam est. Et cũ essentia uires, & actiones. Et vnitatem sibi essentialem habet, per quam vnius est particeps. Sed hæc omnia superorũ beneficio Vnius est particeps, vnitate mediante. Vnitatis, mediante essentia. Vita & Mẽte. Essentiam, per mediam vitam & mentem. Vitam per mediam mentem. Mentum, ab ipsa met mẽte, sui productrice proxima. Et igitur Animus partus mentis, genitrici, & similis, & dissimilis. Similitudo uero hæc, & dissimilitudo, sequenti libro, erit amplius explicãda. Sed cuius nam Mentis aut intellectus, dicẽdus est animus esse filius. Primi, ne an secundi intellectus? Nimirum eius, qui proximus est rerũ extra paternum profundum cõditarum, opifex, In quo, & a quo, intellectus quoq;, quos extra profundum esse diximus, proxime sunt conditi. At hic, idem cũ primo est intellectu, & ambo idem cum Deo patre, inter se non alio quã ea quã diximus alteritate diuersi. At hi tres vnus (vt est ostensum) sunt Deus trinus. A Deo igitur vno trino, Animus est conditus. Quo autem modo est conditus? An qua a Deo? An vero qua, ab intellectu? A Deo vt ab omniũ conditore. Ab intellectu, vt a conditore proximo. A cognoscente scilicet essentia, & intelligẽte, essentia cognoscens, & intelligens. Quid. n. cognoscens; non cognoscentem produceret? vel non intelligens, intelligentem. At intellectio, essentia est intellectus. Et omne superius ipso sui esse producit. Ergo intellectus proximus Animi conditor, intellectione sua, & intelligẽdo, animum produxit. In hac sententia non solum magni Platonici. Plotinus, Iamblichus, Proclus, Hermias, Damascius, & Olympiodorus, & fuerunt & perstiterunt: verum etiam Aristoteles in sua Mystica a Platone accepta Ægyptia, Chaldaicaq; philosophia. Idq; multis in locis, sed præcipue in verbis hisce quæ sunt lib. 3. cap. 6.

„ Præterea sciendum, quod anima existens,
„ actu causata est ab intellectu. Intellectus
„ autem, etiam existens actu, productus est
„ a principio primo. Qui immittit animæ
„ formam potentiamque receptam ab ipso
„ principio primo inserente rerum produ-
„ ctibilium vniuersitatem.

ANNOTATIO R. P. IACOBI DE LVCO.

Sic loquendum est de diuinis, ut nulla erroris occasio detur. Quare cũ philosophi utantur nomine alteritatis, & diuersitatis, posset dari occasio errandi; sicut etiam si uteremur nomine differentiæ, quæ dicit distinctionem aliquam secundum formam, quæ non est ponenda in diuinis: cum forma Dei sit diuina natura. Nomen vero alteritatis dicit differentiam accidentalem, & cum in diuinis nullum sit accidẽs, ibi etiam non erit alteritas. Hoc nomen diuersitas, quæ dicit essentialem diuisionem, tollit unitatem essentiæ, quam confitemur nos dicendo unum esse Deum: Quare si inueniatur dictum, et apud philosophos & apud patres diuersum, seu differentem, vel altera ex patre diuersitatem, differentiam, seu alteritatem, pro distinctione, dicendo, Distinguitur persona patris a persona filij, & persona filij à persona spiritusancti non alteritate, sed relatione personali, & vtemur verbis Athanasii, aliam esse personam patris, aliam filij, aliam Spiritusancti.

FRANCISCI PATRICII PAMPSYCHIAE,

LIBER SECVNDVS,



QVID SIT ANIMVS.

INter veteres philoſophantes, qui ſenſu & mente fuerunt obtuſiore, Entiũ,unũ tantũ ſummum genus conſtituerunt. Corpus nimitum, & cuncta entia corpora eſſe ſunt arbitrati. Qui vero animum,corpus non poſſe eſſe, rationibus peruiderunt, ſupta corpus incorporeum aliud entium genns eſſe aſſeruetunt. Ab his philoſophorum plurimi,ſumma entium genera duo eſſe ſtatuerũt. Incorporeum & corpus. Nos vero iam antea,inter hæc duo, velnti extrema,& ſibi maxime contraria interſeruimus. Alterum incorporeis vicinum incorporeum corporeum. Alterum corpotibus proximnm corporeum incorporeum. Ita nt entia vniuerſa, horum è quatuor ſint aliquod neceſſario. Itaque animus, ſi ens ſit,ſi è oumeto ſit entium,horum aliquod neceſſe eſt eſſe. At horum quatuor,ex quo ſit genere,videndum. Id autem cognoſcetur, ſi eornm proprietates eſſentiales cognoſcantur.Corporis igitur,quod ſenſibus eſt notius, proprietates indigemus. Eſt ergo in Panarchia iam oſtenſum,corpus nõ eſſe αὐθυπόστατον, per ſe ſubſiſtens: Sed ἑτερόστατον, conſiſtens per aliud,& alio ad ſubſiſtentiam ſuam egens. Eſt quoq; demonſtratum, corpus eſſe ἑτεροκίνητον, alimobile. ita vt ad motum,actionemque ſuam edendam, non a ſe, ſed ab alio,neceſſe eſt moueri. Mouetut autem in tempore.Motus hic actio eſt. actio venit a uiribus,vires ab eſſentia. Ergo ſi corpus in tempote mouetur, motus hic temporarius eſt,& eſt actio. Actio ergo corporis eſt temporaria. Ergo, & vires temporariæ, & eſſentia temporaria. Eſſentia autem, ideo eſt temporaria, quia eſt partibilis. Id autem quia diuiſibilis.Hoc autem quia trine eſt dimẽſum Trine autem dimenſum corpus eſt,& corpus eſt trine dimenſum. Hoc autem qnia moles eſt,& mole conſtat.Hoc itidem quia ſine ſpacio eſſe nequit. Hoc item quia ſpacio conſtat, Id vero,quia e ſpacio fit. Hoc etiam qnia ſpacium,corporum omnium primum eſt principium. Hinc ergo eſt, vt omne corpus ſpacio conſtet, & in ſpacio habitet, & mole conſtet, & moles ſit, & trine ſit dimenſum. Et totum ſit,& partes habeat,& in eas ſit diuiſibile, & diuidatur,tum eſſentia tum viribus,tum actionibus,ſeu potius paſſionibus. Paſſiones namque corporum ſunt actiones. Nihil enim aliud agit corpus,quam patitur.Quia vero patitur,etiam alteratur.Si alteratur, etiam mutatur.Si mutatur ab eo quod prius erat, non eſt amplius quod erat. Si non eſt quod erat, ea parte,non entis ſuſcipit appellationem.At eſt id in quod mutatur. Hac ergo eſt,illac nõ eſt. Et ens ergo eſt,& nõ ens eſt,& a ſe ſit diſſimile.Si igitur corpus, cum hiſce omnibus proprietatibus in vniuerſitate reperiatur, neceſſe eſt in eadem vniuerſitate,cõtrarium ens, cum contrariis omnibus proptietatibus reperiri. Contratio namque vno in rebus poſito, poni neceſſe eſt & alterum. Ergo reperietur in vniuerſitate ens aliquod, quod ſibi ſemper ſit ſimile.

mile. Quod ens sit semper. Quod non ens, nunquam vel sit, vel fiat. Quod semper sit id quod erat. Quod semper sibi sit idem. Id autem quia non mutatur. Hoc, quòd non alteratur. Hoc uero, quia non patitur. Hoc autẽ, quia tantum agit. Hoc item quia agendi solum vires babet. Hoc uero, quia talem habet essentiam. Hoc autem, quia non diuiditur. Id uero quia partes nullas habet. Id quoque, quia sine non est dimensum. Hoc itidẽ, quia moles non est. Nec mole constat. Nec è mole fit. Nec mole indiget, vt sit, aut spacio in quo babitet. Hoc quo que, quia αὐθυπόστατον est, & per se substat. Hoc quoque, quoniam est incorporeum. Hoc quoque, quia corpori est contrariũ. Colligamus igitur hæc, & in series digeramus. Incorpore um corpori est cõtrarium. Per se substat, in spacio non habitat. Mole non indiget. Mo les non est. Non est trine dimensum. Nullas habet partes. Non diuiditur. Indiuiduam habet essentiam. Indiuiduas vires. Indiuiduas actiones. Non patitur. Non alteratur, non mutatur. Semper idem est sibi. In non ens nõ abit. Numquam, non ens dici potest. Verum ens est semper. Contrarias his proprietates corpus, omne habet. Non per se subsistit. In spacio habitat. Mole indiget. Moles est, Trine est dimẽsum. Partes habet. Diuiditur, Diuiduam haber essentiam. Diuiduas vires. Diuiduas actiones. Semper patitur. Alteratur, Mutatur. Nũquam idem est. In non ens abit. Semper non ens dici potest. Verum ens non est vmquam. Quid ergo tali corpori, cõtrarium suum, vt contrariis vtriusque iungi posse dicetur? Vel uerius iungi dicetur non posse, nisi contraria eorum omnia tempeteniur. Sed quomodo incorporea temperentur, quæ nunquam vel patiuntur, vel alterantur. Quæ cum semper agant, corpora semper patiantur, inter vtrumque nulla videtur esse posse communicatio, nulla contemperatio, aut commistio. Et si quæ sit, illa, in corpus semper aget. Hæc ab illis semper patietur, semper alterabitur, semper mutabitur, donec in non ens totum abeat. Non igitur incorporea corpori iungi poterunt, sine corporis corruptione. At vt corpus seruetur: mundus conseruetur, vniuersitas rerum constet, quousque placitum illi fuerit, qui vniuersa condidit, numquam incorporea, corporibus iungi oportet. Corpus autem per se non stat, non est αὐθυπόστατον est ἑτερόστατον, ab alio stans. A quo nam igitur stabit? Ab eo nimirum, quod ipsum stare faciat. Id autem erit, quod vires id faciendi habeat, & ab eis actionem in corpus intendat, & extendat, quæ ipsum sustentet, sistat, subsistere, & consistere, & stare faciat. Hoc autem corpus esse nequit. Iisdem enim adminiculis, ac fulcris ipsum. Hæc autem si corpora essent, progressum hunc de corpore ad corpus in infinitum abire esset necesse. Neque itẽ incorporeum est. Tum quia corpori est contrarium, eique iungi nequit. Tum quia eius actione corpus in nihilũ regeret. In idem ergo recidit quæstio. Quid igitur illud erit, quod corpus seruet, et seruare queat? Aliquid nimirum, quod in corpus saltem hanc operari queat. Eamque corpori indere. At hæc sine actione, nequaquam fiet. Actio autem omnis per quendam fit contactum. Continget igitur ipsum corpus, id quod ipsum seruare debet. At id, corpus nequaquam est, vt est ostensum. Neque itidem est incorporeum, rationibus modo deductis. Præter autem duas hasce naturas, corpus, & incorporeum, veterum plu rimi ignorarunt. An vero, & tertia quædam in vniuersitate erit natura, non corporea, nõ incorporea. sed vtrumque & incorporea, & cor porea, ita vt media quædam sit inter vtramq;. Incorporeo suo, ab incorporea pendens. Corporeo uero ad corpus vergens. Et sit proprietatum utriusque particeps, ita ut uideatur, non quidem ex extremis mista, non ex contrariis temperata, non è partibus composita, sed mirando quodam modo, hæc omnia sit. Et mista, & non mista, temperata, & non temperata, composita, & non composita. Ne iterum, dum mistionem, temperationem, compositionem ex duobus illis quærimus in infinitum amandemur. Necesse ergo est, quia incorporea sit, incorporeorum proprietates teneat. Non simplicissimas illas, quales in uere incorporeis sunt, sed gradu inferiore. Omne namque productum (quod toties repetimus) non idẽ cum producente est, sed ei est simile, quatenus ab illo indentitatis suæ aliquid aufert. Et quia ab illo in alteritatem cadit, fit etiam ei dissimile. Similitudinem ergo quandam ueræ incorporalitatis habet. Sed non est sicuti superiora, ue re incorporea. Illa ab omni corpore longe absunt. Hæc quia ab illis cadit, corporibus iungitur. Vt autem similis incorporeis sit, identitatis illorum, necesse est fieri participem. Fit autem talis, si sui aliquid incorporeum habeat quoad illa accedat proxima. Summitate nempe sua. Quæ & mole carea, & sit ideo impartibilis. Et ideo indiuisibilis, & ideo impassibilis. Et ideo inalterabilis, & ideo immutabilis, & ideo ut sit ens semper, & in nõ ens nunquam decidat. Qua uero corpori iungi potest, corpori sit assimilis est necesse, Vt eius nimirum aliquid in non ens decidat: non semper sit ens: sit mutabilis: sit alterabilis: sit diuisibilis, sic partibilis: sit in mole, & circa molem uersetur. Et sicuti in prioribus proprietatibus, quemadmodum supera est in æuo, & in æternitate. Sic his secundis pro-

proprietatibus, corpori proximis sit, tēporaria est necesse. At si essentia sua, vt corpus, sit temporaria: & vires, & actiones temporarias habebit. Atque ita in non ens abire aliquando, ac perire poterit. Atque ita nihil incorporei: nullas ei similes habebit proprietates, & tota erit corporea. Quod est contra demonstrata. Si uero, & essentia eius, & vires, & actiones, incorporeæ fuerint, aut incorporeis similes, nulla sui parte corporibus hærebit. Necesse ergo tria hæc essentiam, vires, actionesque, ita partiri, vt alia sit incorporeis similis, essentia nimirum, alia sit similis corporeis, nempe postrema, quę est actio. Inter quas primam, & postremam, mediæ sint vires. Quæ vti iam sepe est demōnstratum, & ab essentia ueniunt, & in essentia habitant, & ab eis, intra & extra essentiam, proferuntur actiones. Atque ita uere medium sit hoc ens, quod incorporeum corporeum nos appellamus. Et animum nuncupamus. De quo uerissime cecinit Zoroaster.

Νοῦ γὰρ μίμημα πέλει. Τὸ δὲ τοχθὲν ἔχει τι σώματος.

» Mentis namque imitamen est, partum vero
» habet qnid corporis.

Imitamen quidem, quia similitudinem cum mente habet, a qua proxime est productus, & dum producitur, identitatis mentis aliquid secum abstulit.

Quod vero ab intellectu partum est, actiones videlicet, habent quid corporis. Quia corpus ipsæ producunt, corpus formant. In corpus porriguntur per corpus protenduntur, in corpus agunt. Corpus uiuificant, vitaque donant. Corpus mouent. Motus autem omnis in tempore est. Temporariæ ergo sunt animi actiones. Essentia uero eius in æuo habitat. & est illi similis: inde nimirum veniens, & ab eis omnibus, quę in æuo, & æternitate habitant, intellectus, cnius est imitamen & simulacrum, & similitudo. Vitæ, essentiæ, unitatis, est particeps. Omne autem quod participatnr, vel se ipsum, uel sui aliquid participanti largitur. Ab unitate igitur sua, habuit ut sit unus, & ut unitas, omnia in se contineat. Nam sicuti essentia primaria, ab unitate primaria, & unitates omnes suo gradu & essentias omnes habet, vt est antea demonstratum. Ita uita primaria, essentias, & unitates omnes ab essentia obinuit primaria. A uita uero primaria, intellectus primarius, & uitas, & essentias, & unitates omnes continet, Vnde necesse est, intellectum, entium superorum, quandam esse uniuersitatem, intellectualem scilicet. Et sicuti est rerum inferiorum conditor, proximusque animi, in quem suas transfundit proprietates uniuersas, Animum uniuersitatem facit animariam. Et quia per animum, naturæ quoque est conditor, Naturam quoque uniuersitatem facit naturalem. Et quia per animum & naturam. Qualitatis conditor est; qualitas quoque uniuersitas quædam erit, ut ita dicam, Qualitatiua. Et quia per qualitatem, formarum corporearum conditor est, Forma corporea, uniuersitas erit quoque, formalis scilicet corporea. A qua proxime, & a superis, qualitate, natura, animo intellectuque cum corpus efficiatur: Corpus similiter uniuersitas erit corporalis. Sed hæ omnes uniuersitates, suo quæque gradu stant atque ordine. Sunt tamen, omnes in omnibus, superæ in inferis. Inferæ in superis; & quæ in se ipsa ita, ut nec alias confundat, neque ab aliis confundatur. Sed ad animum regredismur.

Animus igitur, a conditore suo, intellectu Deo, proprietates quidem illius omnes, sed quales ipse capere potuit, secum tulit. Vniuersitatem rerum uidelicet omnium, suo tamen gradu, atque ordine. Id autem præter ea quæ iam ostensa sunt, ita denuò demonstremus. Animus uel nihil a productore suo tulit, uel tulit, aliquid. Si dicatur nihil tulisse, id contigit, uel quia conditor ei largiri non potuit, uel quia noluit, uel quia nesciit. At intellectum nescisse, & impossibile, & nefarium est asserere. Si noluit, inuidia est tactus. Non igitur bonus. Si non potuit, non igitur perfectus. Qnæ quia impossibilia suns; potuit igitur, ac uoluit, & sciuit. Tulit ergo aliquid. At hoc aliquid, quid nam fuit, unum ne aliquid, uel plura, nel plurima, uel cuncta? Sed cur unum? Quia reliqua, nel non potuit, uel noluit, uel nesciit. Atque ita eadem recurrunt impossibilia. Eadem ratione, si plura cur non plurima? Eadem qnoque ratione, si plurima, cur non etiam omnia? Omnia igirur, ut absurditates illæ fugiantur, ac fugentur. Deus ergo intellectus conditor, dū animum conderer omnes snas in eum transfudit proprietates. Identitatis suæ, illi tribuens, quantum animi in alteritatem casus, ferre secum potuit. Factus igitur est animus, rerum uniuersitas tota, sed animaria, sicuti intellectus uniuersitas fuerat intellectualis, & uita uniuersitas uitalis, & essentia uniuersitas essentialis. Et unitas, uniuersitas (licet ita fari) unialis. At in intellectu, rerum formę omnium fuerant suo, modo. Ita in animum eædem omnes rerum formæ ab intellectu descenderunt. Per quas sicuti intellectus, intelligibilis, & intellectualis mundus erat, sic Animus factus est mundus animarius, rerum formis omnibus repletus.

repletus non equidē accidentariis, sed essentialibus. In superis .n. essentiis nullum habitat accidens. Nihil enim eis de foris accedit, præter quam a causis, a quibus & esse habent & vires, & actiones. Quarumque proprietates hauriunt, & earum fiunt participes, nō extrinsecus, sed tota intrinsecus essentia. Animus igitur, omnia entia est; Superiora equidem, tamquam eorum imago. Inferiora uero, vt eorum exemplar. Et essentia sua tota uniuersitas entium est, modo nimirū animario. Est igitur & unum ab unitate sua, & essentia, ab essentia intelligibili. Et uita, a uita itidem intelligibili. Et intellectus, ab intellectu conditore. Et quamuis omnia hæc a superis causis habuerit, & ab eis continuē pendeat, & sine eis cōsistere nequiuerit. Post quam tamen est productus; & in se unus est, & unitatem habet, & in se est, & essentiam habet, & in se uiuit; & est uita, & in se intelligit, & est intellectus, & est ratio, & est rationalis, & rationes rerum omnium essentiales sibi habet inditas. Ab ideis enim, per essentiam; per uitam, per intellectum, in eum descenderunt; & ex eis suā essentiam constituerunt. Similem quidem illis, quia identitatis illorum aliquid secum abstulit. Dissimilis quoque illis; quia in alteritatem ab illis cecidit, aliusque ab eis est factus. Sicuti, & quæ ipse, e se producit, quamuis eius identitatis aliquid auferant secum, propter casum ab eo in alteritatem, alia ab ipso euadunt. Vti suis locis palam fiet. Concludamus. Essentia animi una est, uiuens est, intelligens est, rationalis est. Rationum uniuersitas, ab intellectu proxime uenientium.

FINIS.



FRANCISCI PATRICII PAMPSYCHIAE LIBER TERTIVS.



QVOTVPLEX SIT ANIMVS.

Sed hic animus, vnus ne est? An sūt in vniuersitate animi plures? Necesse enim est, animum, vel vnum tantum esse, vel plures, tantum: vel & vnum, & plures simul. Vnū esse tantum, nō videtur fieri posse. Nam & Peripatus, cœlo eiusq; orbibus, ac sideribus animos tribuit, cuique ipsorum vti videtur proprios. Et omnes homines arbitrantur, & se se, & animalia cuncta, & stirpes omnes, singula suis animis esse prædita. Itaq; non est dicendum, animum esse tantum vnū. Quid vero deinceps, quando omnis multitudo, ab vnitate sua prouenit, necesse videtur esse animorum multitudinem, ab vno animo deriuasse? Vel enim hoc in omni multitudine verum erit, eam ab vno suo deriuare. Vel id erit falsum. Si falsum esse dicatur, iam animorum multitudo per se existet. & nullum erit in animis vnum, & multitudo quædam, sine vnitate reperietur, & singula multitudinis pars, & ipsa vno carebit. Atq; ita singula erit infinities infinita. Quam sententiam late profligauimus antea. Ne ergo vetus illa quæstio redeat iterum, necesse est si multitudo animorū vlla est in vniuersitate, eam ab vnitate sua prouenire. Haud sane aliter, atq; ante demonstrabamus, ab vno principio omnia prouenisse. Ab vnitate vna, vnitates omnes. Ab vna essentia, essentias omnes. Ab vna vita, vitas omnes. Ab vna mente, mentes omnes. A qua mente, cum animus proxime fuerit productus, vti est paulo ante demonstratum, necesse est vnum tantū animum ab eo fuisse productum: A quo cum reliqui animi veniant, in eo animos omnes habitare est necesse. Rerum enim a Deo Opt. Max. procreatarum ordo exposcit, vt quemadmodum, in Mente aut intellectu vno, omnes sint intellectus. Et in vita vna, omnes vitæ, & in vna essentia, omnes essentiæ. Inq; vnitate vna, omnes vnitates. Et principio entium vno, omnia entia. Ita in animo vno, omnes esse animos est necesse. Vti in proprio proximoq; fonte, ac domicilio. Nam, vbi nam alibi habitent, si non in proprio? si rerum ordo non sit cōfundendus? Non est autem confundendus, a nobis ordo is, quo Deus mundi conditor, mundum ornauit. At vero, si mentes extra paternū profundum productæ, omnem grandibus erāt distinctæ; an & animi, sicuti & illæ aliquot erunt excellentiæ gradibus distributæ? Cur vero non erunt, quando & tota rerum vniuersitas, in nouem gradus est dispersita? Hoc igitur peruideamus. Bina igitur primo, distinctione vtamur. Alios nimirum animos, esse supramundanos, alios intramundanos. Nimirū alios esse, supra mundum hunc corporeum, in mundo intelligibili. Alios vero in mundo corporeo, hoc est esse in corporibus, & corporibus condiuisos, atque, condimensos. Illos necesse est sine corpore illo esse. Nullum enim ibi corpus habitat. Hos vero itidem est necesse, & in corpore esse, & per corporum partes condimensos. Concedent philosophantium pleriq; hos esse in vniuersitate Illos negabunt; eadem qua nos vsi sumus ratione. In mundo supero, nulla corpora habitare. At animos sine corporibus esse non posse. Itaque ibi nullos esse. Nos vero negamus in primis, animum non sine corporibus esse posse. Neque enim id verum est, quod Exotericus Aristoteles affirmat, omnem animum esse actum corporis physici organici potentia viuentis. Verum tū esse, quod Aristoteles idem, sed mysticus asserit, a corpore physico organico, posse animum separari. Sed & rationes aliæ conuincunt, in intelligibili mundo, inter alia entia vera, esse etiam animos veros, simplices, puros, perfectos. Simplicia namque com-

positis sunt priora. pura, impuris, perfecta imperfectis. Animi autem in corporibus, neque simplices sunt, nec puri, nec perfecti. Et si hi in vniuersitate sunt, necesse est, illos quoque in vniuersitate esse. Posito namque vno cōtrario, poni necesse est & alterum. At hoc alterum in corporibus non est. Est igitur extra corpora. Inter entia scilicet incorporea. Qualia & alia sunt in mundo incorporeo. Nam si animi tales ibi non essent, mundus ille perfectissimus, neque perfectus esset, neque mundus. Quia nō omnia entia contineret. Sed si intellectus, animi cōditor ibi est, cur non sit ibidē animus ab eo conditus? Si ibi vita est, quæ animo vitam indit, cur non sit ibi, & animus viuens? Si ibi est essentia vera, quæ animum, ens esse facit, cur non ibi erit animus, sua hyparxi, & existentia? Et si ibi vnitas est animi, & eius idæa, cur non & animus ibi sit eius imago? Et hæc animi idea, cur non recte animus quoque primarius & idealis vocetur? Et essentia animi vera, cur non sit animus essentialis? Et vita vera animi, cur non est animus vitalis? & Mens animi vera, animique productrix, cur nō animus mentalis dici potuit? Et animus quoque ipsemet, in se consistens, nullique corpori coniunctus, cur in mundo purissimo, sincerissimus, nullis corporum sordibus inquinatus, non habitet? Atque ibi quidem, animi sunt supramundani. Inter quos, primissimus est animus, in quo reliqui consistunt animi cuncti.

Εγκοσμίων vero, mundanorumque animorum, corporibus scilicet coniunctorum, varios viri magni Platoni Animos distinxerunt. Nimirum, alium dixerunt esse Mundi totius animum, Angelicum, Dæmonicum, Heroicum, Humanum. Sed nos huius tractationem in tēpus aliud, & locum alium distulimus. Quatuor reliquos breuiter perstringamus. Dixerunt ex quinque rerum omnium elementis, omnia, & inter hæc animum constitui. Nimirum, Essentia, Eodem, Altero, Statu, Motu. Hisce varie complicatis, varia animorum genera formari asseruerunt. Si in animi constitutione, essentia aliis dominaretur, diuinos animos effici. Si dominaretur idem cum essentia, prouenire animos Angelicos. Si idem tantum præualeret fieri animorum genus Dæmonicum. Si uero idem simul, & alterum, progigni Heroicum. Si vero alterum tantum in prædominio esset, produci humanum. Ex eorum, & Platonicis, & Pythagoreis fundamentis, hæc recte admodum videntur disposuisse. Nos vero ex Zoroastreis, ac Dionysiacis dicimus, Angelos in postremo Mentium creatarum ordine fuisse collocatos, & quasi in confinio mentium atque animorum, esse constitutos, Ita vt nihil mirum sit, si superiorum iussu, angelus aliquando corpus assumat, posse eum inter supremos mundanos animos connumerari. Dæmonicos autem animos, eiusdem cum angelicis naturæ ab initio fuisse creatos etiam sacrosancta Ecclesia iubet credere. Ob peccatum tamen fuisse a Deo conditore in infera detrusos. Infera autem hic philosophice quis, corporis intelligat naturam, cui sint perpetuo alligatæ si piaculū commiserit, ecclesiæ decretis stato. Heroicos vero animos ab humanis non esse specie differentes, & hominum & Peripateticorum vulgus credit. Eos nimirum qui virtutem actionibus, Heroicę virtutis habitu acquisito, Heroes dici meruerunt? Sed quamquam Peripatus recens, multa decertet, de Heroica virtute, nec quid ea virtus sit, nec quis animus Heroicus, determinare nouit. Platonici vero, veterum Aegyptiorum, Chaldæorumque dogmata secuti, proximum quidem humano, superiorem tamen Heroicum constituunt animum. Sed nos cum de humana anima philosophari instituemus, hac quoque de re nostram afferemus sententiam. Hermes triplicem asseruit esse τὴν ψυχὴν, animum. θεῖαν, ἀνθρωπίνην, ἄλογον. Diuinum, humanum, & irrationalem. Sed quid nomine animi diuini intelligi vellet, non satis aperte docuit. Possunt enim, & supramundani animi omnes, ea appellatione significati. Et animus cœli, & stellarum. quæ iam sunt intramundani. Sicuti intramundamus est is animus, quem ipse, & post eum alij multi, Græcorū philosophi mundi animū appellarūt. De quo in hæc uerba in Claue scribit. Οὐκ ἤκουσας ἐν τοῖς γενικοῖς, ὅτι ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τῆς τοῦ παντὸς, πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν. αἵτε ἐν τῷ παντὶ κόσμῳ κυλινδούμεναι, ὥσπερ ἀπονενεμημέναι.

„ Nonne audisti in genericis, quod ab vno
„ animo, eo qui est vniuersi, omnes animi
„ sunt. Et quæ in toto mundo volutantur,
„ veluti abscissæ.

Et in Asclepio iterum.

„ Totus itaque quibus formatus est mun-
„ dus, elementa sunt quatuor, scilicet ignis,
„ aqua, terra, aer. Mundus vnus, anima vna,
„ Deus vnus.

De quo mundi Animo, sequenti libro integram peragemus quæstionem.

Finis Tertij Libri Pampsychiæ.

FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PAMPSYCHIAE.

LIBER QVARTVS.

AN MVNDVS SIT ANIMATVS.



INter diuinos animos, principem locum philosophorum multi, mundano animo assignarunt. Vt qui corporum omnium præstantissimo, perfectissimoque vitam, cognitionem, motionemque præstaret. Inter hos, de schola Ionica, omnes forte videntur numerandi. Thales, Heraclitus, Anaxagoras, Archelaus. Et de Italica Pythagoras, eiusque cuncti sectatores, Parmenides, Zeno, Empedocles. Plato denique cum suis omnibus. Et Stoici forsan vniuersi. Contraiam hisce viam ingressus est Leucippus, & cum eo Democritus eius auditor, & post hos, & cum hic Epicurus. Et de tanto philosophantium in Græcia numero, tres hi soli mundum negarunt animatum esse. Sed si verè Plutarchus scripsit, de Democrito, primus ac postremus, soli, in ea sententia permansere. Verba illius hæc sunt.

Δημόκριτος, νοῦν τὸν θεὸν, ἐμπυροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν.

„ Democritus, Mentem Deum, igniformem
„ mundi animum.

Duo ergo illi solitarij, tot ac tantis viris, comparati, nullis erunt viribus. Nisi rationes afferant, tam validas vt nos persuadere valeant, in mundo regendo casum, quem pro Deo coluerunt, animo potentiorem esse. Post hoc mūdi cadauer, Aristoteles, dū Platoni amicus esset, ex eius ore excepit, mundum hunc animal esse. Et animo etiam rationali preditum, idque in sua mystica Philosophia literis mādauit sæpe. Hostis vero postquam ei est factus, & a Platone, & a se ipso etiam discessit, & suum quoddam dogma in philosophiam intulit, non mūdum vniuersum, sed mundi partem esse animatam. Cœlum scilicet animatū esse, elemēta uero nō esse. Quoniam vero, maxima Peripatipars, hanc eorum principis sententiam esse nesciunt, eius verba huc affetamus.

Ἡμῖν δ' ἐπειδὴ ὥρισται πρότερον, ὅτι ἐν τοῖς ἔχουσιν ἀρχὴν κινήσεως, αἱ τοιαῦται δυνάμεις ἐνυπάρχουσιν: Ὁ δ' οὐρανὸς ἔμψυχος, καὶ ἔχει κινήσεως ἀρχὴν, δῆλον ὅτι ἔχει τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω.

„ Nobis uero quoniam determinatum est
„ antea, quod in iis quæ habent motus prin
„ cipium tales facultates insunt: Cœlum
„ vero animatum est, & habet motus prin-
„ cipium, clarum quòd habet sursum, &
„ deorsum.

Intelligit autem hic, cœli nomine, non mūdum vt altera eius significatione ante vocauerat, sed cœlum ipsum proprie, quod in circulum mouetur. Quæ res tota ea ibi, contra Pythagoreos disputatione patet.

Partibus quoque cœli, astris nimirum, animum, & eum rationalem vti videtur, tribuit. Hæc enim sua sunt.

Ἀλλ' ἡμεῖς ὡς περὶ σωμάτων μόνον αὐτῶν, καὶ μονάδων, τάξιν μὲν ἐχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν διανοούμεθα. Δεῖ δ' ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν πράξεως καὶ ζωῆς.

„ Sed nos, tamquam de corporibus solum, &
„ vnitatibus tantū, ordinē quidē habentibus,
„ inanimatorū vero prorsus cogitamus. Sed
„ oportet de eis existimare, vt quæ partici-
„ pent actione, & vita. Et infert.

Διὸ δεῖ νομίζειν, καὶ τὴν τῶν ἄστρων πρᾶξιν εἶναι τοιαύτην, οἵαπερ ἡ τῶν ζώων, καὶ τῶν φυτῶν.

„ Oportet verò putare, astrorum actionem, ta
„ lem, qualis animalium est, & plantarum.

Qualis autem plantarum, atque animalium actio est? nimirum viuere, nutriri, sentire, moueri. Sine.n. vita, actio nulla obiri potest. Vita in his non permanet, nisi nutriantur. vt vero nutriantur, cognoscere alimenta debent, cognita, motu quærere. Sua ergo sententia. Sydera & animo sunt prædita, & viuunt, &

 nutriun-

nutriuntur, & sentiunt, & mouentur motu, vt animalia progressiuo, quo ad actionem suam prodeant. An vero hæc omnia dum in vetustioribus repræhendit, in sua philosophia sibi constent, suo loco discutietur. Verum & sphæras cœlestes singulas, animatas esse paulo post subdit.

Νοῆσαι γὰρ δεῖ, τῆς ζωῆς, καὶ τῆς ἀρχῆς ἑκάστης πολλὴν ὑπεροχὴν εἶναι τῆς πρώτης, πρὸς τὰς ἄλλας.

„ Intelligere oportet, vitæ & principij cu-
„ iusque, multam excellentiam esse, primæ
„ ad alias.

Vitæ manifesta fit hic mentio; corpus proculdubio viuere, sine animo non potest. Ergo ex Aristotelis satis claro dogmate, & totum cœlum est animatum, & sphęræ eius singulæ, & astra earum omnia. Quid ergo mundum hunc, quem suis omnibus partibus, & toto, perfectum esse, & philosophi omnes, & cum ijs ipse autumant, monstrum esse dicemus? Vt dimidius, cęlo scilicet sit animatus? dimidius, elementis nimirum, animo careat? Et sit quasi Marinus Glaucus partim piscis, petra partim? Nullibi enim exactus hic philosophus, elementis videtur, aut animum assignare aut vitam. nisi forte hanc alteram, sed contra metaphoricam leges suas. Vt quando de cœlesti motu ait.

Καὶ τοῦτο ἀθάνατον, καὶ ἄπαυστον ὑπάρχει, τοῖς οὖσιν, οἷον ζωή τις οὖσα, τοῖς φύσει συνεστῶσι πᾶσι.

„ Et hoc immortale, & incessabile existit,
„ entibus veluti vita quædam existens, na-
„ tura constantibus cunctis.

Inter vero omnia, quæ natura constant, sunt etiam elementa. Quibus, quasi uita est cœlestis motus. Sed vitam ostendimus nos internum esse entium motum. Motus autem cœlestis, elementis est extrinsecus. Ideo eis vita, non nisi metaphorica est. Quando vero alibi asserit, Necesse esse mundum hunc inferiorem, superis lationibus esse continuum, eiusque omnes vires inde gubernari. Inferte proculdubio videtur, elementa a se nullas habere vires, per quas, vel esse, vel viuere dici queant. Quibus, & alijs forte quæ perierunt, Plutarchus scripsit, Aristotelem, neque animatum, neque sentientem, neque ratione præditum, neque intellectu: neque prouidentia regi, inferiorem hunc mundum, docuisse. Et cœlestia his omnibus esse participia, περίγεια vero, quæ circa terram sunt horum nihil habere. Hoc præceptoris dogma Theophrastus videtur secutus, quia vt Proclus refert.

Ὁ μὲν Θεόφραστος, οὐκ ἔχων ἀρχὴν κινήσεως, τὴν ψυχὴν εἰπών.

„ Theophrastus quidem, recta ratione cum
„ principium motus animum dixisset.

Ἔμψυχον καὶ αὐτὸς ἤδη δίδωσι τὸν οὐρανόν. καὶ διὰ τοῦτο θεῖον. Εἰ γὰρ θεῖος ἐστί φησι, καὶ τὴν ἀρίστην ἔχει διαγωγήν, ἔμψυχος ἐστιν. Οὐδὲν γὰρ τίμιον ἄνευ ψυχῆς.

„ Animatum & ipse, esse concedit cœlum,
„ & ob id diuinum. Nam si diuinum est, in-
„ quit, & optimam degit vitam, animatum
„ est. Nihil enim præciosum, sine animo.

Nam & Aristoteles in primo loco allatis verbis dixit.

Ὁ δ' οὐρανὸς ἔμψυχος, καὶ ἔχει κινήσεως ἀρχήν.

„ Cœlum vero animatum, & habet motus
„ principium.

Ipsum scilicet animum, & non naturam, quam principium motus esse definierat. Vel ergo hac in re, Aristoteles non sibi constat qui, & naturam, & animum, duas res inter se valde diuersas, principium motus esse dixite vel has duas esse idem est necesse. Quod tamen ipse sæpe negat: Sed inconstantia hæc, in eius philosophia satis iam est a nobis patefacta. Ad rem redeamus. Cœlum vniuersum, singulasque sphæras, astraque Aristoteles animata esse affirmauit. XII. tamen metaphy. supremo cœlo, non animum tribuit, sed mentem. ergo ibi animus, & mens tam celebri philosopho, eadem res sunt. Quis hoc, nisi bardus ferat? Reliquis vero sphęris, animi vel dubius, vel pauidus; non est ausus, an mentes, an animi essent pronunciare. Sed archas & vsias, vti aliàs diximus nuncupauit. Alexander, Aristotelicorum interpretum vti creditur, coryphæus, & principem, & primarium auditorem secutus, ipse quoque rationibus satis validis, & multis, animatum esse cœlum comprobauit. De schola eadem Philoponus, & Simplicius, rem eandem confirmarunt. Et hic addidit, astra, nō solum esse animata, verum etiam sensitiuo animo prædita esse asseruit. Non equidem vti nos proxime, ex verbis Aristotelis deducta ratione. Sed Homeri, & ante Homerum Orphei carmine in ea sententia confirmatus.

Ἠέλιος ὃς πάντα ἐφορᾷ, καὶ πάντα ἐπακούει.

„ Sol qui omnia conspicit, & omnia exaudit.

A principe ergo eorum, dogma hoc in Peripateticos descendit. In principem autem, a præceptore Platone venit; tum per mysticam, ab illo exceptam, a se vero conscriptam philosophiam. In qua multa est animi mundani mentio. Vt ibi.

„ Deus summus, simplex, & omnium perfe-
„ ctissimus, intellectui primo dat vitam,
„ deinde animo, postremo naturæ.
„ Ab agentibus secundis in quibus est, intel-
„ lectus, animus aliaq; simplicia principia.

Sed & in Exoterica sua philosophia Plato animum mundanum bis explicat. semel in Philebo. secundo in Timæo late satis. Quod tamen ex Timæi locti libello, cuius in suo Timæo quasi paraphrastes Plato esse voluit, desumpsit. Nam is & libellum suum de animo mundi inscripsit, & hæc insuper habet verba, de mundo loquens a Deo producto.

Ἕνα, μονογενῆ, τέλειον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν.

„ Vnum, vnigenitum, perfectum, anima-
„ tum, & rationalem.

Plato vero sic eandem rem extulit.

Διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ ψυχὴν δ' ἐν σώματι συνιστάς.

„ Ob hanc ergo ratiocinationem, Mentem
„ in animo, animum in corpore constituit.

Sed verba hæc videtur Plato ex Zoroastri oraculo quodam exscripsisse. Ait namque.

Κατέθετο γάρ.

Νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐν σώματι ἀργῷ.

„ Mentem quidem in anima, animam vero
„ in corpore inerti.

Ante quæ verba dixerat.

Μετὰ δὲ πατρικὰς διανοίας, ψυχὴ ἐγὼ ναίω.
Θερμὴ, ψυχοῦσα τὰ πάντα.

„ Post vero paternas cogitationes anima
„ ego habito. calida animans cuncta.

Vocat autem calidam, quia dixerat alibi.

Ὅτι ψυχὴ, πῦρ δυνάμει, πατρὸς οὖσα φαεινὸν,
Ἀθανατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστί.
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.

„ Quod anima ignis, potentia patris, exi-
„ stens lucidus,
„ Immortalisque manet, & vitæ domina est.
„ Et tenet mundi multas plenitudines si-
„ nuum.

Hermes quoque mundanum animum agnoscit, quando ait.

Οὐκ ἤκουσας ἐν τοῖς γενικοῖς, ὅτι ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τῆς τοῦ παντὸς, πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν.

„ Non ne audisti in Generalibus, quòd ab
„ vno animo vniuersi, omnes animi sunt.

Τὸ δὲ, πᾶν τοῦτο σῶμα ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐστὶ σώματα ψυχὴ πλήρης τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ θεοῦ, ἐντὸς μὲν αὐτὸ πληροῖ, ἐκτὸς δὲ περιλαμβάνει ζωοποιοῦσα τὸ πᾶν.

„ Vniuersum hoc corpus in quo omnia sunt
„ corpora, animus plenus mente & Deo in-
„ tus quidem ipsum implet, extra vero am-
„ bit, viuificans vniuersum.

Quam sententiam vetustissimus Græcorum, Orpheus, ab Hermete hausit, De eo enim Iamblichus ita testatur apud Stobæum.

Ἔοικε γὰρ μὴν αὐτὸς Ὀρφεὺς χωρὶς ὑπολαμβάνειν, καὶ μίαν τὴν ψυχὴν, ἀφ' ἧς πολλὰς μὲν εἶναι διαιρέσεις, πολλὰς δὲ καὶ μέσας ἐπιπνοίας καθήκειν ἐπὶ τὰς μερικὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ὅλης ψυχῆς.

„ Videtur sanè ipse Orpheus separatim
„ existimare, esse vnum animum. A qua mul
„ tæ sint diuisiones, & multas, & medias
„ aspirationes venire in particulares ani-
„ mos, ab vniuerso animo.

Itaque a præstantissimis sapientibus, atque vetustissimis, Zoroastre, Hermete, & Græcis Orpheo, Pythagora, Pythagoreis, Platone, vetustissimo dogmate traditum est, mundum esse animatum. Quod & Thales. & Heraclitus, & Democritus, & Stoicorum vniuersa secta docuerunt. Inter hos, duo quasi ridiculi Philosophi, Leucippus, & Epicurus, mundum omnino animo carere asseruerunt, eumque veluti cadauer effecerunt. Inter hos media via ingressus Aristoteles, mundum qui ei perfectissimus rerum omnium est visus, monstrum fecit, dimidia parte animatum. dimidia inanimem. At prior illa sententia sapientissimorum præstantior hisce duobus tanto est, quanto animatum præstantius est inanimi, & animal perfectum, præstantius est uel monstro, uel cadauere.

Theologi uero nostri, & ueteres, & recentes, hac in re trifariam sunt diuisi. Nam alij, Aristotelicum monstrum præferentes, dixerunt, cœlum & astra esse animata. Vt inter ueteres, Origenes, Hieronymus, Augustinus. Inter recentiores, Aureolus, Scotus, D. Thomas. Caietanus. Alij uero econtra, id ipsum negauerunt, Damascenus, Lactantius, Basilius, Ambrosius, Cyrillus. Alij vero in ea re incerti ac dubij fuerunt. Et quod prius dixerant reuocarunt. Quod Augustino, & Hieronymo, & D. Thomæ uidetur euenisse. Diuo quidem Augustino, quia cum duobus locis scripsisset Mundū esse animatum, & magnum quoddam animal reuocauit id, non equidem ut falsum: Sed quia id nec esse, nec non esse, non haberet compertum, temere a se scriptum fuisse affirmauit: D. uero Hieronymus, cum prius scripsisset, solem uocari Spiritum. Lucentemque globum lunæ, titaniaque astra &c. quia essent animata, attamen alibi, Origenem confutat, qui dixerit Solem & Lunam, & astra cætera esse animata. Aut non hoc quidem, sed quod addiderit, propter astra sicut propter homines, Christum esse passum. Et quòd Angeli, animandis astris essent addicti. Quod sanè merito est reprehensum. Nobis enim est demonstratum. Angelos, non animos, sed mentes seu intellectus esse. Et hoc nomine, eos cum reliquis choris sępe nos nominat Dionysius. Sed mentes sui natura, nulli addicuntur corpori. Neque ergo cœlis, neque astris sunt addicti. Et si addicti essent non ideo sunt astra, & cœli colendi & adorandi, etiamsi ab Angelis mouerentur. Quod quidam scholastici intulerunt. Sed hic nimius est Aristotelismus.

Quoniam

Quoniam putarunt, Aristotelem docere, cœlorum motrices illas, quas ipse principia vocat,& substantias: Mentes esse, Quod de prima sola ille dixit, hi de omnibus etiam astris arripuere, & angelos nuncupauere. Ex qua, Aristotelica aut ignoratione, aut ambiguitate, illi quasi nectar inde suxissent, Aristotelis cæco amore, & quæstiones satis multas, sed fatuas omnes, nexuerunt ita, vt inextricabiles, nodo Gordiano magis, sint effectæ. Extra rem quoque sunt, aliæ illæ ipsorum quæstiones. An cœlorum, & syderum animæ sint beatæ, an non beatæ. An peccarunt, an non peccarunt. An pœnas sint daturæ, an contra. Confundunt enim Angelos, cum animabus. Inter quæ magna est naturæ differentia. Neque eadem esse potest quæstio vtrorumque. Nam si Angelorũ pars peccauit, nemo veterum, vel Theologus, vel Philosophus, cęlestes animas, peccasse affirmauit. Neq; id vllibi, sacra pagina, aut negat, aut affirmat. Sed istorum quæstionantium maior pars, Aristotelis, vti dicebamus, nimium amatrix,& sine quo, non sibi videntur philosophari potuisse, Fidem catholicam, cum impia illius commiscent philosophia, susque deque terram cum cœlo, vbique versant. Et quod alias ex alijs nectentes ambages,& nugas, inferunt. Si Angelus est anima cœli. Ergo motus circularis erit, non solum cœlo, sed etiam Angelo circularis. Satis fatua sequella. ex Aristotelis tamẽ supinitate deriuata. Oportuit enim prius, constituisse, Angelum esse animam. Cœlum esse sphericum, cœlum in circuitum moueri. Quæ omnia sunt controuersa. Sed hosce supinos philosophos ommittamus. Sacra quidem Biblia (ni memoria fallat) nullo loco, vel negant, vel affirmant, cœlum, stellas ue, aut mũdum, animata, vel inanima esse. Atque ideo sine piaculo, aut impietatis periculo, potuere Theologi, hac in re, in diuersas ire sententias. Nobis quoque liceat, quæ ad maiorem Dei gloriam, magis faciant; Fidei catholicæ non repugnent, animarum saluti non officiant, contemplari. Itaq; dicamus, non solum astra, & sphæras (si modo sphæræ vllæ in cœlo sunt)& cœlum totum esse animarum, nõ Angelis, qui Mentes sunt, sed animis. At ne mõstrum cum Peripato mundum faciamus, cum Aristotele met ipso, saniore doctrina, cum Platone, senioribus cunctis,& Græcis,& Ægyptijs, & Chaldæis, mundum totum anima esse præditum affirmamus. Vnde sequitur, non solum cęlos, partesque eorũ, sed elementa etiam quotquot sunt omnia, partesq; eorum singulas, a totis suis non auulsas, animata esse. Sed positionem hanc Peripatus non admittit. Sed multis rationibus, vt illis videtur, satis acribus eam oppugnant. Aiunt namque ex Præceptoris præscripto. Si animatus est mundus, animam eum habere est necesse. At anima est actus corporis physici, organici, potentia vitam habentis. Mundum autem, & corpus, & physicum esse concedunt, organicum, & viuentem, esse negant. Hæc ergo duo discutiamus. Animi hæc Aristotelica deffinitio, non videtur, nisi ad animum plantarum pertinere. Hæ namque sunt, & omnium confessione,& viuunt,& organicũ habent corpus. Organis nimirum talibus, per qualia, vitę beneficium suscipere, & vitę munia queant obire. At ad animalium animos,& ad humanas animas, nequamquam pertinet hæc deffinitio. Nam & hæc viuunt sanè,& viuere possunt, & instrumenta corporis habẽt, ad vitam obeundam. Qua in re, & bruta,& homines, cum stirpibus communicant. At bruta Aristotelico dogmate, præter vitam,& instrumenta, & motum habẽt localem, & sentiunt. Quorum, neutrum, in deffinitione est comprehensum. Homines vero, supra bruta,& gloriæ desiderio tanguntur,& rationem,& intellectũ possident, idq; per animam. At nulla horum in deffinitione fit mẽtio. Deffinitio ergo hæc, in animis etiam notis, tam misella, tam manca, nihil animo mundi oberit. Ne igitur eam nobis obijciant. Addamus. Cœlum, sphæræ cœlestes, astra, sunt animata, & viuunt. Hoc Aristoteles docuit. Theophrastus, & Alexander confirmarunt. At quæ nam habet cœlum organa, ad suam vitam necessaria? Recentiorum, e Peripato, non pauci, contra duos illos suos veteres, Philoponum, & Simplicium, multas argumentationum forma nugas, construxerunt, vt destruerent, astra, non audire, non videre, nullos habere sensus. Hæc pręcipua est. Quia organa videndi, audiendiue, aut sentiendi, nulla tenent. Si organa, ad sentiendum,& viuendum, tam sunt necessaria. & cœlum,& sphæræ, & astra, nulla habeant organa, qua philosophica ratione principi suo concedunt, illa esse animata, & viuere, & actiones. obire, quales animalia,& plantæ obeunt? Vel principem ergo errasse, vel se errare fateãtur est necesse, dum cum illo non conueniunt. At virum, vel se se, vel illum, cum Peripati magnis illis, quos appellauimus, Coryphæis, in errore versari eligant, non tamen conficient, ad vitam omnem, instrumenta esse necessaria. quando astra, sphęræ, cœlum, quod negare nõ audent, viuunt, organa tamen habere vlla ipsi pernegant, Sed viuit,& anima quæque,& animus quisq;. Viuunt,& intellectus omnes. Viuit,& ipsamet ipsa vita prima,& in mundo intelligibili vitæ omnes,& omnes essentiæ. Et quæcumq; in Deo erant vita,& ea, quę ipse asserit supra extimam lationem vitam degere optimam,& sufficientissimam toto æone, nullis tamen

men prædita esse affirmare audet instrumẽtis. Cũ ergo tot entia, & supramũdana,& mũdana sine organis viuant, cur in mũdo,vitæ organa requirant? Si in mundi permaximis partibus, cœlo,sphæris,astris uitam ponunt,non ponũt instrumenta, cur in mundi corpore toto, instrumenta exposcunt? Si in cœlo, in mundo toto, organa viuendi, non sunt necessaria,cur nam in elementis,si viuere debeant,erunt necessaria? Si uero neque in illis, neque in his sunt necessaria,cur elementa negantur,aut viuere, aut uiuere posse, hac sola ratione,quòd uiuendi instrumentis careant? At, & quo modo id sciunt, elementa organis carere uitæ? Non enim omnia uiuentia, uentres habent, aut corda, aut iecinora. Sed sua cuique sunt proportionata. Nam & Plantæ his carent, & tamen uiuunt. Et animalia itidem multa, sine his,aut similibus viuunt instrumentis. Omne enim eorum genus, suis formis, suis actionibus, suis uiribus, suisque essentiis ea habent proportionata. Quid ergo vetat,quin elementa etiam sibi habeant uiuendi instrumenta proportionata? Quæ,nos quidem non cernamus,nec cognoscamus,ipsa tamen habeant.si ad vitam sint necessaria? Aut si non necessaria,non habeant.cur frustra a nobis exiguntur. Sed Peripati rationes hæ, cum nihil concludant veri, & ex manca illa, animi deffinitione sint profectæ,nullius sunto hac in re,momenti. Nam & alias longe veriores habemus,illis contrarias,quibus mundi animatio confirmetur. Mundus, corporum omnium est perfectissimum. Ergo & formicarum,& blattarum corporibus est perfectius, & aliarum,istismodi, sine numero mundi quisquiliarum. Quæ animatæ sunt, & animo, sibi proprio, quæque viuunt. Cur ergo corpus perfectissimum omnium,animo careat,& sit cadauer? Elementa, quæ mole sua, quæ perfectione sua, & mundi molem replent, & perfectionem adimplent. cur suis animis carebunt? Optime Theophrastus pronunciauit,

Sine animo nullum corpus est honorabile, aut preciosum. Et Alexander, præstantius esse animatum corpus,corpore inanimi.Si elementa careant anima, nullius precij, nullius præstantiæ fuerint.Et mundi corpus totum, parte altera perfectum erit,parte altera imperfectũ. parte uiuens,parte emortuum. atque ita monstrum euadet. Elementa igitur ipsa quoque, seu organica sint,seu inorganica,& uiuunt, & sunt animo, suo singula prædita. Ad hæc, si blattæ illæ, si reliquæ quisquiliæ, si plantæ, si Zoophyta,a mundo,& esse & vitam obtinent: Et nemo det, quod non habeat: cur mundus animum det,quem prius non habet ipse? Cur terra præbeat id quod caret ipsa? Cur aqua, cur aer, uitam indant, aliis: ipsa nequaquam eam possideant? Si respondere cõtra,nihil veri queant,rationibusque his cedunt? dubitent attamen,an vnus tantum sit mundi animus,& an per partes singulas principes,singuli sint animi rogent, respondebimus cum Hermete, cum ratione, vnius mundi, vnum esse animum. Partes quoque eius principes proprios sibi habere animos affirmare non dubitabimus,ab illo vno veluti euulsos, Aliosq; ab his mimus principales, & ab his alios vsque ad minimos.Exemplisque id confirmabimus.Nã in animantibus, in stirpibus, animalia alia innascuntur quædam, animis propriis prædita. vermes, scilicet,muscæ insecta, non unius generis in boue,in equo,vermes innascuntur sæpe.Dum in eo viuunt,bouis,equi,animo viuere,dici posse videantur.Sed inde excreti,viuere aliquandiu extra etiam conspiciuntur.Non sane amplius bouis animo, a quo sunt longe posita,sed proprio. Quid ergo si exemplis huiusmodi innumeris experientia docet, posse animum,vt ita dicam,minorem, in maiore animo bouis generari, & viuere, nonne etiam ratio ex his experimentis ducta, formari potest simillima,in mundo animato suo proprio animo, partes eius singulas, singulis suis animis esse animatas. Sus una, sæpe decem,sæpe plures in se generat suillos. Dum a conceptu illi paulatim efformantur, sicuti alimento matris, aluntur, augescunt, & membrorum figuras,sensum acquirunt,animo matris viuere videntur quoque. Sed membris iam figuratis proprio quisque animo iam viuit, quod partus indicat. Venit tamen ab initio,ab vno matris animo,vnusquisque. Sed diligentius loco commodiore, ob quasdam quas habet in se dubitationes, res hæc eadem erit tractanda.

Quid vero illa quam Zoroaster,suique fontanam animam vocauere, eadem ne est cum hac mundana? An forte hæc ab illa est diuersa? Sane quæ retulimus oracula.

Οτι ψυχὴ, πῦρ δυνάμει, πατρὸς οὖσα φαεινὸν,
Αθανατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστὶ.
Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.

„ Quod anima ignis, potentia patris, existens lucidus,
„ Immortalisque manet,& vitæ domina est.
„ Et tener mundi multas plenitudines sinuum.

De mundana videntur esse pronunciata, Quoniam eius sinus multos dicitur replere. De fontana vero dicantur alias illa.

Μετὰ δὲ πατρικὰς διανοίας, ψυχὴ ἐγὼ ναίω.
Θερμὴ, ψυχοῦσα τὰ πάντα.

„ Post vero paternas cogitationes anima
„ ego habito. Calida animans cuncta.

Conceptus paterni Zoroastro sunt ideæ. quæ

quæ com sint in paterno profundo, anima statim post ideas ibi babitat, hoc est, animę idea, essentia, vitaque & mens ipsius animæ. Atque ita videtur hæc anima, non mundana, sed supramundana esse. diciturque animare, noo mundum, sed vniuersa. ea oimirum etiam quæ supra hunc corporeum mundum sunt. qui creditus est terram io sui medio positam circumquaque, summa sui octaui cœli superficie ambire. Sed supra hunc alia cognouit esse Zoroaster, nimirnm lumeo & ignem, quæ etiam a fontana anima animarentur, simul cum aliis. Canit enim de ea.

ἄφδην ἐμψυχοῦσα, φάος, πῦρ, αἰθέρα, κόσμους.

» Abunde animans, lumen, ignem, æthera,
» mundos.

Quid autem hæc sibi velint, haud ab hinc procul paulo post fiet manifestum. Satis hic esto, differentiam ostendisse, mundani, atque fontani animi. Si quis autem aiat. Mundus nõne est corporum omnium perfectissimum? hoc nemo inficiatur. Nonne etiam corpus perfectissimum est in se, & sibi sufficiens, cnm nullo egeat aliunde corpore? omnia cõcedemus. præterquàm quòd etiamsi nullo egeat corpore, ideo nulla re alia indigere. Esse namque, & seruari, & in conseruatiooe perseuerare, sui ipsius oatura, minime potest. Demonstratum enim iam antea est in Panarchia, corpus oullum, corpus mundanum ipsum, ageodi uires nullas, patiendi tantum habere uires. Per quas cootinue diuidi ad mioima usque possit. Noo ergo uti corpus est, sibi sufficit. Vt seruari ergo in sua essentia posset, superiore ac poteotiore natura alia opus habuit. Incorporea nimirũ, quæ tamen in ipsum noo dedignaretur penetrare. ipsumque per singulas partes, & prtucipes, & minus prtocipes, & minutas etiam particulas contineret, uniret, uinciret, omnium esset vioculum indissolubile. Corpus namque omne, & mundanum etiam, sui natura est & diuisile, & partile, & partes habet a se inuicem solutiles, sparsiles. Si singulæ mundi partes spargerentur, nec mundus totus, nec partes eius consisterent. Vt autem consisterent opus habuetuot, se se quæque in sua essentia conseruare. A sparsilibus se ipsis, id consequi non potuerunt. A non sparsili ego alio id beneficium fuit adipiscendum. A corpore ergo alio, nequaquam; nisi in infinitum abire uoluit: Ab incorporeo igitur. quod tamen esset corpori accommodabile. Accommodatio hæc, vnio quædã est, incorporei cum corpore. Haoc autem esse, oon aliam rem quam aoimum, est antea demonstratum. Mundi ergo corpus, ut mundi corpus esse, & esse perseuetaret, animo opus habuit, qui ei iungeretur. Animus autem ipso sui esse, suaque præsentia, tria efficit. Animat, viuificat. mouet. Nisi enim adesset corpori, ipsum non animaret. Si non animaret; uitam ei oon præberet. Si uiuum ipsum non redderet, neutiquam moueret. Si non moueret, partes eius non vniret. Si oon uniret, neque eas insimul vinciret, Si noo vinciret, oeque uinculum earum esset. Si ninculum earum nõ esset, Sympathiam inter se, mundi partes ooo haberent. Si Sympathiam nõ haberent, inter se inuicem non patereotur. Si non paterentur, neque etiam in se se inuicem agerent. Si non agerẽt, nulla mundi pars generaretur, nulla cor rumperetur. Nulla ergo esset rerum generatio, nulla corrnptio; nulla etiam mutatio, nulla alteratio. Corpus tantum iners iaceret mundus, ac nere cadauer. Si animus eius eum totum non ita circumspiraret, & inspiraret, & iotrospiraret, & prosperaret totum, singulas eius partes magnas paruas ue vniuersas, non aliter ac animus brutorum, eorum corpora, perspirat omnia etiam minima, & ita ea & animat, & viuificat, & mouet, ipso sui esse ac sua præsentia: vt oulla sui pars oon animata, noo viuens reperiatur. Animus ergo mundanus, ita mundano corpori est connexus, vt mundum efficiat tam ornatum, vode κόσμος meruerit appellari.

Finis Quarti Libri Pampsychiæ.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PAMPSYCHIAE,

LIBER QVINTVS,



DE ANIMIS IRRATIONALIBVS.

TRia animorum genera posuerat, Hermes; Diuinorum, Humanorum ἀλόγων, Alogotum, ratione scilicet carentium. A quo fonti fluxit ad posteros philosophantes omnes animorum ea distinctio, ut anima, alia esset rationalis, alia irrationalis. Communi hac omnes vsi sunt particione. Platonici soli, primam partem, quod iam dictum est, sunt repartiti in Angelicas, in Dæmonicas, in Heroicas, in Humanas. Reliqui humanas tantum eo membro collocarunt. Cui contraria aut contraposita omnis alia esset, anima, irrationalis, brutorum scilicet animalium omnium, nec non etiam earum quæ stirpibus vitam præberent.

Nobis uero distinctio hæc animi rationalis, & irrationalis minime probatur. Nullum enim animũ sui natura irrationalem esse existimamus. Neque enim rerum ordo a nobis constitutus, eam admittere uidetur posse. Quia nimirum omnem animum ab intellectu esse est iam demonstratum. A mente ergo producttice, quo modo res amens prorsus, sine medio presertim prouenire potest?

Vel si aliunde quàm a mente erunt, a mundano animo esse, est necesse, quod Hermes docuit. Neque tamen, irrationalis vllus animus euadet, quia sit principis mundani animi pars quædam, vel reuulsa, uel recens genita. Ille enim cum omnium mundanorum animorum sit maxime rationalis, & totus per totum ratio existens, quo modo a se reuelli partem patietur irrationalem? Vel quomodo reuelli poterit ab eo id, quod in eo non erat? Neque ea reuulsione, reuulsa pars, in diminutionem essentiæ abit, atque ideo in irrationalem essentiam non abit. Si uero recens dicatur in eo, & ab eo genitus. cadet quidem a suæ causæ identitate in alteritatem, sed identitatis aliquid, quod toties est demonstratum, secum auferet. et similis illi, & dissimilis euadet, eiusdem nimirum cum sua causa naturæ, sed gradu demissiore. Ergo rationalis minus. Sed minime erit irrationalis, & ratione uacuus. Clamabant hic illico Peripatus vniuersus. omnes litteratorum greges. Clamabunt non minus scholasticorum Theologorum forte scholæ omnes. Tolli hoc dogmate differentiam inter animas hominum, ac brutorum. Fore bestiarum animas etiam immortales. Misceri, susq; deq; antiquissima dogmata, sapientibus omnium gentium comprobata. Fidei quoq; catholicæ aliqua fortasse in re, aliquatenus derogari. Cũ Theologis nostris, bonis ac sãctis uiris, prius & placidius agam⁹. Nostra positione, si nihil eorũ quæ obiiciuntur succedat: fidei vel minima in recula nullum fiat præiudicium. Animæ humanæ dignitas integra seruetur: maior Deo gloria resultet candido animo viri, cur eam non admittant? Quid ex eius admissione succedere queat,

 ex pre-

ex presenti disputatione erit manifestum.

De animis brutorum multa est in sacris Bibliis mentio. Nusquam tamen (res miranda) eos irrationales appellari reperies. Nimirum vel quia spiritus Domini, cuius dictatu Biblia sunt exarata, illos spreuit, uel ad salutem animarum humanarum, pertinere non putauit, an ii rationales, vel irrationales essent, aut nuncuparentur. Dictum quidem est. » Equus, & mulus, quibus non est intel- » lectus. Idque verissime dictum.

Sed intellectus, & ratio, res sunt inter se diuersissimæ. Quod Aristoteles in exotericis, haud satis certus, aliquando innuit, Quando ait intellectu terminos cognosci. Sed id ipsum postea confudit, quomodo ratiocinationes, intellectus appellat, cognominibus variatos. passiui, possibilis, materialis, & reliquis, quibus rem hanc vniuersam penitus confudit. Quam tamen mysticus clare apperuerat. Intellectus partum esse rationalem animum, atque eius rationem sepius replicando. Intellectum brutis sacra pagina negat, rationem negat nusquam. Si id ita sit liceat nobis, de brutorum animis ex nostris fundamentis philosophari. Quando præsertim de his animis, nulla est Theologis cura commissa. Nos igitur, cum philosophis, si qui forte se se opponant amplius condispntabimus. Quid ergo dicitis philosophi. Brutornm animi, sunt ἄλογοι irrationales. Nonne? Ita. Quo modo id probatis? Vobis namque si philosophi sitis, sententiæ nestræ ratio est reddenda. Cur ea res ita se habeat, causa est afferenda. Quam igitur uel rationem sententiæ, vel rei causam affertis? Si respondeatis, ita omnes philosophantium sectas sensisse, ac docuisse. Dicemus nos, id non esse ad scientiam satis. Arbitrium illorum, non rei causam affertis. Arbitrium autem nostrum, Rei uel essentiam, uel uires, uel actiones, non minuit. Aliquid igitur est afferendum, quod nos doceat, animos brutorum reuera, uel inessentia, vel in uiribus, vel in actionibus uacare ratione. Sed antequam in hanc arenam descendamus, æquinoca, in hac disputatione, fugiamus illaque omnia, ex ea fugemus. λόγον Græcis, rem dat duplicem. Orationem uerbis prolatam, & rationem, intrinsecum, ut ait Plato, cum se ipsa animæ dialogum, Dianœæque per terminos, negantes, affirmantes, colligentes, separantes, temporarios discursus.

Ἄλογον, contraria duobus hisce, nobis dare debet. Nimirum quod oratione creat, quodque careat ratione, dialogoque animæ intrinseco.

Latini sicuti λόγον, duobus ualde inter se diuersis nominum significatis exprimunt orationе, & ratione. Ἄλογον, non nisi uno uidentur posse exprimere, irrationale si dicant, rationi tantum, contrarium dicunt, non itidem contrarium orationi. Aliud quoque Græci dicunt ἄλογον, id quod non est κατὰ λόγον secundum rationem factum. Oratio hic nihil habet rei. Ἄλογον igitur triplici apud Græcos est significatu. Quod oratione careat, quod careat ratione, in animæ dialogo. Quodque caret ratione in actione aliqua. Irrationale priori non est contrarium. Contrarium est secundo, ac tertio. Quando igitur Hermes, Animi tertium genus posuit ἄλογον irrationale, hæc tria potuit inferre. Quid ergo ait? Brutorum animos omnes, omnibus hisce carere tribus? An duobus? An uno? Id enim necesse est ut sequatur, si brutorum omnis animus sit ἄλογος, uel uno, trium horum carere tantum, uel carere duobus, uel carere tribus.

Hæc igitur singula perpendamus. Esto primo unum quod & euidentius uidetur esse in brutis animis ἄλογον, quia careant oratione. Vel neque hæc carentia orationis, brutis omnibus inest. Omnia uidentur, sua lingua loqui, preterquam pisces, & reptilia, quæ omnia muta esse existimantur, unde & adagium, pisce taciturnior. Nullam enim hæc de se uocem, emittere uidentur, sine qua oratio, aut locutio formari nequit. Ranæ tamen, & Tritones loqui etiam uidentur. Hi quidem artificio quodam concha adhibita. Illæ uero natura ita crocitant, ut & inter se, & nobiscum etiam loqui uideantur, quando frequentius crocitando, nos pluuias cauere admonent. Non hanc esse locutionem oportet Peripatus, quia uox non fit, in syllabas, & in nomina dearticulata. At neque nos inferebamus, ranas humana lingua loqui, sed sua. Hæc enim eorum deffinitio, sermonis tantum est humani, speciei scilicet unius. Et ne æquiuoco, quod fugere studebamus, implicemur sæpius, generalius dicimus. Locutionem esse animi sensus per uocem expressionem. Si ranæ igitur, animi sui sensum crocitatu illo suo, semper exprimunt, ea erit ranarum locutio. Si quæ reptilia sibilo utuntur (utuntur autem & plurima, uel omnia, specie tamen differenti) & is sibilus illis sit semper uel amoris uel odii, & iræ expressio, tũ inter se, tum contra nos, cur non iuste dicetur, eorum esse sermo? Quadrupedum uero, fere nullũ oino mutum est. Suaque in specie, suos habẽt latratus, hinnitus, boatus, balatus, mugitus, rugitus, similesq; alias uoces, qbus animi sui passiones, ita inter se se exprimũt atq; homines, inter se suo sermone. Ac forte etiam com-

commodiore, & generaliore, quàm inter homines, sermonis vsu. Boum enim una species, variato nunquam boatu suo, per vniuersum se se intelligunt orbem. Equi iisdem omnes suo nitritu, Leones rugitu, Sues grunnitu, ubique terrarum vtuntur suo. Homines, ad loci paruam variationem noua opus habent sermonum disciplina. Ac sæpe talium, vt suauius habent pecudes, quam homines loquantur. Quorum multi, plurimis regionibus, & veteris, & noui orbis, uoces suas vel nulla, vel fere nulla dearticulatione flectant. Flectant autem aues quædam eam ita, vt longe sit humana quauis dearticulatior, variaque suauisque magis. Quam ipsæ non minus toto orbe intelligunt, quam homines quique suam, & dulcius resonant. Cur autem Aues quædam, & homo solus, vel etiam Hiena, voces suas in articulos varios flectere, ac scindere sciant; id in causa esse temur. Quod oris palatum superiorem, quem anatomici, ob cœli similitudinem vranifcum vocant, in fornicis figuram habent concameratum. Qua spacii concauitate, lingua nostra liberior est ad motum, & in omnes partes, flexionem. Quæ res in homine est manifestissima, tum in iis auibus, quę suo natutali garritu vario, atque cantu, inter se colloquuntur, tum in iis, quæ humanā effingunt locutionem. Reliquis, quæ id non possunt, vel ut nostrum non est satis concameratum, uel lingua breuitate, longitudinene; crassitie aut tenuitate, ad eam euolutionem est inepta. Sicuti brutis reliquis, manifesus est pressus nimium, & nulla camera formatum. Hæc de primo alogi significatu. De quo si Hermes voluit dicere, non satis plenè, verum videtur attigisse.

De secundo uero, animæ dialogo, & interno ratiocinio quid dicendum? Nullis animantium animis conuenire. τὸ ἄλογον irrationale. Omnes enim animantes ratiocinio in se uidentur aliquo vti. Quod ex actionibus eorum veteres multi, & comprehenderunt, & comprobarunt. Inter quos, grauis author Plutarchus, & eum secutus, grauior philosophus Porphyrius, innumeris omnis animalium generis, comprobarunt exprimentis. Aereorum, Marinorum, Aquatilium, Terrestrium, quadrupedum atq; serpentium. Quorum fere nulla species est, quæ non sit ostensa, ratiocinio vti, tum ad vtilium cuique rerum adeptionem, & consectationem, tum ad vitationem, & fugam earum, quas nociuas sibi esse senserint. Tum etiam ad virtutum quarundam ostensionem, fortitudinis, temperantiæ, castitatis, atque similium aliarum. Et ingenii mirandas quasdas vires, tum in sentiendo, tum etiam in præsentiendo. Et actiones ostentant pleraque & actus quosdam animi, longe sagaciores, quàm vir ullus quantumuis cordatus, & vafer in opus vnquam dederit. Quæ res quidem omnes ostendunt animos brutorum, non solum dialogos in se ipsos facere, verum etiam, vt Plutarchus ait, syllogismos. Quales, nedum vulgus hominum, sed aliquando philosophi quoque exercitati nectere non habeant in promptu. Exemplis hinc ex vtroq; auctore transcribendis, non immorabimur. Inde, vbi plurima sunt, siquis cupiat, sibi capiat. Nos cum ipsis, & cum antiquiore Pythagora ita concludimus. Animalia, quæ vel προφορικῷ λόγῳ, prolatiua oratione, vel ἐνδιαθέτῳ intrinseca ratione vtantur, ea minime esse, posse irrationalia, ἄλογα. Ea autem esse ea omnia, quæ sensu, & memoria sint prædita. Memoria autem nulla sunt, sunt, qua aliqua, non polleant. Omnia namque, & proficuorum, & nocuorum recordantur. Hoc autem nihil aliud est, quam prioris termini, sensu percepti, cum posteriore, collectio, & coniunctio. Hoc autem ratiocinii est opus, & animi intra se ipsum syllogizantis munus. Sensus autem, qui se se in memoriam fundit, & sua imagine eam figurat, cognitio proculdubio est. Omnem autem cognitionem ab intellectu primario, in res inferas omnes descendere, iam antea est ostensum. Ab eo namque cognitionis, notitionis quidem fit influxus in essentiam, vitamque primas. Qui in intellectu perficitur ita, vt non solum sibi ipse sufficiat, sed in animum a se productum, eam transfundat, non eadem uti docebamus, quæ in ipso erat, excellentia sed gradu inferiore. Omnis autem animus. (excipimus nunc, ob caussas quas diximus humanū) intellectus est proles, uel mundani animi, est portio. Quocumq; id intelligatur, modo, omnis animus est rationalis. Sed homines, id sibi dici dedignantur. Quia uideantur bruta sibi comparari. Ita & principes cum plebe. Diuites cum pauperibus, scientes cum ignaris dedignantur colloqui. Quasi ipsi propriam ammittāt dignitatem illi, sibi surrepta dignitate, ea augeantur. Ita fiet inter homines, & bruta, vt si hæc quoq; rationalia sint, homo de dignitate sua deiiciatur. Sed philosopho nō sunt hæc exhorrenda, si uera sint, sin' falsa, penitus sunt abolenda.

Quæstionem igitur repetamus. Bruta animalia putantur, ἄλογα irrationalia esse. Quod careant oratione. λόγῳ, scilicet προφορικῷ, oratione prolatiua. Quod itidem careant, λόγῳ ἐνδιαθέτῳ ratione interna, & animi dialogo, & syllogismo. Vtrumq; hoc esse fal-

 sum,

ſum innuneris experimentis viri illi demonſtrarunt. Loquuntur enim præter piſces, & quæ diximus reptilia, animalia omnia. Non quidem humana lingua, nec tum forte dearticulata, loquuntur tamen ſua ſpecie quæque, prout ei ſermonis inſtrumenta ſunt tributa a natura cuique. Voce enim, & lingua, eas animi paſſiones exprimunt, quæ intus latent, prout & nos facimus, & Scythæ & Indi, & reliquum omne hominum genus. An vero quia ſermonem illorum non intelligimus nos, non concedentur ea loqui? At hac eadem ratione, quotuquiſque hominum eſt, qui plura duobus, aut tribus, aut etiam quatuor idiomata calleat. Quia reliqua totius orbis innumera, non percipiat, homines illi non dicentur ſermone vti? Vana hæc eſt ratio, niſi forte ita intelligatur, ad ſermonis humani comparationem, bruta non videri loqui, neque quo ad de articolationem, neque, quo ad ſignificationum claritatem, & amplitudinem, quibus tam varias artes, tam varias tractamus ſcientias. Quod illa nequeũt, Eſto. Sed hæc non eſt in eis, aut orationis, aut rationis omnimoda negatio. Sed maiore tantum differunt, & minore. At alia ex parte, quotus quiſque hominum eſt, qui ſine diſciplina, & ea quidem laborioſa, aut aliam, aut maternam linguam, aut ſciẽtiam calleat? aut artem. Quæ omnia ſine diſciplina vlla, bruta animalia, & callent, & operantur. euidenti ſatis ratione. Nam opera, quæ animus bruti peragit, duplicia videntur eſſe. Vel enim agit, circa ſeipſum, & quaſi in ſe ipſo, vel extra ſe ipſum. Circa ſe ipſum dico, eum animum agere, quando ipſe, corpus ſibi ipſi fabricat, & quaſi domicilium ſibi conſtituit, in quo habitet. Quam rem longa ſatis diſputatione, Plato atque Ariſtoteles Myſtici comprobarunt, corpus inquam ſuæ ſpeciei proprium, ſibi quiſque fabricat animus. Vtſi animus, nõ equi corpus, neque Leonis animus Aſini ſibi corpus domicilium conſtruit. Et ſe eo quaſi circumuoluit, illud tamen uiuificat, nutrit, adauget, conſeruat. At quo, Deus bone, artificio? qua arte? inerrante, inerrabili fere, ſtabili certoque, & pro materiæ copia, & qualitate, ſemper ordinato, ſeriatimque contexto. Nam aliter ſane ac cernamus vermes illos ſericeos, eodem ſemper tenore, & paſtum ſuum ſumere, & ei indormire tot dies, deinde filamenta ex ſe producere; exinde nere incipere, veſicis ſe ſe obducere tam denſis, vt perſpiramento aeris excluſo, in eis tandem emoriantur. Et in volucrem verſi inde erumpere: & prolem, in annum maturam fructum, de ſe relinquere. Hæc ipſis oculis percipimus. Alia in ventribus cæcis, atque in archanis vteris, eadem opera, idem opus efficiunt, ſumma ratione omnia confecta. Secundum operis brutorum genus eſt, quando ſcilicet extra ſe, aliquid ſumma itidem ratione operantur. Vt aues plurimæ ſuos nidos ita efformant, vt humana ars nulla, id queat vel imitari, vel aſſequi. Quid fœtuum partus, tutamina, nutrimenta, curas enumeres? ſi poſſis. At hæc quoque admiratu potius, quã obſeruatu quis poſſit conſequi. Quæ omnia ſumma effecta eſſe ratione, nemo ſanus videtur negare poſſe.

Attamen duo ſunt etiam antiquitus ad haſce rationes obiecta. Alterum, quod videtur Axioma. Vno contrario in natura poſito, poni eſt neceſſe, & alterum. Itaque ſi rationale animal detur, homo, dæmon, Angelus, neceſſe eſt etiam irrationale animal in natura reperiri. Alterum, quod, quæcumq; a Pythagoreis, a Plutarcho, a Porphyrio, dicta & adducta ſunt ad demonſtrandum brutis animalibus rationem ineſſe, id totum naturæ, & non animi opus eſſe.

Ad quorum primum reſpondemus. Verum vt plurimum eſſe, duo contraria in rerum vniuerſitatis generibus reperiri. Non tamen in omni. Nam verum eſt, reperiri rationale non tamen uerum eſt inter animalia reperiri irrationale. Alioquin neceſſe eſſet, quoniam animal viuens reperiatur, reperiri etiam animal non viuens. Animal ſentiens, & animal non ſentiens. Animal quod nutriatur, & animal quod non nutriatur. Et animal quod ſeneſcat, & aliud quod non ſeneſcat, & ſimilia alia concedere, eſſet neceſſe abſurdiſſima. Eſt tamen in rerum natura aliquid irrationale. Ea nimirum omnia, quæ a ſua integritate auulſa, & diuulſa, non amplius beneficium quod prius habebant, ſentiunt. Quæ ideo e mortua etiam debent reputari. Sed quando cum ſuo toto viuebant, quia nihil in integra natura caret ratione: ratione nimirũ ſua propria, & uiuebant, & nutriebantur, & ſentiebant, & pro eorum natura etiam intelligebant. Veriſſimum enim illud Stratonis phyſici dogma fuit. Nihil viuere ſine ſenſu. Nihil ſentire, aut cognoſcere ſine intellectu. Omnis namque cognitionis fontem primarium demonſtrauimus iam antea, eſſe intellectum, ſicut vitæ, ipſam vitam, & eſſentiæ ipſam eſſentiam. Et vnitatis, ipſam cuiuſque Idealem vnitatem. A quibus ſuperis principiis, in inferiora omnia, Animos, naturas, qualitates, formas, corpora, deſcendũt, propriæ cuique & vnitates, & eſſentiæ, & vitæ, & mentes, & animæ, & naturæ, & qualitates & formæ. Quibus ornantur corpora, & pulcherrimum efficitur, hoc vniuerſum. Quæ

autem

autem illinc descendunt, ratione, ratione carere possunt dici? Sed secundum illud hoc loci obiecient. Ea quæ in brutis a ratione atque animo uideantur proficisci, non animi esse opera, sed naturæ. Hæc ratio ex Peripato frequentissima uenit. Sed qua ratione ueniat non satis notum. Naturam enim, quid sit ignorant. Natura inquiunt, est principium motus, & quietis, in eo in quo est. Principium hoc duplex. Materia, & forma. Quid ergo Materia ne in causa est, cur vulpis, in transitu fluminis, gelu obducti, Syllogizet an tota eius aqua sit concreta, an uero non; & Syllogismo facto, vt Plutarchus ait, uel transit uel regreditur. Pecus autem cur non eundem faciat Syllogismum, aut Animus, materia est in causa. At his omnibus proxima materia est caro, humores. Media, ipsa elementa, primissima materia eorundem ea erit, quam primam vocant, & omnibus subiectam faciunt. Sed materia non videtur tam exactam differentiam in hæc animalia posse facere. Ergo eam faciet altera natura, forma ipsa. At animalium forma, quid nam aliud, quam animus ipsorum est? Vulpinus animus, vulpis est forma. Equinus equi, Leoninus leonis, ex communi uidelicet philosophantium schola. Secus est apud nos, sicuti postea patescet. Vel ergo animus brutorum dicatur illa edere opera, quæ uiri illi recensuerunt, siue natura ipsorum efficere soleat, Asine ratione fieri, nullo modo poterunt dici. Nam & natura, recta admodum ratione opera sua cuncta peragere uidetur. Vnde illa tot Aristotelica fere axiomata. Deus, & natura nihil frustra faciunt, hoc est nihil sine recta ratione. Natura semper ad aliquem finem agit. Eorum quæ a natura fiunt, nihil est inordinatum. Natura semper intendit, & facit optimum. Natura nihil facit casu. Natura semper melius desiderat. Natura nihil agit temere. Et his similia non pauca. Quæ cum ita sint reuera, & ea omnes fateantur, quid nam horum, sine ratione, aut irrationale poterit dici? Si horum, nihil est irrationale, cur uenit in mentem Philopono, atque Simplicio, & aliis Aristotelis interpretibus, & concedere, & asserere Naturam esse, πρᾶγμα ἄλογον; rem irrationalem? Sed miror magis Proclum, qui quamuis de magnis esset Platonicis, qui omnia ratione ab opifice facta esse contendunt; in eandem uenisse sententiã, ut Naturam fateatur esse ἄλογον, irrationalem. Sed quæstio hæc, non ante finiri potest, quam cognitum sit, & demonstratum, Quid ipsa sit natura. Quam nos ab animis uenire, vsque inde ab initio, posuimus. Et eius tractationis foret legitimus locus, iste, post animas proxime, si satis sine correlatiuis suis intelligi posset. Diximus equidem superius, inter entia, alia esse incorpora penitus, alia penitus corpora, media uero inter hæc esse duo, incorpora corporea. Et in hoc genere esse animum. Alterum esse corporeum incorporeum. In quo Naturam reponimus, & qualitates, & formas. At sicuti non cognito corpore non satis animorum adhuc explicata ratio, quia dictum sit, eos corpora, & attingere, & ingredi, & uiuificare. Multo minus naturæ atque aliorum, quæ corpus necessario habitant, & sine eo esse nequeunt, Nõ satis eorum & essentiæ, & vires, & actiones poterunt cognosci, nisi prius explicata corporis totius, & essentia, & proprietate. Neque id fieri videtur recte posse, nisi corporum principia cognoscantur ante. Non ergo rerum ipsarum, ordinem nobis peruertit, Sed docendi ratio cogit, vt a porposito ab initio ordine, paululum discedamus, ita tamen ut ab eo, quamuis alia agere uideamur, minime discedamus.

ANNOTATIO R. P. IACOBI DE LVGO.

Non admittunt Theologi vt ea quæ sunt ab intellectu animum habentia, non possint esse irrationalia, nec vult ratio adducta a philosophantibus, dicentibus, intelligentiam habere esse æternum, cum sit rationalis, non tamen est necesse, ut producat talem effectum, qualis ipsa est: Quoniam differentia est inter agens naturale, & agens per intellectum in hoc, quod agens naturale agit talem effectum qualem potest, agens uerò per intellectum, sicut decet, & vult, & quando. Non enim Medicus dat medicinam infirmo, quantum potest, nec semper, sed quantum vult, & quantum expedit; cum igitur intelligentia, animus, vel mens sit agens per intellectum non est necesse, ut agat effectum, quale est esse suum sed vt apprehendit esse decens, & expediens.

Verum

Verum est postea, quod in sacris litteris non reperitur hæc uox, Animæ brutorum sunt irrationales, & vtantur hoc uocabulo, reperitur tamen aliquod verbum equipolens irrationali videns Iudæ Apostolici docentis, Quæcumque naturaliter, tanquam multa animalia norunt, corrumpuntur. Declarant sacri scriptores, vt per hæc uerba significetur eorum cognitionem expertem esse ratione, & cognitione. Naturalis dicitur prout diuiditur contra rationem.

Theologi volunt quod ubi est intellectus, ibi sit, & ratio, & econtra, & negatiua quomodo glos. si Dauid dicit in equo, & mulo, non esse intellectum, concedetur ibi esse rationem? exponunt Latini. Nolite fieri sicut equus, & mulus, sequentes appetitum sensitiuum, & uiuentes uita brutalium in quibus, non est intellectus per quem possunt rafrenare appetitum sensitiuum, Expositores vero hebraicam literam sequentes, qua ait, non esse equus, & mulus, non intelligentes in loro, & freno os suum ad claudendum, quoniam equus, & mulus si intelligerent causam huius, clarissimis gauderent. Equitari enim ab homine multum nobilitatis aquirunt ergo non sunt rationalia, bruta ipsa.

Non negant sacri libri animalia bruta habere aliquam intelligentiam, vt est scriptum in libro Iob. cap. 38. Quis gallo intelligentiam dedit? Vbi uolunt sacri scriptores, vt intelligentia sumatur pro quadam extimatione secundum quam gallus animal notus, & domesticus, ad modum intelligentis queretur, quoniam ipsa eius naturalis estimatio ab intellectu diuino datur; si hoc autem, uidetur gallus quandam similitudinem intelligentiæ habere, quod determinatis horis in cantu prorumpit ac si cognosceret proportiones corporum cœlestium.

F I N I S.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII
PANCOSMIAS





FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER PRIMVS.



DE SPACIO PHYSICO.



QVid autem illud fuit, quod summus opifex primum omnium extra se produxit? Quid aut debuit, aut expedijt prius produci, quàm id quo omnia alia, vt essent eguerunt, & sine quo esse non poterunt, ipsum autem sine aliis esse poterat, & aliorum nullo eguit vt esset. Id enim ante alia omnia necesse est esse, quo posito, alia poni possunt omnia: quo ablato, alia omnia tollantur. Nam sine quo aliorum nihil est, & id sine aliis possit esse, necessarin primum est, inquit Aristoteles quoq; Id autē ipsum spacium est. Omnia namque & corporea, & incorporea, si alicubi non sint nullibi sunt, si nullibi sunt, neque etiam sunt. Si non sunt, nihil sunt. Si nihil sunt, neq; animę neque naturæ, neque qualitates, neque formæ, neque corpora erunt. At hosce esse rerum gradus extra profundum, iam antea est dictū. Si hæc nonsint, iam nulla rerum extra profun dum erit vniuersitas. At id contra sensum, contra omnem est rationem. Ergo hi rerum gradus sunt; Si sunt, nullibi nō sunt. Sunt ergo alicubi sunt ergo in loco, sunt ergo in spacio, aut longo, aut lato, aut profundo, aut in duobus horum; aut in tribus. Spacium ergo ante hæc omnia est. Et eo illa vt sint indigent, ipsum vero, vt sit, illorum indiget nullo. Amici quidam nostri è Peripato, cum duos a nobis libellos editos de spacio legissent, suaniter nos subsannarunt. Quoniam nihil tale scripsisset eorum princeps. Ridiculi sane, ac bardi homines, & scriptorum sui principis ignari. Quid enim illi, aliud est locus, quam spacium, longum, latumque? tametsi in loco profundum, qui proprie magis locus est, ipse ridicule ommiserit? Quid aliud illi est magnitudo, super qua ei sit motus omnis, sursum, deorsum, in latus, in circuitum? An non credunt, a terra ad cœlum esse spacium? Sed hos ommittamus. Qui quoniam Aristoteles de nouo orbe nihil dixerit, orbem nouum esse, minime sibi persuaderi sinunt. Alijs quàm talibus ingeniis philosophemur, sensuumque testimoniis, rationumque probationibus vtamur. Nulla magna nomina exhorreamus. Res ipsas, verumque in rebus, verique causas vestigemus. Veritatem, veritatis gratia inquiramus. Ad rem igitur regrediamur, De corporibus quidem, nihil videtur, cuiquam posse esse dubium, ea esse in loco, hoc est in spacio. Quoniam corpora circumquaque intus & extra, spacio & circundantur, & occupantur. Formæ vero toto corpore extensæ, eamdem trinam occupant dimensionem. Qualitates, calor, frigus, humidum, siccum, molle, durum, reliquas, quis non videt, & extra, & circa, & intra corpora esse protensas? Si vero, natura, de qua postea, per corpora, & ipsa protensa esse reperiatur, & eorum externa attingere, & interna habitare, ipsa quoque in spacio esse erit dicenda. Vita itidem & ea anima, quæ sensitiua dicitur, si per instrumenta corporis sit distributa, per spacia erit distributa. Sin vero ratio, & mens animæ corpus informet, (quod uidetur Aristoteles voluisse, & quod nobis hactenus maxime est dubium) sicuti formæ aliæ per corpora erunt extensæ. Sin vero anima sit in corpore, non ut forma, sed ut formatrix, quia corpus in spacio est, ipsa quoque erit in spacio. Sin uero corpus sit in anima, hæc si diuisibilis sit, in spacio erit diuisibili. Si indiuisibilis sit, in spacio erit indiuisibili. Sed si diuinitas uniuersa indiuisibilis sit, ut est, in spacio erit indiuisibili, & a diui-

sibili spacio circumque erit obuoluta. Si nullibi item sit, sine spacio non cogitatur, si sit alicubi, vel in cœli culmine, vel supra cœlum, in spacio certe erit. Si vero sit vbique, in spacio, non esse nequit. Sunt ergo entia cuncta, & ea quæ supra entia sunt, in spacio. Et in spacio, non esse nequeunt. Igitur antequam entia extra profundum prodirent, spacio eguerunt, quo ipsum est circumuolutum, vt extra ipsum prodirent, & consisterent, si entia esse aut debuerunt, aut potuerunt. Itaque spacium, a primo vno, ante entia alia omnia est profusum, & veluti spiritu oris eius efflatum atque diflatum in finitum, atque infinitum. Non ergo amplius quærendum an spacium in rerum sit vniuersitate. Sed indagandum, an spacium sit aliquid.

Communis quædam omnium hominũ notio, spacium, & esse, & aliquid esse videtur voluisse, cum nomina hæc, vel talia formaret, Dimensio, Distantia, Interuallum, Intercapedo, Spacium, Diastasis, Diastema. Consensus hic Latinorum Græcorumque a sensu videtur ortum habuisse. Quis enim non cernit, cœlum a terra, in mundo distare? Orientem ab Occidente? pedes a capite in se ipso? in capite oculum ab oculo? ab ore nares? Si quis has distantias, seu interualla, siue spacia non discernat, hæc legere, aut intelligere, non laboret. Cernentibus enim, & mente præditis nostra scribimus. Cessauit ergo, primo statim speculationis huiusce ingressu, quæstio illa. An spacium sit. Sed forsan non cessat alia illa: An spacium sit aliquid? Forte enim spacium quidem fuerit, sed nihil fuerit. Hanc rem, ita discutiamus. Ens, & non ens, idem ne sunt, vel non idem? Si idem, ergo aliquid & est, & non est. Hoc autem impossibile esse, consensus Philosophorum omnium declarauit, Sicut & hoc aliud. Si est aliquid, ens est. Si verò non est, iam nihil est. Hoc enim è numero entium excluditur, sicut illud inter entia connumeratur. Non ergo spacium, & erit aliquid, & in entium numero: & simul non erit aliquid, & è numero entium reiectũ. Ergo spacium, & distantia, quæ in homine à ad pedes est, de numero entium est, & est aliquid. Et ita de cęteris interuallis quibuscunq;.

At hoc ens, hoc aliquid, quale nam est? Amplius namque de eo licet ambigere. Ita consideremus. Consensus veterum communis, tria spacia esse docuit. Longitudinem, siue lineam. Latitudinem, seu superficiem. Profunditatem, quam cum illis duabus vocauerunt corpus. Ita, vt Mathematici, qui se se nusquam errare profitentur, docuerint, longitudinem sine latitudine, primum spacium, seu mauis interuallum esse. Latitudinem secundum; profunditatem tertium. Ita tamen vt latitudo, considerari nequeat nisi præcedente, & coniuncta longitudine, neque profunditas per se cõsistere queat, nisi duæ illæ antecedant, & sibi coniungantur. Et sicut illa prima, lineam per se sola efficit, sic duæ coniunctæ superficiem conficiunt; atque ita tres simul iunctæ corpus formant, quod vocant mathematicum. Physicorum verò probatissimi, dixerunt, corpus naturale esse, quod constat, ex longitudine, latitudine, profunditate, & antitypia, quod est resistentia. Itidem, Corpus est, quod habet tres diastases (hoc est distantias) cum antitypia. Item aliter. Corpus est, quod trium interuallorum distinguitur dimensione, cum antytipia. Denique. Corpus est ex congerie, magnitudinis, & figuræ, & resistentiæ. Magnitudo autem, & figura, non sine aliqua, uel una, uel duabus, vel etiam tribus distantiis iam dictis constare potest. Itaque tria spacij genera sunt, vel tres species, siue illæ mathematicæ, siue physicæ sint per se solæ consideratæ, Longitudo, siue linea. Latitudo, siue superficies, & profunditas, siue corpus. Quas ita exposuerunt in corpore physico, vt longitudo aliquando acciperetur, maximum, quod in corpore aliquo spacium appareret; aliquando autem id, quod esset, superne deorsum. Latitudo autem esset medium in corpore spacium, siue quod esset a dextris, ad sinistram. Profunditas verò, vel minimum. quod in corpore esse spacium, vel quod est ab ante, retro. In corporibus ergo singulis, qualiacumque illa sint, vel mathematica, vel naturalia, spacia tria reperiuntur, quæ & mente, & sensu percipiuntur. Quis enim non cernat in corpore quouis obuio, distantiam, quæ est superne deorsum? Et eam, quæ est à dextris ad sinistra, & eam similiter, quæ est ab anteriore eius parte, ad posteriorem? Hæc, respectu nostri aliquando mutantur, vt supera fiant infera, dextera fiant sinistra; anteriora fiant itidem posteriora. In qua tamen mutatione, nihil harum perit distantiarum. Namque, longitudo, & latitudo, & profunditas perdurant, vsque ad corporis illius corruptionem. Tres hasce ab omnibus cõfessas dimensiones, corpori naturali cuique inesse, & cuiq; proprias, nemo amplius dubitauerit. Verum addimus nos, eas inesse rebus corporeis omnibus; hoc est iis quæ p corpora protenduntur, vel tota, vel per eorum partes, vnam, vel plures. Corporeas autem res eas appello, quas vocant qualitates, calorem, frigus, albedinem, nigredinem, & reli-

nigredinē,&reliquas. Vel.n.tota corpora int^a, & extra occupant, vel partes eorū. Hoc est, vel superficies operiunt, vel etiam penetrant profunda; atque ita per tres illas dimensiones, ac spacia, ipsæ quoque protenduntur. Itaque concludemus, dimensiones has, atque distantias, & per eas, spacium simpliciter, in corporeis rebus, hoc est, per corpora protensis, reperiri sicuti in corporibus ipsis. Sed in hoc differunt hæ ab illis, quod illæ sint corporum propriæ, hæ verò, qualitatibus sunt alienæ. Qualitates namque non sunt quantæ, aut magnæ, aut longæ, aut latæ, aut profundæ per se, & sui natura, sed sunt tales ex accidenti, quia nimirum per corpora quæ, & quanta sunt, & magnitudinem habent, & trinè sunt dimensa protenduntur. Est ergo in iis, spacium, sed alienum. Est itidem in corporibus omnibus, sed proprium.

Sed spacium esse, & esse aliquid, & trinum esse; & in corporeis, corporibusque omnibus reperiri, proprium, & alienum, satis est superiore sermone demonstratum. Verùm non in hoc forsitan quæstio hæc versatur, an corpora in se spacium habeant. Sed in eo potius, An vllum sit aliud spacium, quàm quod singulis inest corporibus. Quod scilicet nulli corpori sit proprium? Quam quæstionem in hunc modum discutiamus. Tria illa spacia longitudo, latitudo, atque profunditas, loco etiam tributa sunt, sic enim de eo, apud veteres scriptum
„ est alicubi. Diastemata quidem habet tria,
„ longitudinem, latitudinem, & profundi-
„ tatem, quibus terminatur corpus omne.
„ Impossibile autem est, locum esse corpus.

Quibus verbis, loco, tria spacia illa, tributa sunt, quæ omnia corpora terminant, & locum esse corpus, dicitur esse impossibile. Locus ergo tria spacia habet, quæ habet omne corpus, & tamen locus non est corpus. At si locus non est corpus, quid ergo est? Linea quidem nequaquam est, hæc enim vnum spacium solum habet, & non tria. Quid ergo est? Nempe incorporeum quiddam, corporis dimensiones omnes habens, neque tamen corpus existens. Verùm Aristoteles, qui loco tria spacia dederat, quasi oblitus sui, quod confessus prius fuerat, negauit postea. Negat enim cum ait.
„ Necesse est locum esse, terminum conti-
„ nentis corporis, quo contingit contentum.
Quo sermone superficiem ambientis corporis designat locum esse. Assertionem hanc illi contrariam, vel illam contrariam isti, uti contrarias nihili pendamus, sed veritatem rei exactissimè perpendamus. Duæ sunt sententiæ, Altera, quæ asseuerat, Locus tria habet interualla. Altera, quæ ait, Locus duo habet interualla. Vtra harum verior? Certum iam factum corpus, quod locatur, tres habere distantias. Locum verò sententia priore tres itidem habere, posteriore, duas. Primò sanè intuitu, cuique hominum, verisimilius videri potest, vt tres locati corporis dimensiones, in tribus loci talibus distantiis, locum habeant. Si quis contra sentiat, rationem validam, veramque afferat oportet, qua ostendat, quo pacto, tria interualla, locentur in duobus? Deinde, quoniam assertor ille idem, inter loci conditiones posuit, locum, nec maiorem, nec minorem locato corpore esse; vt demonstret est necesse, quo nam pacto, superficies tantum, è duobus constans interuallis, corpori è tribus constanti, æqualis esse queat? Et quomodo locus; si superficies est, corpus ita locet, vt locus aliquis sit, qui corpus non locet? Non enim à superficie, profunditas locati corporis locatur. Et quo item modo corpus aliquod sit, quod maximè profunditate constat, & non sit in loco sua profunditate? Inter loci itidem conditiones hæc alia est posita, vt locus contineat locatum. Totum ne interrogo continere debet? an partem, vel partes aliquas extra relinquere? Si pars aliqua extra relinquatur, iam locus, non continet locatum, vt asserebatur. Totum ergo necesse est, ut locus, contineat locatum; Et si totum continere debet, profunditatem etiam locati, necessario continebit. At quo modo superficies, quæ locus esse dicitur, cum duas tantum habet dimensiones, longitudinem, & latitudinem, locabit longitudinem, & latitudinem, & tertiam præterea locati corporis profunditatem? Si non continet, & hæc, neque hæc locata est, neque locus continet locatum; neque locus æqualis est locato, nec locatum æquale loco est. Si verò continet, quo pacto locatum corpus seposita profunditate, ex corpore superficies euasit? Ad hæc, si in loco est id corpus, quod aliud corpus extra se habet; quod locatum ambiat, quærimus, an ambiens corpus inde moueatur, secum auferat suam superficiem, quæ locus dicitur, an verò ibi relinquat? Si relinquit, iam corpus datur sine superficie, quod cachinis subsanandum est. Sin verò secum auferat, quo modo seruabitur, alia conditio illa, qua ab eodem assertore dicitur. Vult enim immobilis esse locus? Præterea quo modo immobilis erit locus, si corpus locatum ex eo discedat? Neque enim locus ipsum sequetur si immobilis sit, & immobilis cum sit, locus amplius non est, cum nullum amplius contineat locatum. Vel ergo vacuum ibi fiet, quod ab eo non est concessum. Vel superficies confundetur; & in vnā molem cum suo corpore coibit, atque ita immobilis non erit. His ergo omnibus rationibus falsum esse apparet, Locum, duobus tan-

tum constare interuallis; Et verum esse, constare ipsum, interuallis tribus, quibus tria corporis locati interualla capiantur. Ita vt longitudo loci, longitudini locati, & latitudo, latitudini, & profunditas profunditati, & correspondeant, & omnino fiut inter se æquales. Locus ergo integer erit, non superficies ambientis sola, sed profunditas etiam, intra superficiem existens, simul cum illis. Sed quid nam? Ambiens, corpus est; quod locatur, corpus itidem est, corpora ne duo, profunditatibus suis, se se penetrabunt? & corporum penetratio concedetur? Id verò impossibile est. Locatum corpus, profunditatem suam, locum ingrediens, & inde egrediens, secum semper gerit. Locans verò corpus profunditate sua, locati profunditatem, & recepit prius, & dimisit postea, vt secum auferret. At quo nam locantis profunditas abierat, dum locati profunditas reciperetur? Id ne imaginari quidem licet. Ergo necesse est, vt locans corpus, dum locatum recipit, ipsum totum inde discedat, & spacium quod ibi immobile est, relinquat se ipso vacuum, vt ingrediente corpore impleatur. Et hoc itidem recedente toto, spacium illud ipsum, quod ibi est immobile, aliud ingrediens recipiat corpus. Atque ita spacium illud, idem semper, & immobile semper, longum, latum, & profundum stare necesse est, vt egredientia omnia dimittat, & ingredientia omnia recipiat corpora. Vel corporum penetratio dabitur. At hoc impossibile est. Illud ergo est necessarium. Hac ergo mutatione, & spacij semper eiusdem mansione, liquido constat, locum aliud esse à corporibus locatis. Manet enim ille, hæc verò alia, atque alia, & ingrediuntur, & regrediuntur, nihil illo dimoto. Vnde communes hæ loci notiones, ab omnibus philosophantibus confessæ, & concessæ; Quòd locus aliud sit à locato; & quod locus maneat immobilis; locata verò corpora ex vno loco, in aliud moueantur. Cum autem dicitur locum esse aliud à locato, ita est accipiendum, vt locatum omne, corpus sit: Locus autem sit non corpus, ne scilicet duo corpora se se inuicem penetrent. Ergo locus, quia corpus non est, necessario erit spacium trina dimensione præditum, longitudine, latitudine, atque profunditate, quibus corporis locati longitudinem, latitudinem & profunditatem in se recipiat, & capiat. Et spacium tale trinum, verus est locus, aliud à locato, immobile per se, & locato corpori quaqua uersum æquale. Locus ergo proprium spacium habet, diuersum à spacio corporis proprio. Imò spacium ipsum trinum, verè est locus; & locus verè est spacium trinum. neque spacium loco accidit, sicuti corpori accidit. Proprium enim corpori naturali, qua corpus naturale est antitypia illa est, & quam vocant auteresim. Hoc est resistentia, & renitentia. Quæ renitentia, trinon illo spacio opus habuit, vt subsisteret. Qua ratione tres distantiæ, sunt fere corpori, tam alienæ, quàm fuerant corporeis. Loco verò ita propriæ sunt, vt ei non accidant, aut ei aliunde accedant, sed ipse locus, non sit aliud, quàm distantiæ illæ. Et spacium, verus sit locus. Et locus, verum sit spacium. Ita verè dictum fuerit. Loci potentiam admirabilem quandam esse, & omnium primam. Locus enim natura, ante corpus ita „ est, sicut corpus est, ante corporea. Nam „ sine quo aliorum nihil est, & id sine aliis „ possit esse, necessario, primum est.

Verum locus, non ne relatione dicitur ad locatum? sicuti relatione ad filium pater dicitur? Id ita esse consensu omnium est firmatum. Verum sicuti pater, si relatio cesset ad filium, est etiam vel animal aliquod, vel homo, ita locus, sine locati relatione, potest aliquid per se esse. Id autem veteres vacuum vocauere; hac scilicet altera ratione, vt spacium idem, si corpus contineret, locus appellaretur. Si verò nullum contineret corpus, vacuum nominaretur. Re autem vera eadem res essent, vacuum, spacium, plenum, & locus. Qua plenum corpore est, esse locum. qua vero sine corpore est, esse vacuum. Atque ideo vacuo huic necesse est, communes esse tres illas dimensiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatē, sicuti & loco. Et vacuum ipsum, non aliud esse, quàm trine dimēsum spacium. Quid ergo, spacium ne in rerum natura reperietur, quod vacuum sit re vera, & nullo corpore plenum? Hac sanè de re, variæ veterum sententiæ fuere. Alij namque eorum, neque in mundo, neque extra mundum, vacuum esse spacium vllum asseruerunt. Alij non esse in mundo, extra mundum esse. Alij verò extra mundum non esse, in mundo esse posse. Nos autem circa hæc ita philosophemur. Vacuum corpore spacium, si alicubi sit, vel in mundo necesse est esse, vel extra mundum. An extra mundum sit, postea considerandum. Nunc verò, an sit vllum in mundo spacium, quod corpore sit vacuum, videamus. Plerique sanè veterum, in hanc sententiam descenderunt, vt nullum esse in mundo vacuum affirmarent. Idque reperiri prorsus negarent. Alij sola contenti negatione. alii verò, rationibus etiam annixi sunt probare. Sed ijs vt videtur non demonstrantibus quicquam, quod sensus ipse refellere non valeret. Rem igitur hanc in hunc modum perquiramus.

Vacuum esse in mundo, tripliciter quæri potest.

teſt. Primò, an in mundoingens aliquod ſit
ſpacium, quod mundi ipſins magnam occu-
pet partem, in eum ſcilicet modum, quo vul-
gus totam aeris regionem vacuam eſſe exiſti-
mare ſolet, quia dum aeris nullam ſentiunt, vt
aliorum corporum, reſiſtentiam, nullum ibi
eſſe corpus ſibi perſuadent. Secundò, an in mũ
do, parunm aliquod ſpacium vacuũ dari poſ-
ſit. Tertiò an minima quædam inter corpora
velnti ſpaciola, vacna concedantur. Sanè prio
re illo modo, nullum inane in mundo eſſe, ne-
gātibus aſſenſum damus. Duo verò reliqua, &
parua, & minima, in mnndo inania poſſe eſſe,
ſpacia, non ſolum non negamus, verum etiam
maximè contendimus. De tertio prius ita aga-
mus. Sicuti inter arenæ particulas, aer minu-
tim eſt interſperſus, ita cogitandum eſt inter
aeris particulas, ſpacii inanis portiunculas eſ-
ſe interſperſas. Id ipſum eſſe inter aquæ etiam
particulas, & reliquorum omnium ſolidiorũ
corporum. Quæ res etiamſi ſenſu non cerna-
tur, ratione tamen à ſenſu orta, ita eſſe proba-
ri videtur poſſe. Senſu enim cõprehendimus,
aquam, & rareſcere, & denſari; Idem facere,
quamuis non tam perſpicue aerem. Aqua ſi dẽ
ſetur, in vacua ſpacia ſibi interſperſa neceſſe
eſt, vt reſideat, vel corporum penetratio con-
cedenda erit; res tantopere à veteribns oppu-



gnata. Etenim ſi aquæ pars A.
quæ corpus eſt, denſetur in par-
tem aquæ aliam B. quæ itidem
corpus eſt, iam corpus penetra-




uit corpus. Et trina dimenſio corporis
A. in trinam dimenſionem corporis B.
eſt ingreſſa. Quod ſi negetur, interroga
bimus quo nã abiit dimidia pars aquæ?
videmus enimmolem, quæ dupla erat in ſim-
plam eſſe redactam, & dimidia parte minorẽ
eſſe eam, quæ eſt denſata, quam fuerat, ante-
quam denſaretur. Quo facto; neceſſe eſt fateri
dimidiam illã, vel corruptam eſſe, vel in alterã
dimidiam penetraſſe, vel ſpacia multa exi-
gua vacua, aquæ interſperſa. At corruptam nõ
eſſe, oſtendit, quando eadem dimidia in gla-
ciem denſata, calore, vel ſolia, vel ignis reſo-
luta, in eandem qua prius erat, dnplam molẽ
redit. Penetratio autem dimidiæ in dimidiam
non cõceditnr. Neceſſariò ergo tertium relin-
quitur, vt in ſpaciola vacua ſibi interſperſa ſe
ſe receperit, atque ita ſit denſiot effecta. Aer
itidem quando in eo, locum muto, corpori
meo cedit. Ea ceſſione, vel corrumpitur, vel
in proximas alias ſui particulas ſe ſe recipit. Et
ita vel altera, alteram penetrat, vel in ſpacia
vacua ſibi interſperſa concedit. At corruptam
eſſe, nulla præcedente alteratione, non eſt di-
cendum; Neque concedendum aeris partem,
in aeris partem penetraſſe. Ergo in vacua ſpa-
cia proximi ſibi aeris ſe ſe contuliſſe, eſt neceſ
ſariò confitendum. Atque in hunc ſenſum, ve
terum ſapientiſſimi quidam, & rerum naturæ
gnari, aſſeruerunt denſum, & rarum in rebus
ratione vacui fieri: & motum corporum, per
inane fieri: cedente ſcilicet obuio, & in proxi-
mi inania ſpaciola ſe ſe recipiente. Cui ſenten
tiæ fucum fecit Ariſtoteles, qui ne ſe ſapien-
tior videretur alter, vetuſtiores omnes fatuos,
atq; inſanos etiam vocauit: quaſi illi affirmaſ-
ſent, in mundo magnam vacui molem reperi
ri, per quam corpora mouerentur. magniſque
cauillationum aggeribus hanc ſententiam,
quæ à nemine, vel lata, vel prolata fuerat, anni
xus eſt peſſum dare. Quos cauillos ſi quis ad
rectam rationem à nobis modo expoſitam re
nocet, & fucum ſophiſmatũ facile cognoſcet,
& vanitatem hominis agnoſcet. Sed ad rem
reuertamnr. Qua ratione oſtendimus aquam,
& aerem denſari; eadem oſtendi poteſt alio-
rum corporum condenſatio. Quæ tunc den-
ſantur, cum partes ipſorum in poros, qui ina-
nia ſunt ſpaciola, ſe ſe recipiunt. Rurſus verò
rareſcunt, cũ ex vacui receſſibua illis, in prio-
ra itidem loca, quæ receſſerant partes, redeũt.
Cnmq́ue, & liquida corpora, & ſolida, quæ
omnia poroſa ſunt, inania illa ſpaciola ſibi in-
terſperſa habeant, cur non poterimus affirma
re, tantundem in mundo vacuum eſſe, quan-
tùm ſit plenum? Non eſt enim à ratione alie-
num, naturam ex æquo vtrumque prouidiſſe,
quando vtrumque ex æquo, rebus ſuis, vſui
eſſe poſſet; dum ex denſis rara efficit, & rara,
quæ ſunt, ad denſitatem redigit; quibus mo-
dis duobus, generationes omnes ſuas peragit.
Omnia autem recta cum ratione, naturam age
re, omnibus philoſophantibus eſt iam conceſ
ſum. Atque hæc de minimis vacuis à natura
rebus interſeminatis dicta ſunto. Ad alterum
illud tranſeamus, ad maiora ſcilicet vacua.

Fieri namq́ue, ui aliqua, atque arte adhibita,
ſpacia vacua maiora, interdum ſenſus ipſe de
clarat. Exemplis hoc declaremus. Sphæram
lamineam conficiamus, ſtamno fuſo, vndiq;
optimè occluſam, in eamq́ue foramine vno
ſiphonem lamineum immittamus ad mediũ
vſque. Eam proculdubio aere plenam eſſe eſt
dicendum. Tunc ore Siphoni admoto, inter-
num aerem attrahamus, proculdubio multũ
extrahemus. atque ita neceſſariò vacui multũ
relinquetur. Præterea, Clepſydra illa horten-
ſis, qua vacuum non dari, multi conati ſunt a-
ſtruere, contrarium oſtendit, inane ſcilicet in
ea poſſe fieri. Nam ſi ipſa in fundo paruula ha
beat foramina, digitoque oſculum ſuperius
comprimatur, aqua non effunderur quidem
per fundi illa foraminula. Atque ita videtur
vacuum non admittere. At ſi foramen vnum,
vel

vel plura in fundo fiant magna, aqua per ea sine dubio effluet; & antequam tota effluat in parte eius vacuum intus remanebit. Hanc autem rem experientia ostendit. Quinimò, per paruula illa foramina, si Clepsydra impleatur arena, hæc illico, vti aqua grauior decidet. Idē, & mel, & oleum faciet. Si itidem vas aliquod aqua repleamus, vel oleo, vel vino, ad amussimque occludatur, deinde Ioui frigidissimo in hyeme exponatur, liquor ille in glaciem concrescet. & vasis partem vacuam efficiet. Hæc omnia per se quisque experiri potest. Contrariis ergo pluribus his experiētiis, quod priore illa negabatur, vacuum spacium dari posse confirmatur. Quod hac alia quoque patebit. Si vtris aqua plenus, pressus aquam effundat, compressus remanebit. Tunc os eius per quod aqua est effusa, quàm arctissime obligetur. Hoc facto, venter vtris, manibus extendatur, sequetur ille manus, atque ita internum spacium amplum fiet, in quod, cum nec aer, nec aqua, nec aliud corpus, per os obligatum, ingressum est, cui dubium posthac erit, totum illud spacium omni corpore esse inane. Et natura ergo, & arte adhibita, esse, & posse esse in mundo vacua, & inania spacia, sensus ipse, & experientia, & ratio ex hisce ducta clarissimè demonstrauit.

Extra autem mundum vniuersum, inane spacium esse, nihil obstant Aristotelis aut authoritas, aut rationes. Quibus extra cœlum, locum, vacuum, corpus, motum, tempus nullum esse contendit. Neque enim negauit, spacium inane ibi esse. Sed negauit, tale vacuum esse, quod corpus caperet, & locus fieret. Et si maxime negasset, spacium ibi esse, neque tamen rationibus id demonstrasset; nihil nobis obstasset, quin spacium ibi esse, rationibus ostendere possemus. Probemus itaque, non quidem sensu, qui illuc non pertingit, neque vllius authoritate, quam tamen aliorum veretum, Aristotelicæ contraponere haberemus. Sed rationibus ferè sensatis, extra mundum spacium esse, illud inane demonstremus.

Dicimus ergo inter stellas fixas, duodecim esse signorum Zodiaci figuras, cum aliis non paucis. Signum vnum integrum sumamus. Esto Arietis. Hoc Astrologi, rerum cœlestium gnari, longum esse ponunt gradus xxx. latum xij. sicuti Zodiaci signa reliqua. Longitudo hæc Arietis, est in intima cœli superficie: est, & in cœli corpore profundo, atque interna mole: Cur non sit etiam hisce continuata, & correspondens in cœli eiusdem extima superficie, & suprema? Vel enim ibi superficiem cœlum habet, vel non habet? Si dicatur non habere, ridiculum fiet, vt vel cœlum non sit corpus, vel sit corpus, sine superficie. Quæ si falsa sunt, necesse est, vt cœlum extimam quoque superficiem habeat, & necesse est eam longam, & latam esse, vel xxx. illos, & xij. gradus, vel maiores, vel minores alios. Si ergo signi in ea superficie longitudo est, & latitudo, necesse



est alterumtantum, spacij illius inanis ei contiguum esse, xxx. scilicet gradus longū, xij. latum. Et quanto a cœli superficie extimæ lineæ Arietem includentes, magis protrahantur, semper maius, ac maius spacium compræhendent. Hac in re Ariete extimo demonstrata nemo dubitet, quin in reliquis signis xj. idem fieri possit. Xij. ergo Zodiaci signa, in suprema cœli superficie, tātumdem spacii inanis, contiguum sibi singula habebunt, quantum ipsa sunt. Longum nempe tota longitudine gradus ccclx. latum verò xij. Si vero a principio, & fine cuiusque signi lineæ per superficiem cœli eandem, vsque ad vtrumque polum protrahantur, instar peponis cuiusdam. eam in xii. partes æquales dispescēt. Quarum partium singulæ, totidem spacij inanis illius partes sibi contiguas necessario habebunt. Atque ita vniuersum cœlum, ac mundus vniuersus extimo spacio circundabitur necessario. Quæ res ita clara modo facta est, vt siquis de ea dubitet amplius, dubitem an compos oculorum, & mentis fiet. Verum si quis amplius amet audire, audiat, & hæc. Veterum elegantissimi quidam Physici autumarunt, mundum hunc cōflagraturum. Si in vapores, vel in fumum resoluatur, tum centies millies, & forte amplius, maiorem occupabit locum. At locus hic, spacium illud fuerit inane. quod corpore replente, locus nuncupabitur. nunc nullo implente corpore, inane tantummodo est spacium. Idque cogitatione compræhenderunt ij, qui hoc dogma intulerunt, non absimili ab ea abstractione, qua Physici alij in mathematum intellectione vtuntur. Et sicut his nihil sequitur absurdum, ita illi cogitationi conflagrationis, absurdi sequetur nihil. Sicuti neque huic aliæ. Si mundus vniuersus mente cogitetur suo loco moueri, inane illud spacium, necessario replebit, locumque in eo sibi efficiet. quod nunc, quia corpus nullum continet, spacium tantummodo est inane. Præterea si mundus etiam hic, in minorem a Deo contrahatur molem, eius loci, qui nunc est, vacuum remanebit spaciū, vt ommittamus, quæ, aliqui de homine in supremo cœlo stāte, vel brachio extra porrecto cogitatione admiserunt. Esto hisce rationibus comprobatum, extra mundū spacium inane esse. Quod, locus non est quidem, fit autem cogitatione locus, & re ipsa forte,

te, aliquando locus fiet.

Spacium hoc, quod mundum vniuersum. vndequaque extrinsecus amplectitur, veterū alij finitum esse dixerunt, infinitum alii: Sunt etiam qui rerum omnium maximum dixerūt. Hoc qui asseruit, a vero non aberrauit, Thales Milesius, rationemque dicti sui optimam attulit. Interrogatus quid nam maximum esset, locus, respondit. Alia namque omnia, mundus contiuet; locus vero mundū ipsum. Optime inquam respondit, si pro loco hoc maximo, inane extra mundum spacium intellexit. Posidonius vero, infinitum non esse docuit, sed tantum, quantum sufficiat ad capiendum mundi resolutionem in ignem. Stoici vero alii infinitum esse affirmarunt; sed quibus rationibus id confirmarunt, nequaquam constat. Nos alia ingredientes via, dicimus, spaciū quod est extra mundum, & finitum esse, & infinitum. Finitum quidem ea parte, qua mundi extimam superficiem contingit. non quidem proprio, & naturali fine suo, sed mundi terminis. Qua vero digreditur a mundo, ab eoque procul abit, in infinitum transit. Idque ita esse, his rationibus probamus. Si alicubi in eo abitu, & discessu spacium illud finiretur, vel proprio finiretur termino, vel alieno, vel vtroque, vel neutro. Proprio quidem terminari, ratio non videtur suadere posse. Eteoim qua terminaret, alterius esset naturæ ab ea, qua termi naretur, & fieret idem & terminus, & terminatum, ac veluti idem locus esset, & locatum. Hæc autem nulla rerum permittit natura. Dissimilitudo itidem hæc, quo modo, a seipso genita comprobabitur? Terminari namque passio quædam est, terminare uero actio. At quo pacto aliquid, & agit, in seipsum, & à seipso patitur respectu eiusdem? Si id fieri nequeat (quoniam qua patitur in potentia est, qua vero agit iam actu est) dicendum si spacium illud terminatur, ab alio terminari aliquo. Veluti eiusdem spacij ea pars, quæ mundum proxime ambit, a mundo patitur, & terminatur. At procul a mundo, quod est positum longissime, quo modo a mundo terminari poterit, cum termini eorum qui se se mutuo terminant, & terminantur, contigui, & se se contingentes esse debeant? Non ergo mundus, spacium, quod a se distat longissime, terminare potest. Neque ergo a se ipso. neque a mundo, spacium, quod a mundo e stprocul, terminatur. Neque etiam ab alio ibi terminari potest. Vel enim corpus illud esset, vel incorporeum aliquid, vel medium aliud tale, quale est spacium ipsum. At si tale medium dicatur, & à spacio reliquo, nihil dissimile, cur non potius idē cum eo diceretur? atque ita a se ipso terminaretur? Cuius contrarium est, ostensum. Neque etiam a corpore vllo ibi terminari potest. Omne enim corpus intra mundum est. Deinde si corpus etiam aliquod extra mundum asseratur esse, quæremus nos, an id corpus spacium occupet, vt locum? Si respondeatur non occupare, quia spacio vniuerso superficie aliqua sui finem imponat, tum dicemus nos id non esse corpus. quia trine non sit dimensum. At si trine dimensum esse supponatur, necessario spacium occupat. atque ita spacium aliud extra vniuersum spacium erit, quod ei finem imponat. Deinde quæremus, an & spacium hoc aliud, & corpus ipsum occupans, finitum sit, vel infinitum? Si finitum dicatur. a quo nam finitur? Per easdemque interrogationes, ad hanc ipsam, infinities recidemus. Si infinitum respōdeatur esse, iterum rogabimus, cur nam, vt vni infinito finis statuatur, infinitum aliud frustra fingatur? A corpore ergo nullo, vel finito, vel infinito, spacium illud primū, a mundo abiens terminatur, aut terminari potest. Quod si incorporeo aliquo asseratur spacium primum finiri; Quæremus nos, an incorporeum hoc, terminos & ipsum habeat, quibus spacium terminet, vel non habeat? Si non habere dicatur, tunc inferemus nos, id non posse terminare. Omne enim quod alia terminat, suis ea terminat terminis. Si asseratur terminos habere, iam, vel linea est, vel superficies, vel corpus. At linea, & superficies quo modo profunditatem etiam spacii illius terminabunt? Et præterea, & lineam, & superficiem, non nisi in corpore, aut in spacio trine dimenso reperiri: Corpore autem, vel spacio, non finiri spacium, iam est demonstratum.

Cum ergo, nec corporis terminis, nec spacii alterius, nec suis, nec incorporeis finiatur, necessario concluditur, spacium illud a mundo recedens, in infinitum recedere, & infinitū esse. At qua nam infinitate? potentiali ne (vt ita loquar) an actuali? Sane si potentiali diceretur, sequeretur necessario, ut nunc finitum esset, postea infinitum fieret, & quidem in potentia adhuc. Quod si dictu sit absurdum, nos spacium illud, actu infinitum esse concludemus. At infinitum, lineis ne? an superficiebus, an etiam profunditatibus? Sane omnibus. Nam si infinitum vno sit, omnibus etiam necessario est infinitum: præterquam vbi mū dum tangit, uel mentis nostræ conceptione terminatur. Sed hic terminus naturam eius non mutat, nec ab infinitate sua dimouet.

De Spacio vero, quod mundum capit, & quod mundi est locus, & in quo mundus est, & quod in mundo, quid aiemus? Eiusdem ne est naturæ, cum exteriore illo infinito, vel naturæ alterius? Et eius profecto est, & alterius.

Eiusdem

Eiusdem quidem est, veterum testimonio qui omnes dixerunt, idem esse spacium inane, & locum. Locum quidem tunc vocari, quando corpore est plenum; quando verò corpus non continet, vocari inane. Cui dogmati, rationes aliquot addamus. Neutrum ipsorum, corpus est: vtrumque corpus recipere est aptum. vtrumque corpori cedit: vtrumque trine est dimensum; vtrumque corporum dimensiones penetrare potest. Neutrum corporibus resistit, vtrumque corporibus motis, locum & cædit, & præstat. & sicuti corporis propria est resistentia, & renitentia, & antitypia, quæ vt corpus naturale sit, ei causam præstat. Sic spacij vtrinsque proprium est, cessio corporibus, eorumque motibus præstita. In eo tantum differunt, vt alterum, quod mundum locat, sit plenum mundi corpore; alterum vero, sit corpore omni vacuum. In eo etiam, differt hoc ab illo, quod illud, & finitum est, & infinitum, hoc autem totum est finitum. Et à medio sui, vndequaque æquale. Si enim a centro ipsius, quod est mundi centrum, quaquauersum lineæ protrahantur, vsque ad mundi conuexam superficiem, æquales erunt omnes, sed finitæ. Si vero etiam, atque etiam protendantur, quousque protrahi possunt, æquales itidem, sed infinitæ erunt, possunt enim per vniuersum, extra mundum positum spacium infinitum, protendi. In medio ergo vniuersi infiniti spaci; centrum spacii est. Et spacium quod circa centrum est, vsque ad mundi conuexum, medium vniuersi spacii est. Diuersum quoque ab exteriore illo, mundanum hoc medium, ac finitum est rationibus aliis. Illud enim inane, ac vacuum totum est, quātumcumque est. Hoc vero plenum mundo est, ac mundi corporibus omnibus. minutis tantum inter corpora interualli vacui distinctum: quæ tamen vacua internalla tanta, ac totidem sunt, quanta, & quot sunt pleni spacia reuera. Plenum tamen vulgo, & sensui vocatur; vacuum est vti ostendimus, rationi. Et qua plenum est, non equidē ad eius pertinet essentiam, sed plenitudo ei accidens est; a corporibus nimirum plenitudo illi accedit, quæ ab eo natura sunt diuersa, ita, vt spacia, quæ propria corporum superius diximus, accidentia fere sunt illis, essentia vero eorum, in antitypia illa, & renitentia consistit. Quare si plenum esse, spacio huic mundano accidit; vacuum esse ad essentiam eius pertinebit. Nam, & dimidia mundani spacii pars vacua est, & vniuersum illud extra mundanum est inane. Quæ res etiamsi ita sit, attamen magnam vim, erga se se implentia exercet corpora. ita, vt ea cuncta, nihil resistentia, eorū resistente, aut obstāte nullo penetret. Et è contra, intantum viribus caret, vt à corporibus omnibus, nihil eo prorsus renitente penetretur. Diuidat etiam corpora omnia: & à corporibus omnibus diuidatur. Nullum corpus lædat; à nullo corpore lædatur. Nullum tamen impossibile inde sequatur. Non est enim eis simile; non est eis contrarium. Neque enim eis repugnat; neque ab eis repugnatur, & dum illis resistere nequit, omnibus tamen sese indit. Atq; illis sua puncta, suas lineas, suas superficies, impertit & profunditates, se seq; his neutiquā priuans, illis largitur, vt illa sibi habeant, quæ sibi retinet ipsum. Atque ita euenit, vt dum qua plenum est, omnia penetrat, & ab omnibus penetretur; Omnia item comprǽhendat, & ab omnibus comprǽhendatur. & dum omnia terminat, ab omnibus terminetur. Cum vero hæc omnia, & faciat, & patiatur, & corporibus omnibus largiatur, vt sint, vt agant, vt patiantur, cur omnis corporum essentiæ, actionis, ac passionis non dicatur esse principium? Et cum corpora omnia finiat, cur corporum etiam finis non existimetur? Atque hinc, & principium rerum, & finis itidem esse non asseratur? & cum finitum, & infinitum sit, cur, & principium, & finis, finita, & infinita non dicentur? Quorum pleraque præstantissimi veterum dixere, vel forte dicere voluere.

Corporeas qualitates, quas per corpora diximus protendi, corporibus ipsis esse posteriores, nemini dubium videri debet. Sunt.n. ipsæ, quæcunque, & quotcunque sint, accidentia; corpora vero substantiæ sunt, substantias autem accidentibus priores esse, nemini dubium itidem esse potest. Corpora ergo qualitatibus suis sunt priora. Corporibus vero priores sunt loci. Nam si locus, prius corpore non esset, tunc corpora non essent in loco, quod impossibile esse philosophis omnibus est confessum. Atque ideo dictū est veterū cauillatori.

„ Admirabilis quædam est loci natura, &
„ prior omnibus. Nam sine quo, aliorum
„ nullum esse potest, & ipsum sine illis po-
„ test esse, necessarium est, primum esse.

Nam si corpora fierent, & locus eis non esset præparatus, vbi nam locarentur? si arbor aliqua modo è terra pullulet, ac crescat, quo nam crescet, si locum non reperiat ibi esse paratum? locus ergo vere, corporibus, corporeisque, natura & tempore est prior. At si locus non nisi quatenus corpus locat, locus dicitur, sui autem natura, ante quàm locus sit spacij totius pars est, spacij hæc pars ante locum est. Et quia pars & totum natura simul sunt, spacium etiam vniuersum ante locum est natura. Si item locus & vacuum idem sunt, & vacuum natura & cogitatione plenum præcedat, locus autem quatenus locus est, plenum est? vacuum certe ante locum, & prius loco debet esse.

esse. At spacij proprium est, vt vacuum sit, spacium ergo natura, & tempore prius loco est. At cum entia nulla alia in natura sint præter hæc quatuor, spacium, locus, corpus, qualitas; corpus aũt qualitate prius est; & corpore locus, & loco spacium, spaciũ nimirũ rerũ omnium primum est. Mundus itidem prior omnibus quæ in eo sunt locis, corporibus, qualitatibus est. Spacium autem ante quam mundus est: spacium nimirum, mundanorum omnium primum erit. Quin etiam prius ipso mundo. Nam si mundus prorsus corrumpatur, atque in nihilum redigatur, quod veterũ non ignobiles fore tradidere, spacium in quo nunc mundus vt in loco est, inane prorsus remanebit. At si iterum, cœlos nouos, terramque nouam, Deus reficiat, quod sapientum multi; & diuino viri afflati spiritu pronunciarunt, spacium præexistit, quod nouos capere possit cœlos, terramque nouam. Ante quàm hic quem incolimus mundus a Deo esset fabrefactus inane erat, in quo vel atomi volitabant, vel chaos voluntabatur, vel materia informis, motibus inordinatis voluebatur. spacium ergo ibi erat ante mundi formationem. Est ergo spacium sui natura mundo prius, primumque rerum omnium mũdanarum; ante quod nihil fuit: & post quod omnia fuere.

Spacium ergo hoc, quod ante mundum fuit, & post quod mundus est, & quod mundum & capit, & excedit, quidnam tandem est? Aptitudo ne simplex ad capienda tantum corpora est, & aliud nihil? Suscipit quidem spacium hoc corpora omnia, sed non videtur, aliud nihil esse, quam aptitudo. Sanè, si quicquam rerum sit, vel substantia est vel accidens. & si substantia est, vel incorporeum quid est, vel corpus. Si verò accidens, vel quãtitas, vel qualitas, vel aliud quid tale. Profectò dicimus nos, spacium per se ipsum, cum mũdum præcedat, cumque extra mundum sit, nihil rerum esse mundanarum, præter eam eius partem, quæ mundum capit, aut quod mundus suo corpore occupat. verum alia res a mundo diuersa est. Mundus enim corpus est, spacium vero corpus minime est, nulla ergo categoriarum, spacium complectitur, ante eas omnes est, extra eas omnes est. Quid ergo est? hypostasis, diastema est, diastasis. ectasis est, extensio est, interuallum est, capedo est, atque intercapedo. Ergo quantitas? Ergo accidens? Ergo accidens ante substantiam? & ante corpus? Architas vterque, & senior Pythagoræ auditor, & iunior Platonis amicus, & qui eos secuti sunt scriptores categoriarum, hoc spacium non cognouere. Sed sunto categoriæ in mundanis bene positæ, spacium de mundanis non est; aliud quàm mundus est, Nulli mundanæ rei accidit, siue ea corpus sit, siue non corpus, siue substantia, siue accidens, omnia hæc antecedit; omnia illi vti accedunt, sic etiam accidunt; ita vt non solum quæ in categoriis numerantur accidentia, verum etiam quæ ibi est substantia, illi sunt accidentia. Itaque aliter de eo philosophãdum, quam ex categoriis. Spacium ergo extensio est hypostatica, per se substans, nulli inhærẽs. Non est quantitas. Et si quantitas est, non est illa categoriarum, sed ante eam, eiusque fons & origo. Non ergo accidens dici potest, neque enim cuiquam accidit substantiæ. Quid ergo substantia ne est? Si substantia est, id quod per se substat, spacium maxime omniũ substantia est: Substat enim per se, nulli innititur vt sit; nullius eget, quo sustineatur, sed ipsum, substantiis sustentationem præbet, easque vt sint sustentat. Si substantia est, quod per se existit, spacium omnium maxime substantia est; quia maxime omnium per se existit. Si substantia est, quæ aliis substat, spacium maxime omninum substantia est; omnibus enim substat aliis naturæ rebus. Si substantia est, quæ nulla aliarum rerum eget ad esse, spacium omnium maxime substantia est, nullo enim aliorum eget, vt sit; reliqua omnia, vt sint, egent spacio. Si substantia, primum omnium entium est, spacium maxime omnium substantia est. Primum enim aliarum rerum omnium esse iam est probatum. Hisce ergo rationibus omnibus patuit clarissime, spaciũ maxime omnium substantiam esse, sed non est categoriæ substantia illa. Neque enim indiuidua substantia est, quia non est ex materia, & forma composita. Neque est genus, neque enim de speciebus, neque de singularibus prædicatur. Sed alia quædam extra categoriam substantia est. Quid igitur corpus ne est, an incorporea substantia? Neutrum, sed medium vtriusque. Corpus non est, quia non est antitypos, aut resistens, aut renitens, non visui, non tactui, sensuum nulli obiicitur, aut subiicitur. Incorporeum rursus non est, quia trine dimetitur. Longitudinem, latitudinem profunditatemque, non vnam, non duas, aut plures habet, sed cunctas. Itaque corpus incorporeum est, & noncorpus corporeum. Atque vtrumque per se substans, per se existens, in se existens, adeo, vt etiam per se stet semper, atque in se stet: neque vnquam, neque vsquam moueatur, neque essentiam, neque locum mutet, nec partibus, nec toto. Quod enim mouetur, per hoc spacium mouetur; hoc autem spacium supra se non mouetur, neque aliud vsquam est supra quod moueri queat. Neque etiam, vel in ipso, vel extra ipsum terminus vllus est vnde moueatur,

ueatur, aut quo moueatur. Neque pars eius vlla, hinc illuc migrat: per partem namque sui ipsius migraret. & duæ spacij partes, altera esset in altera, & supra alteram, & locus illius quæ discederet, spacio vacuus remaneret, atque ita spacium seipso vacuum esset. Itaque nec toto, nec partibus mouetur. Est ergo & immotum prorsus, & omnino immobile.

Quid est quod aio? Stat toto spacium? stat partibus? An partes habet? Totum ne dici potest? Partes quidem habet duas, ac totum dici nequit. Pars altera spacij ea est, quæ mundo plena est. Altera quæ mundo est vacua, extra mundum est. At totum ex his partibus coonflatum, dici minime potest. Nam totum omne, partinus constat, omnibus finitis, quibus & ipsum finitum esse necessarium est. At spacium, parte mundo plena, mundi finibus finitum, & æquale est. Parte autem mundo vacua, extra mundum posita, finitum infinitumque, vti docuimus, est simul. Sed vtra nam partium harum, maiores habet agendi, vel patiendi vires, infinita ne, an finita? vel æquales habet vtraque, vel nullas? Rationabile videtur, infinitam partem maiores habere, quoniam æquas habere finitum & infinitum, non est rationi consonum. Multo minus, si finita, & minor pars, maiores habere dicatur. Sed prius de infinita. Si ea vires habeat vllas, eas vel in sese exercet, vel in partem finitam, vel in mundum ipsum, eiusque partes. Si in sese eas exercet, alia eius pars, iis viribus prædita, aget in aliam eius partem, quæ vel easdem vires habebit, vel maiores, vel minores, vel etiam nullas? Si easdem, quomodo ab æquis viribus patietur? aut quomodo in æquas aget? Multo minus possibile videtur, si patiens pars, maioribus sit viribus. Hæc enim potius aget in minores, quam ab his patiatur quicquam. Si vero minoribus sit patiens pars prædita, poterit a maioribus forsitan pati aliquid. Sed quisnam inæqualitatem hanc virium, rei tribuit prorsus sibi simili? & alteram ab altera dissimilem fecit? Non videtur a se ipso, hanc partium dissimilitudinem, spacium illud acquisiuisse. Ergo ab alio. At a quo nam? cum nihil aliud sit, quam ipsummet? Nihil ergo dissimilitudinem virium ibi creauit. Quid igitur, nihil aget, nihil patietur? Ita prorsus. Non enim vires aliæ, vires alias ibi superant, cum dissimiles non sint, neque inæquales. Ab alio ergo forte patietur. A chaos forte illo, vel materia informi, vel atomis, quæ per illud spacium volitabant, ac volutabantur antequam mundus formaretur, vel a mundo, postquam est formatus? Recipiebat quidem & illa, recipit & hunc. Receptio hæc, actio ne est, an passio? vtraque videtur, & neutra. Neutra quidem, quia nulla ibi fuit alteratio, quæ vel ab actione, vel a passione solita est prouenire. Vtraque autem, quia recipere, est agere, vbi autem actio, ibi & passio videtur esse necessario. Has ergo recipiendi vires habere videtur. An vero solas? an & socias alias? Nimirum videtur vim habere, id quod recipit, & intrinsecus locandi & extrinsecus vndequaque ambiendi. Sicuti, & illa, & hunc mundum, & locauit, & ambiuit. Et hæc quidem de infinito illo. At finitum quod in mundo est, & tres illas recipiendi, locandi, ambiendique vires obtinet, & præterea corpora omnia penetrandi, & sese cum propriis illorum spaciis vniendi. Et ad has corporum motibus locum dandi. Oportet enim quod mouetur corpus, vti sapientissimus Aegyptiorum Hermes tradidit, per immobile aliquod moueri, immobile autem in mundo nihil est, præter spacium ac terram. Non autem motus omnes super hac fiunt, piscium, auium, sublimium reliquorum. Habent vim præterea corpora mundi principalia, vt suo locentur quæque loco, atque ordine. ab eoque non dimoueantur. Atque ita euenit, vt mundi centrum, in spacij centro semper sit, & terra semper eodem spacio circa centrum maneat immobilis: & aqua suo, & aer, & cœlum vniuersum. Quod si sic est, mundi corpora, cœlum nempe & elementa, partes spacij sibi proprias a principio occuparunt, quibus locarentur, ac perpetuo obtinerent. Quæ sicuti inter se differunt natura: sic spacij partes, eorum singulis subiectæ, possunt videri inter se se differre: differentia hæc, cum a locatis proueniat corporibus, per accidens illis accidit, nisi probetur spacij eas partes ita ab initio dispositas fuisse, vt quæ terram caperet, aerem non caperet. & quæ aquam, cœlum capere aut aerem, aut terram non valeret. Sed propria sibi corpora, vnamquamque cepisse. Quod si concedatur, iam hæc proprietas, a vi alia superiore, necessario cuique illarum indita est. Sed vis hæc cuius fuerit, & quæ, suo loco perquiretur.

FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER SECVNDVS.



DE SPACIO MATHEMATICO.

ANteriore libro, eſt a nobis demonſtratum, ſpacium, actu eſſe infinitum, & actu eſſe quoque finitum. Nunc ea, quæ haſce poſitiones conſequũtur, annectamus. Inter quæ primum eſto, ſpacium quod infinitum eſt, qua infinitum, nullas habet vires, vt maius fiat, aut vllam in partem ſe ſe amplificet. In omnes enim æque fuſum eſt. æque ſcilicet quaquauerſum infinitum eſt. Cum autem maius ſe ipſo fieri nequeat: mundo vero, aliiſque cunctis maius ſit, & ſimpliciter maximum, & maximum omniũ eſt. Maximum enim id reuera eſt, quo aliud maius eſſe nequit. Sin autem ipſo maius nihil omnino eſt; ipſum maximum omnium eſt. Et ſi ſe ipſo maius fieri nequit, maximum ſimpliciter eſt. Id enim omnibus rationibus maximum eſt, quo maius nec eſt, nec eſſe poteſt. Itaque ſpacium hoc, & eſt id omne quod eſt, & eſt id omne quod eſſe poteſt. At ſi maximum hoc, eſt in rebus: in rebus etiam erit minimum. Altero namque contrariorum poſito, poni neceſſe eſt & alterum. At quidnam hoc minimum eſt? Contraria opinor innoteſcet ratione. Nam vt maxime magnum eſt, ita minimum eſt maxime paruum. Et prout maximum id eſt. quo maius nihil eſſe poteſt. Ita minimum illud eſt, quo minus eſſe nequit. Et ſicut maximum eſt infinitum: ſic, minimum erit finitum, Et vt maximum, maxime diuidi poteſt, ita minimum minime diuidi poteſt. Atque hoc vtrumque de ſpacio eſt intelligendum, Et ſicut illud infinitum ſpacium, diuiſibile eſt in infinitum, ſic finitum, diuiſibile eſt in finitum. Atque ita falſum, vetus illud dogma apparet, omnem quantitatem ſeu quantum diuidi poſſe in infinitum. Et contrarium dogma eſſe verum eſt neceſſe, vt ſcilicet finitum ſpacium, eo uſque diuiſibile ſit, vt diuiſio ea ad minimum ſpacium perueniat. Ita vt ſi amplius diuidatur, ammittat vt ſit ſpacium: neque iam ſpacium eſſe queat. Sed aliquid in ſpacio minimum, & diuerſum a ſpacio ſit: hoc eſt non ſpacium. Atque hoc eſt, quod veteres Geometræ, punctum appellauere, Punctum & nos appellemus. Qui ſicuti non ſpacium eſt, ita nullam habet dimenſionem, & ideo non habet, quia contrarium eius, ſpacium ſcilicet, omnes habet. Et quia hoc partes omnes habet, punctus partes habet nullas. Et quia nullas habet, impartibilis ſit, & indiuiſibilis. At qua indiuiſibilis eſt, cur non etiam erit vnitas? quæ & ipſa nequaquam diuidi poteſt. Dixere veteres, momentum temporis, momentum motus, eſſe indiuiſibilia. Sunto, ſed puncto ſunt poſteriora. Tempus, enim poſt motum, vel cum motu eſt. Motus poſt corpora, & cum corporibus; corpora poſt dimenſionem trinam. Hæc poſt binam. Bina, poſt vnam. Vna vero poſt punctum. Punctus ergo ante omnia hæc eſt, quia in ſpacio, omnium primus, poſitus eſt. Qui itidem vnitas eſt. Verum cum eſſentialiter ambo idem ſint; nomina, ad aliud relata, ſunt ſortita. Punctus relatione ad lineam, vnitas relatione, ad numerum. Eſt enim punctus principium lineæ, ſicut vnitas numeri principium eſt. Si vero principium quoque dicatur relatione rei productæ, linea proxime a puncto erit producta. Ad ſi productionis nomen inducamus, motum inducemus, quem quinto gradu diſtare a puncto modò dixeramus. Non ergo motus attingit punctum. Si non motus, nec productio; Si non productio, nec principium

lineæ punctus erit. Quid ergo si linea a puncto non producitur, linea non erit? Erit sanè, sed non producta. Nec erit linea punctus fluens; quod veteres aliqui autumarunt. Quid ergo linea est. Pars ea spacij quæ inter duo puncta, interiacet. Sunt enim puncta, & vnũ, & plura, imo omnia, in spacio. Quandoquidẽ extra spacium nihil vel est, vel esse potest. Linea ergo est spacium duobus punctis interceptum. Cum autem duo puncta dico, iam & numerum induco. Et sunt in spacio duo puncta actu. Itaque numerus actu vnà cum continuo est. Neque numerus ante lineam est, nec linea ante numerum. Nec iam posteros quæstio illa vexet, quæ veteres male torsit: Vtra nam, vel continua, vel discreta quantitas, natura antiquior esset, ac prior. Simul enim sunt. Neque est altera ante alteram, nec altera sine altera est, nec esse potest. Ac veterum scientissimi Pythagorei rectè dixere, binarium qui primus numerus esset, lineæ respondere. Ternarium qui secundus, respondere superficiei. Quaternarium qui tertius, respondere corpori. suadente, cogenteque quamuis tacitè, rerum natura. Quæ nec vltra quatuor numerum, (ex quo denarius, numerorum vltimus conficitur) nec vltra corpus passa est, continuum progredi. Idque ipsum intra quatuor. Etenim sicuti, quæ inter duo puncta spacij pars intercipitur, linea est, & quæ inter tria, prima est superficies triangulus, sic quæ inter pũcta quatuor spacij pars continetur, (vno in eodem posito) primum corpus efficitur Pyramis. Post quod si quinque punctis spacium comprendatur, si sex, si aliis pluribus, non aliud quam corpus absoluent. Hoc est trinam dimensionem, longum, latum, & profundum. Quibus partes spacij infiniti (nam totum vt infinitum non metimur) dimetimur. Magnaque admiratione prosequendum est, duo puncta lineam, tria superficiem, quatuor corpus, tres spacij partes includere; neque vltra progredi posse, ad speciem aliam, præter corpus formandam: intraque eadem quatuor, numerus perfectissimus Denarius consistat. Vltra quem, replicatio fit eorundem, non alterius formæ productio. Nec minore admiratione dignum, alio etiam modo, ex continuis primum illud corpus constituẽtibus, denarium gigni. lineas nempe sex, superficies quatuor, tria scilicet Pyramidis latera & basin. Inter quæ tamen puncta & lineas, & superficies, etiam si longe plures in formandis corporum figuris constituantur, non nisi tria spacia, longum, latum, ac profundum, corpus vnum, atque omne conficientia, concludi posse. Itaq; rectè a veteribus. Pythagoreis dictum est, tria includere omnia, atque ideo esse perfecta.

Igitur, natura nos per rerum gradus, ordine ducente, in puncta, in lineas, in superficies, in corpora, in vnitatem, in numeros deducti sumus. Hæc autem scientiarum, eam, quæ mathematica à veteribus est nuncupata, vniuersam constituunt. Cumque hæc omnia in spacio illo infinito iacere comperta sint, idque sit actu infinitum, ea quoque ibi infinita, & actu infinita esse, est necesse. Quod a veteribus non bene cognitum, non est planè negatum, nec plenè traditum. Puncta enim infinita in magnitudine esse, lineam posse in infinitum diuidi: lineam posse in infinitum protrahi; numerum in infinitum posse augeri, asseruerunt. De quibus quatuor assertionibus, primam neque fatemur, neque negamus. Secundam & fatemur, & negamus. Tertiam, partim negamus, partim fatemur. Lineam enim infinitam negamus, a nostra mẽte, aut arte in infinitum posse produci: attamẽ eam quæ punctis finita est, iis liberata infinitudinem sui natura, fatemur subire. Quartum vero fatemur partim, qua scilicet numerus sui natura infinitatem subit, negamus vero partim, qua scilicet nostra opera, id posse fieri intelligatur. Sed secunda illa maxime est nobis controuersa. Fatemur enim infinitam lineam, quæ punctis libera, infinitudinem subijt, in infinitum posse diuidi. Sed in linea punctis terminata ac finita (sicuti veteres acceperunt, & docuerunt) id vero maxime pernegamus. Quæ illorum assertio, quoniam ingentes peperit absurditates, magnisque ingeniorum aciebus est in pugnam deducta, est a nobis quoque maxime perpendenda. Itaque primo dicimus, Aristotelem qui maxime inter veteres, videtur huic sententiæ fauisse, nullo veritatis, multo contentionis studio, in quo, ne se sapientior alter videretur, totus fuit; in astructionis huius ingressu, multifariam impegit: deinde in progressu maxima peperit monstra. Missa in præsentia facimus ea quæ contra Leucippi, ac Democriti atoma corpuscula agitauit, quia nec eius sententiam construunt, nec nostram destruunt. Ea diluamus, in quibus eam adstruere visus est voluisse, tum ibi, tum proprio libro ad hoc dicato, cui titulum fecit, De Insecabilibus lineis. Quæ quoniam vtrobique eadem fere sunt, omnia in hunc locum reiiciemus. Itaque illud primo asserimus, ipsum nullo tot librorum suorum loco, tot locorum numero, vllis rationibus probasse, continuum, seu magnitudinem, in infinitum diuidi posse. Nam vbi de infinito disputat ex proposito, nullo modo id probat, sed a Mathematicis suppositum, assumit tantum. At probanda

banda erant, & demonstranda ea, quæ & alij negarant, & res ipsa negat. & nos quoque pernegamus. Itaque eo loci, nulla ei fides esto, apud veritatis quæsitores. Postea vero, Cũ continuum velle videtur deffinire, imposturam facit lectoribus. Neque enim quid sit cõtinuum nos docet. Sed continua deffinit ea esse, quorum extrema sint vnum. At continua ista duo, vel plura, erant ne continua, antequã eorum extrema in vnum conuenirent? vel cõtinua non erant? Si continua non erant, vbi nam extrema habebant, antequam coirent? Nam si ipse dum contendit, rogar, ex indiuisibilibus punctis, quomodo diuisibile fiat? nobis ipse respondeat, ex non continuis, quo modo continua sunt facta? Non continuorũ, ostendat nobis extrema. Quid sunt extrema non continuorum? Sin vero affirmet, vtrumque illud continuum fuisse; extrema habuisse: eaque in vnum iunxisse, atque ideo continua facta esse, vel continua esse. Nihil horum nos vrgemus. Sed illud ab eo rogamus, vt non plura continua. Sed vnum tantum continuũ nobis deffiniat. Sat enim id nobis fuerit; plura illa ei donamus. Igitur, quid est continuum? An respondebit, quorum extrema? vel cuius extrema sunt vnum? Si inquiet, quorum extrema; iam etiam ridebimus. De vno namque continuo quærimus. Si respondeat secundum, Continuum scilicet id esse, cuius extrema vnum sunt, id vti falsissimum refutabimus. Extrema enim & lineæ, & cuiusque magnitudinis, duo sunt ad minus. Neque in vnum coeunt vnquam: sed maxime a se inuicem semper distant. Ergo nisi aliam continui diffinitionem afferat, hanc sibi habeat, cum omnibus inde securis. Si vero nesciat, aut nequeat, deffinitionem aliam afferre continui, iubebimus eum de continui diuisione in infinitum, loqui desinere. Qui enim nesciat, quid continuum sit, quo modo scire potest, continuum in infinitum posse diuidi? Aut quicquam de continui diuisione loqui eum, qui asserat hoc etiam, in continuo, partes esse priores toto, vt sequentia quædam adstruat? vnde sequitur ei sophisma putidum, magnitudinem in ea diui di ex quibus est composita. Linea namque magnitudo quidem est, sed nullis ex aliis cõposita. non enim ex punctis, quod etiam ipse negat: Nisi forte bene longam lineam, ex lineis minoribus componi dixerit. At minores istæ, & lineæ sunt, & continuæ ipsæ quoque, Quarum cõtinuitatis diffinitionem, ab hoc continuorum diffinitore petimus. Quam nisi nobis afferat, asseremus, quæcunq; ex palliata illa continuorum deffinitione con secuta est strues, eam penitus ruere, cum Zenonio motu illo, non minus ridendo. Quæ vero integro alio libro, contra Platonis & Xenocratis, vt videri vult, atomas linas, sunt ab eodem hoc magistro diffinitionum, disputata, non maiore labore diruemus. Nam quæ contra illorum rationes (quæ ad nostra tempora non peruenerunt) agitauit hoc loco, putamus ex more suo, non sincere eorum mentem retulisse; sed cauillis & sophismatis diuexasse. Verum ipsius argumenta satis multa, quibus continui diuisionem in infinitum adstruere, & lineas atomas destruere est annixus, destruemus facile: Ex eo initium sumentes, quòd ipse contendit: Lineam non esse compositam ex punctis. Quo dogmate solo de XXIIII. eius argumentis ruunt sane XVI. Neque enim quisquam veterum, ne dum Plato, aut Xenocrates, quantum ex antiquorum testimoniis liqueat, id asseruit. Neque etiam ex linearum atomarum positione, id consequi potuit. Neque vero negamus solum, lineam scilicet ex punctis esse compositam, verum neque ex aliis rebus vllis, aut partibus, sed simplicissimam rem, eam esse affirmamus. Ex quo aliæ eius rationes ruunt quoque non paucæ. Negamus autem maxime omnium, quod maxime omnium, & ipse, & Geometrarũ affirmarunt filij. Lineam semper, atque in infinitum diuidi posse, vel diuidi posse in semper diuisibilia. Hoc vero negamus, tum quòd nec ipse, nec Mathematici vlli id vllis rationibus comprobarunt. Et quòd sensus ei repugnat, & rei natura ipsa, & mentis humanæ captus. Quod & ipse fatetur quoque. Neque enim talis diuisio in actum est deducta vnquam, nec in posterum deduci potest. Præterea procul est a re, quam & ipse, & Mathematici tractant, finitas nempe magnitudines præ manibus habent, & contemplantur semper. Præterea impossibilia multa, hoc dogma consequuntur. Quorum primum est, quod omnes lineæ, inter se erunt æquales. Quatenus enim in infinitum diuiduntur, æquales omnino esse, necesse est omnes. Infinitum enim infinito, nec maius est, nec minus. Ergo linea pedalis, æqualis erit lineæ centipedali, infinitum enim æquale, vtræque subeunt. Non enim qua in infinitum diuiduntur, minor illa est, hæc maior, ergo æquales ambę. Imo vero vtraque hæc, æqualis est lineæ protractæ in infinitum. Nam & hæc, sicuti & illa in infinitum diuidetur. Quinimo minima linea, quæ fere magnitudine pũctum vix excedat, æqualis erit lineæ maximæ, qua maior esse nequeat, hoc est infinitæ. Nam & illa, puncto vix maior, sicut & hæc, in infinitum potest secari. Imò pars lineæ æqualis erit toti, nam & pars cum linea sit, sicuti & tota secatur in infinitum. Præterea, esto pedalis linea vna, esto bipedalis altera, certe ex sensu communi,

communi, ex Geometrarum omnium consensu, hæc dupla, erit maior quàm pedalis. In bipedali medium signetur nota. Tunc dimidium eius æquale erit pedali. Secentur, & tota hæc, & dimidium illud in infinitum, cumque ipsæ æquales sint, sectio earum in infinitum, æqualis erit altera, alteri. Cumque sectio infinita sit, bipedalis sectio, maior erit pede uno, pedali sectione. Atque ita vnum infinitum altero infinito, vno pede erit minus. Atque ita duo infinita, non erunt ad inuicem æqualia. Sed erunt alterum minus, alterum maius. Hoc autem esse impossibile ratio hæc conuincit. Nam quod infinitum, altero infinito maius est, vel per finitam partem, vel per infinitam maius erit. Si dicatur esse maius per aliud infinitum ei additum, tunc infinite maius etiam seipso euadet. Et per eam infiniti additionem, etiam minus infinite se ipso euadet. Quod impossibile esse, nemo sanus non videt. Tum etiam, vbi ea additio fit, terminum vtrinsque necesse est esse. Vel enim continua sunt, vel non continua. Si non continua dicatur, tunc linea non erit quantum continuum, sed discretum. Si continua est vtraque, & infinita iuncta simul, tunc dicemus terminum extremum vtriusque, in ea coniunctione esse. Continua enim illa sunt, quorum extrema, ex magistri deffinitione, vnum sunt. Extrema autem quid aliud sunt quam termini, & fines? Ergo duo hæc infinita iuncta simul, & finita sunt, & infinita. Quod est ridiculum. Si vero alterum infinitum, altero infinito maius sit additione finiti; totum finitum euadit, & erit finitum, & infinitum. Ergo additione magnitudinis, minus fit quam prius erat. Erat enim infinitum, modo finitum est. Finitum autem minus est infinito. Quod apptime est ridendum. Ad hæc omnia. Duæ lineæ quæ in infinitum secari possunt, actu sunt diuisæ in infinitum. Atque ita potentia, & actus idem erunt. Lineæ enim illæ, actu lineæ sunt. Diuidantur. Tunc partes vtriusque, actu quoque lineæ erunt. Et diuisione in infinitum procedente, partes semper Infinite sectæ, actu quoque lineæ erunt. Ergo nihil in eis partibus actus differet a potentia. Ergo potentia & actus idem sunt. Ergo etiam duo infinita, actu erunt infinita. Ergo etiam infinitæ illę partes, finitæ quoque sunt. eæque infinitæ, atque ita vna linea infinitæ erunt lineæ. Quæ omnia, cum absurda, & impossibilia sint, id etiam absurdum & impossibile erit, a quo hæc profluũt. Dogma illud scilicet, per quod omnem lineam, & omne quantum, in infinitum diuidi posse, asserebatur. Quæ vero alia adiicit argumenta, nullius sunt momẽti. Nihil enim obstat, quin atomę & minime lineę diffinitio, lineæ in genere, & rectæ & curuæ, in specie, competat. Etenim minima, & atomos linea; ipsa quoque longitudo est sine latitudine. Et si recta sit, quod inter duo puncta breuissima sit extensio, & quod ex æquali, sua interiacet puncta. Neque obstat quicquam quin atomos linea, media sit duarum superficierum minimarum; non aliter ac maiores lineæ, mediæ sunt maiorum superficierum. Et nullum est incõueniens, omnes lineas generis eiusdem, quatenus lineæ sunt, esse symmetras, & magnitudine & potentia, si non quidem simplici numero, sed congenere (vt alibi ipse docet) mensura, mensurantur. Neque prohibetur, quin ex minimis tribus lineis, minimum fiat triangulum, aut ex quatuor talibus, tale quadrangulum; eadem met ratione, qua ex maioribus lineis, maiores fiunt figuræ. Quòd si in minimo isopleuro, non possit minima cathetus basin secare, non ideo, pernicies inde Geometriæ creatur vniuersæ. Quin etiam ex pluribus minimis simul iunctis, maiorem lineam fieri, nihil vetat. Imo id necesse est euenire, sicuti & maiorem hanc, in minimas resolui. Neque impossibile vllum sequitur, si ex talibus indiuisibilibus lineis, diuisibilis linea proueniat, eadem met ratione, qua ab eo docemur, ex materia, & forma, quæ corpora non sunt, corpus effici. Ex hisque non grauibus nec leuibus corpus, & graue, & leue: Ex iisdem non magnis, non paruis, corpus magnum, & paruum. Linea minima, præter nudum nomẽ, etiam proprium aliquid habet. Vt scilicet diuidi nequeat, nedũ queat diuidi in infinitũ. Quod si indiuisibilis vt punctus ipsa quoque vocetur, quid tum? si diuersa est eorum indiuisibilitas. Punctus enim indiuisibilis est, vti terminus, ipsa vero vt terminata. Et punctus minimum est in spacio, ipsa vero est spacium minimum. Et ex eiusmodi minimis lineis, & superficies minimæ, & corpora minima efficiuntur. Et hæc in tales forte resoluuntur, certe diuiduntur. Neque ad hanc rem facit illa temporis illatio. Neque enim se se inuicem mensurant: nec sunt generis eiusdem; nec recte cum magnitudine tempus confertur. Quod est a nobis in discussionibus Peripateticis probatum. Nihil etiam obstat, sicuti recta minima datur, circularem quoque minimam dari. Neque sequitur inde, punctum esse corporis partem, etiam si corporis pars sit linea minima. Neque ob id, puncta erunt corporis elementa. Si quæ vero alia argumenta contra Democritũ allata sunt, ex ijsdẽ nostris etiam destruuntur. Quæ si quis ad hanc trutinam conferat, nullius esse roboris cognoscet. Omnes ergo viri illius machinæ, quibus lineam indiuisibilem & minimam veluti scorpionum

piorum sophismatis conatus est pessumdare, cum vere futiles apparuerint, mirandum est quo modo, res tam nulla, tantos in philosophia,& mathematis excitare potuerit tumultus. Ergo ea fictio, hic fucus, e schola veritatis explodantur.

Nos vero ex veritate dicamus demonstrata, spacium illud primum a nulla naturæ, a nulla humanæ mentis vi diuisum esse. Fuisse tamen a natura, in eius partibus continuis, diuisa corpora collocata. A mente vero, quandocumque libet, diuisum cogitari. In eoque omni, lineas, superficies, corpora, incorporea illa scilicet,& numero,& magnitudine actu infinita esse, hoc est longitudines, latitudines, profunditatesque, sine vllo numero, sine vllo fine, re ipsa esse. Hæc tamen cuncta, a nobis finita imaginari. Mentemque nostram finita sibi in opus sumere, quæ spaciis mundanorum corporum possint accommodari. A quibus corporibus non per abstractionem, mens ea separat, vt quidam contenderunt. Quoniam ea spacia non sunt primo, & per se in mundanis corporibus. Sed sunt ante corpora, actu in primo spacio. Neque etiam in phantasia, aut dianœa nostra, (vt quidam alij viri admirabiles tradiderunt) veluti in subiecto, dimensiones illæ & quæ inde formantur reliqua, subsistentiam habent. Sed mens è spacio illo primo vi sua, eas partes desecat, quæ sibi suor, vel contemplationi, vel operi, vsui futura. Easque omnes, vel continuas, vel discretas. Continuum autem asserimus esse, id quod extenditur. Discretum vero, quod de continuo desecatur. Et continuum semper actu est; a mente vero, nec actu, ne potentia diuidi, sed diuisum imaginari tantum. Et sicuti continuum primum, actu maximum est, sic in eo, minimum actu esse quoque, est necesse, quia sit necesse, in natura, ac rebus, vtraque contraria existere. Et sicuti maximum continuum est id, quo maius esse non potest, ita minimum continuum illud erit, quo minus esse nequit. Et sicuti maxima magnitudo, ea est quæ nec maior esse potest, & id omne ac totum est, quod esse potest. Ita quoque minima magnitudo ea erit, quæ minor esse nequit. Et quæ in paruitate id totum est, quod esse potest. Neque tamen id, est punctus, quem supra dicebamus esse, minimum in spacio. Minimam autem magnitudinem dicimus esse, minimum spacium, siue spacij minimum. In quo sistetur necessario illa continui diuisio credita in infinitum. Neque mirum videri debet, eam sensu non comprehendi, quando nec totum ipsum spacium primũ, nec eius partem vllam paruam, magnamve sensus percipit. Certe ratio, vt spacium illud vniuersum adinuenit, atque argumentis multis comprobauit; ita proximæ rationes cum superioribus, spacium etiam minimum reperunt,& confirmarunt. Patuit quoque, continuum sui natura, omni diuisione antiquius ac prius esse: cuius diuisio, ac desectio, humanę cogitationis vi facta, numerum procreasse. Atque hinc etiam fit manifestum; cur numerus discreta quantitas a veteribus diuinantibus potius, quam causam scientibus, fit appellatus. Patet quoque continuam quantitatem a natura esse, numerum vero humanæ mentis esse opus. In mundanis autem corporibus inter se diuisis, esse etiam a natura. Clarum quoque euasit, continuum antiquius esse discreto. Quoniam discretio nulla fieri posset a vi vlla, nisi continuum antecederet. Soluiturq; hinc quæstio illa, apud veteres, recentioresque ardua. vtra prior esset natura, continuorum ne scientia, quam ab agrorum dimensionibus non ex rei natura, Geometriam appellauere: an discretorum, quam Arithmeticam dixere. Hanc scilicet diximus ex illa nasci, atque ideo secundam esse. Cumque spacium sit rerum naturæ omnium primum, eius Scientiam vtramque, & continui & discreti, ante materiam esse, est manifestum. Nec satis ad rem Pythagoreos dixisse, dum numeros tantum ante materiam statuerent. Eandem hanc rationem consequitur, vt mathematica anterior sit quàm physiologia. Media quoque est, inter incorporeum omnino, & corporeum omnino, non qua ratione veteres dixere, per abstractionem a rebus naturalibus incorpoream quasi fieri, Sed quia reuera spacium sit corpus incorporeum. & incorporeum corpus. Vnde fit vt corpore suo, cum naturæ rebus, corporibusque affinitatem habeat, quo ad eorum dimensiones. Incorporeo autem suo, incorporeum quod vere & simpliciter est, quadam tenus referat. sitque illi proximius, quàm corpus naturæ vllum. Eadem hac rationum progressione fit manifestum, naturæ rerum contemplationem ingredienti, spacij scientiã prius,& habendam,& tradendam esse, quam vel naturalem, vel eam quæ hominum actiones, passionesque cumpræhendit. Nam & hæ, naturæ operibus posteriores sunt; & hæc ipsa opera spacio itidem sunt posteriora. Rectæque foribus scholæ diuini Platonis fuit præfixum. Geometria nescius, ingrediatur nemo. Rectæque a Pythagoreis dictum est, ex finito, atque infinito omnia ortum habuisse, quando de spacio primu id intellexisse comperiantur. Illud quoque est animo aduertendum, Geometriæ atque Arithmeticæ, quædam esse simul communia quædam vero

vero propria cuiusque, ita vt alteri minime communicentur. Quædam etiam esse talia, vt alteri ab altera possint communicari. Communia quidem asserimus esse æqualitatem, inæqualitatem, diuisiones, compositiones, resolutiones, similitudinem, dissimilitudinem, proportiones, conuersiones, permutationes, rationes, ordinem, comparationes, excessus, defectus, sectiones, Theoremata, Problemata. Geometriæ vero propria esse, positiones, contactus, figuras, magnitudinesque lineares, superficiales, corporales. Arithmeticæ vero propria, vnitatem, dualitatem, reliquos numeros, par, impar, rationes item multiplicium, super particularium, super partientium, & reliquorum. Arithmetica vero, a Geometria, mutuo habet figuras quasdam numerorum, qui lineares, plani, solidi, cubi, & alij tales appellantur, Arithmetica vero, mutuo dat Geometriæ symmetrias quasdam bipedales, tripedales, & similes, & præterea feminomina quorundam triangulorum, quadrangulorum, & eiuscemodi alia. Oriuntur autem ab his duabus, scientiæ aliæ, & illæ quidem, nec paucæ, nec ignobiles, cum rebus aliis naturæ iam coniunctæ. Quarum prima, & spacio coniunctior, est Actinographia, de qua Democritus iam olim scripsit, radiorum scilicet luminis scientia. Est enim lumen, & spacio natura proximum, & primum quod spacium impleat, vt postea ostendetur. Quam sequuntur Gnomonica, Meteotoscopica, Dioptica, Optica, Catoptrica Sciographia, & si quæ alia est, quæ radios, lumina, vmbrasque contempletur. Et post has corpora iam contemplans unde lumen prouenit, & mutationes ex eorum motibus patitur, astrologia vniuersa, eiusque partes. Hãc sequitur, quę circa aerem proximum cœlo corpus, & contemplatur, & operatur, Pneumatice & Musica, & quæ aquam in opus profert Hydraulice omnis, eique si qua est coniuncta. Post quas ea quæ circa terram versantur, rationemqne dimensionum eius habent Geographia, Agrimensoria quæ superficiem. Stereometria quæ profunditatem considerat. & postrema est Barymetria, quæ pondera considerat, omnisque æqueponderantium, & centroponderantium scientia. Quarum scientiarum, si quæ est in hominum vita vtilitas, ea omnis in illas duas principes, vt ad fontes, harum autem duarum origo, ad spacium primum, eiusque scientiam hisce libris a nobis omnium primis exaratam est referenda. Vnde falsam fuisse apparet Aristotelis assertionem, qui mathematicas fine, & vtilitate carere docuit. Hæc de mathematico spacio, mathematicisque in vniuersum communi quadam notione præfata sunto. Hosce autem libros, sequantur ij, quos de Noua Geometria adiungemus.

FINIS.



FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER TERTIVS.



DE PHYSICI AC MATHEMATICI SPACII, AFFECTIONIBVS.



Vclides Megarensis vetustissimorum Geometrarum, vt omnibus visum, facile princeps, rogatus a Ptolemæo Lago, an via aliqua Regia esset in Geometria: negauit vllam esse. Post eum Geometræ alij, puncti nullam esse scientiam asseuerarunt. Vtrumq; falsum. Falsitatem hanc secundam prius ostendamus. Prior illa demonstrationum vi seu per se patescet.

De Puncto.

QVicumque ergo veterum, dixit, puncti nullam esse scientiam, procul fuit a vero. Scientia, namque triplex; prima, definitione essentiæ rei, secunda demonstratione proprietatum rei essentialium, tertia effectum a suis causis deductione. Tribus hisce methodis omnibus, puncti scientia haberi potest. Primam ostendit Euclides, quando punctum definiit. Esse id, quod partes non habet. Sed ipse hoc ipsum suppofuit pro principio, quod tamen demonstrari poterat. Et quod nos demonstrauimus, repetito quod libris de spacio ostendimus. Punctum id esse, quod in spacio sit minimum. Id autem minimum, in spacio, est etiam primum. Nam si punctus primum non esset, ante minimum, aliud minimo minus esset. Minus autem minimo esse non potest. Punctus ergo quia in spacio minimum est. Est etiam primum. Et quia primum est, simplex quoque est. Nisi enim simplex esset, compositus esset. Compositum autem omne, ex præcedentibus componitur. Punctum autem præcedit nihil quia primum est. & ante primum nihil. Punctus ergo quia primum, & non componitur, est simplex. Et quia simplex est, est quoque indiuisibilis, non enim diuiditur in partes, cum non sit compositus. Est ergo indiuisibilis: Et quia indiuisibilis, totum neque est, neque dici potest. Totum enim est quod partes habet, ex quibus componitur, & in quas diuidi potest. At punctus neque compositus est, neque est diuisibilis, totum ergo non est. Si totum non est, partes nullas habet. quia si partes haberet, ex eis componeretur, & in eas diuideretur. Quod nequaquam fit; nullas ergo partes habet. Atque ita quod Euclides vti principium suppofuerat, punctum partes nullas esse, vti principiatum est demonstratum. Punctus vero quia partes nullas habet, non est partibilis. Si partibilis non est, non est etiam diuisibilis. quod idem est, cum demonstrato indiuisibili. Quia vero diuisibilis non est, quantus quoque non est. Quantum enim omne diuisibile est. Quoniam vero quantus non est, minor fieri non potest, neque potest fieri maior, neque æqualis. Atque ideo cum nullo quanto in comparationem veniet. Atque ideo, neque cum linea, neque cum angulo, neque cum superficie, neque cum corpore. Hæc enim quatuor, quanti species sunt. Quoniam vero cum eis in nullam venit comparationem, cum eorum nullo erit commensurabilis. Si commensurabilis cum eis non est, neque ea mensurabit. neque ab eis mensurabitur. Hæc quidem compositiua methodo sunto demonstrata. Per hæc eadem resolutiua, ad principium recurri potest. Quia punctus, a nullo quanto mensuratur, nullum etiam quantum mensurat ipse. Et id, quia cum nullo est commensurabilis. Et id, quia cum nullo in comparationem venit. Idque, quia nec æqualis vlli, nec maior vllo,

neç minor vllo quanto est. Id autem, quia ipse quantus non est. Id autem, quia diuisibilis non est. Id autem, quia partibilis non est. Id quoque, quia partes nullas habet. Id vero, quia non est totum. Id autem, quia est indiuisibilis. Id vero, quia simplex. Id etiam, quia in spacio primum. Id quoque, quia in spacio primum. Hæc autem fuit puncti definitio essentialis quatenus est minimum. Quatenus vero in spacio est, situm esse in spacio est necessarium. Et quia situm in spacio habet, ibidem positionem etiam habet. Et quia positionem habet respectum, ad alium, vel vnum, vel plura puncta habebit, & lineas, & angulos, & superficies, & corpora, quæ quatuor omnia in spacio sunt, & spacia sunt. De puncto ergo scientiam habemus, non solum definitione, sed & causarum ad suos effectus deductione, & per necessarias demonstrationes. Per quas, & per subiectum in quo est, spacium inuariabile, inter scientias mathematicas primum habet certitudinis gradum. Quam rem veteres omnes videntur ignorasse. Ex qua sanè puncti scientia, vti ex principio demonstrato, reliqua omnia continui quanti Theoremata ordine continuata, deduci possunt. Quam rem opere ipso, aliquatenus demonstremus.

Punctum qui in spacio est, & in eo situm, positionem habet, & respectum habere diximus, tum ad alium punctum vnum, tum ad plures, tum ad quatuor illa quanti genera, quo modo ad vnum se punctum habeat contemplemur primo.

Punctus vnus in spacio positus, punctum alium respectans, necessario illum vel tanget, vel non tanget. De tangente ergo prius. Si ergo duo puncti se se tangant in spacio a spacium non occupant. Si namque spacium occuparent, minimi in spacio non essent, sed essent quanti. At & minimos in spacio esse, iam est demonstratum. Non ergo spacium occupant. Et quia spacium non occupant, in vnum ambo coeunt, ita vt vnus fiant punctus. Si duo vnus ita fiant, vnum fient, & tres, & quatuor, & centum, & mille, & innumeri, & infiniti, vnum fient. Cur enim illa, & non etiam hæc, cum & hæc nullum occupent spacium, neque super spacio extendantur. Et quia nullum occupant spacium, neque super spacio extenduntur, magnitudinem nullam sibi acquirũt. Atque ideo, magnitudinem ex se non procreant. Nemo enim dat, quod non habet. Quòd si magnitudinem ex se non creant, longitudinem, quæ prima est magnitudinis species, ex se non creant. Si vero longitudinem de se non creant, lineam de se non faciunt. Atque ita methodo longe alia, demonstratum nobis est, quod veteribus est ostensum, lineã ex punctis non componi, non generari. Quia vero plures puncti se se contingentes, longitudinem de se non creant, neque lineam faciunt. neque latitudinem creabunt. Si neque latitudinem faciunt, neque angulum etiam facient. Et quia neque latitudinem, neque angulum de se faciunt, superficiem quoquè de se non facient. Si non superficiem, neque corpus facient. Corpus enim omne superficiebus clauditur. ergo, duo, aut plures puncti, se se contingentes corpus de se non producunt, quia neque superficiem, quia neque angulum, quia neque lineam, quia neque longitudinem, quia neque magnitudinem. Idque quia magnitudinem non acquirunt. Idque quia super spacio non extenduntur. Idque, quia omnes plus vno, spacij non occupant, ideò quòd punctus, & puncta illa omnia minimum sunt in spacio. Quod autem est demonstratum.

De Linea.

VEterum quidam dixere lineæ nulla esse scientiam. in eoque longe à vero discessere. Quæ falsitas per sequentes, tum contemplationes, tum faciles demonstrationes facillime apparebit.

Duo puncta in spacio posita, si sese non tangant spacium inter ea intercedit. Nam si spacium inter ea non intercederet, se se tangerent, & ea omnia ei consequerentur, quæ de punctis se se tangentibus sunt demonstrata. Sed supponimus ea se se non tangere. Spacium ergo intercludent. Si vero spacium intercludunt. Spacium illud nõ erit punctus. Si enim punctus esset, spacium non esset. At spacium est. Omne autem spacium necessario, vel minimum est, vel maximum, vel inter hæc duo, medium. Necessaria est enim, & ineuitabilis hæc diuisio. Contemplemur ergo primo, spacium minimum. Si hoc spacium, minimũ sit, erit etiam primum spacium. Nam si primum non esset, minus minimo spacium inueniretur. At minimo, in nullo rerum genere, minus aliud esse potest, ergo etiam minimo spacio, minus spacium esse non potest. ergo ante ipsum, nõ aliud spacium. Et si ante ipsum non aliud, spacium minimũ, erit spaciũ primũ.

Et quia spacium minimum, spacium primum est. & quia primum, simplex quoque spacium erit. Quia vero simplex est, ex partibus non erit compositum. Si ex partibus non est compositum, id spacium partes nõ habebit. Si partes non habebit, non erit partibile. Si non fuerit partibile, neque erit diuisibile.

Si non

Si non erit diuisibile, erit necessario indiuisibile. Inter ergo duo puncta spacium, indiuisibile, non diuisibile, non partibile, non habẽs partes, non ex partibus compositum, simplex, primumque intercedere potest, id spacium primum erit longitudo. Longitudo namque e spaciis quatuor iam dictis, primum omnium est. Et quia longitudo est, erit linea. Et quia, & primum spacium est, & minimum, & linea. Ea linea erit linearum minima. Et quia minima linea est, & prima, & simplex, & non composita, & partes non habens, & impartibilis, & non diuisibilis, ea erit linea non diuisibilis, hoc est indiuisibilis. Et si non diuisibilis, & indiuisibilis est, ea non erit diuisibilis in infinitum. Quod si minima linea, non est diuisibilis in infinitum, neque media linea erit diuisibilis in infinitum. Quia huius diuisio, vsque ad minimam lineam necessario est peruentura. atque ita cum amplius diuidi non possit, media linea non erit in infinitum diuisibilis. Et quoniam minima, & media linea non sunt in infinitum diuisibiles, neque maxima linea diuisibilis erit in infinitum. Eademmet ratione, quia eius diuisio ad minimam perueniet, in qua diuisio sistatur. Cum ergo, nec minima, nec media, nec maxima linea sit diuisibilis in infinitum, nulla linea erit diuisibilis in infinitum. Falsum ergo antiquorum dogma fuit, ab omnibus mathematicis receptum, omnem lineam in infinitum esse diuisibilem. Et verissimum contrarium nostrum dogma est, nullam lineam esse diuisibilem in infinitum. Ex quo absurda omnia tollentur, tum in contemplatione, tum in operatione, quæ ad positionem veterum consequebantur, ergo nulla linea diuisibilis est in infinitum. Quia maxima non est diuisibilis in infinitum. Et id, quia media non est diuisibilis in infinitum. Et id, quia minima non est diuisibilis in infinitum. Et id, quia non est diuisibilis. Et id, quia non est partibilis. Et id, quia sine partibus est. Et id, quia è partibus non est composita. Et id, quia est simplex. at id, quia est prima. Et id, quia est minima. Sed ad lineam redeamus. Spacium a duobus punctis quæ longitudo, & linea est, interceptu, vtrinque ab ipsis tangitur. Nam si non tangeretur, & ipsam lineam, & spacium duo alia comprenderent, duo ergo vel tria, & non vnum contra suppositum. ergo vtrinque ea tangunt. Si eam vtrinque tangunt, eius extrema vtrinque fiunt. Si extrema, etiam termini. Si termini, lineam efficiunt terminatam. Si terminatam, etiam finitam. Si finitam, non ergo infinitam. Si non infinitam, ergo vtrinque potest protrahi. Si vtrinque protrahi, vtrinque etiam semper longior fieri. Si semper longior fieri potest, in infinitum longior poterit fieri. Atque ita demonstratum a nobis est, quod pro principio Euclides sibi concedi petijt. At quia linea sui natura, protrahi põt minima quoq; linea poterit protrahi. Si protrahi, etiam media fieri. Si media fit, non amplius minima est. Sed maior se ipsa facta est. Et quia maior se ipsa fieri, mediç lineç ęqualis fieri potest. Si vero æqualis, etiam æquali maior. Si æquali maior, etiam maiore æqualis. Et si maiore maior, crescere poterit quousque maxima fiat. Resoluamus. Maxima autem semper potest fieri, quia semper maior potest fieri, quia media, æqualis maiori fieri potest. Quia & mediæ alteri, cuicumq; æqualis. Quia se ipsa maior fieri potest, quia media potest fieri, quia minima, fieri potest media. Quia linea sui natura, potest protrahi. Quia protrahi potest in infinitum. Quia vtrinque protrahi potest. Quia duo puncta eam vtrinque finiunt. Quia eam vtrinque terminant. Quia vtrinque ei sunt termini. Quid vtrinque ei sunt extrema. Quia vtrinque eam contingunt.

De Linea recta.

Dixere veteres, lineam rectam eam esse, quæ æque inter sua puncta iacet. Dixere quoque. Linea recta est, quæ inter duo puncta est breuissima. Quæ quidem vera sunto. Sed nos addimus. Linea recta ea est, quæ inter duo puncta vnum tantum claudit spacium. Vnum autem spacium, id est, quod nullam intercipit latitudinem. Linea vero curua ea est, quæ non solum longitudine, sed etiam latitudinem spaciũ intercludit. Sed de recta prius, de curua suo loco postea. Linea recta, quæ vnum tantum inter duo puncta intercipit spacium, inter ea, est breuissima. Et quia est breuissima, inter ea æque iacet. Et quia inter ea æque iacet, tota æque iacet. Et quia, tota æque iacet, oẽs eius partes æque iacent. Et quia omnes, etiam singulæ æque iacebunt. Et quia singulæ æque iacent. singulæ quoque recta linea erunt. Et quia singulæ recta linea sunt, tota sibi ipsi erit similis. Et quia tota est sibi similis, etiam singulæ eius partes ei erunt similes. Et quia toti sunt similes, singulæ inter se quoque erunt similes. Et quia, & tota, & partes omnes & singulæ sunt, & tot, & inter se similes, erit tota & sibi, & partibus similaris. Et quia similaris, etiam vniformis. Et quia sibi vniformis tota, et partes, & omnes, & singulæ sunt inter se vniformes. at ob id vna, & tota, & partes vna cõprehẽdũtur diffinitione. at quia id, cuiq; eius parti, totius definitio conueniet.

Et quia id, essentia quoque omnis rectę lineæ erit. Et quia id, proprietates quoque essentiales omnium rectarum linearum, eædem sunt. Et quia id, omnes rectæ lineæ eiusdem sunt speciei. Et quia id, in eadem specie perseuerāt. Et quia id, a sua specie non variant: Et quia id, a sua specie non exeunt. Et quia id, a suo situ non dimouentur. Et quia id, omnis recta, omni rectæ adaptabitur, & suptaponetur, neque vlla ab eodem situ demouebitur. Et quia id, erunt omnes inalterabiles. Et quia id, neque inter se commiscebuntur, neque cum alia. Et quia id, simplex erit. Et quia id, simplex conseruabitur. Et quia id, regula erit, omnis non rectæ, quæ ad eadem cum ipsa puncta terminat. Resoluamus. Omnis recta, regula est non rectæ, quæ ad eadē pūcta terminat. Et id, quia simplex, & conseruatur, & est. Et id, quia cum non recta non miscetur. Et id, quia non alteratur. Et id, quia rectæ omnes sibi inuicem adaptantur. Et id, quia & tota, & partibus eundem seruat situm. Et id, quia nulla, ab alia euariat. Et id, quia eiusdem est speciei. Et id, quia essentiales proprietates omnium rectarum sunt eędem. Et id, quia omnes rectę, eiusdem sunt essentiæ. Et id, quia vna omnes comprehenduntur deffinitione. Et id, quia partes, & totum sub eadem sunt deffinitione. Et id, quia & tota, & partes sunt vniformes. Et id, quia tota sibi toti est vniformis. Et id, quia tota est similaris. Et id, quia partes, & totæ sunt similes. Et id, quia partes omnes sunt lineæ rectæ. Et id, quia partes inter sua duo puncta æque iacent. Et id, quia omnes inter duo totius puncta æque iacent. Et id, quia tota inter sua duo puncta æque iacent. Et id, quia inter duo puncta est breuissima. Et id, quia unum tantum inter ea duo puncta, spacium intercipit. Atque hæ affectiones, ita sunt rectæ lineæ propriæ vt, neque lineæ in genere, neque lineæ curuę vllo modo competunt.

DE RECTIS LINEIS SESE non tangentibus, respectum tamen aliquem habentibus.

RESpectum voco eum situm, quem vna linea recta ad aliam vnam, pluresue habet, & non sese tangunt.

Respectus hic quatuor habet positus.

Primum, quando duæ, aut plures rectæ lineæ sese in longitudinem sequuntur. Has consequentes voco. De quibus veteres nihil prodiderunt.

Secundum. Quando duæ pluresue rectæ lineæ latitudine tantum quadam inter se distant. idque bifariam.

Altero, quando æqualiter inter se distant. veteres parallellas vocauere; parum tamen de eis sunt locuti.

Altero autem, quando non æqualiter inter se distant, eas nos inclinatas appellamus. De quibus veteres nihil.

Quarto. Quando nullo modo prædictorum, inter se distant, quas disparatas nominamus. Et quas veteres non videntur cognonisse. De primis ergo prius agamus.

Inter duas pluresue rectas lineas consequentes, spacium iacet. Nam si spacium non interiacet, eæ sese contingunt, nec sunt amplius consequentes. Quia vero inter eas spacium iacet, inter earum proxima extrema iacet. Et quia inter proxima extrema iacet, inter proxima earū puncta iacet. Et ob hoc, poterit per spacium id, a pūcto ad punctū linea duci, eaque linea breuissima erit. Et ideo recta. Et ideo etiam eiusdem speciei cum prioribus, sese consequentibus. Et ideo, vna cum iis est facta. Atque ideo omnes ei proprietates conuenient, de quibus cum de recta linea ageremus, diximus. Et resolui possunt ita, quia vna cum eis est facta, eiusdem est speciei cum illis. Ideoque est recta, idque quia breuissima. Et id, quia inter proxima consequentium puncta, fuerat ducta. Et id quia poterat ad ea duci. Et id, quia spacium intercedebat. Et hoc, quia non sese contingebant.

De rectis Parallelis.

VEteres, parallelas deffiniere, eas lineas esse, quæ in eadem superficie, vtrimque productæ, numquam concurrunt, sed quia definitio hæc demonstrari potest, pro principio per se noto, non est ponenda. Atque ideo dicimus.

Lineæ parallelæ eæ sunt, quæ in latitudine inter se positę omnibus sui partibus oppositis sunt æquidistantes. Aequidistantiam hanc intelligo, quando partes oppositarum nulla ab altera, vel procul abit, vel prope accedit. Et quia parallelæ, & rectæ, & curuæ esse possunt de rectis nunc agamus. Quas diximus omnibus suis partibus æquidistare. Et quia partibus omnibus æquidistant, sunt parallelæ. Atque ideo totæ ipsæ etiam æquidistabunt. Et conuersim, quia totæ æquidistant, omnes quoque earum partes ęquidistant. Atque hinc fit, vt si vtrimque in rectum protrahantur, partes quoque protractæ æquidistabunt. Et ideo si in infinitum quoque protrahantur, etiam erunt parallelæ. Et quia protractæ partes sunt parallelę, nunquam sibi inuicem propinquabunt. Atque ideo nunquam concurrent. Quæ res, vt principium posita, a veteribus, a nobis est demonstrata. Et resolui etiam demonstra-

monstrationes hæ possunt, si dicamus. Parallelas nunquam concurrere, quia earum partes nunquam propinquant. Et hoc, quia protractæ partes sunt parallelæ. Id vero quoniam in rectum protrahuntur. Et id, quia partes earum priores sunt parallelæ. Et hoc ipsum, quia partes primarum inter se æquidistant.

De rectis Inclinatis.

Lineas rectas inclinatas diximus nos vocare, eas, quæ a latere sibi positę, partes non habent æquidistantes. Suntque duarum specierum. Priores, quando extrema earum ab vno viciniora sunt, quàm ab alio. Secundæ, quando extremum alterius, mediæ alteri propinquat. Atque ideo euenit, vt altera tota, alteri toti non æquidistat. Et conuersim, quando non æquidistant, sunt necessario inclinatę. Et si totæ sunt inclinatæ, etiam partes omnes sunt inclinatæ. Sed propinquiores magis, longinquiores minus. Si vero hæ longinquiores in rectum protrahantur, protractæ partes magis ac magis distabunt semper. Atque ideo concurrent nunquam, neque coniungentur. Quare demonstratione hac ostenditur, hoc ipsum, nunquam concurrere, non esse solarum parallelarum proprium, sed & inclinatarum commune. Quod veteres non animaduerterunt. Si vero e contra, ab alteris extremis, quæ sunt propinquiora, protrahantur in rectum, minus ac minus semper distabunt, semper ergo magis propinquabunt. Atque ideo, si adhuc protrahantur, concurrent tandem. Et vbi concurrunt, etiam iunguntur. Iunguntur autem, (resoluendo) quia concurrunt. Ideo, quia magis semper propinquāt. Et id, quia semper minus distant. Et id, quia ibi a principio distabant minus. Et id, quia eo inclinabant? Sicuti e contra a parte altera, quia magis distabant protractæ in rectum, nunquā concurrebant, quia magis protractæ, semper longius discedebant. Quia partes, aliam plus, aliam distantem minus habent. Id vero, quia partes non sunt æquidistantes. Id vero quia tota toti non æquidistat. Id autem quia sunt inclinatę.

De rectis Disparatis.

Rectas lineas disparatas eas vocauimus, quæ nec consequentes, nec parallelæ, neque inclinatæ sunt, respectum tamen mutuum aliquem habent. Eum scilicet vt neque in longum, neque in latum sint sibi inuicem positæ. Si vero in rectum protrahantur vel parallelæ fiūt, vel inclinatæ. Si vero parallelæ vel omnes parallelarum proprietates nanciscuntur, & nunquam coniungentur, sicuti etiam si fiant inclinatæ, inclinatarum omnes acquirent proprietates. Atque ideo & concurrere, ab vna parte queūt, a parte altera nequeūt.

De rectis quæ sese contingunt.

Quia vero ab altera parte, & inclinatæ priores, & hæ inclinatæ ex disparatis factæ coniungi possunt, coniunctio hæc est contemplanda. Itaque.

Si ab vno puncto, in spacio posito, ad duo alia puncta in spacio posita, duæ rectæ lineæ signentur, aut in directum, aut in non directum signabuntur. Si in directum signentur, consequentes lineæ efficiuntur, de quibus est peractum. De signatis ergo non in directum, est agendum. Si ergo ab vno puncto in spacio ad duo alia puncta duæ lineæ trahantur, inter punctum, & lineas spacium intercipitur.

Nam si spacium non interciperetur, consequentes essent. Non sunt aūt ex demonstratis. Ergo erunt, vel parallelæ, vel inclinatæ. Sed parallelæ nunquam iunguntur. inclinatæ vero ab vna possunt iungi parte ad punctum illum vnum poterunt signari inclinatæ. Sed si ab altera parte inclinatæ sunt, a distantiore necessario refugientes signabuntur. Sed poterunt, & non inclinatæ, & non refugientes signari, idque in earum medio. Mediaque erit inter fugam & inclinationem. Quæ autē ita mediæ sunt, numquam non mediæ erunt; atque ideo numquam eum situm mutant. A quo & inclinantes, & refugientes, magis ac magis a medio poterunt discedere. Atque ideo aliquando tantum discedent, vt altera alteri possit superponi. & vna fieri linea, neq; amplius inclinari. Refugientes quoque, tantum aliquando poterunt refugere, vt altera alteri in rectum ponatur, & fiant consequentes. Quę speculatio potest. & ipsa ab hac postrema, per media ad suum principium resolui, aut regredi.

De Angulo Rectilineo.

Quoniam non solum duę rectę lineę, sese in puncto tangentes, de se eas quas percurrimus demonstrationes, edere possunt, quæ ad inclinationem, & fugam, & medietatem pertineant, sed etiam in eis angulos formant, de Angulis necessario est modo agendum. De quibus multa veteres supposuerunt, nihil tamen de anguli natura demonstrarunt. Eum quoque diffinierunt. Angulus planus est inclinatio alterna duarū linearum, quæ sese in plano contingunt, & in directum non iacent. Nos vero aliter. Angulus est spacium,

cium, a duabus lineis ad contactum earum interceptum. Angulus autem rectilineus est spacium a duabus rectis lineis ad earum contactum interceptum. Nam si ad contactum nullum spacium interciperetur, vna tantum essent factæ recta linea. At recta vna non sunt; ergo spacium ad contactum intercipitur. Si vero eæ duæ lineæ fuerint, altera alteri perpendiculares, angulus is inter inclinationem, & fugam erit medius. Fuitque is à veteribus angulus rectus nuncupatus. Quia vero hic medius, vti est demonstratum, numquam variat. semper ergo erit rectus, Et conuersim, si rectus fuerit, semper erit medius & a duabus perpendicularibus interceptus. Et per consequẽs, quia semper rectus est, situm suum numquam variat. Atque ideo, nec minor fiet. ergo est semper sibi æqualis. Ergo omnes recti anguli, sunt inter se æquales. Ergo qui recto angulo non est æqualis, rectus angulus non est. Ergo qui angulus rectus non est, nec recto æqualis, vel minor, vel maior recto erit. Ergo neque a duabus perpendicularibus intercipietur. Ergo vel ab inclinatis, vel a refugientibus intercipietur. Esto prius ab inclinatis interceptus. Inclinans autem linea recta ea est qua a contactu duarum perpendicularum inter eas protrahitur. Quæ cum inter ambas protrahatur, ad vtramque erit inclinata. Nisi enim inclinata esset, vel perpẽdicularis esset, vel refugiens, quod contra suppositum est. Quia vero inclinata est, ad vtramque duos inter eas facit angulos, qui necessario prioris anguli recti erũt partes. Et ideo recto ipso minores. Sunt autẽ illi duo suo toto recto, acutiores, necessario omnis angulus acutus, minor erit omni recto. Et quanto magis inclinata illa media ad alteram perpendicularem inclinauerit, tanto angulum eum efficiet minorem, ideoque acutiorem. Alterum vero sibi socium efficiet necessario maiorem. Inclinans autem illa acutiorem semper faciendo angulum, & minorem; tantum poterit inclinare, vt aliquando angulum efficiat minimum. Minimum autem illum vocamus, quo minor esse nequeat. Alter vero socius, intra duas illas perpendiculares, erit acutiorum angulorum maximus. Minimus autem ille si adhuc sua linea inclinet cum perpendiculari proxima vna atque eadem fiet linea, & angulum relinquet nullũ. Id autem, quia cum altera illarum, vna eademque fieri potest. ideo quia ei adaptari potest. Idque, quia a minimo angulo inclinare potest Id vero, quia minimum potest formare angulum. Id quoque quia omnis acutus angulus omni recto angulo, est minor. Id vero est, quia rectus est. Id vero est, quia rectum in duos diuidit. id quoque quia ab inclinata ad perpendiculares est formatus: Id autem, quia inter eas est protracta. Id vero, quia inclinata ea est quæ inter perpendiculares trahitur. Linea vero refugiens, a perpendicularium contactu, non ad intra, sed ad extra refugiet. Atque ita proximiorem perpendicularem, inter se & alteram collocat mediam. Ad eamque angulum recto extrinsecum. Atque ita inter se, & distantiorem perpendicularem, duos format angulos. Qui quidem anguli duo, maiores erunt vno recto. Si vero media perpendicularis e medio tollatur, vnus fiet angulus recto angulo maior. Qui obtusus à veteribus est appellatus, eumque maiorem recto supposuerunt, quod nos demonstramus. Quoniam ergo angulus obtusus maior recto est, omnis obtusus angulus omni recto angulo erit maior. Si vero linea a perpendiculari refugiens inter se, & illam minimum relinquat spacium, hic minimus obtusorum omnium erit angulus. Si vero refugiens magis a media recedat, obtusum angulum minimo maiorem faciet. Atque ideo quanto magis refugiet, tanto, angulum obtusum faciet maiorem. Ergo tantum poterit refugere, vt angulum obtusorum omnium maximum, efformet. A quo si magis etiam refugiat in directum distantiori perpendiculari situm assumet. Et tunc nullum angulum efformabit, & eadem cum altera fiet. Potest ergo, vt hanc etiam resoluamus, linea a perpendiculari altera refugiens, cum altera, eadem fieri. Et id, quia potest cum ea nullum angulum formare. Id vero, quia in directum ei descendit. Hoc, quia ab angulo obtuso maximo refugit. Id quoque quoniam angulum obtusum maximum potuit efficere. Hoc etiam quia quanto magis refugiebat, tanto maiorem angulum faciebat. Atque hoc itidem, quoniam a minimo obtuso angulo refugiebat. Id aũt, quia a proxima perpendiculari, minimum spacium discedens, minimum obtusum angulum efficiebat. Et id quoniam recto maiorem angulum obtusum efformabat. Et hoc, quia media sublata, e duobus angulis vnus remanebat, & maior recto priore. Et id, quia inter se & distantiorem, duos angulos efficiebat. Et id, quia inter se, & proximam angulum formabat. Et id, quia proximã inter se, & alteram locabat. Idque quia a contactu illarum, ad extra refugiebat.

De rectis cadentibus subtensis.

Cadentem rectam lineam vocamus eam, quæ super aliam rectam lineam cadit, & altero suo extremo, eam inter extrema tangit. Vel, Cadens linea ea est, quæ inter alterius extrema eam tangit. Hanc autem quæ tangitur,

tur, subtensam appellamus. De quarum neutra veteres separatim nihil sunt cõtemplati. Itaque si eadem linea, subtensam inter extrema tangit eam in duas partes diuidit, quæ partes, ipsæ quoque rectæ lineæ sunt, & caden ti vtrinq; positæ. Angulosque duos formát, vel rectos ambos, vel alterum acutum, alterũ vero obtusum. Si recti sunt ambo, tum cadens erit perpendicularis. & partes subtẽsæ illi erũt perpendiculares quoque. & conuersim si perpendiculares sibi inuicem fuerint, angulos vtrosque efficient rectos, atq; ideo sibi inuicẽ æquales. Et eos, & eas omnes eæ proprietates consequentur, quas ante vidimus, & perpendi culares lineas, & rectos angulos consequi. Si vero cadens linea perpendicularis non fuerit, anguli illi duo recti non erunt. Et conuersim, Si recti non sint, cadens ad perpendiculum nõ cadet. Sed subtensæ alteri parti inclinabit, ab altera refugiet. Atque ideo ab hac obtusum angulum efficiet, ad alteram acutum. Atque ita, eorum angulorum hic quidem recto minor, ille vero erit maior. simul vero sumpti, duobus rectis erunt æquales.

De rectis se se intersecantibus.

Lineas rectas se se intersecantes eas nuncu pamus, quæ se se inuicem inter vtriusque contingunt extrema. De quibus quidem Thales prius, & ab eo Euclides sumens, non amplius vno fecerunt Theorema, nos vero sequẽ tia omnia.

Intersecantes ergo lineæ rectæ, a contactus mutui puncto, quatuor de duabus efficiũtur, quæ rectæ quoque sunt lineæ. Quarum quatuor duę inter se erunt vel perpendiculares, vel inclinatæ, vel refugientes, tantum duæ quoque aliæ erunt. Et quatuor inter se angulos efficiunt. Si perpendiculares sibi inuicem fuerint, anguli omnes quatuor recti erunt. Et conuersim si hi recti omnes erunt, illæ omnes erunt mutuo perpendiculares. Et quia omnes illi anguli sunt recti, omnes quoque sunt sibi æquales. Et quia omnes inter se sunt æquales, etiã duo consequentes inter se erunt æquales. Consequentes autem voco duos eos, qui vel supra, subtensam, vel sub ea remanent. Sed & contrapositi duo qui dimidia pars illorum inter se æqualium sunt, erunt quoque æquales. Contrapositi autem ij sunt quorum alter, supra, alter vero infra subtensam sunt locati ab vno latere tamen ambo. Sic & qui duo sibi mutuo sunt coalterni, erunt sibi æquales. Subalternos autẽ hoc nomine ẽt veteres nominarũt quorũ, alter qui supra, alter infra subtẽsam sed non ab eadem sunt siti parte. Si vero cadẽs linea subtensam intersecet, non ad perpendiculum, ab vtroque latere tantum inclinabunt quantum ab alio vtroque refugientes erunt. Et tunc dicuntur oblique se se intersecare. Quatuorque angulos itidem intercipiunt ad intersectionem: Qui quatuor rectis angulis sunt æquales, sed duo acuti erunt, duo vero obtusi. Atque ideo ij qui consequentes dicti sunt, alter acutus, alter est obtusus. Et ideo, cõ trapositi etiam, alter acutus alter obtusus est. Atque ideo tum hi, tum illi duobus rectis sũt æquales. Ideoque inter se sunt etiam æquales. Et præterea, coalterni sunt inter se æquales. Quorũ ij qui acuti, sunt quidem inter se æquales, sed duobus rectis minores, sicuti obtusi coalterni inter se itidem sunt æquales, & duobus rectis maiores. Et id quia acuti coalterni, sunt inter se æquales, sed duobus rectis mino res. Et id, quia coalterni sunt inter se æquales. Et id quoniam tum contrapositi, tum consequentes æquales inter se sunt. Et id quia separatim horum singuli duo, sunt duobus rectis æquales. Et id quia contrapositi alter acutus, alter est obtusus. Et id quia consequentes ẽt, alter acutus, alter obtusus est. Et id, quia e qua tuor obliquis, duo acuti, & duo sunt obtusi. Et id quia quatuor rectis sunt æquales. Et id quia duæ lineæ, se se intersecantes, ad duo latera sunt inclinatæ, & a duobus oppositis lateribus, sunt refugientes.

Duæ rectæ parallelæ ab vna recta intersecatæ.

Recta vna linea, duas rectas lineas intersecans, aut est vtriq; perpendicularis, aut vtrique obliqua, aut alteri perpendicularis, al teri obliqua. Et qualitercunque eas intersecet ad intersectionis puncta, octo format angulos. Si perpendiculo secet, omnes octo anguli recti erunt. Atque hinc sequetur, vt eas omnes proprietates habeant, quas supra de angu lis rectis speculati sumus. Si vero vna illas pa rallela intersecet, nullus ex octo angulis rectus erit, sed omnes simul octo rectis sunt æquales ex demonstratis. Quatuorq; ex ijs acuti erunt, quatuor obtusi. duo intrinsecus, duo quoque extrinsecus. Atque ideo duo consequentes extra, duo intra. Duos itidem vtrinque contrapositos. & per se singulos, quatuor rectis æquales. Et itidem inter se æquales simi liter, & coalternos æquales eis. Horum vero quatuor acuti inter se æquales sunt, sed quatuor rectis minores, sicuti, & abtusos, quatuor rectis maiores, sed inter se æquales. Et si intrio seri coalterni sint inter se æquales duæ illæ re ctæ erunt parallelæ. tum etiam si alter intra, alter extra coalterni, sint inter se æquales, eædem rectæ erunt parallelę. Et si duo anguli ab vna parte sunt duobus rectis ęquales eæ itidẽ

erunt

erunt parallelæ. Tum quoque si alter intra, alter extra coalterni sint inter se æquales, tunc duo interni ab eodem latere, duobus rectis erunt æquales.

De vna recta, duas inclinatas secante.

DE his quidē lineis veteres dixere nibil. Si ergo vna recta duabus rectis alteri inclinatæ, alteri perpendiculari incidens eas secet, omnes eas sequentur proprietates, quæ antea de inclinatis, & perpendicularibus contemplati sumus. Et præterea duos angulos extrinsecos versus inclinationem alterum obtusum, alterum rectum. Qui quidem duobus rectis sunt maiores. Intrinsecos vero, alterum acutum, alterum rectum, qui duobus rectis sunt minores. A parte vero opposita inclinationi ad intra, alter erit obtusus, alter rectus, & ideo duobus rectis maiores. Extrinsecos vero alterum acutum, alterum rectum, ideoque minores duobus rectis. Si vero nulla perpendicularis fuerit, sed inclinata ambo, eas recta intersecet, ambo extrinseci ad inclinationem erunt obtusi, duobusque rectis maiores. Intrinseci vero, acuti erunt, & duobus rectis minores. Ab opposita vero parte intrinseci obtusi erunt extrinseci acuti, hi minores, illi maiores duobus rectis, nullusque rectus erit, omnes tamē simul, octo rectis erunt æquales.

De triangulis rectilineis.

TRansacta tractatione trium nostræ Geometriæ principiorum, puncti, lineæ, atque anguli, singulariumq; earundem proprietatum, consequens videtur esse, vt de quarto principio, superficie scilicet, siue figura, habeatur sermo. Quam veteres deffiniere.

Figura est id, quod vel vno, vel pluribus terminis continetur. Figura recti linea, ea est, quæ a rectis lineis continetur. Sed nos, iuxta principia a nobis posita, dicimus.

Superficies seu figura, est spacium, longum, latumque clausum. Atque id tripliciter aut a rectis lineis, aut a curuis, aut a rectis, & curuis simul.

Sed de curuis agendum erit postea. Nunc de figuris rectilineis esto sermo.

In quo genere, cū vna aut duæ rectæ lineæ nequeant spacium vllum claudere, & figuram conformare, prima, ac simplicissima rectilinea figura, ea erit, quæ tribus ad minus, rectis lineis contineatur.

Hæc autem a veteribus, & a nobis etiam triangulus vocatur. De quo illi non pauca sunt speculati.

Sed nos, & numero plures, & meliore ordine, & concathenato magis, de eis tractationem instituemus.

Initium ergo, a punctis sumamus. Quæ principium commune sunt, & linearum, & angulorum, & superficierum, & corporum.

Itaque dicimus, sicuti duo puncta lineam intercluserunt, tria angulum, hæc eadem tria primam superficiem formabunt. Hoc ergo demonstremus.

Si tria puncta, seorsum, & non in directum in spacio posita, a quouis ad quoduis recta signari potest. Nam si a puncto ad punctum linea signari non posset, duo puncta, lineam nō interciperent. Eam autem intercipere iam est demonstratum. Si vero a quolibet ad quodlibet linea signetur, cuilibet duæ rectæ coniungentur. Et inter eas angulus comprehēdetur. Atque ideo tres angulos, tres ipsæ comprehēdent, ad tria nimirum puncta. Atque ita inter puncta, lineas, & angulos spacium claudetur. Idque longum, latumque. Atque ideo id spacium erit superficies, atque figura, ex earū nimirum deffinitione. Quæ quoniam, tres angulos habet, veteres eam triangulum nominarunt. Tres vero lineas, quæ ipsum claudunt appellarūt latera. Ex quo euenit, vt quoniam, a tribus punctis, tribus lateribus, tribusque angulis est figura hæc clausa, cuique lateri, ā angulus sit oppositus. Et e cōuerso, cuique angulo, latus vnum opponitur. Si vero puncta illa tria, sint inter se æquidistantia, latera quoque eis opposita inter se erunt æqualia. Ideoque hic triangulus, æquilaterus est a veteribus vocatus. Et e conuerso si latera omnia tria sint æqualia, anguli eis oppositi omnes erunt, sibi inuicem æquales. Ideo dicetur quoque triangulus, non solum æquilaterus, verum etiam æquiangulus. Is vero triangulus, qui non tria omnia puncta, sed duo tantum babeat æquidistantia. duo quoque, & non tria latera, & duos tantum, & non tres angulos habebit æquales. Et a lateribus, æquilaterus, & Isosceles a veteribus fuit nominatus. Et duos angulos, duobus æquis lateribus oppositos habebit æquales. Quæ sane; V. Euclidis propositio fuit. Et V I. eiusdem, huic conuersa. Is triangulus qui duos oppositos triangulos æquales habebit, duo quoque latera eis opposita babebit æqualia. Hinc sane sequi est necesse, vt qui triangulus, nullum latus, inter se æqualia habeat, eum neque angulos vllos habere æquales. Et e conuerso. Qui triangulus angulum nullum æquum habeat; neque latus vllum æquale babebit. Talem autem triangulum veteres Scalenum vocitarunt. Quibus e rebus, ea quæ veteres de triāgulis omnibus vii principia supposuerunt, a nobis sunt demonstrata. Ex his autem demonstratis illa quoq; sequūtur,

tur, vt in quoque triangulo, minus latus minori angulo opponatur. Et minori lateri, minor angulus. Et per consequens maior angulus, maiori lateri opponetur; & è conuerso maius latus, angulo maiori. Quæ duæ fuerunt Euclidis xviij. & xix. Ex quo necessario sequitur, si quod latus, maiore minus, minore maius fuerit, etiam angulo, minore maioris, & maiore minoris opponetur. Et è conuerso, medius hic angulus medio opponetur lateri. Vnde, illud quoque consequitur, quod omnis triangulus, & angulos lateribus oppositos, & latera angulis opposita sibi inuicem correspondeant, & sint proportionata.

Hæc quidem, nouæ nostræ Geometriæ elementa sunto primaria. Si vero ætas, Dei Opt. Max. beneficio nobis suppetat, reliqua de triangulis, quæ desunt, & figurarum aliarum rectilinearum, quæ ex triangulis omnes componuntur, vsque ad decennarium, persequemur. Si vero non suppetat, hanc a nobis primis, Regiam in Geometria methodum, acutiores posteri secuti, haud, ni fallimur, difficulter, adimplere poterunt. Et vniuersam curuilinearum figurarum tractationem atque scientiam ad finem poterunt perducere. A nobis, quod in magnis infortuniis, præstare potuimus, æquo animo suscipiant.

Finis Tertij Libri Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS,

LIBER QVARTVS.



DE PRIMAEVO LVMINE.



PEracta vniuerſa vniuerſi ſpacij,eioſque proprietatibus tractatione, vlterius ordine progredi eſt neceſſe. Sanè dictum eſt, id primum, extra paternum profundũ neceſſario fuiſſe productũ. Sine quo alia nequirent eſſe, neque conſiſtere. Id autem ſpacium fuiſſe eſt iam demonſtratum. Quod reliquis entibus omnibus, in ſe locum daret. Reliqua poſt ſe entia omnia, in ſe reciperet. Quod nam autem ens recepit primo? Ita contemplemur. Spacium neceſſario, vel vacuum eſt ſui natura. vel eſt ſui natura plenum. Quod plenum eſt, vel ſeipſo plenum eſt, vel re a ſe alia. Sed res alia nulla adhoc in ſpacio apparuit. Plenum ergo eſt ſe ipſo, ſuiſque dimenſionibus, & proprietatibus, quas præcedenti libro ſumus perſecuti. Se ipſo autem plenum eſſe, tantumdem eſt, ac ſi dicamus, re omni alia vacuum eſſe. Sed plenitudinem eius quærimus. Qua igitur re, a ſe ipſo alia, potuit ſpacium impleri primo? Ea nimirum, quæ ipſum replere potuit. At replere potuiſſe videtur primo, quod per ipſum fundi potuit facillime. Quid autem facilius fundi potuit per ſpacium, quam lumen? At vnde, & a quo fonte, lumen id in ſpacium eſt fuſum? A patre nimirum, ac fonte luminum, a Deo. Qui Deus lux eſt, & in eo tenebræ non ſunt vllæ. Lux autem è ſe lumen non emittere, non poteſt. Neque lumen aliunde, poteſt emicare, quam a luce. A prima igitur luce, eſt lumen primum. Et lumen primum eſt a luce prima, ſicuti a ſecundis lucibus ſunt ſecunda lumina. Et a tertiis, tertia; atque deinceps.

Emicuit ergo a Dei luce, lumen primigeniũ. At id, ante ne fuit, quàm ipſe diceret? Fiat lux? & facta eſt lux. An dum id verbum pronunciaret? Si dicamus, dum id pronunciaret verbum. Quid ergo, ante eam iuſſionem lumen ne erat in ſpacio? an tenebræ? an medium quid, inter tenebram & lumen? Sin tenebram dicamus, A quo nam opaco, ea oriebatur? Omnis enim tenebra, eſt ab opaco, & in opaco. At nihil tale in ſpacio adhuc vacuo erat. Si dicamus medium quid in ſpacio fuiſſe, neceſſe eſt id, ex tenebra & lumine fuiſſe compoſitum, ac temperatum. At demonſtratum modo eſt, nullam ibi potuiſſe eſſe tenebram. Ergo neque ex ea temperatum. Excluſis igitur tenebra, & temperato, tertium ibi fuiſſe lumen eſt neceſſarium. Veriſſimeque dictum; Deum, lucem inhabitare inacceſſabilem, id eſt in ſeipſo qui eſt inacceſſibilis nõ ſolum, poſtquam eam iuſſit in mundo fieri, ſed perpetuis antea ſeculis, & tota eius ſempiternitate. Nam ſi hoc nõ detur, iterum, iterumq; redibit quæſtio, modo profligata, de tenebris, & temperato, & ceſſabit nũquam. Ergo Deus, tota ſua ſempiternitate, φῶς, quod & lux eſt, & lumen, inhabitauit, & adhuc habitat, inacceſſibilem. At ab ipſo nemet prodeuntem? vel ab alio factam? At a quo nam alio factam? cum nec ante ipſum quicquam fuit, neque ſit ei quicquam compar. Si vero a quopiam poſteriore, id lumen dicamus eſſe productum. author ergo rerum, author luminis, ente a ſe producto, indiguit, vt bene eſſet? Rem hanc, ratio nulla philoſophica ferre poteſt.

De Deo ergo luce primaria, lumen primigenium emicuit. Ab vna luce, lumen vnum.

Ab

Ab infinita luce, lumen infinitum. Eſt enim Deus, vti iam ante, eſt nobis demonſtratum ἀπειροδύναμος infinitipotens. Ab iofinita potentia, infinita prouenit actio. Ab infinita actione, iofinitum quoque effectum, oeceſſe eſt prodire. Nam ſi finitum effectū ab actione infinita, dicamus produci, tum oeceſſe erit, actionis iofinitæ, finitam partem exiſſe in opus. reliquam, quæ in iofinitum vergit, inertem & fruſtraneam ſediſſe, & nihil eſſe operatam. Et hoc oeceſſe eſt eueniſſe. vel quia oeſciit prodire tota, vel quia noluit: vel quia nequijt. Neſciſſe non eſt dicendum. Summa enim ſapientia, quæ eam edebat, quid oeſciat? Neque itidem dicendum, noluiſſe Summum, enim bonum, nulla tangitur inuidia. Neque booitatem ſuam ſupprimit, quo tota non exeat in opus. Nequiſſe multo eſt dicendum minus. Quo enim modo infinitipotens actionis author, atque omnipotens, non potuiſſe arguetur? Si & ſciuit, & potuit, & non noluit infinitipotens, infinitam edere actionem, in luminis effuſione, per eam actionem, infinitum effectum prodire fuit neceſſum. Luminis nimirum, a diuioa luce effuſi in infinitum. Ab infinita ergo luce, ac ſumme perfecta, finitum tantum lumen, noo fuit expectaodum. Sed vtrumque & infinitum, & finitum. Hoc enim illius eſt pars. Infinita ergo Dei lux, iofinitipotens, tota ſeſe effudit in actum, atque iofinitum produxit lumen. In quo lumine inacceſſibili habitaret ipſa in ſe ipſa, & reliqua habitarent eotia omnia, potius quam vel in tenebris. vel in vmbra.

Atque ita verum fit, id quod myſticus ſcripſit Ariſtoteles in his.

„ Prioceps eſſentia, lux eſt infinita. Ab illaq; „ illuſtratur, orbis cœleſti ſuperior. Et ab hoc cœleſtis. Sed addubitēt aliqui. Deus lux quidem dicitur, ſed non proprie: Ipſe enim iocorporeus eſt, & ſubſtātia, ſiue eſſentia, ſiue etiam cum Dionyſio omnem ſuperat, & eſſeotiam, & ſubſtantiam. Lux autem corporis eſt accidens, & in corpore hæret. Dictus eſt igitur Deus lux, non vt habeat illam tamquam ſibi inhærentem: ſed eſſentialiter ſecundum quandam perfectionem modo diuino. Dicimus nos è cootra, luces alias, eſſe luces, quia ſint luci Dei ſimiles. Effectus enim, ex toties demonſtratis, ſimiles cauſis dicuntur, & non viceuerſa, cauſæ ſimiles effectibus. Deus igitur, reuera eſt lux, ſed non noſtro, non creaturarum modo, ſed ſuo, ſed ineffabili Deitatis ſuæ, atque nobis incogitabili. Repetent: lux eſt accidens. Deus eſt ſubſtantia. Hic iam eſt Ariſtoteliſmus. ſine quo, philoſophi eſſe non audent. Nos melius cum Dionyſio, Deus eſt ὑπερούσιος ſupereſſentialis. Omnem excellit ſubſtaotiam. Ergo vana eſt hæc, iſtorum in Deo diſtinctio, ſubſtantiæ atque accideotis. Neque ergo lux in Deo, accidens eſt, neque in eo, vti in ſubiecto iacet lux. Sed lumen quod a Dei luce, in ſpacium dicimus eſſe fuſum, alio Ariſtoteliſmo, ita diuidunt. Vel ſpirituale fuit, vel corporale. Si ſpirituale: per omnia potuit ſine vllo impedimento permeare. atque omnia illuminare. Id nos totum concedimus: At corporale neceſſe eſt fuiſſe, quia per ſpacium eſt fuſum. quod trina dimeoſione, totum eſt corpus. At nos dicimus. Origine quidem ſpirituale fuit hoc lumen, & incorporeum penitus. Sed poſtquam a fonte ſuo digreſſum, per ſpacij partes atque dimenſiones fuodi cœpit, corporale euaſit. trine ſcilicet dimenſum. Atque ita, & iocorporeum, & corporeum ſimul. Illud tum origine, tum per omnia penetratione. Hoc vero extenſiooe, & in iofinitum protenſione. Et quod in Panaügia eſt demonſtratum. Lumen corpus eſt incorporeum, & incorporum corpus. Per vniuerſum, modo addimus, ſpacium fuſum. Neceſſe enim eſt, vel per vniuerſum ſpacium a principio fuiſſe fuſum; vel per ſpacij partem aliquam. Si dicamus per partem: tunc neceſſe eſt ipſum, vel infinitæ ſummi boni actioni reſtitiſſe, vel ſibi ad fuſionem noo ſuffeciſſe: vel impedimento, & fine aliquo in ſpacio interpoſito, vlterius oon potuiſſe progredi. Reſtitiſſe, nec pietas, (quis enim Dei reſiſtat voluntati) nec ratio philoſophica admittet vlla. Quo enim modo lumeo, quod reſiſtentiam nullam habeat ſui natura, vlli rei, ne dum Deo, reſiſtere queat? Neque ſibi lumen ad fuſionem, non ſuffeciſſe eſt dicendum. A luce enim fonteq; infinito profluebat. Neque in ſpacio, vel obice, vel fine oppoſito, in infinitum fuiſſe fuſum eſt dicendum. Neque igitur a conditoris bonitate, neque ſui reſiſtentia, neque ſui inſofficientia, neque alterius obſiſtentia, lumen primæuum in infinitum fundi oon potuiſſe, aut dici, aut cogitari poteſt. At equidem ſpacio eguit per quod funderetur in infinitū. Neque enim lux iofinita, lumen infinitum, potuit non emittere. Non equidem coactè, ſed ſponte ſua. Eſt enim etiam bonitas infinita; Bonitas autem, hæc ſua munera, in bonis non coarctat. Lux igitur infinita, bonitate ſua infinita lumen infinitum, non potuit, oon emittere. Sicuti neque lumen infinitum, potuit a luce infinita non prodire. at a luce emiſſum, non potuit, per ſpacium non fundi. Nihil. n. luminis, alibi reſidere potuit, quam in ſpacio. Neque ſpacium hic, aut ibi, & oon vbique recepit. Nullus enim obex ei obſtitit. Quia nullus in ſpacio adhuc vacuo, obex erat. Vel fruſtra eædem redibunt quæſtiones impo-

tentiæ, inuidiæ, quæ iam sunt a nobis profligatæ.

Sed & alia methodo si possimus, id ipsum confirmemus. Dicamusque, spacium vniuersum, quod intra, quodque extra mundum veterem in immensum extenditur, bonitati Côditoris non expediit vacuum remanere. Repleri ergo spacium debuit. At qua nam re? Rerum vniuersitate ea, quæ in vno, latens fuerat ante. Bonitas enim conditoris, sterilis esse, neque potuit, neque debuit, neque voluit. Spacium igitur, rebus omnibus fuit replendum. At qua nam prima re, a se aliena? ea procul dubio, quam ante alias omnes spacium in se potuit recipere. Et quæ ante alias omnes, spacio se se potuit indere. Maxime autem omnium, spacio indi potuit, quæ maxime omniñ ei cognata esset. Ita enim rerum Naturæ est comparatum vniuersæ, vt quæ sunt inter se cognata, se se facile amplectautur. Affines se se foueant. Similes, se se consectentur. Atque inde fit, vti hæ omnium facillime simul conueniant, atq; coniungantur. Diuersæ vero, sese auuersentur. Contrariæ se se fugiant, fugentque. Ergo res, quæ omnium maxime affinis, similisque spacio fuit, ante alias omnes, inde vsque a rerum initio, ei se se indidit, eique se se insinuauit. Cumque spacio similis esset, nihil in spacio, ei potuit resistere. Per vniuersum ergo spacium eam necesse fuit effundi illudque replere vniuersum. Ei autem rei, affinitas cum spacio, in his quæ sequuntur intercessit. Nimirû, quòd & ipsa, sicuti spacium, esset simplicissima. Quod vti spaciû in immensum extendi posset. Quòd vti spacium, posset per vniuersa fundi. Quod vti spacium per vniuersa penetrare posset. Eaque vniuersa, vti spacium implere. Nulli rei, sicuti spacium, posset resistere. Omnibus vti spacium cederet. Ab omnibus uti spacium posset penetrari. Ab omnibusque sicuti spacium permeari. Denique uti spacium, & corpus esset, & incorporea. Talem autem rem, in tota uniuersitate, nullam omnino aliam, præter vnam, cæteris vetustissimam existere putamus. Eamque rerum omnium euidentissimam. Rerum omniumpulcherrimam, Rerum omniû suauissimam, Rerum omniû optatissimam, Rerum omnium efficacissimã, Rerum omnium maxime admirandam: Lumen scilicet ipsum primigenium. Quod vbicumque inter corpora sit, primæ, ac summæ bonitatis, summa ac prima est imago. Summę ac primæ pulchritudinis, summa est imago. Summæ ac primæ sapientiæ summa & prima est imago. Summæ potentiæ, summa est imago. Summæ beatitudinis, summa est imago. Quid enim, & debuit, Summa bonitas, post spacium, quod entibus omnibus locum daret producere secundum quàm id, in quo primo, incunde habiterent, & incorpora entia, & corpora omnia? Quando, & summa bonitas, lumen inaccessibile habitare non dedignatur. Quid enim res, vniuersitas rerum ipsa habitet potius in tenebris? Re molesta, horribili, miserrima. Et cur Deus, rebus è se procreatis, tenebras aut offundat, aut circumfundat? Et si tenebræ in eo non sunt vllæ, quo modo tenebras, quas non habet, rebus omnibus circumfundat? Atque hic luminis huius in infinitum fusi, primus finis, esto. Secundus vero, quia lumen hoc sit illa Dionysij πηγαῖα ἀκτίς, fontanus radius. Et Philonis ille supercœlestis aster, fons sensibilium, vti vidimus astrorum. Quam Panangiam vocauit. A qua affirmat, & Solem & Lunam, & alios Planetas, & inerrantia sydera, quantum quisque potest, sibi conuenientes hauriunt fulgores. Quam etiam ἡλίου παράδειγμα Solis exemplar nuncupauit. Totum autem hoc Philonis dogma, non aliud infert, quàm lumen hoc primigenium, esse veluti materiam, ex qua Sol & ipse, & cætera sydera omnia, cæteræque omnes luces, sint constitutæ. Quam sententiam textui Mosis primo, applicando, præcipui nostrorum Theologorum, Basilius, Nazianzenus, Theodoretus, & Augustinus, videntur comprobasse, quamuis alij in diuersa abierint. In qua quæstione, si quicquam ad fidem pertinet, Ecclesiæ decretis standum. At quidam alij, qui sine Aristotelismo philosophi esse non audẽt obiicient nobis. Quo modo lumen, in spacio adhuc vacuo consistit? aut consistere potest? Omnium facillime. Non enim eget corpore, quo vel fulciatur, vel vehatur. Aut quod ipsum fulciat, aut vehat. Lumen enim non est accidens quod Peripatus, & credit, & contendit. Sed est actus a luce quidem fonte suo prodiens, non tamen ab eo discedens. Continue inde manans, sed per se, & in se existens. Non enim prima lux, primi luminis productrix lumine, producto, lumen desijt producere. Quando nec ipsa, pro ductione illa exinanitur, nec esse desinit. Sed dum ipsa est, ab ipsa lumẽ prodit, & in se quo que consistit: neq; in nihilum euanescit: in quod res euanescit nulla. Est ergo lumen primum, primæ lucis actus, ab illa defluens quidem, sed non effluens, e se non fluens, e se nô diffluens, nec se circumfluens, neque in se re fluens. Sed essentia, viribusque actionibusque propriis, & vita propria in se consistit. At quo modo inquiet quis iterum, ab incorporea luce, lumen corporeum? Lumen namque, non incorporum tantum est, verum etiam corporeum. Corpus quidem est, qua trine dimẽsum per totum spacium, quaquauersus effunditur.

Incorporum rursus est, quia nulla ei est antitypia. Idque quia est immateriale. Sed manet adhuc dubitatio. Ab incorpora luce, quo modo incorporum, & corporeum simul lumen prodijt? Necessaria equidem ratione. Omne enim productum, producente suo est remissius. Quia vti iam sæpe dictum ab identitate, in alteritatem cadit. Attamen illius est imago. Vtrumq; ergo, & incorporum, & corporum, necessario a luce, lumen euasit: medio inter incorporam lucem, & corporea entia statu. Vt nimirum, & ipsum, fontis sui particeps esset. Et sequentibus corporeis sui participatio nem largiri posset. Perq; omnia, & qua incorporum, & qua corpus posset meare, & calorē secum cum rerum seminibus in omnia vehere, qui rebus cunctis præsto esset; omnia foueret; omnia intus & extra nutriret, conseruaretque, & ad primum eorum fontem, omnia, quatenus sequi possent, & reuocaret, & reduceret. Lux enim illa, paterni profundi, in quo, & in qua, entia omnia summo sunt gradu, sterilis esse non potuit. Ideoque lumen hoc e se produxit quod profundi esset imago. Imago autem esse non poterat, nisi a luce aliquid haberet. Et ab identitate illius in alteritatem caderet. secum tamen ferret imaginem. Illa autem primam, omnia entia continebat, imaginem ergo omnium entium lumen secum retulit. ijsque factum est grauidum quæ suo modo postea pareret per calorem in fluore. vti postea patebit. Si hæc ita esse, demonstrabimus, & partim sunt iam demonstrata, non ne merito in Panaugia, lumen a nobis, vti maximum optimumque Dei Opt. Max. instrumentum, fuit celebratum? Vt quod & iucundissimam entibus omnibus præstaret habitationem, entibus omnibus esset grauidum, luces omnes corporeas e se pareret. In omnia calorem, & cum calore rerum semina veheret: per quem, omnia & essent, & bene essent. Id autem ita esse, deinceps ordinatim est demonstrandum. Cuius demonstrationis hoc Zoroastri oraculum initium esto.

ANNOTATIO R. P. M. IACOBI DE LVGO.

De Deo luce primaria lumen primogenium, & ab vna luce lumen vnum, bene dicit modo intelligat. Illud lumen primogenium, & vnum esse secundam personam in diuinis filium scilicet qui est lumen de lumine ante quem nullum aliud lumen emicuit, nec bene sonat vt illud lumen primo genium dicat materia in qua sol, sidera vetereque luces constitutæ sunt, sed potius & melius dicetur sapientia patris, per quam sol & cuncta entia sunt productæ iuxta illud psal. omnia in sapientia fecisti.

Ab infinita luce, lumen infinitum, verum quidem est, si intelligamus filium, qui est lumen increatū quem nunquam desinit produceret & semper est productus; quem ad modum præsente sole aer sēper illuminatur, & semper est illuminatus, ad significandū ergo præsentialitatē & permanentiam æternitatis dicitur semper nasci filium ipsum, dicitur & melius semper natum, vt si semper designet permanentiam eternitatis, & si meus perfectionem geniti, iuxta illud. Hodie genui et. Si autem illud infinitum pro lumioe creato, ad quod concurrunt omnes tres personæ, & vnum principium, intelligat, non est necesse a luce infinita oriri lumen infinitum: cum Deus non sit agens a natura producens toto suo posse. sed liberum voluntarium producens pro vt vult, nec hac de causa eum tangit inuidia quoniam agit sapienter, vt sibi expediens uidetur, & conueniens vniuerso quare etiam non est necesse vt tota sua bonitate exeat in opus exterius.

FRANCI-



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER QVINTVS.



DE PRIMARIO CALORE.

Ἐστὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα.

„ Sunt omnia igne vno
„ genita.

Potest id oraculum, duplici, & vtrnque ambiguo accipi sensu. Nam & pro conditrice vniuersi causa, quasi opera ignis sint effecta omnia: Et pro materiali causa, quasi ex eo sint omnia procreata. Quo eum modo Heraclitus rerum generationi videtur suppnsuisse. Sed de materiali agendum postea. Nunc effectorem illum consideremus.

Zoroaster idem, humanæ totius sapientiæ pater, diuinitati vniuersæ ignem videtur tribuisse. Nam & Deum patrem ignem nominat, quando ait:

Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν, οὐδ' ἐν ἑῇ
Δυνάμει νοερᾷ κλείσας, ἴδιον πῦρ.

Se ipsum pater rapuit, neque in sua
Potentia intellectuali, claudens proprium
ignem.

Pater inquit proprium ignem, non clausit in potentia sua intellectuali, in primo nempe intellectu, qui ab ipso, vti iam sæpe vidimus, potentia patris, & paterna nominatur. Sed si hunc suum ignem, pater non clausit, quo eum effudit, aut diffudit? Et in mentem primam, & in secundam, & in Ideas, & in mentes alias, & in animos, & in corpora omnia vsque ad centrum. Horum testimonia afferamus. De prima quidem mente ita canit.

Οὐ γὰρ εἰς ὕλην πῦρ, ἐπέκεινα τὸ πρῶτον.
Ελω̃ δύναμιν κατακλείει ἔργοις, ἀλλὰ νόῳ

„ Non enim in materiam, ignem vltraneum
„ primum.
„ Suam potentiam, includit operibus, sed
„ Menti.

Pater, inquit, suum ignem primum qui vltra, & trans omnia est, eiusque est potentia, non includit in materia, eiusque operibus, sed in Mente. Scilicet prima, quæ potentia patris est vocata. Deinde hunc ipsum ignem, secunda Mens, sibi induit. Ait namque.

Ος ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος.
Εσσάμενος πυρὶ πῦρ συνδέσμιον, ὄφρα κεράσῃ.
Πηγαίους κρατῆρας, ἑοῦ πυρὸς ἄνθος ἐπισχών.

„ Qui ex Mente exiliit primus,
„ Indutus igni ignem vincientem, vti im-
„ pleat.
„ Fontanos crateras, sui ignis florem im-
„ mittens.

Vt eo igne repleret fontanos crateras, Ideales scilicet vnitates & essentias. Hanc autem secundam Mentem, Hermes, alter sapientiæ pater. Deum ignis & spiritus nuncupauerat. Sed & multis sacrorum Bibliorum locis legere est, Deum, ignem nominari. Sed sufficiat locus vnus Danielis. In quo scripta sunt.

„ Thronus eius flamma ignis. Rotæ eius
„ ignis accensus. Fluuius igneus rapidusq;
„ egrediebatur a facie eius.

A quo forte loco, si eum legit Orpheus sumpsit.

Σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσι πολύμοχθοι. Ἄγγελοι.

„ Tuo throno igneo, astant, laboriosi Angeli.

Sed & Apollo Delphicus, oraculo quodam suo, a Lactantio adducto, cecinit de Deo. Ἐν πυρὶ ναίων.

„ In igne habitans.

Singulæ ergo Trinitatis personę, & simul omnes non diuisim, sunt nomine ignis appellatæ, & in igne habitare & sedere. Sed & Ideas igneas, Zoroaster facit, cum canit.

ΑΛΛ'

Ἀλλ' ἐμερίσθησαν νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι.
» Sed in partes, mentali igne sunt diuisæ.

Et alio loco.

Πολὺ δρεπτόμεναι πυρὸς ἄνθος.
» Multum decerpentes, ignis florem.

Mentium quoque creatarum, is ordo qui Seraphinorum est, igneus, & flammeus est, cognominatus. Et Ezechiel vidit ignem inter Cherubinos. Itaque & mentibus Dei ministris, ignis est tributus. Sicuti fecerat suis nominibus idem Zoroaster.

Ὅτι ἐργάτις, ὅτι ἐκδότις ἐστὶ πυρὸς ζωηφόρου.
» Quia operatrix, quia largitrix est ignis vi-
» tiferi. Et

Καὶ ἐπιρρεῖ τοῖς Συνοχεῦσι ἀλκὴν ζωηφόρον πυρός.

Et influit Synocheis, robur, vitidonum ignis.

Καὶ ὑπεζωκὼς πυρὸς ἄνθος.
Et Hypezocos ignis flos. Et alibi.

Τοῖς δὲ πυρὸς νοεροῦ, νοεροῖς πρηστῆρσιν ἅπαντα.
» His vero ignis mentalis, mentalibus ful-
» minibus omnia.

Sed & intellectui, ab anima participato dat ignem.

Ἀλλὰ, νόου τανaοῦ, ταναῇ φλογί.
» Sed Mentis extensæ, extensa flamma.

Et animam ipsam appellat ignem.

Ὅτι ψυχὴ, πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινόν.
» Quia anima, ignis, potentia patris exi-
» stens lucidus.

Et opera eius nominat ignea.

Μιγνυμένων δ' ὀχετῶν πυρὸς ἀφθίτου ἔργα τελοῦσα.
» Mistis canalibus ignis incorrupti opera
» efficiens.

Sed & calidam Animam nuncupat.

Θερμὴ, ψυχοῦσα τὰ πάντα.
» Calida, animans cuncta.

Sed & mundum igneum habet.

Νοῦς γάρ ὅς ἐστιν, ὁ κόσμου τεχνίτης πυρίου.
» Intellectus.n. qui est mundi artifex ignei.

Et canales etiam igneos quosdam.

Μηδ' ἐπιβατεῦσαι ἐμπυρίοις σποράδην ὀχετοῖς.
» Neque incedere super empyreis sparsim
» canalibus.

Sed & ignis molem aliam esse ait, huius mundi fabrum.

Καὶ γάρ τις πυρὸς ὄγκος ἔην ἕτερος, ὅς τὰ δὲ πάντα.
Αὐτουργῶν, ἵνα σῶμα τὸ κοσμικὸν ἐκτελυπωθῇ.
» Erat enim quædam ignis moles alia; quæ
» hæc omnia.
» Efficiebat, vt corpus mũdanũ euolueretur.

Hunc autem ignem ait a superis huc defluere per canales.

Ἔνθεν ἄρδην θρώσκει γένεσις πολυποικίλου ὕλης.
Ἔνθεν συρόμενος πρηστὴρ ἀμυδροῦ πυρὸς ἄνθος.
Κόσμων ἐνθρώσκων κοιλώμασι.
» Hinc abunde cadit, Genesis multiuariæ
» materiæ.
» Hinc tractus præster, tenuis ignis flos.
» Mundorum cadens in cauitates.

Alibi quoque ait, vsque ad centrum, hunc ignem penetrare.

Ἄνωθεν διήκοντος, ἐπὶ τὸ κατάντικρυ
Διὰ τοῦ κέντρου τῆς γῆς, καὶ πέμπτον μέσον ἄλλον.
Πυρίοχον, ἔνθα κάτεισι μέχρι ὑλαίων ὀχετῶν.
Ζωηφόριον πῦρ.
» Desuper penetrans, ad oppositum.
» Per centrum terræ, & quintum medium
» alium,
» Igneum, vbi descendit vsque ad materia-
» les canales.
» Vinifer ignis.

At & Solem, & astra ignes facit.

Ἔπηξε δὲ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν.
Τὸ πῦρ πρὸς τὸ πῦρ ἀναγκάσας.
» Compegit multum cœtum astrorum in-
» errantium.
» Ignem ad ignem cogens.

De Sole vero.

Ἑξ αὐτοὺς ὑπέστησεν, ἕβδομον ἡλίου
Μεσεμβολήσας πῦρ.
» Sex eos constituit. Septimum solis
» In medio iecit ignem.

De quo iterum.

Πῦρ πυρὸς ἐξοχέτευμα, καὶ πυρὸς ταμίας.
» Ignis, ab igne deriuatio, & ignis dispen-
» sator.

Animæ quoque nostræ ignem dedit.

Πάνδοτον ἀπλάσω ψυχῇ πυρὸς ἡνία τείνον.
» Vndecunque non ficta anima, ignis habe-
» nas tende.

Ignis ergo hic supernus, a patre Deo, per suum profundum primo protensus: Deinde extra profundum per omnes rerum gradus, incorporeos & corporeos, vsque ad mundi omnes cauitates & vsque ad centrum terræ eum extendit. Sed quid sibi vult hic ignis? An forte, lumen illud quod anteriore libro a Deo prodire demonstrauimus. hic idem ignis est, quem modo persecuti sumus? Omnis enim ignis in se lucidus est, & de se lumen emittit. Et omnis lux, calida est; & omne lumen calet. Ita vt vere videatur dici posse, ignem hunc nihil esse aliud, quam lucem. Et hæc quatuor eandem esse rem, ignem & calorem,

calorem,& lucem,& lumen. Ratione quidem inter se distincta, subiecto vero idem esse omnia. Itaq; vbicunque lux est, ibi & lumen est, ibi & ignis est, ibi & calor est, & vbi eorum vnum est, ibi sunt & reliqua. Sed eorum, duo videntur in se consistere, lux,& ignis. duo vero alia, extra ea prodire, lumen, & calor. Et sicuti illa duo, semper sunt sibi iuncta, ita hæc duo, nunquam a se inuicem disiunguntur. Neque vero duo hæc, ab illis duobus, aut diuelluntur vmquam, aut aunelluntur. Neq; duo hæc, illa duo non producere, possunt. Neque enim lux, de se lumen non emittere potest. Neque ignis non emittere de se, calorem potest. Neque lux calida, non esse, potest. Neque ignis, non esse lucidus. Sed cur ignis, & lux, sunt a Zoroastre, ab Hermete, a Prophetis, a Sanctis viris, Deo tributi? Philosophicam rationem aliquam, si possimus adhibeamus. Inter corporeas res, igne nihil efficacius. Calore nil vitalius. Luce nihil euidentius. Lumine nil blandius, nil iucundius. Et quidē ignis est, calor corpulentus. Calor, ignis fere incorporeus. Idem sunt quoque ignis, & lux. Ignis est lux calida. Lux est calor lucidus. Per calorem entia generantur, & viuunt, & constant, & augescunt, & conseruantur, & generant, & perficiuntur. Per lucem vero, & lumen, & cognoscuntur; & cognoscunt. Et ijs oblectantur, & libentissime fruuntur. Quoniam igitur, lux, & ignis, & horum proles, calor, & lumen, corporearum rerum sunt præstantissimæ, humana mens non habuit illustriora nomina, quibus, Dei aliquā notitiam, vel ipsa susciperet, vel alijs præberet. Vel maiore Deum honore in sermone afficeret, quam his nominibus. Ignis præsertim. Qui est per se, & in se lucet, & extra se lumen spargit, & calore vitali omnia replet. Deus namque sui natura, & supereminentia, tam alte positus est, vt omnes nostras cogitationes, & mentis conceptiones trāscendat, vt humano intellectui sit penitus ignotus. Atque ideo dictus est, se ipsum a nobis rapuisse. Ignis igitur, quatenus sui natura est calor, entibus omnibus dat vt sint. eisque essentiam, & vitam largitur. At hæc ipsa, a Deo esse, iam est demonstratum. Et sic Deus, ignis dicitur. Ergo dictum verissime est.

5. Ab vno igne, omnia esse progenita. Nihil enim hic ignis significat aliud, quàm summi Dei virtutem illam, infinitam, omnipotentē, per quam entia omnia sunt ab eo creata. Et de illo vti de proprio fonte educta. Igne nimirum hoc procreatore, & rerum generatore, in suum profundum prius sparso. Deinde in ministras suas mentes, atque animos consperso, & distributo, omnia sunt a Deo, igne vno, progenita, & viuendi viribus donata. Ideoque a Zoroastre eodem, ignis hic ζωογόνος, & ζωηφόρος, vitifer, & vitam ferens, & ζωῶδος, viuidonum est appellatus. Igitur, a summo Opifice, per mentem per segenitam, per mentem secūdam, per Ideas, per Dei ministros Hecaten, Synocheas, Teletarchas, per animum mundanū, per cœlos omnes, per mundum hunc Hylæū vsque ad terræ centrum, & vltra, calor vitalis, & ignis vitam ferēs omnibus, penetrat, & permeat. Namque tametsi, a D. Paulo dictum sit.

Deus, noster ignis consumens est. Ad Hebræos scribens tunc, ad id retulit, quòd in vetere lege, ob eorum peccata, sæpe experti fuerant, quando per ignē pœnas luerunt. Et forte sensu aliquo alio, quem Theologis relinquimus. Deus inquàm, non est ignis vt hic nostras, comburens omnia. Neque etiam qualis est cœlestis, per radios solis, ac lumen ad nos protensus. Qui tametsi causa quædam sit generationis rerum nostratium. Sol enim, & homo hominem generāt. Et calor qui in animalibus est, elemento respondeat stellatum: attamen si quando diutius nos ferit sol, res a se genitas etiam consumit. Et ab Hippocrate scitissime est pronunciatum. Idem calor, qui nos constituit, etiam consumit. Sed animi rerum, calor, ignisque, vigor nempe viuificus, quo rebus omnibus, quibus ipse iungitur, vitam tribuit, & animationē, θερμὰ ψυχοῦντα τὰ πάντα. Calens, animās cuncta, longe est excellentior, & suauior cœlesti, ne dum quouis elemētali. Hi enim, & comburunt, & consumunt. Ille vero animarius, nulli accedit rei, quam nō illico viuificet, animet, nutriat, & cætera tribuat munera, quæ animalium, animatarumq; rerum sunt propria. Namque elementarium calorum, is qui subterraneus est, superterranei est proles proxima. Hic vero caloris cœlestis est proles, & imago. Cœlestis autem calor, proles & imago est, caloris Empyrei, Empyreus vero, calor & ignis, proles, & imago est, luminis eius, quod vniuersum infinitum spacium ostendimus primo repleuisse. Huic animus primarius, ac fontanus, præsidet. Ipsiusque progenies, & imago, est lumen illud cui blandissimum calorem suum influit Mens secunda. Mens autem hæc, quæ Deus ignis dicta est, a Mente prima, & a patre rerum omnium authore, & fonte, retulit. Non enim calor, subterraneus, aut superterraneus, principium, calorum, & ignium omnium est. Sed hic, veluti fex est superiorum, tum eius qui in aqua, tum in aere, & in sole, & in astris, & cœlo est, & ipsius denique Empyrei. Nam quod ante de natura, de cognitione, deque lumine nostratibus ostendimus: idem est de calore, atque igne faciendum. Hosce nimirum in suam primissimam ideam, & vnitatē per gradus resoluendos

nendos. Nam calor qui in terra, in aqua & in mistis eit, ab aereo pendent. Hic a cœlesti. Is a sole, & astris. Hic vero ab empyreo. Empyreus a luminis calore. Hic ab Animario. Hic ab intellectuali, hic a vitali primario. Hic qnoque a primario essentiali. Hic itidem ab Ideali. Qui in Deo babitat, & a Deo patre est deriuatus. Ignis igitur, & calor, patris, & ipsius profundi virtus ipsa rerũ conditrix omniñ est, viuificatrix, seruatrix, & perfectrix. Innisibilis sui natura, sed per visibilia lumina per ignem Empyrei cœli, per ignes astrorum ac solis, & per calorem cœlestem, in elementa diffusum, per canales (vti loquitur Zoroaster) vsque ad vniuersi centrum propriis quasi vehiculis est deuectus, ad vitam omnibus largiendam. Qui quidem calor, & ignis, Deus ille forte est, quem Hermes, Deum ignis & spiritus nuncupauit. Ac forsitan spiritus ille, quem Moses, super aquas ferri dixit: eas nimirum in omnes efformans rerum formas: & per omnia means, omnia fouet, omnia generat, omnia nutrit, omnia conseruat. Quo dixit Hermes omnia animata egere. Et quem Democritus, animum appellauit mundi. Et Stoici, mundi spiritum per omnia meantem, & omnia viuificantem. Et cum eis Aristoteles vocauit spiritum, & potentiam omnia penetrantem, & stirpibus, & animantibus spiritus præbentem. Et vt Vergilius cecinit.

» Cœlum ac terras, camposque liquentes
» Lucentemq; globum lunæ, Titaniaque
» astra
» Spiritus intus alit. Totamque infusa per
» artus
» Mens agitat molem, & toto se corpore
» miscet.

Et alio item carmine.

» Deum namque ire per omnes
» Terrasque tractusque maris, cœlumque
» profundum
» Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
» Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.

His forsitan, illa Damasceni, & Nazianzeni consonant, quæ ante attulimus.

Πάντα τῇ οὐσίᾳ πληρῶν. πάντα συνέχων, πληρωτικὸν κόσμου κατὰ τὴν οὐσίαν.

» Omnia essentia implens. omnia conti-
» nens, impletiuus mundi per substantiam.

Cui consonum & illud.

» Spiritus domini, repleuit orbem terræ.

Sed cur orbem terræ tantum? non & orbẽ aquæ? & orbem aeris? & orbes cœlestes omnes? & orbem empyreum? Et orbem luminis primarij? Quem necessario sua præsentia replet. & vti spiritus, & vti lux, & vti ignis, & calor. Qualia voluit etiam extra profundum quaquauersum extendi. Nam cum ignis in profundo, ignis esset idea, atque ideo luminis & caloris, necessarium fuit, extra profundum, ab eo ignem formalem esse, lumen scilicet & calorem. Atque ita lumen procreatum, calorẽ sibi congenitum, a causis primis traxit. Vel enim hæc duo, in suis causis fuere, vel in causis non fuere. Si dicamus non fuisse, iam Deus non erit omnium causa, omnium conditor. At hoc, & nefas est dicere. & est contra toties demonstrata. Tria ergo hæc sunt, primo consequentia, spacium infinitum, in eo lumen infinitum. & in lumine calor. At hic finitus ne? An & ipse vti comites sui, infinitus? Hoc est rationibus discutiendum. Demõstratum iam est, lumen esse per totum spacium diffusum. Neque vllam esse spacij partem, in qua non sit lumen. Neque in parte vlla lumen, vbi non sit etiam spacium. Calor autem lumini congenitus, si toti lumini est congenitus, per totum spacium necessario erit fusus. Horum. n. alterum ratio dictat esse necessarium. Vel enim lumen totum, calorem habet comitem. Vel pars tantum vna luminis est a calore comitata, pars vero alia non est ei comes. Si hoc detur, lumen non erit sibi toti similare. Quia parte habeat calorem comitem. parte alia nõ habeat. Atque hoc obstaculo aliquo eueniet? At quod obstacu lũ ibi ab initio, huic rei fuit, vbi nullum erat obstaculum? Et lumen quod ibi erat, sui natura obstat nemini. Ergo sublato impedimento, lumen totum omnibusque sui partibus, simile sibi fuit. Partium igitur singularum vires quoque erunt similes. Omnibus ergo luminis partibus, calor erit congenitus. Ab omnibusque similis emittetur. Calor igitur, quia sit toti lumini congenitus: lumen autem congenitum spacio, necessario erit infinitus. At cum omnibus luminis partibus calor sit congenitus, & æque ab omnibus emittatur, in quæ nam emittetur, vel corpora, vel loca? Extra spacium nequaquam. Nulla enim extra spacium, sunt vel corpora, vel loca. Extra lumen iterum, nequaquam. Totum enim lumen in spacio est. Et non alibi. Intra ergo & spacium, & intra lumen. Et intra etiam se ipsum, quia illis ambobus, ipse coextenditur. At emissus, quoquouersum hic calor, ociabitur ne, an aget aliquid? Ociari eũ nescire cernimus. Aget ergo aliquid. Idque necessario, vel in se ipsum tantum, vel tantum in lumen, vel in spacium tãtum. vel in hotum duo. Vel etiam in tria semetipsa vnita, spaciũ ergo calet. lumen ergo calet. Calor ergo calet. At nulla res, sui natura, in se ipsam agere videtur. In aliud ergo aget. At non in lumen a quo vt a proxima prouenit causa. Neque quicquã

in suam causam agere videtur posse. Neque igitur in spacium, a quo, & si non proxime, & in quo essentiam habet. In quam igitur rem aget, si ibi, præter calorem, lumen, & spacium alia est nulla? Necessum igitur fuit, aliud quid; in spacio, & in lumine esse quod calorisactionem suscipere posset, & ab ea aliquid pati. Id autem tale, necesse est esse, vt per spacium fundi possit. Per totum ne spacium, an per eius partem aliquam? Si partem dicamus, quantitas & magnitudo eius partis erit assignanda. Et causa etiam afferenda, cur non per totum fundi queat, Idque necesse sit, vel vitium suarum debilitate accidere. Vel obstaculo, vel conditoris voluntate. At conditoris summa bonitas, cur per totum fundi nolit? cum ei maior gloria inde sequatur, quàm si per partem dicatur fundi? Spacij quoque obice non impeditur, eius effusio, cum in eo adhuc nil fuerit, quam lumen & calor, nullis obsistendi prædita viribus. Hæc res, si natura sua, fusilis & ipsa sit, vt lumen, vt calor, cur se ipsam dicetur impedire, ne fundatur? Et dum aliud possit nihil, quàm fundi, quomodo dicetur, non posse fundi? Fundetur ergo quocumque locorum per spacium, per lumen, per calorem, quousque impediatur. At ab hisce tribus, nullibi impeditur, neque a bonitate Conditoris; neque a se ipsa. Per tota ergo tria illa fusionem faciet. Perque illa tota infinita, fusionem infinitam, nullis terminis, aut propriis, aut alienis terminatam. Sed quid hoc tandem est? Sonat ænigmaticum. Sequenti igitur libello erit aperiendum.

Finis Libri Quinti Pancosmiæ.

ANNOTATIO R. P. M. IACOBI DE LVGO.

1 *Cum dicit in hoc libro, pater non clausit ignem in potentia sua intellectuali, id est in filio, dicimus quod clausit & non clausit. Clausit quidem in filio ignem essentialem & increatum, id est illuminet quem habet in se generando illum: Non clausit quia simul cum ipso filio & spiritu sancto, quem vocat mentem, eum effudit & diffudit in creatas res creando illas.*

2 *Nominat profundum paternum compluries hic, & præcedente libro, necnon & in aliis suis scriptis cum inquit ibi, extra paternum profundum, spacium fuisse necessario productum, hic cum ait, Ignem procreatorem, & rerum generatorem in suum profundum prius sparsu, & recte, quoniam diuinam essentiam, & quicquid habet pater, totum infudit in filio generando ipsum. quare per profundum paternum intelligitur filius in diuinis. ideo in Euangelio Lucæ ipse Christus sibi vindicauit, omnia sibi tradita fuisse a patre. Pater enim generando filium communicauit illi essentiam suam, & dedit illi naturam diuinam, & cum natura diuina tradidit ei omnipotentiam, & quicquid Dei est, absque aliqua transmigratione.*

3 *Theologi tamen non admittendum eum profundum paternum scilicet filium, necessario fuisse productum spacium in vniuerso, quoniam negant Deum agere de necessitate naturæ. Sed quemadmodum (vt ait Diuus Thomas) se habet artifex per suam artem & voluntatem ad artificiata, ita Deus per scientiam & suam voluntatem se habuit ad creata. Possumus tamen dicere, Deum produxisse necessario conditionaliter, id est supposita determinatione voluntatis diuinæ, necessario agit ad extra, verbi gratia si intelligamus Deum esse ignem perficientem, magis deseruit nostro proposito & materia de qua tractamus, cum in scripturis consumpti accipiatur etiam pro perfectione iuxta illud Pauli ad Hebræos Aspicientes in consumatorem Iesum, id est perficientem.*

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER SEXTVS.



DE PRIMAEVO FLVORE.



SI corpora omnia per spacium congenitum, sunt trine dimensa sunt corpora. Si per lumen sunt visibilia. Si per calorem, & constant, & viunnt, magno merito hæc tria corporum omnium dicentur elementa esse. ex quibus ipsa constent, & in quæ resoluantur. si resolui eis contigat, vnquam, ita esto. Corporum vero antytipia, seu antætesis, seu dicas resistentia, vnde nam fuerit? Trinam quidem dimensionem a spacio habent congenito, quod spacij primæui, pars est quædam. A lumine, vt sint vel lucida, vel diaphana, vel etiam opaca, vt partim est ante demonstrabitur postea. A lumine habent etiam calorem, a calore essentiam, & vires, & actiones. Antitypiam, a quo nam habebunt? A re nimirum, quæ resistentiam vel indere, vel inferre possit. Eam nos, fluorem, seu humorem, nominamus. Veterum multi, dixere aquam. Eamque vel principale elementum posuerunt, ex quo omnia fierent, vel vnum e quatuor esse voluerunt; quæ mundum hylæum, constituūt & quæ corpora omnia mista conficiunt. Thales, quidem, inter Græciæ sapientes nominis magni, Princeps elementum, aquam posuit. Sed altior huius dogmatis est origo. Homerus enim cecinit.

Ὠκεανὸν θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθύν.

Oceanum, Deorum genituram, & Matrem Tethyn.

Deorum scilicet qui sub cœlo sunt omnium.

Sed is suæ stirpis vetustissimum Orpheum est secutus.

Qui multis seculis ante, id ipsum docuerat.

Ὠκεανὸς ὅσπερ γένεσις πάντεσι τέτυκται.
Ὠκεανὸς πρῶτος, καλλιρόου ἦρξε γάμοιο.
Ὅς ῥα κασιγνήτην, ὁμομήτορα, Τηθὺν ὄπυιεν.

„ Oceanus, qui genitura cunctis est
„ Oceanus primus, pulchrifluas cœpit nuprias.
„ Qui sororem eadem matre genitam Tethyn inijt.

Sed nullo mystico fabularum velamine; aliter cecinit.

Ἔστιν ὕδωρ ψυχή, θάνατος δ' ὑδάτεσσιν ἀμοιβή
Ἐκ δ' ὕδατος γαῖα. τὸ δ' ἐκ γαίας πάλιν ὕδωρ
Ἐκ τοῦ δὴ ψυχή, ὅλον αἰθέρα ἀλλάσσουσα.

„ Est aqua animus. Mors aquis est permutatio
„ Ex aqua, terra. ex terra vero, rursus aqua.
„ Ex qno, animus totum æthera mutat.

Hanc doctrinam videtur Orpheus in Aegypto didicisse. Est enim apud Hermetem, in hanc sententiam. Tenebras mutatas in humidam qnandam naturam.

Ὡς εἰκάσαι με ἰδόντα μεταβαλλόμενον τὸ σκότος εἰς ὑγράν τινα φύσιν ἀφάτως τεταραγμένην.

„ Vt viderer me videre tenebras mutari in
„ humidam quandam naturam, indicibiliter turbatam.

Quasi idem hoc fit cum illo Mosis. Et tenebræ erant super faciem abyssi. Profundissimæ nimirum aquæ. Fit & alia aquarum mentio a Mose satis multa.

„ Et spiritus domini ferebatur super aquas.
„ Et. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

Deus bone, Quid hoc rei est? Diuinus Plato, diuino huic oraculo, nulla ratione adhibita, assensum libentissime dedisset. Peripateticus Auen Rois, e contra nullam ei fidem habuit. Quia Moses, vt ipse aiebat, multa diceret, pro baret nihil. Atque idcirco, tribus, vt solet ipse dicere, loquentibus in lege, nihil credidit. Rationem in omnibus requirit, sed non aliam quam Aristotelicam. At hoc non magis philo sophicum est, quàm sine ratione loqui. Quid igitur nos dicemus? Ex ante demonstratis, sepe numero Aristotelica dogmata, radicitus euulsimus. Si ea Auen Roicus quispiam non re stituat, post hac arida iacebunt. & in præsens iaceant. Oraculum sane Mosaicum, verissimũ putamus. Sed Theologorum nostratium, rum vetustiorum, rum recentiorum, opinionum varietatibus, & expositionum, ita in se dis sidens, ac discerptum, vt satius longe sit ipsum integrum, iudicijs ipsorum, ac sacrosanctæ Ecclesiæ relinquere decretis. Nobis vero, nostra demonstrata, quæ fidei Catholicæ non repugnant secutis, satius est ea deducere, quæ ad mundi vniuersi constitutionem posse facere videantur. A Deo proculdubio, & ex Deo, ijs modis quos ante aperuimus omnia entia pro dijsse, per medias suas vnitates, atque ideas, per essentias, per vitas, per Mentes, & per animas, satis superque est ostensum. Et sicuti illinc, & spacium veniunt, & lumen, & calor; sic venit etiam inde vniuersalis Fluor. Omnis aqua, humor est. Et non solum tres habet sibi connatas proprietates, quas e scholasticis qui dam, ex Aristotele plus æquo sibi amico, attri puit, perspicuitatem, frigiditatem, & grauitatem habet. Verũ propriam ei maxime, fluxionem. Hæc enim ab aqua est inseparabilis, nisi concrescat, illæ tres non semper aquæ natura hærent. Omnis enim naturali statu aqua, fluit, non omnis est transpicua. Nulla sui natura est frigida. Aliqua sui natura est etiã leuis. Quod in progressu philosophiæ huius, fiet suis locis manifestum. Omnis igitur aqua, sui natura fluit, estque fluida. Omnis humor vel aqua est, vel aqueus. Omnis igitur humor fluidus est. Forte alia quoq; reperiantur, in natura, quæ, neq; aqua dici possunt, nec humor, quę tamen fluunt, & sunt fluida. Generali ergo hoc nomi ne vtamur, fluoris, ad omnia ea significanda, quæ vel fluida sunt natura, vel fluunt, seu aquę sint, seu humores, seu quid aliud tertium, aut vltra. Fluorem igitur dicimus nos, esse supra firmamentum, esse sub firmamento. Quæ posi tio si cõprobata fuerit, omnis tolletur, Theologorum controuersia. Id autem vt demõstremus ita primo ponimus. Lumen primæuum fluor est. Nam si actionem fluendi habuit, (quod est ostensum) etiam vires habuit fluendi. Et si vires, etiam essentiam in fluore habet, seu fluor est. Calor a lumine primæuo progenitus fluor est. Nam si propria actione fluit, etiam viribus fluendi est præditus. Et si viribus, etiam essentia eius est fluxa, & fluor. Calor enim a suo primo fonte lumine, & fluxionem, & vt sit calor, habet. At lumen, & calor, Empyreus est mundus, vti proxime ostendetur. Cœlum igitur seu mũdus empyreus fluor erit, & essentia, & viribus, & actione. Et conuersim, si actione, etiam viribus, si viribus, & essentia. Empyreum autem mundum fluorem esse, inde constat liquido, quòd ardeat. Flamma illa blandissima, & suauissima, & vitalissima. Omni autem flamma, fluit sui natura, & fluida est, & fluor. Quia calore, & lumine con stat primordiali. Æther, si sit cum Empyreo idem, quod mox discutietur, ardet & ipse, & est fluor. Si sit ab empyreo diuersus, cœlum scilicet, fluor est itidem; calet enim, et luminosus est. Sidera illa in supremo, vt vocant or be, & planetæ, quia ignes sunt, (vt demonstrabimus) & flammæ, fluores sunt. Nihil enim ardorem aut flammam concipit, nisi fluor sit, quod suis locis, itidem patescet. Planetarum orbes, si orbes sint, ostendemus esse fluores. Si nõ sint orbes, ostendemus itidem esse fluores. Lunæ sidus, Fluorem, sed concretum esse asserimus. Quod palam itidem faciemus. Si vlla sit, inter elementa, ignis sphæra, seu sit hypeccauma, fluorem esse necesse est. Superiora hæc, dictatu rationum, ac demonstrationũ, erunt tractanda. Inferiora his, sensibus sunt iam cognita. Nam aera liquidum, quis non videt esse fluorem? Quæ in aere fiunt, vapores, nebulæ, nubes, niues, pluuiæ, grandines, fluores esse nemo ignorat. Si quis, ignes, in aere, ac censos, fluores esse dubitet cũ ad eos philosophando peruenerimus, omnem eximet dubitationem. Iam mare, iam lacus, stagna, fluminaque, riuos, & fontes quis non videt esse fluores? Semina animalium, omnium membraque ex seminibus atque humoribus forma ta, fluores esse concretos, qui considerando nõ assequitur philosophari desinat. Mentemque alio conuertat. Plantas omnes fluore cõflari, gigni ac crescere, nemo tam bardus fuerit philosophus, qui ignoret. Lapides quoq; omnes, & metalla omnia, & quę recenti voce, dixere mineralia, omnia sunt vel fluores, vel e fluoribus compacta. Terram ipsam generabilium matrem, flotem esse concretum, suo loco demonstrabimus. Omnia ergo corpora, incorpora, atq; corporata entia, vel fluor sũt, vel e fluore sunt conflata. Vniuersitas ergo rerum, extra Patris profundum procreata, fluor est. Magna equidem, & seculis omnibus inaudita, sunt quæ pronunciamus. Sed philosophis,

phis, non est satis pronunciare. Est rationibus construendum, & experimentis, quantum liceat comprobandum. Sequentibus igitur demonstrationibus, fundamenta prima iaciamus, vel per se nota, vel nota ex iam demonstratis. Demonstratum autem iam antea est, omnem cuiusq; generis multitudinem, a sua vnitate prouenire. Quæ assertio, ab axiomate per se noto, haud multum distat. Vnitas aūt cuiusque multitudinis. Idea sua est. A qua omnes multitudinis gradus, ortum habent; & ab ea descendunt, & ad eam ascendunt, iterum. Quod exemplis, luminis, & cognitionis, & naturæ iam ostendimus. Id ipsum dicimus de fluore hoc primæuo. Fluores enim, qui sub terra, vel sunt a principio, vel in dies generantur, non sunt omnium fluorum primi. Sed postremi. Ante eos, & causa illorum est, fluor aqueos. Huius causa fluor aereos. Huius item causa est fluor æthereus. Huius item cœlestis fluor; Huius fluor empyreus. Et huius fluor, caloris. Huiusque fluor luminis. Huius tandem prima ac proxima causa est fluoris idea, atque vnitas. Ab idea igitur sua, fluor hic apparuit primo, & ab ea inter rerum primordia est enatos. Ita, vt, si eo vniuersitas caruisset, nulla fuisset extra Patris profundum rerum vniuersitas. Corpora namque omnia, necessario, aut liquida sunt, aut sunt solida, aut inter hæc duo sunt media. Si liquida sunt, fluida quoque necessario sunt. De Principibus mundi partibus, duobus, sensus ipse paodit. Aqua, & aere. Solidam quoque esse terram, testatur idem. De medij status corporibus multa mista, nullum eorum quæ dicta & credita sunt simplicia, videntur numerari posse. Si ignis sphæralis vllus sub luna, supraque aerem sit, is liquidus erit necessario. Cœlestes vero orbes, nullo sensus testimonio, vel solidos, vel medios, vel esse liquidas affirmare possumus. Rationes ergo suis locis erunt exquirendæ. Prisci poetæ Orpheos, & Homerus, solidum cœlum sunt arbitrati. quando ipsum χάλκεον æreum, ferreumque cognominarunt. Nos è contra, liquidum esse arbitramur. Sed quæstionis huius determinatio pendet è multis, quæ prius sunt quanrom fieri possit, ad veritatem cognoscenda, quæ Astronomorum, atque Philosophorum mentibus, ita occalluerunt, atque obdurueruot, vt magnis rationum machinis vix, non dico expugnari, sed oppugnari queāt. Sed prius, quam præ manibus habemus rem propositam, de fluore primæuo expediamus. A primigenia sua vnitate atque idea necesse est fluorem hunc primo fluxisse, ad corporum productionem omnium faciendam. Conditor quidem vniuersorum Deus, verbo tantum suo effecit omnia. Io quo verbo, rerum omnium vti est ostensum, sunt ideæ. Sed rerum ordo postulat, vt alia sit anterior natura, alia sit natura posterior. Corpora ab idea corporis veniunt, & a corporum uita, & a corporum Mente, & a corporum animis. Sed e qua nam re corpora constare debuerunt? Ex qua oimirum conflari potuerunt. Eam incorpoream penitus esse, non fuit necesse, et corporea penitus, non potuit esse. Fuisset enim corpus, antequam fuisset. Mediam ergo inter vtrumque esse fuit necessarium, corpoream scilicet & incorpoream. ex trina igitur, spacij dimensione, primo esse, fuit necesse. Omne enim corpus tria habet spacia, longum, latum, & profundum. At tria hæc spacia, vel vacua fuere, vel fuere plena. Si vacua fuere, ab initio, & non sunt realia, quàm spacio repleta, quàm se ipsis scilicet, corpus naturale, esse non potuerunt. Naturale autem corpus, Physicorum præstantissimi deffiniere, quod præter trinam dimensionem, haberet etiam antitypiam, renitentiam, resistentiamque, & antitypiam, quæ tactui, aut non cederet, aut cedendo repugnaret; aut repugnando, non repugnaret tandem. At hanc quod faceret, lumen primigenium spacio ingenitum esse non potuit. Nulli enim rei resistit, cedit omnibus. Quid vero calor ab eo vectus? Neque hic vllam in rem, vllam habet renitentiam. Plenior ergo res, necessaria fuit, quæ tria illa spacia corporis repleret & suo esse renitentiam daret aliquam. Eaque talis, vt posset tum longitudinem, tum latitudinem, tum etiam profunditatem corporis subire, seq; ipsa omnes illas replere. At subire, nulla poterat, nisi quæ in omnes eas distātias sese posset insinuare; Insinuare aūt sese in omnes, nulla poterat, nisi quæ in omnes flueret, omnesq; influeret. Fluore ergo opus corpora habuerunt, vt præter trinam dimensionem renitentiam aliquam acquirerent; & naturalia ob hanc euaderent. Qui quidem fluor ita esset in se dispositus, vt & densari, & rarescere. & in se cogi posset, & concrescere, & iterum in fluorem fundi. Ex eoque summus Conditor, omnium generum corpora formari posse voluit. Vti mundum hunc finitum, & infinitum, omnibus ornatum ornamentis conspiceremus. Concludendum igitur, fluorem primæuum, quartum esse corporum omnium principium, atque intrinsecus omnibus inesse, veluti elementum. Totam hanc disputationem de primæuis quatuor corporum, vel principiis, vel elementis, in huuc modum concludamus corpora omnia, quæ vel ratio, vel sensus nobis ostendunt. quatuor hisce, intrinsecis cōstant. Spacio, lumine, calore, fluore. Spacio

çio quidem, quia non nisi spacio consiunt, neque sine spaciis tribus illis, vel ab initio constiterunt, vel modo, aut fieri, aut constitui, aut consistere possunt. Omnia autem naturalia corpora, antitypia aliqua debent esse prædita, si naturalia sunt vocanda. Antitypiam autem hanc a fluore necessario habēt. Non enim a lumine, neque a calore. Duo vero hæc, quid corporibus præstant? quidue in corpora operantur? Lumen quidem caloris est vehiculum. Calor vero corporibus, & constitutionem præbet, & essentiam conficit, & vires indit, & actiones tum in se agitat, tum extra se egerit, & vitam propriam exercet. Sine enim calore, corpus naturale non fieret; Neque fluor flueret, neque fluor in se densaretur. neque in se vel cogeretur, vel concresceret, neque rursus funderetur. Neque corpus vllum, aut solidum, aut liquidum, sine calore, aut factum est vnquam, aut fieri potuit, aut potest. Vbicumque igitur est fluor, ibi etiam est calor. Vbi calor, ibi a lumine est vectus. & hæc omnia in spacio concurrunt; et in omnibus corporibus, ita sunt, vt sine eis omnibus, nullum corpus, aut, ab initio rerum constitit; aut nunc constare potest, aut in posterum gigni, aut consistere est possibile. Merito igitur, quatuor hæc, primęua sunt, corporum omnium intrinseca principia, & elementa.

Finis Sexti libri Pancosmiæ.

ANNOTATIO R. P. M. IACOBI DE LVGO.

Decepti sunt, nonnulli antiqui philosophi opinantes gradatim a Deo processisse res creatas, si ab eo processerit prima creatura, quę induxit aliam & sic inde vsque ad creaturam corpoream. Ait enim, in hoc libro summam faciens dictorum in alijs suis libris. A Deo proculdubio, & a Deo ijs modis quos ante aperuimus omnia entia prodierunt per medias suas vnitates atque ideas, per essentias, per vitas, per mentes, & per animos satis superque ostensum est, quod falsum est, cum omnia immediatc producta sint in prima rerum productione? vt bene Moises in primo capite libri Genesis enarrauit. Vniuersa enim & incorpora & corpora proxime sunt a Deo creata: Qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia quę in eis, ait psalmus.

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER SEPTIMVS.



DE MVNDO EMPYREO.



HActenus, vt mundi vniuersi corporei, constructionem recto ordine institueremus, Principia omnium corporũ primæua, quæ nam essent, & proposuimus, & demonstrauimus. Nunc ad vniuersi ipsius facturam, ac Cusmupeiam propius accedamus. Et nostro more, a vetustissimis ordiamur. Inter Zoroastri oracula, hæc quoque leguntur, quæ a summo ad imum, vniuersum videntur comprehendisse.

Ἑπτὰ γὰρ ἐξώγκωσε πατὴρ στερεώματα κόσμων
Τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας
Πῆξε δὲ πολλὸν ἑσμὸν ἀστέρων ἀπλανῶν
Ζώων τε πλανωμένων, ὑφέστηκεν ἑπτάδα.
Γῆν δ' ἐν μέσῳ τιθεὶς, ὕδωρ δ' ἐν γαίας κόλποις
Ἠέρα δ' ἄνωθε τούτων.

„ Septem in mulem formauit pater firmamenta mundorum
„ Cœlum curua figura circumcludens.
„ Compegit multum cœtum astrorum inerrantium.
„ Animaliumque erraũtium, constituit septenarium.
„ Terramque in medio posuit, & aquam in terræ finibus,
„ Aerem desuper his.

Ordo quidem corporum vniuersorum ab Aplane, vsque ad terram videtur recte positus. Sed numerus septem firmamentorum, non videtur rei respõdere. Sunt enim aplane vna, septem planetarum orbes, deinde elementa tria, quæ numerum vndecim conficiunt. Verum quomodo essent septem, Psellus annixus est aperire.

Ἑπτὰ δὲ φασὶ κόσμους σωματικούς. ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον, καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους. Ὁ ἀπλανὴς κύκλος, τὸ πλανώμενον, καὶ ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος. καὶ τὸν μὲν πρῶτον, ἀφορίζουσι κατὰ τὸν νοῦν. Τοὺς δ' αἰθερίους κατὰ τὴν ψυχήν, Τοὺς δ' ὑλαίους, κατὰ τὴν φύσιν.

„ Septem vero dicunt mundos corporeos.
„ Empyreum vnum & primum. Et post
„ eum tres æthereos, deinde tres materiales. Inerrabilem circulum, erraticum, &
„ eum qui sub luna est locus. Et primum
„ quidem diffiniunt, secundum mentem.
„ Æthereos vero, secundum animam, Materiales vero, secundum naturam.

Sed Pselli magis est laudanda voluntas, in huius loci explicatione, quam ipsa explicatio. Neque enim nisi duos æthereos enumerat, & vnum hylæum. & locus sub luna nullo modo potest pro æthereo intelligi. Sed vt nos tenuit voluit dicere, Chaldæos, septem corporeos mundos constituisse. Vnum ac primũ omnium, Empyreum, quem Menti assignarunt; Tres æthereos, Aplanem, loca Planetarum. & Lunæ vrbem. Et hos animæ subdiderunt. Et tres alios elementales Aereum, Aqueum, & Terreum, quos Naturæ tribuerunt. Diligentius Proclus, referente Simpliciu, rem hanc eandem est persecutus. Ad illud oraculum.

Ἀρδὴν ἐμψυχοῦσα, φάος, πῦρ, αἰθέρα, κόσμους.

„ Abunde animans, lumen, ignem, æthera, mundos.

Ad quod in hęc verba scribit.

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φῶς, τὸ ὑπὲρ τὸ ἐμπύριον, μο-
νὰς

νὰς ὂν πρὸ τριάδος, τῆς τοῦ ἐμπυρίου, καὶ αἰθερίου, καὶ ὑλαίου.

» Hoc enim esse lumen, illud supra empy-
» reum. Quod monàs est, ante triadem, Em-
» pyrei, ætherei, & hylæi.

Lumen ergo illud a fontana anima animarum, quod in carmine primo loco est positum, de quo nos egimus, per totum infinitum spacium fusum, supra empyreum quoque mundum Chaldæi, locabant. Quod vti vidimus Philo supercœleste astrum vocauit, & Panaugiam, quæ fons esset sensibilium syderum, a qua & Sol & Luna, & errantes, & inerrantes stellæ, quantum quæque possit proprias haurirent luces. Et Proclus de eodem scripsit.

Ὁ ἥλιος ὑπερκόσμιος ὤν, τὰς πηγὰς ἀφίησι τοῦ φωτός. καὶ οἵ γε μυστικώτατοι τῶν λόγων, καὶ τὴν ὁλότητα αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις παραδεδώκασι. Ἐκεῖ γὰρ ὁ ἡλιακὸς κόσμος, καὶ τὸ ὅλον φῶς. ὡς αἵ τε Χαλδαίων φῆμαι λέγουσι, καὶ ἐγὼ πείθομαι.

» Sol supramundanus existens, fontes emit-
» tit luminis. Et maxime mystici sermones,
» vniuersitatem eius, in supermundanis es-
» se tradiderunt. Ibi enim est solaris mun-
» dus. & vniuersum lumen. Vt Chaldæo-
» rum famæ dicunt, & ego sum persuasus.

Vniuersitas ergo tota luminis, quæ & supercœlestis aster, & supramundanus sol, & solaris mundus est dictus, est supra empyreum cœlum. Quod equidem dogma comprobauit etiam Eustathius Antiochenus episcopus, dum sacram genesin exponens, hæc scripsit verba.

Ἔξωθεν δὲ τοῦ οὐρανοῦ φῶς εἶναι ἀσκίαστον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ αἰώνιον, ἐν ᾧ Ἄγγελοι διαιτῶνται, περὶ οὗ φησὶ Σολομών. Φῶς δικαίοις διὰ παντός. Εἰς ὃ καὶ οἱ καλῶς βιώσαντες ἀναπαύονται. Νοήσεις δὲ τούτου τὴν οἰκονομίαν, ἐξ ἐναργοῦς παραδείγματος. Ὅτι φῶς ἄσβεστον, τὸν ἔξω χῶρον περιλάμπει τοῦ οὐρανοῦ. Τὸν δ' ἔσω ἀχλὺς κατεῖχε, πρὸ τοῦ γενηθῆναι τὸ φῶς.

» Extra vero cœlum, esse lumen vmbra
» carens, & incorruptibile, & æternum,
» in quo Angeli degunt. De quo Salo-
» mon. Lumen iustis in æternum. In quo
» Et qui bene vixerunt, requiescunt. Intel-
» liges autem huius œconomiam ex mani-
» festo exemplo. Quòd lumen inextingui-
» bile, exteram cœli regionem circumlu-
» strat, Internam vero caligo obtinebat, an-
» tequam lumen esset factum.

Hoc autem lumen supra omnes septem Chaldæorum mundos, ait Proclus, veluti vnitatem, & monadem fuisse ante Trinitatem Empyrei, ætherei, hylæi. Omnis enim multitudo a sua est vnitate. Sed totam hanc rem ex eius sententia explicemus. Simplicio referente Commentariis suis in Aristotelis tractatum de loco.

Δοκεῖ δὲ καὶ τὰ κέντρα τοῦ κόσμου παντὸς ὡς ἑνὸς ἐν τούτῳ πεπηγέναι. Εἰ γὰρ τὰ λόγια, τὰ κέντρα τοῦ ὑλαίου κόσμου, ὑπὲρ αὐτὸν ἐν αἰθέρι πέπηγε· κατὰ τὸ ἀνάλογον ἀναβαίνοντες, τοῦ ἀκροτάτου τῶν κόσμων, ἐν τῷ φωτὶ τούτῳ, τὰ κέντρα φήσομεν ἱδρῦσθαι. Μήποτε δὲ τὸ φῶς τοῦτο πρῶτον, ἐστὶν εἰκὼν τοῦ πατρικοῦ βυθοῦ. καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ὑπερκόσμιον, ὅτι καὶ ἐκεῖνος.

» Videntur autem, & centra mundi to-
» tius, tamquam vnius in hoc esse fi-
» xa. Nam si oracula, mundi materialis
» centra, in eo qui supra eum est, æthere
» infixere, proportione ascendendo, supre-
» mi mundorum centra in hoc lumine di-
» cemus esse stabilita. Num vero lumen
» hoc primum, imago est Paterni profundi?
» Et ob id supramundanum est, quoniam
» & illud?

Post autem nonnulla hæc adiungit.

Μάλιστα δ' ἐκ τῆς θείας παραδόσεως. Εἴπερ καὶ τὸ ἐμπύριον, διὰ τοῦ αἰθέρος. καὶ τὸν αἰθέρα φησὶν διὰ τοῦ ὑλαίου χωρεῖν. καὶ εἴπερ αἱ τετράδες, καὶ αἱ ἑβδομάδες. αἱ νοεραὶ πᾶσαι, πηγαίαν ἔχουσι τάξιν, καὶ διὰ τοῦτο, ἐμπύριον τὴν ἐπιστασίαν, συμπεριέχονται ὅμως τοῖς κόσμοις. ὡς καὶ τοῦ ἐμπυρίου διὰ πάντων χωροῦντος.

» Maxime vero ex diuina traditione. Siqui-
» dem & Empyreum, per ætherem, & æthe-
» ra dicit per materialem penetrare. Et si
» quaternitates, & hebdomadę omnes in-
» tellectuales, fontanum habent ordinem,
» & ideo Empyream habeat præsidentiam,
» continentur nihilominus mundis: vtpote
» empyreo per omnes penetrante.

De qua re iterum Simplicius hæc habet.

Δύο νοήσωμεν σφαίρας, τὴν μὲν φωτὸς ἑνὸς, τὴν δ' ἐκ πολλῶν σωμάτων, ἴσας ἀλλήλαις κατὰ τὸν ὄγκον. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἵδρυσον ὁμοῦ τῷ κέντρῳ. Τὴν δ' ἐμβιβάσας εἰς ταυτὴν. ὅλον τε ὄψει τὸν κόσμον ἐν τόπῳ ὄντα, ἐν τῷ ἀκινήτῳ φωτὶ κινούμενον. Καὶ τοῦτον καθ' ὅλον μὲν ἑαυτὸν, ἀκίνητον, ἵνα μιμῆται τὸν τόπον. κατὰ μέρος δὲ κινούμενον, ἵνα ταύτῃ ἔλαττον ἔχῃ τοῦ τόπου.

» Duas cogitemus sphęras, alteram luminis
» vnius. Alteram ex multis corporibus, æ-
» quales inter se mole. Sed alteram colloca
» simul cum centro. Alteram vero in eam
» inde: Vniuersum conspicies mundum in
» loco existentem, in immobili lumine
» moueri. Eumque secundum se totum im-
» mobilem, vt locum imitetur. Per partes
» vero moueri, vt hac ratione minus ha-
» beat, quam locus.

Et

Et concludens hanc rem totam, hæc subnectit.

Πῶς οὖν τὰ λόγια φησί.

Ἑπτὰ γὰρ ἐξώγκωσε πατὴρ στερεώματα κόσμων. εἰ μηδὲ δυσωπεῖ, καὶ τὸ μὴ ἀτελεῖς εἶναι τὰς σφαίρας, ἀψῖδας μόνον οὔσας, καὶ οὐκέτι σφαίρας, εἰ μὴ μέχρι τοῦ κέντρου χωρεῖεν.

» Quo igitur modo oracula dicunt.
» Septem enim in moles formauit pater fir-
» mamenta mundorum, nisi recipiat non
» imperfectas esse sphæras, si sic fornices
» solum, & non sphæras. nisi vsque ad cen-
» trum permeent.

Admiranda hæc dogmata, in Græcorum, præter quàm Platonicorum scholis audita nunquam, diuinitus fuisse tradita, Proclus multoties asserit, & ita esse credit. Summa autem eorum est hæc. Supra septem mundos corporeos, Empyreum, tres Aethereos, tresq; Hylæos, esse lumen, de quo nos disputabamus antea. Quod sit Paterni profundi imago. Ideoque sit vnitas ante trinitatem, Empyrei, Aetherei, Hylæi. Et sit etiam supramũdanum. Sicuti & profundum supramundanum est. Hoc est supra omne id, quod mundi corporei appellationem potest suscipere. Et quod Panaugia est, & sidus supracæleste, & sol supramundanus. A quo stellæ omnes, suos hauriũt fulgores. Sed præter hæc docuimus nos, ipsũ per totum infinitum spaciũ esse fusum. Ideoq; esse infinitum. Et hunc addidimus, quoniam sit imago Profundi in se infiniti, nec esse esse infinitum quoque esse. Tum quia nullis, aut suis, aut alienis finiatur terminis, necessario esse infinitum. Quod si ita est, non fuerit forte, Altera illa sphærarum a Proclo propositarum. Hoc enim lumen supra empyreum extenditur in immensum. Sphæræ autem illæ erant mole, sibi æquales. & solidæ ita vt mererentur ab oraculis, στερεώματα firmamenta nuncupari. Neque essent, sicuti cęlestes creduntur esse concauæ, & fornicatæ. Ita enim non essent sphæræ, sed orbes, si soliditas earum vsque ad centrum non permearet. At quomodo vsque ad centrum permeabit vtraque nisi, sese inuicem penetrent? Attamen clare dicit.

Τὴν μὲν φωτὸς ἑνός, τὴν δ' ἐκ πολλῶν σωμάτων ἴσας ἀλλήλαις κατὰ τὸν ὄγκον.

» Alteram luminis vnius, alteram ex multis
» corporibus æquales ad inuicem, secun-
» dum molem.

Quæ res rursus, si ita est, dubium vel maximum pronascitur. Nam si lumen hoc, sphæricum Empyrei cum contentis, moli sphæricæ est æquale, cur toties dictum est, supracęleste, & supramundanum? ὑπερκόσμιον, ὑπερουράνιον. Si namque supra mundum est, supra empyreum quoque mundum est; qui vnus est e mundis septem. Si supra enim est, enim quoque mole superat. Si superat, non est ei æqualis. Vel hæc quidem æqualitas, molem respicit. Supramundanitas autem illa, respicit rei naturam excellentiorem, & naturæ ordinem? Nimirum lumen, cum sit ens secundum, extra patris profundum, & eius imago; etiam prius natura est, quàm calor, & quàm ignis. Calor enim, non nisi a lumine. Ignis non nisi a calore. Empyreus non nisi ab igni. Lumen ergo vt horum causa, eis est superior. Omnis enim causa, & superior, & diuinior est suo effectu. Proximior enim est diuinitati. Sed obiicient philosophi hi nostrates; Ergo datur corporum penetratio? Nam lumen ipsum vti est trine dimensum, corpus est; & per sphæras Empyrei, Aetherei, & Hylæi penetrat. Empyreus quoque dicitur æthereos penetrare, æthereus hylæos. & empyreus omnes usque ad centrum penetrare. Corporum ergo datur penetratio. Misella philosophia, quæ post solutas hasce eius ambages, in easdem nugas recidit. Demonstratum namque iam antea est. Penetrationem hanc corporum, vetari in antitypis corporibus, & materiatis. Hæc autem quæ modo tractamus, corpora quidem sunt, sed incorpora. hoc est immateriata, & antitypa minime. Rarissima supra omnem antityporum raritatem; tenuissima, supra omnem horum tenuitatem. Et confessa igitur, & concessa inter sapientiores illos, fuit hæc corporum horum scilicet penetratio, & vsque ad centrum permeatio. De lumine namque ita canit oraculum quoddam.

Κέντρῳ ἐπισπέρχων ἑαυτὸν φωτὸς κελάδοντος.

» Centro incitans se ipsum, lumine stre-
» pente.

De igne vero seu calore, seu Empyreo ita iterum.

Ἄνωθεν διήκοντος διαμπὰξ ἐπὶ τὸ καταντικρύ.

Διὰ τοῦ κέντρου τῆς γῆς, καὶ πέμπτον μέσον ἄλλον.

Πυρίοχον, ἔνθα κάτεισι μέχρι ὑλαίων ὀχετῶν.

Ζωοφόριον πῦρ.

» Desuper penetrantis, per vniuersum, ad
» oppositum
» Per centrum terræ, & quintum medium
» alium.
» Igniferum. Vnde descendit vsque ad ma-
» teriales canales
» Vitifer ignis.

Sed cur, iterum lumen dicimus supramundanum, cum ipsum, mundi infiniti puts melior sit, & sit etiam animatum. Nam de fontano animo ita canit oraculum.

Ἀβδω ἐμψυχοῦσα φάος, πῦρ, αἰθέρα κόσμους.

„ Abundè animans, lumen, ignem, æthera mundos.

Animat, inquit, hæc fontana anima, primo lumen. Deinde ignem, Empyreum mundum scilicet. æthera uniuersum in tres distinctum, vti diximus, mundos, & mundos tres alios, hosce materiales, & hylæos. Anima namque sui natura animat tam lumen, quam sequentes mundos. Esto igitur sanè hac ratione lumen hoc mundanum. Priore illa esto supramundanum. Suo enim calore, sibique proprio, Anima hæc animat cuncta. Cecinit enim. Θερμὴ ψυχοῦσα τὰ πάντα. Calida animans cuncta. Cur autem vocata sit calida, iam est antea dictum.

Ὅτι ψυχὴ, πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεννὴ.

Ἀθάνατος τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστὶ.

Καὶ ἴσχει κόσμου πολλὰ πληρώματα κόλπων.

„ Quia animus, ignis potentia patris existens, lucidus.
„ Immortalis manet, & vitæ dominus est.
„ Et tenet mundi, multas plenitudines sinuum.

Hæc de entibus, Empyreo mundo superioribus, satis sunto. Nunc ipsum Empyreum vti proposuimus aggrediamur. Hic quidem a Christianis Theologis, libentissime est susceptus. Non equidem vti sphæra solida, sicuti Chaldæi, sed uti orbis, qui supra cœlos æthereos positus, illos complectitur. In quo dicunt Deum, beatas Mentes fœlicesque animas, a corpore hoc solutas, habitare, & perpetua apud Deum frui beatitate. Neque vero Chaldaicum tantum hoc dogma fuit. Sed etiam Aegyptium. Iamblichus namque scripsit Hermetem Trismegistum, de Empyreis Diis, libros C. reliquisse. De Aethereis totidem. De Cœlestibus mille. Ex quo testimonio, inferimus nos, Hermetem quoque has tres substantias inter se differentes cognouisse & docuisse. Sed modo ampyreum prosequamur. Lumen illud primæuum a Dei luce fuit seminibus rerum omniũ prægnans. A lumine hoc fuit calor primæuus. A calore primæuo, primæuus ignis, Empyreus scilicet mundus. Sed quis eum construxit? Respondet Zoroaster.

Νοῦ γὰρ, ὅς ἐστιν ὁ κόσμου τεχνίτης πυρίου.

„ Mens namque, quæ est mundi artifex
„ ignei.

Est quidem a mente opifice scilicet constructus, ea quæ proxima est rerum conditrix. Intellectum autem hunc, qui artifex empyrei mundi fuit, vocauit fontanum.

Πηγαῖον ἄλλον, ὃς τὸν ἐμπύριον κόσμον ἄγει.

„ Fontanum alium, qui empyreum mun-
„ dum ducit.

A quo proxime omnia & incorpora, & corpora sunt fabrefacta. Et a quo ipsi mundo empyreo lumen primarium est obuolutum. & quo lumine, & calore eius comite, iste intellectus eum ducit. Hoc est regit. Non enim empyreum duci, aut moueri putamus. Sed stabilis permanet in loco, sicuti & lumen. Et quoniam illa Procli verba, quæ ad hanc rem attulimus, videntur aliter sonate, sunt exactuis perpendenda. sunt autem.

Ἀλλὰ τὴν μὲν ἵδρασον ὁμοῦ τῷ κέντρῳ. Τὴν δὲ ἐμβιβασάσας εἰς ταύτην, ὅλον τε ὄψει τὸν κόσμον ἐν τόπῳ ὄντα, ἐν τῷ ἀκινήτῳ φωτὶ κινούμενον. Καὶ τοῦτον καθ᾽ ὅλον μὲν ἑαυτὸν ἀκίνητον, ἵνα μιμῆται τὸν τόπον κατὰ μέρος δὲ κινούμενον, ἵνα ταύτῃ ἔλαττον ἔχῃ τοῦ τόπου.

De duabus illis sphæris loquitur, luminis, scilicet & ea quæ ex multis composita est corporibus Empyreo, Aethereis, Hylæis. Ait igitur.

„ Alteram colloca simul cum centro. Alte-
„ ram in hanc impone, vniuersum vide-
„ bis mundum in loco quidem existere,
„ & in immobili illo lumine, moueri.
„ Et hoc quidem per se totum esse immo-
„ bile, vt locum imitetur. Per partes ve-
„ ro moueri, vt hoc minus habeat, quàm
„ locus.

Quibus verbis dicitur locum mundi, hoc est spacium, & lumen ipsum replens, esse immobilem: Mundum autem in spacio seu loco, & lumine positum, totum quidem esse immobile, ut locum imitetur; per partes vero moueri. Empyreus cum sociis, ut totus quidem est immobilis. Partes autem circundatæ, tres ætherei mundi, & tres Hylæi, mouentur, & eorum partes locum mutant. In ipso scilicet Empyreo, ut creditur circumuoluti. Nam & Theologi nostri, & Astronomorum, qui ipsum pro vndecimo orbe receperũt, immobilem esse, cœlum empyreum statuerunt. Sicuti autem ipse ex lumine, & ex calore, ignis & empyreus est factus. Sic ipsum in causa fuisse, canunt oracula vt mundus reliquus, Aethereus, & Hylæus, fit conformatus. Nam de opifice cum loquerentur, aiunt.

Ποιητὴς, ὃς αὐτουργῶν τεκταίνεται τὸν κόσμον.
Καὶ γὰρ τὶς πυρὸς ὄγκος ἔλω' ἕτερος, τὰ δὲ πάντα
Αὐτουργῶν, ἵνα σῶμα τὸ κοσμικὸν ἐκτελυπθῇ
Κόσμος ἵνα ἔκδηλος, καὶ μὴ φαίνηται ὑμενώδης.

" Factor qui per se agens fabricat mūdum.
" Etenim, quædam ignis moles erat alia,
" hæc cuncta efficiens per se, vt corpus
" mundanum euolueretur,
" Mundus vt manifestus, & non appareret
" membraneus.

Ne scilicet omnis transpareret. Quæ autem alia hæc ignis moles erat, præter ipsum Empyreum? Qui cuncta in inferioribus fabrefecit ita, vt apparerent manifesta. In summam reducamus. et concludamus. Extra paternum profundum ab eo, primum est difflatum spacium in infinitum. Deinde in spacio lumen. Mox in lumine calor. a calore & lumine Empyreus mundus, inferioris faber, fuit immobilis. Neque hic clamet Peripatus, entia sine necessitate multiplicari. Summa enim hic necessitas est, vti spaciū ponatur primo, in quo entia omnia quasi in loco locarentur. Deinde ipsum lumen impleret, secum ferens rerum omnium corporearum primordia, quæ in opus educeret per calorem, & in fluorem induceret, ex quo res omnes formarentur. Multiplicatæ quidem sunt in Peripato, nulla cogente necessitate, intelligentiæ illæ cœlestes, & primus motor. Et ea quæ supra primam lationem vitam degunt beatam. Quæ quamquam ibi reuera sint, attamen quia sine vlla ratione, sine demonstratione vlla, illuc sunt inducta, verè sunt sine necessitate multiplicata, sicuti, & materia illa sua prima. et potentia, & priuatio, & forma, & natura, & fortuna, & casus, & alia multa. De quibus locis suis. Sed hæc Chaldæorum illa est philosophia, quam Peripati maximus Corypheus, Arabs Auen Rois dixit, ita fuisse aliquando perfectam, & absolutam, sicuti tempore Aristotelis. Sed in hoc falsus, in illo verum pronunciauit.

Finis Septimi Libri Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER OCTAVVS.



AN MVNDVS SIT FINITVS.

Post tot sæcula, quæstio hæc, An mundus sit finitus, an infinitus, nobis renouatur. Idque non sine ratione. Infinitum enim, multoties iam, non solum nominamus, verum etiam adstruimus. Et ueterum Græcorum non pauci, mundum esse infinitum asseruerunt: multi è contra esse finitum. Qui infinitum dixere, partim quia principia essent infinita, ipsum infinitum quoque contendere. Cuius sententiæ Anaximander fuit. Seleucus vero, ipsum per se infinitum esse mundum affirmauit. Diogenes, mundum distinxit ab vniuerso. Hoc infinitum illum, finitum esse censuit. Stoici, τὸ πᾶν, vniuersum simul cum vacuo, infinitum esse docuerunt. τὸ ὅλον, Totum vero, absque vacuo esse mundum, esseque finitum. Quibus autem rationibus sua dogmata firmarent, est in ignoto. Scripta namque eorum periere. Et qui eorum sententias retulere, non plene, sed concisim retulere, Plutarchus, Aetius, Laertius, Hesychius, Stobęus. Nos uero, quid ad quæstionem hanc dicemus? Et ad ueritatem afferemus? Equidem vtrumque. Mundum videlicet, & infinitum esse & finitum. Infinitum esse probemus prius. Pronunciauit Aristoteles. Quorum contrariorum alterum est natura, & alterum est natura. Finitum est natura. Infinitum igitur, quod finito est contrarium, erit quoque natura, necessario. Natura namque ut idem ait, nullibi est clauda. Neque ergo in hac finiti, & infiniti contrarietate clauda erit existimanda. Et vtrumque suo geret. Aiet Peripatus. Falsus est magister, finita omnia esse actu? Negauit infinitum vllum actu reperiri. Et si quod reperiatur, potentia infinitum esse reperietur. Idque in duobus solis. numero scilicet augendo; Et magnitudine minuenda. Et tertio in motus, ac temporis successione. Duo uero illa infinita, nusquam sunt, numquam erunt. Non sunt igitur potentia, qualia dicuntur esse, infinita. Contrarietas ergo hæc, non est plena. Et natura, in ea est clauda. Et si sint potentia, itidem natura esset clauda, & contrarietas vana, & axioma falsum. Contraria enim, si ambo actu non sunt, contraria non sunt. Mortale, immortale. Corruptibile incorruptibile. Calidum, frigidum, humidum siccum actu sunt, ideoque contraria sunt. Si alterum actu non sit, neque contrarium esse, aut dici potest. Inferamus ergo nos, quia in vniuersitate contrarietas finiti, & infiniti conceditur, eam ex æquo, vel actu, vel potentia, reperiri. Atque ita si finitum sit potētia, etiam infinitum erit, potentia. Si vero alterum actu sit finitum, etiam alterum, actu sit infinitum. Et equidem infinitum, sui natura necesse est prius esse, finitum sui natura posterius. Est namque totum, natura, & dignitate, & tempore, & existendi conuertentia prius partibus. Finitum autem infiniti est pars. et infinitum, infinitas in se continet finitas partes. Finitum vero nullum, continet infinitum, aut infinita, neque actu vllo, neque potentia vlla. Continens autem contento, natura est prius. Sicuti totum natura prius est partibus. Partes quæ finitæ sunt mole, infinito toto mole, esse debent posteriores. At quomodo, finitum & finita sunt in infinito? Longe equidem

facilius

facilius, & secundum naturam magis, finita sunt in infinito, quàm infinitum sit in finito. Quod nusquam fert natura. Finitum namq;, vt falso creditum est, & mathematicis, & philosophis, nō diuiditur in infinita, aut infinitū. Hoc vero, & diuiditur in finita actu equidem semper, & diuisibile est potentia in infinita. Multoq; id naturalius, quàm e contra, finitū sit diuisibile in infinita. Et finitum, quod est, tū potentia, tum actu finitas tantum habet partes. Infinitū vero, & potentia & actu, & finitas, & infinitas habet. Nulla igitur, Aristotelicarū rationū, huic dogmati obstabit. Falsum enim sumit, quando ait. Infiniti quæque pars est infinita. Est etenim contrarium. Finita est quæq; infiniti pars. Sophisma deinde est quod ait. Quia infinitum diuidatur in partes infinitas numero, inferre hinc eas infinitas esse magnitudine. Reliqua eius argumenta, recte contra hoc sophisma ostendūt, nullum corpus sensibile eorum scilicet quæ ei mundum constituunt esse posse infinitum. At non ideo ostendunt, mūdum vniuersum, infinitum esse non posse. Ridicula vero ea sunt, quæ contra Anaxagoram disputat. Nam infinitus mūdus, qualem nos esse asserimus, cum locum alium nullum habere queat, nemo sanæ mentis dubitare potest, eum necessario in se ipso consistere, & nō in alio vllo se maiore, aut minore. Hæc, ex aliena, tum ex communi quoque philosophia, manifesto demonstrant mundanæ molis infinitudinem. Nos vero ex nostra, quid adducemus ad rem eandem confirmandam? Sequentia. Deus vniuersi conditor, & hyparxi sua, & potentia infinitus est ostensus. Infinitus quoque bonitate. Talis cum sit, cur in mūdo producendo, dicendus est fuisse, aut finite bonus, aut finite potens? Quis enim eius bonitatem finijt? Quis potentiæ eius finitum terminum posuit? Vel alius ipso superior, uel par, vel inferior. Vel ipse met, suas vires finire voluit, aut casu finijt. Et bonitati limitem imposuit. At nemo superior, nemo par, est iam demonstratum. Inferiorem, in eum nihil posse, itidem est demonstratum. Ipse met ergo limites suæ potentiæ, suæ bonitati, suæque gloriæ imposuisse erit dicendus? Minime. Si limitem potentiæ imposuit, ex infinita, finitam fecit. Si finitam, terminis finitam. Internis ne, an externis? Quibus externis, si extra ipsum nihil? Quibus internis, si in ipso sunt omnia? Er cur potius hoc, pro termino statuit quam illud? At ex omnibus internis quisnam hic terminus fuit? Si dicatur potentiæ iam eam diminuit, & si hāc diminuit, hyparxim etiam suam diminuit. At hoc vel suspicari, omnium est nefandissimum. Si dicatur terminus fuisse voluntatis, quia sic voluerit. Dicemus nos, voluntatem, non sine bonitate esse. Neq; ipsum quicquam velle nisi bonum. Bonitas autem eius est infinita, neque vllis terminis coarctatur. Voluntas quoque in bono erit infinita. Cur igitur hæ in mundo creando, non integræ se se dederunt in opus? Sed sponte sua se se minuerunt, Et de infinitis, factæ sunt finitæ? An quia finitum perfectius sit infinito? An quia ex finito, maior eis gloria erat secutura? At neque finitum infinito est perfectius. Et maior eis gloria futura erat, ex toto quam ex parte. Ex vniuerso, quam ex vniuersi portione vna. Ex omnibus, quàm ex quibusdam. Ex vtroque infinito, atque finito, quàm ex altero, finito tantum, minusque præstanti. Bonitas ergo infinita, & eius comes voluntas vtrūque potius infinitum, & finitum mundum, & producere voluerunt, & produxerunt. Nam quo modo, infinitæ vires, in finitam actionē exire debeant, ne imaginatu quidem videtur esse possibile. Non per se, suique natura, non bonitate, non voluntate. Neque etiam alio vel cogente, vel impediente. Quis enim plus possit, potentia infinita? omnipotentia? Infinitarum ergo virium, bonitatis, voluntatis, actionem quoque in creando mundo infinitam fuisse est necesse. Actio vero infinita sibi correspondentem parturiit effectum. Suique imaginem. Ostensum namque, plusquam millies iam est, omnem effectum, similitudinem suæ causæ secum ferre. Si id omni causæ est datum, cur primissimæ omnium causæ, & causarum omnium causę, id denegetur? Finitudo effectus, finitudinem arguit actionis. Actionis finitudo, virium, & potentiæ arguit finitudinem. Potentiæ vero finitudo hyparxeos quoque finitudinem conuincit. At in prima causa hæc admittere, & nefarium est, & contra toties demonstrata. Contrarium ergo est cōcludendum. In infinita hyparxi, infinitam esse potentiam. Hanc, infinitam edere actionem. Hanc quoque sibi correspondentem producere effectum, est necesse. Infinitum nimirum. Præsertim, cum in eo, finitum comprehendatur. Et qui illud produxerit; produxerit hunc quoque. At non vice uersa, qui finitum procreatit, infinitum quoq; procreare poterit. Summa ergo potentia, summa bonitas, summa voluntas, ad summam Dei gloriam. ad summæ suæ hyparxeos, summum testimoniū, infinitum creauit mundum, ut in eo finitus quoque mundus comprehenderetur. Hæc ex primariis nostræ philosophiæ fundamentis, necessario sequuntur. At, & ex secundis in Pancosmia demonstratis hactenus, eadem sequentur. Nam si mundum, seu vniuersum id appellamus, quod omnia continet, mundus procul dubio erit infinitus propria mole sua. Nam

ſpacium, omnia continere, & incorpora, & corpora, & corporea eſt iam a nobis demonſtratum. Si ergo ſpacium continet omnia, & mundus itidem continet omnia, mundus, & ſpacium, eadem res erunt, quo ad capacitatem rerum, & ad locum. At ſpacium, hac ipſa capacitate, ac loco eſt infinitum. Mundus ergo his conditionibus erit infinitus. Iterum. Si mundus eſt rerũ omnium ornatus, lumen autem omnia ornat, & eſt infinitum, mundus hic', vt ita dicam, ſecundus erit infinitus: Si lumen, ſpecierum omnium, indiuiduorumque ſemina, & primordiales gerit virtutes, & per vniuerſum ſecum vehit, eas quæ mundum ab initio exornarunt, & in dies amplius exornant, & replent; mundus hic idem luminarius, hac quoque ratione erit infinitus. Si rerum ſemina, ſi vires hæ, per calorem infinitum mole, blandiſſimumque viuificantur, & germinant, calor, rerum corporearum proximior artifex, mundus alius erit infinitus, qoia infiniti luminis eſt comes, infinitumque cum eo ſpacium replet. Si rerum ſpecies, & indiuidua per calorem in fluore procreantur, & fluor eſt infinitus, quartus hic mundus etiam dicetur infinitus. Si empyreus mundus, primus ignis, ſeu primus igneus eſt, & omnis ignis e fluore, per calorem, in lumine ardet, empyreus quoque mundus, ex infinitis quatuor compoſitus, ſpacio, lumine, calore, fluore, infinitus non eſſe, non poterit. Mundus igitur hiſce omnibus, mathematicis rationum neceſſitatibus, eſto infinitus. Totus ſphæra ſolida, & vſque ad centrum, ſpacio, lumine, calore, fluore, empyreo, repletus. In qua locum non habeat, cauta illa. Stoicorum diſtinctio, cum vacuo vniuerſum dici, ſine uacuo dici totum. Non enim, vacuũ id, quod ipſi ſupra cœlum ſtatuebant, & nos antea cum eis, vacuum eſt amplius. Sed lumine primo eſt repletum; calore deinde, & poſtmodum fluore, poſtremo empyrei ea parte; quæ æthæreos, & hylæos mundos vſq; ad centrum non penetrant. Hæc de mundi infinita mole, ſunto nobis philoſophata.

Finis Octaui libri Pancoſmiæ.

ANNOTATIO R. P. M. IACOBI DE LVGO.

Ad probandum vniuerſum eſſe infinitum optime et ingenioſe procedit author in hoc, ex rationibus nonnullorũ philoſophorum, quos ipſe ſequitur, & primo, quod ſi datur finitum actu, dabitur etiam infinitum actu, ex maxima illa. Poſito vno contrario, neceſſario, ponitur et reliquum. Secundo Deus eſt potẽtiæ bonitatis, & voluntatis infinitæ, ergo vniuerſum ab ipſo productum erit infinitum, per regulam. Effectus ſimilitudinẽ ſuę cauſę ſecum fert. Tertio mundus continet omnia, & corpora, & incorpora, ergo erit infinitus, cum ſpacium quod continet omnia ſit infinitum, & mundus, & ſpacium ſint idem.

At ex ſacris libris nos docemus oppoſitum. Nam ex dicto illo ſapientię 11. omnia in numero pondere, & menſura diſpoſuiſti domine Deus creator cęli, & terræ, admonemur omnia ſub certo numero, determinato pondere, finitaque menſura. Ex hoc nec multitudo infinita eſſe poteſt, quoniam omnis multitudo eſt in aliqua ſpecie multitudinis, & ſpecies multitudinis ſunt ſpecies numerorum, nulla autem ſpecies eſt infinita, cum quilibet numerus eſt multitudo facta per vnum; Item omnis multitudo in rerum natura exiſtens eſt creata, & omne creatum ſub aliqua certa intentione creantis comprehenditur, quoniam innatum agens non operatur. Ideo ſub certo numero omnia creata comprehenduntur, Igitur impoſſibile eſt, eſſe multitudinem infinitam in actu.

Ad primam rationem reſpondent Theologi, & maxime Gaietanus in primam partem Diui Thomę in fine articuli 4. quæſtionis 7. Quæ non ex defectu diuinæ potentiæ, bonitatis, voluntatisque prouenit quin infinitum actu detur, ſed ex impoſſibilitate rei factibilis: Et ad illud, quod poſito vno contrariorũ poni, & reliquum neceſſe eſt, dicimus, modo non repugnet rei factibili; Ad illud etiam, quod effectus ſimilitudinem ſuę cauſę fert ſecum, ſatisfacit D. Thom. q. 35. art. 2. ad ſecundum ponens differentiam inter potentiam agentis vniuoci, & agentis non vniuoci, illud manifeſtat totam ſuam potentiam in ſuo effectu, ſicut potentia generatiua hominis, tota manifeſtatur in generatione filÿ; Potentia aũt agentis non vniuoci non tota manifeſtatur in ſui effectus productione, ſicut potentia ſolis, quod eſt agens non vniuocum, non tota manifeſtatur in productione muris ex putrefactione generati.

Manifeſtum modo eſt, Deũ nõ eſſe agentem vniuocum, nihil enim aliud cum eo cõuenit, unde effectus eius eſt minor quam potentia. Quare non eſt neceſſe vt manifeſtetur ſua potentia in producendo infinitum, ſufficit enim quod res aſſimiletur Deo, vt ens per participationem.

Ad tertium, dicimus; mũdũ continere omnia quę faciãt ad ſuam perfectionem, & cum ſuperius oſtẽſum ſit, ſpacium productum non poſſe eſſe infinitum, ſimiliter nec vniuerſum, ea etiam quæ continẽtur nequeunt eſſe infinita, neque ſecundũ multitudinem, neque ſecundum magnitudinẽ; Nec minor gloria ei prouenit ex eo, quod non datur infinitum quam ſi daretur, quoniam quod non eſt factibile, non erit ad gloriam creatoris.

FRANCI-

FRANCISCI PATRICII
PANCOSMIÆ.
DE AETHERE, AC, REBVS COELESTIBVS.
Lib. XIIII.

AD HIPPOLYTVM ALDOBRANDINVM S. R. E. CARD.
Et Pœnitentiarium Summum.



FERRARIÆ,
Ex Typographia Benedicti Mammarelli. M. D. XCI.
Superiorum permissu.



ILLVSTR.^{MO} AC REVER.^{MO} HIPPOLYTO ALDOBRANDINO S. R. E. CARDINALI ET SVMMO Pœnitentiario.





Vm elegatione tua Polonica HIPP. ALDOBR. *quæ tibi fuit honorificentissima redires, & Ferraria esses transiturus, litteris Horatij Caponij, viri integerrimi, atque doctissimi, clientis tui, e Bononia sum admonitus, vt Marcellum Nobilem summæ eruditionis virum, sibique charissimum, adirem, eumque cognoscerem. Et eo intercessore, te et salutarem, & venerarer. Quod post quam nos adisti, libentissimo prastiti animo. Perhumaniter me excepisti. Sed non licuit, humanitate, atque affabilitate tua diutius frui. Vna enim tantum nocte, es apud nos moratus. Eas tamen mihi perire nolui. Memoria seruaui. Et mihi ipsi in memoriam inde reuocaui, te filium Syluestri Aldobrandini fuisse viri, consilio, & prudentia singulari, Græcarum, Latinarumque litterarum, & iuris vtriusque peritissimi. qui leguleiorum barbariem inter primos exornauit. Qui in Repub. summa fuit olim authoritate. Memini quoque te fratrem Ioannem habuisse Card. & Summum Pœnitentiarium. qua dignitate tu quoque nostro tempore, tuis summis meritis, es ornatus. Sed quod meæ erga te obseruantiæ primum caput est, in memoriam venit, Thomæ fratris tui, humanioribus litteris, & Græcis, & Latinis, & philosophiæ ornatissimi, meo satis diu, Patauij amicitia familiarissime esse vsum, & Francisci Serfrancisij, qui tum apud eum viuebat, & si memoria non fallit, te quoque eodem tempore adolescentulum adhuc cognoui. Fratrem tuum postea Romæ, sub Paulo. IIII. vidi. Hæc recordatio, animo meo post discessum tuum, semper hæsit. Te semper hac fratris recordatione, mente gessi. Te semper toto animo colui, tibi semper summa sum ominatus. Quid si archani*

huius,

huius, atque animo meo sedentis cultus, testimonium aliquod, ex animo promam in apertum, & studiosis omnibus, nunc viuentibus, & qui in posterum sunt victuri proferam, quo intelligant, quanta te prosequar reuerentia. veneratione quanta. Non solum ob ea quæ supra sunt a me commemorata, verum etiam, ob singulares animi tui virtutes, quæ nominis tui celebritate, non tantum aures meas repleuit, sed hominum celebriorum omnium. Cum virtutes nomino, non vnius generis intelligo virtutes, sed extra litterati vulgi consuetudinem, eas etiam omnes, quas a natura tulisti tecum; quas continua bonorum morum exercitatione, excoluisti, animumque tuum ornasti. Et quas ciuilium rerum, patris tui exemplis, rebusque agendis prudentia summa, tibi comparasti. Et quas rerum naturæ cœlestium diuinarumque contemplatione es assecutus. Et quas nostra schola purgatiuas, ab affectibus passionibusque animi purgandis nominat. Et quæ his perfectiores sunt, quas animi purgati nuncupant. Tanto enim supra humanas perturbationes, audio animum tuum extulisti, vt ferè sanctificatorias attigeris, quas procedente ætate sperandum est ita te tuas facturum, vt per eas, Deum ipsum attingas, eique iungaris. Has tritæ philosophorum scholæ non agnoscunt. Ex archana ueniunt philosophia. Eæ, in te qui operationibus, factisque tuis eas es consecutus, sunt agnoscendæ, sunt celebrandæ, sed loco, & tempore commodiore. Nunc huiusce rei testificandæ causa, cœlestes nostros XIIII. libros omnes, ab Aethere, vsque ad Aerem nomini tuo consacraui, doctrina, authoritateque tua, eos a detractorum protege calumnijs, & Marcellus Nobilis tuus, hac in re tibi esto comes, & mihi adiutor.

Tibi Deuotiss.

Franciscus Patricius.

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER NONVS.

DE AETHERE.

AT idem hic infinitus mundus, quo modo etiam erit finitus? Vel enim, vnus idemque est mundus is, qui infinitus simul est & finitus, vel duo sunt inter se differentes. alter infinitus, finitus alter. Non enim videtur, vnus, idemq; eodem tempore in se posse, contrarietatem hanc recipere. Ex Chaldæorum quidem allatis dogmatibus, facilis est huius rei solutio. Empyreus enim, ad extera in infinitatem expanditur. Ad intera uero, qua, è tribus primũ æthera contingit, eo contactu finitur, atque est finitus. Aether vero, qui ab eo contingitur, cœlum dicitur. Quod in octo, aut nouem diuisus orbes, ad extera, qua empyreum tangit, & qua tangit elementa, finitum mundum facit. Atque hic est, cum elementis, totus plerisque aliis philosophis mundus. Possumus autem nos, in hac quæstione libere versari, quoniam sacri veteres Theologi Iustinus, Basilius, Ambrosius, Chrysostomus, Theodoretus, Lactantius, Theophylactus, & Procopius Gazæus, in diuersa ab Astronomis, philosophisque abierunt. Quoniam nullus esset in sacris Bibliis locus, qui vel de cœlorũ numero, vel de eorum motu, aut rotunditate certum aliquid pronunciaret. Igitur, cum Astronomis, & eos secutis philosophis cœli contemplatoribus, cœlestia contemplemur. Et quæ in discussionem venient, perpendamus.

Οὐρανὸν cœlum philosophi appellauere id totum, quod Chaldæi, in tres æthereos distinxerant mundos. Sed etymon ętheris apud Græcorum philosophus, non idem fuit. Namque Anaxagoras, a uerbo αἴθω, ardeo duxit æthera. Quoniam putaret, astra non aliud esse quam ignes, quibus totum arderet cœlum. Plato, quamuis de astris sentiret idem, & quod cœlum ignis esset, non ab igne aut ardore, sed a verbo alio, ἀεὶ θεῖν quod est, semper curro, etymon deriuauit. Aristoteles, Platonis sententia comprobata, Anaxagorea reiecta, ipse pessimam, nullis sensibus, nullis rationibus suffultam introduxit. Cœlum, non ignem, non aerem, non aquam, non terram, sed ab his, quintam quandam essentiam esse dixit. Orpheus sanè Græcæ sapientiæ pater, & a Chaldæis, & a suis videtur dissensisse, cum caneret.

Αἰθέρι πάντα πέριξ ἀφάτῳ λάβε. τῷ δ' ἐνὶ μέσσῳ οὐρανὸν, ἐν δέ τε γαῖαν ἀπείριτον, ἐν δέ τε θάλασσαν.

„ Aethere cuncta circum ineffabili prehendit. Inque medio cœlum, intraque terram infinitam, intraque mare.

Si æthere cœlum comprehendit opifex, vndequaque cœlum æthere est circumuolutum. Ergo videtur æther hic Orphicus, idem cum empyreo esse. Qui cœlum, totamque trium ætherorum molem amplectebatur. Neque vero nominum vtriusque, significatio id negat. Nam Empyreus ab igne dictus est, æther ab ardore. Ardor ignis est species. Sed vlterius progrediamur. Cœlum Astronomi, in orbes octo prima partitione distinxerunt. Chaldæi in tres ætheres. Vtri melius, ac verius? Vtrum rursus quàm vtrique, & melius, & verius, hac eadem de re philosophari possumus? Si in Empyreo, siue Orphico æthere, alienum nihil reperiatur. cum eo nihil commiscebitur. Si nihil ei commiscetur, simplicissimus erit empyreus mundus. Si simplicissimus, etiam sibi sufficiens, & perfectus, & nul-

la a se externa re indigus. Nam quòd tres æthe res Chaldaicos, & tres hylæos, quasi in suo ventre gestet, & per eos usque ad centrum om nium transeat, id non suo, sed contentorum beneficio facit. At supremum, ac primum suũ æthera, quâ ratione, & quo interstitio ab empyreo distinxit? Et quo secundum a primo? & tertium a secundo? Vel enim vnum corpus sunt & continuatum, tum inter se, tum cum empyteo, vel sunt, & ab hoc, & inter se separati. Videtur quidem Zoroaster, cum empyreum ab primo æthere segregaret, in id respexisse, quod Empyreus, ardere totus; & totus esset ignis, sibi vbique similaris. Aether autem primus, non totus arderet. arderet tamen per interualla, innumeris eius partibus, atque flammis inter se, & magnitudinibus, & coloribus, & fulgoribus longe diuersis. quæ eius faciem non totam faceret similarem, sed varietatibus plurimis dissimilarem. Quæ res eadem fecit, vt suum secundum ætherem, in quo non nisi sex sydera, conspiciebat, a primo illo distingueret. Sicuti tertium a secundo, quia in hoc sex, in illo unum tantum sidus, idque ab aliis omnibus opacitate, atoreque potius quàm splendore longe diuersum. Ratio namque, ex tali sensu eruta, persuadere videtur, vti quæ partis vnius natura ferret, alta non ferret, ex essentia diuersa, diuersitatem ferret effectuum. Non aliter ac terra, quæ ferat alia quam aqua. Et hæc alia quam aer, testimonio est, tria hæc corpora differentium esse substantiarum. Esto hæc fuerit, satis vt videtur, valida Zoroastri ratio. At non minus valida, hæc est: alia, confinia terræ, & aquæ, & aeris, sunt satis diuersitate, densitatis & raritatis euidentia. Inter ætheres confinia duo; interq; primum & empyreum nulla apparent. At forte respondeat ipse. Aer a Peripato, a Stoicis, in tres regiones, eadem analogia est dispertitus. Quoniam infima, pruinas, & rores generat. Media res ab his diuersas, nubes, pluuias, similiaque. Supera vero, ignes & cometas gignit. Atque ita, non essentia, sed effectibus in oris genitis esse differentes. Neque ob id confiniis, aut suismet, aut alterius naturæ inter eas interpositos, disterminantur. Sed unum est corpus, totus aer, continuatum. nullis aut suis, aut alienis terminis interruptum. Ita esse de æthere, totum, vnicum esse corpus, nullis aut cognatis, aut alienis interstitiis dispertitum. sed regionibus tantum, supera, media, inferaque, & stellarum tum numero, tum fulgoribus, tum etiam motibus, cogitatione tantum nostra, nõ natura sua esse diuisum. Sed reclamabunt hic Astronomi omnes, & omnes insimul philosophi. Cœlum quidem vnius, simplicisque esse naturæ, sed esse in eiusdem naturæ orbes plures, ac forte plurimos distinctum. Quibus haud procul hinc occurremus, si prius discusserimus, vtrum æther, seu cœlum, corpus simplex sit, an compositum. Simplex esse dixere omnes, eò quòd esset incorruptibile. An vero compositum esset, fatigauit neminem. Nos vero ita dicimus. Si cœlum corpus simplex est, vel totum simplex est, vel partibus pluribus; vel partibus multis, vel vna. Si vna tantum simplex sit, simplex dici absolute, minime potest. Tantumdem erit, si uel multis, vel pluribus dicatur esse simplex. Vtrum igitur totum simplex reuerá dici potest? Si cœlum simplex sit vna tantum res quoque est. Si vna res est, similaris tota sibi est. Si similaris tota sibi est, vnam tantũ ostendit faciem, & dissimilaris nequaquam est, At cœlum vnam ostentare faciem non uidetur, tot stellarum varietate distinctũ. Non est ergo similare. Non est ergo res vna. Non est ergo res simplex. Si simplex non est, compositum est ex plutibus, tot nimirum, quot in eo facies appatent. Aut etiam pluribus, quæ præ distantia a nobis nimia non apparent. Ruit ergo hic tota priscorum philosophia de cœli simplicitate. Cœlum igitur, compositum corpus est. Quam compositionem, Orpheus indicauit quando, Aplanem terram appellauit, Saturnum aquam, Iouem, aerem, Martem ignem, & viceuersa Solem nuncupauit ignem, Venerem, dixit aerem. Mercuriũ aquam. Et Lunam iterum terram. Sed hæc poetico forte, ac mystico sensu aliquo, aut ob stellarum quemdam præcipue similem colorem. Sed stellæ nondum constas, an cœli partes sint essentiales. An corpora diuersæ a cœlo naturæ, in cœlo habitantia. Quam rem sequens disputatio expendet. Modo de cœlesti corpore toto, contemplatio est instituta. De quo Platonicorum pars nobilior, Iamblichus, Syrianus, Proclus aiunt, elementalium qualitatum, summitates, cœlo inesse purissimas. Igneum tamẽ a prædominio esse cœlum. Plotinus vero, non esse aliud, quam ignem. Hic Chaldæos, illi Orpheum, ni fallimur, secuti Aristoteles elementorum qualitates & essentias omnes cœlo ademit. Non alia de causa, quàm quòd, incorruptibile esset, & toto, & partibus, & in circulũ moueretur. Elementa vero, mouerentur in rectum & partibus saltem esse corruptibilia. Sed vtroque fundamento est falsus. Demonstratum enim iam nobis est, si partibus elementa corrumpuntur, etiam toto corrumpi; Non moueri autem in rectum, nisi sint præter naturam disposita, suis locis demonstrabitur. Sed quantumuis susceperit laborem, quo qualitates Elementales de cœlo detraheret, frustra suscepit. Mollitiem namque & duritiem non solum ei reliquit, sed etiam labore alio non

minore

minore, constrúxit. Hoc ipsum demonstremus. Tactu quidem, qui molliciei, & duritiei proprius est iudex, cœlum non attingimus. At visu quo cœlum spectamus duo hæc non iudicamus. Ad rationem ergo confugiendum, quia ipse vti verissima est vsus. Eam de cap. iiij. libri de cœlo 12. expromamus. In quo, postquam, vt sibi visum, probauit cœlum esse rotundum, subdidit hæc verba.

Καὶ τὸ συνεχὲς ἄρα ἐκείνῳ. Τὸ γὰρ τῷ σφαιροειδεῖ συνεχὲς, σφαιροειδές.

„ Ergo & id quod ei est continuum, (rotundum scilicet est) melius dixisset contiguum. subdit deinde.

Ὡσαύτως δὲ, καὶ τὸ πρὸς τὸ μέσον τούτων. Τὰ γὰρ ὑπὸ τοῦ σφαιροειδοῦς περιεχόμενα, καὶ ἁπτόμενα, ὅλα σφαιροειδῆ ἀνάγκη εἶναι. Τὰ δὲ κάτω τῆς τῶν Πλανητῶν ἅπτεται τῆς ἄνω σφαίρας ὥστε σφαιροειδὴς ἂν εἴη πᾶσα φορά. Πάντα γὰρ ἅπτεται καὶ συνεχῆ ἐστι ταῖς σφαίραις.

„ Similiter vero, & ea, quæ ad medium, horum. Ea namque, quæ a sphærico continentur, & tanguntur, sphærica esse est necesse. Ea vero quæ infra Planetas sunt, contingunt superiorem sphæram. ita vt omnis latio sit sphærica. omnia enim contingunt, & contigua sunt sphæris.

Hæc Aristotelis sententia est, Quia supremum cœlum sphæricum est, id quod proxime ab eo continetur, atque ab eo tangitur sphæricum esse necessario. Et ita deinceps vsque ad lunæ sphæram. Qua, in sua philosophia ignis continetur. Qui ideo sphæricus. Ab hoc aqua ideo sphærica. Sic enim paulo post scribit.

Λάβοι δ' ἄν τις, καὶ ἐκ τῶν περὶ τὸ μέσον ἱδρυμένων σωμάτων ταύτην τὴν πίστιν. Εἰ γὰρ τὸ μὲν ὕδωρ ἐστὶ περὶ τὴν γῆν. Ὁ δ' ἀὴρ περὶ τὸ ὕδωρ. Τὸ δὲ πῦρ περὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὰ ἄνω σώματα κατὰ τὸν αὐτὸν λογον. Συνεχῆ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν. ἅπτεται δὲ τούτων. Ἡ δὲ τοῦ ὕδατος ἐπιφάνεια σφαιροειδής ἐστι. τὸ δὲ τῷ σφαιροειδεῖ συνεχὲς, ἢ κείμενον περὶ τὸ σφαιροειδὲς, καὶ αὐτὸ, τοιοῦτον ἀναγκαῖον εἶναι. ὥστε κἂν διὰ τούτου φανερὸν εἴη, ὅτι σφαιροειδής ἐστιν ὁ οὐρανός.

„ Accipiat vero aliquis, & a corporibus circa medium positis, hanc eandem fidem. Si enim aqua est circa terram, aer vero circa aquam, ignis vero circa aerem. Et corpora supera, secundum eandem rationem, continua quidem non sunt, tangunt tamen hæc. Superficies autem aquæ est sphærica. Id vero quod sphærico continuum est, aut positum circa sphæricum, & ipsum necesse est tale esse. Itaque & propter hoc, clarum est sphæricum esse cœlum.

An nonne hæc, primo circularis est ostensio? Qui a supremum cœlum est rotundum, rotundat inferiora omnia, primo proximum, deinde reliqua vsque ad aquam. Et rursus: Quia aqua rotunda est, aer qui circa eam positus est, rotundatur. & successiue, orbes reliqui aere superiore. Mirabiles sanè, admirandi Aristoteles rationes, sibi inuicem contradictoriæ. Quærimus causam, cur Saturni cœlum sphæricum sit? Respondet Aristotelis, quia conformatum est, ad sphæricam primi cœli figuram. Qua ratione id, aut qua vi? Quia continetur hoc secundum a primo. eique est continuum. Accipio. Sed necesse est, secundum cœlum, primo vel cessisse, vel restitisse. Si restitit, quo modo, ad illius figuram, conformatum est. Ergo ei cessit, si eius, viribus ad suam figuram est conformatum. Si cessit ergo secundum, mollius primo. Molle namque id esse docuit Aristoteles quod in se cedit. Si vero secundum restitit, durius primo fuit. neque in se cessit. Qua igitur vi, sua ne, an aliena est conformatum? Si sua, non opus habuit primi cœli circumplexu, vt sphæricum euaderet. Si aliena, ei cessit, & opus habuit. Impressio primi, actio est. cessio secundi passio. Hæc molliciei est. Μαλακὸν γὰρ τὸ ὑπεῖκον. Molle enim est quod cedit. Primum ergo cœlum tantum habet duritiei, vti possit mollitudinem secundi comprimere ita, vt illi sphæricam figuram indat. Secundum quoque tantulum habet duritiei, vt hanc eandem sphæricam tertio imprimat. Atque ita singulos orbes superiores vsque ad lunæ orbem duriusculi tantum erunt, vt inferiorem sibi proximum rotundum faciant. Atque ita fiet vt primum cœlum, omnium sit durissimum. Lunæ cœlum, omnium sit mollissimum. A quo mollissimo ignis comprimitur in rotundum. Ergo suo compressore mollior. Aer eadem ratione mollior erit igne. Aere quoque mollior erit aqua. Hoc primum monstrum. Alterum quod ignis, in Peripato sic cessimus, sit etiam humidus, quia mollis. Mollities enim ab humido est. Tertium, terra ambitur ab aqua. ergo ab ea in rotundum agitur. ergo terra mollior quam aqua. Si vero aduersis gradibus ascendamus. Aqua est rotunda ergo & aer

eam ambiens. Aer rotundus est, ergo,& ignis ambiens. Ignis rotundus, ergo & lunæ orbis ambiens, ergo & orbes superiores vsq; ad supremum. Hic contraria omnia eueniunt. Nā inferiora,quæ prius molliora fuerant duriora sunt effecta. Ad quorum duritiem superiora sunt conformata. Et orbis extimus omnium ante durissimus, mollissimus euasit. Quia Saturni orbi duriori circumfusus, ad eius figurā cōformatur. Et lunæ orbis mollissimus,prius, durissimus sit effectus, quia superiorem circa se molliorem in rotunditatem sua duritia cōformauit. Inconstantiam hanc in eodem subiecto, Peripati cauillis, ac saluationibus relinquamus. Illud teneamus, Aristotelem qui e cœlo omnes voluit qualitates detrudere,mollitudinem, & duritiem, non potuit extrudere. Sed mollitudo, humoris est filia, sicuti durities siccitatis. Ergo in cœlo, præter mollitiem, & duritiem, & humor est, & siccitas. Atque hæc elementalia. Nulla enim in sua philosophia alia sunt, aut humiditas, aut siccitas, aut durities, aut mollitudo, quam ex quæ in elementis primo sunt, & ab his, in rebus mistis. Ergo cœlum non est quinta vlla ab elementis essentia. Quam tantopere studuit adstruere.

Verum nos ex nostris principijs, quid cœlum sit ad finem deducamus. Fuerunt autem nobis corporum omnium principia intrinseca, quæ corpora omnia constituerent, & ex quibus omnia constarent, & in quæ, (si quando resoluantur,) resoluerentur. quatuor illa simplicissima: Spacium,lumen, comes luminis calor, blandissimus vitalissimusque. Et fluor liquidissimus: Ex quo, & in quo, tamquam ex materia,& in materia, corpora omnia deinceps antitypa, & renitentia, in spacio vt in loco, lumine, & calore effectoribus formarentur. Horum autem corporum, primum ostendimus fuisse empyreum mundum ad extera infinitum, ad intera finitum. Qui in fluore,& ex fluore,calore,& lumine indicibili suauitate, & blandore arderet. Et prima esset, flammarum corporeatum veluti incorporea. Quæ ni se lucem, non daret, Et è se lumen tenuissimum emitteret. Ideoque esset inuisibilis. Intra quam alius esset æther vtraque ex parte finitus. Qui non totus quantus est arderet, sed totus quantus est, partibus arderet discretis, & numero innumero distinctis. ijs videlicet, quas mortales, stellas, & astra, & sidera appellauerunt. Nam si in empyreo continuatus est ardor ille primus, & continuo discreta quantitas est opposita, vi naturæ hanc quoque ardorem de se dare oportuit discretum, flammis quidem ingentibus, sed innumeris. Nam continuo infinito ad extimam partem, ardente empyreo Constructo, decuit, ad partem quoque intimam, discretum, finitum quidem, sed pene infinitum supremum condere conditorem. Sidera ergo numero forte infinita, in fluore, an densiore, an rariore, nondum notum, calore, & lumine accendi, visui pleraque subiecta humano, vt hac quoque ratione, contrario vno a conditore posito inuisibili nempe empyrei ardore, alter visibilis cerneretur ardor. Et quod mens nostra in numero accretione infinito, ariolatur, alicubi actu pene reperiretur, inter corporea. Et sicuti in empyreo toto, ad extera spacio infinito fluor extensus, & ei coextensus tenuissime erat. In æthere idem fluor, conglobatus esset in partes immensas, & innumeras. Qui sicuti in empyreo raritate, & tenuitate caleret blandius, & arderet lenius, sic in æthere, coactione sui, caleret acutius, & arderet vehementius. Et visilis flamma fieret, quæ in empyreo permaner inuisilis, sed Astronomi, audacia quadam sua, infinitas fere stellas, in certum numerum redigere sunt conati. Sex enim magnitudinum obseruatas, non plures quam M. XXII. esse, ausi sunt pronunciare. Sed quas vel ob paruitatem, vel ob distantiam a nobis nimiam, cum numerare non possent, prope infinitas esse proferre timuerunt. Nam sereno aere, hieme concreta, nocteque concubia, ad omnes quidem ætheris partes, sed præcipue ad Septem triones, infinito numero auctas, minutissimasque visus conspicit non lippus. Quam rem per se manifestam, ne suas M. XXII. stellas, numero creuisse concederent, Astronomi somniarunt, frequentiore numeratarum eo tempore micatione, visum allucinari cum concedant, aerem tunc purgatiorem a vaporibus esse. Et visum liberiore intuitu cernere. Nullam tamen causam afferunt cur frequentior in cœlo fiat micatio. Et si aliquam afferrent, ea certe ab aeris depuratione non pendetet. Quid enim elementa agent in cœlum, quod ei est impassibile? Concludamus nos ex nostris principiis, cœlum, atque atherem Chaldaicum, esse eam totam infiniti mundi, finitam regionem, in qua habitant sidera. Eamque esse, non quintæ, vniusque essentiæ, sed

ſed fluorem, infiniti illius primi fluoris immenſam portionem, calore ſupero præditam, & aſtrorum flammis, quæ item fluor ardens ſunt, penè infinitis, pulcherrimiſque pulcherrime diſtinctam, atque ornatam. vt merito & æther, & κόσμος, & διάκοσμος, & mundus potuerit, & debuerit appellari.

Finis Libri Noni Pancoſmiæ.

ANNOTATIO R. P. M. IACOBI DE LVGO.

Mirum valde eſt, quod philoſophi qui procedebant lumine naturali habuerint aliquam notitiam de cælo Empyreo; cum ex ratione naturali non poſſit inueſtigari; Quoniam ea quæ de cælis cognoſcimus per motum ex viſu habemus, cælum empyreum non ſubiacet viſui cum multum diſtet, nec motui cum immobile, hac de cauſa dicitur intellectuale: quoniam et ſi in ſe ſit viſibile; tantum intellectu capitur. Satis facit huic dubitationi egregie D. Thom. prima parte. q. 200. art. 3. in ſitu corporis. Et inquit; referendo Diuum Auguſtinum decimo de ciuitate Dei. cap. 9. error quo Porphyrius a dæmonibus angelos diſcernebat; vt aerea loca eſſent dæmonum, ætherea vero & empyrea angelorum. Porphyrius tamquam Platonicus cælum ſydereum & æthereum igneum exiſtimauit, & quoniam empyreum dicitur igneum. Dicebat cælum ætherem eſſe Empyreum, non ſine eo modo quo nos nominamus cælum empyreum diſtinctum ab aliis ſupremum omnium, extra omnem immobilitatem, locum capaciſſimum ſplendidum quietum contemplationi conuenientem & gloria beatorum.

Quod Cælum Empyreum non inuenimus poſitum niſi per auctoritatem Strabi, & Bedę & Baſilij. Et quid mirum ſi per auctoritatem Ptolomæi credimus cælum criſtallinum eſſe multis temporibus, ſi antea incognitum, ſcilicet vſque ad tempora ipſius Ptolomęi qui illud inuenit eſſe neceſſarium. Cur non erit credendum prædictis patribus ponentibus cælum Empyreum eſſe locum neceſſarium, ob contemplationem beatorum. Quare dicit Strabus vir auctoritate dignus per cælum in principio a Deo creatum non firmamentum, ſed cælum empyreum intelligi 2. diſt. c. 2. prout refert Petrus Lombardus, & Gloſa ordinaria. Gen. primo. Quod approbat Alphonſus Toſtatus vir eruditiſſimus dicens quod per illa verba in principio creauit Deus cælum &c, Cælum ſolum Empyreum ſecundum veram poſitionem intelligi, quia non ponitur de materia illa communi creatum, cum in prima ſui creatione habuerit vltimum ſui complementum, vt Thom. ait diſti. 2. d. 12. art. 5. quartum & manifeſtum eſt conſideranti ordine verba illa in principio creauit Deus, &c. At verba illa in hoc libello poſita, id eſt quod cælum empyreum nihil alienum accipit. Sunt ſano modo intelligenda. quomodo cum ſit receptaculum animarum poſt mortem. & vbi fabrificauit fuit ſpiritibus angelicis eſt repletum. Antiqui ignorauerant hanc receptionem non valentes ratione nobili hoc adinuenire, crediderim eos intellexiſſe cælum illud non recipere aliquid alienum id eſt virtutem ab alio corpore ſuperiore. credentes & continentes illud cælum empyreum eſſe ſupremum cælum. quod modo eſt falſum. cum adinuentum ſit cælum criſtallinum nonum traditum. Et a patribus vniuerſis cælum decimum, de quo cælo verum eſt dicere nihil alienum recipere, id eſt ab alio corpore virtutem aliquam & fortaſſe, nec a ſole, ſed ſuum ſplendorem habet immediate a Deo conditore.

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER DECIMVS.



DE COELI ROTVNDITATE.



Sed nondum patnit, quo intelstitio in parte supera ab empyreo separetur; neque a parte infera quo alio dilterminetur, ab ignis sphæra, quam Aristoteles de empyrei loco videtur infra cęlum detrusisse. At forte, hæc palam fient,si discutiatur prius, an cęlum sit rotundum. Verum cur discutiamus, quod tam Astronomi omnes,& philosophi ferè omnes,pro comperto,ac certo iam diu habuerũt, & adhuc habent? Id quamquam ita credant. quia Theologi magni,& multi satis, Iustinus,& Basilius,& Ambrosius, & Chrysostomus, & Theodoretus, & Theophylactus, & Procopius,& maxime omnium Lactantius, id ipsum pernegant, sunt nobis, quam possimus exacte, Astrologorum, ac philosophorum, rationes examinandæ. Ac videtur, nobis omnium maxime res hæc discutienda, qui cęlũ, fluorem esse asseruimus. Fluor autem sui natura videatur consistere non posse,neque vllis suis,& non nisi alienis terminis, a fusione sisti posse.Neque figuram vllam, nisi quæ ei a proximo indita fuerit, posse habere. Rationes autem Aristotelicæ,quæ maxime visæ fuerant validæ, anteriore libro, nullarum virium euasere. Itaque in hanc quæstionem est nobis ingenij viribus omnibus incumbendum, vt quo nos philosophicæ rationes deducant cognoscamus.

Dogmatis huius, cęlum esse rotundum, videtur Zoroaster, primus author fuisse. Dum enim, septem mundos corporeos constitueret,decihit.

Τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας.

» Cœlum curua figura circumcludens.

Sed nobis,qui, vt sæpe iam diximus, nullis præterquam diuinis authoritatibus,& philosophicis rationibus, & experimentis philosophamur, non sunt hæc tam facile admittenda. Et præsertim quòd κυρτὸν σχῆμα, curua figura,non illico est sphærica. Nam & conica, & cylindrica, & oualis, & alius formæ alicuius esse potest. Si vniuersum mundum, quem nos parte extera infinitum esse demonstrauimus, sphæricum esse dicerent, nihil amplius ab eis exquireremus. quia in infinito, omnes lineæ a centro ductæ, infinitæ sunt, ideoque æquales & rotunditatem necessario in eo efformant,sed nullis,aut suis, aut alienis terminis circumscriptam. Sed mundi partem intrinsecam,cœlum,nulla centri,nulla linearũ æqualitas,esse cogit sphæricum. At multas inquient Astronomi,adducemus ad id probandum rationes, & experimenta multa, omnibus iam admissa, & credita. Quibus dicemus nos,si philosophi sint,philosophice nobiscum agant, & rerum causas vnà vestigent. Eorum ergo rationes, reuocemus in examen, deinde experimenta perpendamus. Philosophantiũ, qui cœlum dixere sphæricum, partim vacuo ipsum circundederunt vt Stoici. Alij circundederunt nihilo,Pythagorei,Plato,Peripatus, qui extra cœlum, ne vacuum quidem videntur posuisse.Priorum,alij sphæricum fecerunt, alij conicum,sicuti alij ouale. Posteriores omnes sphæricum.Rationes duas attulit Timęus. Vt sibi simile esset, vt omnes caperet figuras. easdem has causas reperijt Plato. Eis tertiam addidit, vt perfectissimum animal, omnia in se posset capere animalia reliqua. At dicimus nos,

nos, cur non & cylindrus, & lenticularis reliquas non capiat figuras? Et Ouum Zoroastro, & Orpheo omnes continuit Deos, hos eosdē qui intra mūdum sunt. Sed & quid oportuit, cœlum sibi simile totum esse? quando, etiam si rotundum sit, sibi simile totum non est. Quæ enim lacteæ similitudo tam sibi dissimilis cū partibus cœli reliquis? Quæ similitudo, diaphanarum partium cum opacis ijs, quas veteres, & recentes Astronomi, in obscuris sideribus, & nebulosis obseruarunt? Quæ item similitudo cum ijsdem diaphanis habent nigræ in cœlo maculæ ad antarticum, & nubeculæ eum cingentes? Quæ tandem similitudo earūdem cum astris ipsis, non diaphanis vllis, fulgentibus fere omnibus? Et inter hos fulgores, quæ nam est similitudo, cum tam variarum specierum sint, quot sunt ipsi. Cum igitur, tanta sit in cœlo ingentium partium dissimilitudo, quæ necessitas ipsum coegit, vt in sola rotunditate sibi simile esset? Dixere alii vt Archetypo, vnde prodiit simile esset. Vbi nullum principium, nullus finis, sicuti neque in rotūdo. Sed omnia ab Archetypo prodierunt, cur non omnia rotunda? Itaque hæc ratio etiam ab Astronomis est reiecta. Sicuti & illa, vt omnia caperet. Potuit enim & ouali, & alia quoque omnia capere. Sed Aristoteles alia est ingressus via. Perfectissimo corpori, perfectissimam conuenire figuram. Sphæricam autem, omnium esse perfectissimam in solidis sicuti in planis circularem. Quoniam eis, aliunde addi nihil potest. Quæ perfecti est conditio: Rectæ autem lineæ, semper additio fiat, ideoque imperfectionem semper sapit recta, & eæ figuræ omnes, quæ ex rectis fiunt, angulosæ. Deinde alio argumento. Primo corpori, prima, competit figura. Hæc autem rotunditas est, quia vna constat, vel linea, vel superficie. Vnum autem prius est, quàm plura. Recta autem plura est, quia additiones plures ei fieri queūt. Sed hac in re sophismate nos fatigat, eo, quo de genere vno, in aliud transitur genus, a curua linea, ad rectā. Et alio. Cur enim, recta, vna non est? Et ante additionem, & post additionem, si est cōtinua posterior cum priore? Nam si vna non est, plures est, antequam addita ei sit alia. Nōne, & circulus fit additione? arcuum, & segmentorum tot, quot eum adimpleant? Sed cœlum cur dicit esse corpus primum, vir ille, qui vti ostendimus, & sphæricitatem eius, ā sphæricitate deducit terræ, aquæ, aeris, & aliorum, his superpositorum? Hac enim ratione, non primum, sed vltimum fuerit corpus, superum cœlum. Deinde si rotunditas prima est figura in solidis, & vbi ea sit, primum corpus facit. Non minus aqua corpus erit primum, quam supremum cœlum. Aquam enim, & ipse sphæricam fatetur. Et terra quoque hac eadem sphæricitatis ratione, primum corpus erit, & non minus quam terra, aer. & non minus ignis, quam aer, & non minus orbis lunæ, quàm ignis. & corpus lunæ, non minus quam orbis eius. Est enim luna tam rotunda, quam orbis suus. Idem cœteri sunt planetæ, cum orbibus suis. Et stellæ aliæ, cum stellata sphæra. Itaque si rotunditas primo datur corpori, X I I. ad minus erunt, æque prima corpora. Elementa quatuor; cœli octo. Adde his, epicyclos, deferentes, eccentricos, concentricos, seu Callipeos illos, & Eudoxios orbes, omnes erunt prima corpora. Si planetarum, & fixarum corpora addideris, sine numero iam corpora prima erunt. Tam valida fuit tantarumque virium hæc Aristotelis demōstratio, vt pro vno primo corpore, pene infinita corpora, nobis pepererit. Euge. Quid illa perfectionis demonstratio? Eadem fœcunditate, totidem, ac forte longe plura perfectissima parturiet nobis corpora. Non enim sola octaua sphæra, corpus perfectum est, quia ei aliunde addi nihil possit. Sed & septima, & sexta, & quinta, & aliæ deinceps, tam sunt in se perfectæ, vt ad perfectionem sibi competentem addi possit nihil, & eis nihil ad suam essentiam desit. Quid vero aeri, vt aer sit, deest? aut quid aquæ, & terræ, vt aqua, & terra sint vel deest, vel addi potest? Lunæ quoque vt sit luna? Mercurio vt sit Mercurius? Veneri, vt sit venus? Soli vt sit, quid aut desit, aut adiungi potest? Sed eadem ratio, de planetis est reliquis; Eadem de singulis sideribus. Quid egent re alia vlla, vt id sint quod sunt? Aut quid singulis superaddemus, vt ea reddamus perfecta? Profectio, & quæcunque a natura, apud nos fiunt, ex elementis, vt creduntur mista, non ne omnia, (nisi si quę vel manca, vel monstruosa nascantur) suā nanciscuntur perfectionem. Neq; mihi quicquam forte deest, ut ego sim, sicuti neque alii vlli homini, aut bruto, aut stirpi, aut lapidi, aut metallo? aut aliæ rei naturali vlli? Tot ergo corpora in se perfecta, numero superant, ea quę prima esse ostendimus. Macte virtute Magnanime Aristoteles qui tā feracem nobis parturisti philosophiam. Talia namque vt plurimum nectis argumenta, vt plus reddant, quam tu promitias. Astronomi, alias de suo ingenio addunt rationes, easque non paucas. Sphæra inquiunt circa centrum reuoluta eundem semper occupat locū. Quid vero tum? Nam & cylindrus, & conus, & ouū idem faciunt. Pręter hoc, necessitatem quandam, vti ipsi sibi persuadent, maximam addunt. Nisi cœlum rotundum esset, impossibilia duo consequerentur. Alterum quod locus aliquis

aliquis esse vacuus. alterum, quòd corpus esse posset, non in loco. Nam dum cœlum circumuoluitur, si angulare esset, anguli eius, in vacuo exteriore (quod tamen ipsi non concedunt) locarentur. Et rursus anguli corpus, non esset in loco, qui extra cœlum nullus est omnino. Ita docent ij, qui de mundi sphæra, vel compēdia, vel commentaria scribunt satis multi. Sed hic Aristotelismum inducunt, sed eum falsum. Nam negauit ipse quidem extra cœlum, nec corpus esse, nec locum, non tamen negauit ibi esse vacuum, nec negare potuit. Quam rem nos, libello priore de spacio demonstrauimus. Sed argumentum hoc sphæristis istis validißimum, nihil concludit aliud, quàm, cœlum non esse angulatum. Non tamen illico est rotundum. Quia & ouale potest esse, & conicum, quod veterum quidam asseruerunt. & lenticulare, & cylindricum. Futilitatem rationum harum, cum Astronomi cognouissent, alias quasdam introduxerunt. Nimirum a motu cœli in circuitum. A motu orbium inferiorum contrario, ab horologiis solaribus, ab apparentiis aliis; ab instrumentorum Astronomicorum vsu, quæ omnia fiunt circularia vel sphærica. Sed hæc omnia nullo negotio soluuntur. Quo namque ad instrumenta, nulla possunt tam exacte efformari, vt veritatem ostendere queant. Quam rem Astronomorum quidam non ignobiles, aperte demonstrarunt. Nam & visus oculi qui per foramina instrumentorum perspicit, & sui ipsius variatione, & aeris puritate, vel vaporum in eo densitate, fallitur. Horologia vero solaria, vera ad amussim esse si concedamus, cursui solis rotundo id concedemus, sic & alias planetarum atque syderum fixorum apparentias. Neque vero, aut hi circulares stellarum motus & planetarum, ad cœli rotunditatem quicquam faciunt, aut eorum æqualis a nobis perpetua distantia. aut inferiorum orbium contrarius motus. Hæc enim omnia sunt adhuc dubia. quæ ipsi pro clarißimis vsurpant. Quod enim pro indubitato sumunt, cęlum in circuitum moueri, id maxime omniū est incertum. Et si negetur, vix vllam aliam rationem afferent, quàm stellarum in corpus cœli infixarum. De vtraque re hac, mox dicemus. Illud quod maxime omnium ipsi vrgent experimento, cęlum esse rotundum, videri namque si circumspiciamus, & oculos attollamus, circumquaque in fornicis rotundæ modum concameratum, tum nubilo, tum sereno aere, tum noctu, tum interdiu. Idque oculis omnibus, vel etiam lippis. Sed si rei huius causa in oculis fit, non erit cęli rotunditati tribuenda. At oculorum videtur verè propria esse, visualiumque radiorum. Quos optici docent, non nisi ad certum terminum, rectos produci posse, deinde incuruari. Cui incuruationi, cur non poterit concameratio hæc recte asignari. Sed & eorundem radiorum rectitudini idem effectus ascribi potest. Nam sicuti, in quantocumque spacio, a centro lineæ æquales quoquo versum ductæ, circumferentiam extremitatibus suis efformant circuli. Sic ab oculo, tamquam a centro visuales radij profecti, æqualitate sua concamerationē nedū in cęlo, sed sub nubibus ēt repræsentant. Quæ res aere. vndiq; nubibus obducto, apparet manifestißima. Itaq; oculorum ea concameratio est, non autem ipsius cęli. Igitur fallente visu, qui solus rei huius iudex esse poterat; atque etiam non fallente, radiorum visualium æqualitate, rotunditas hæc ipsorum est, non cęli ipsius. Nam si radius in gyrum circumuoluatur, circumferentiam circuli formabit. Ad quam a centro oculi radij ducti, æquales erunt omnes. Cumque sibi circumferentiam obuoluant, necessario euenit, vt in eo aeris profundo, quod versus cęlum a terra est vndequaque, quaquauersum circumuoluti, tum radiorum vti diximus æqualitate, tum incuruationis similitudine fornicem repræsentent in aere, quam in cęlo, quod non cernitur, esse putent. Et tamen autumant optici, nubes interdum, non vltra quinque milliaria. & quando plurimum circiter quinquaginta supra nos attolli. Quod vero aiebant, de stellarum æquali semper ad nos distantia, ad radios eosdem est referendum. et præterea ad stellarum radios. Quorum tametsi alij sint maiores, alij minores pro astrorum magnitudine, cuspide tamen sua, omnes ad terram desinunt, quocumque circumuoluantur. Ideoque semper suam propriam quæque ad terram distantiam, & seruant, & seruare apparent. Nullæ sunt ergo & Astronomorum, & philosophorum rationes, quibus cęli rotunditas adstruebatur. Cęlum igitur nostris demonstrationibus nullo modo aut est, aut dici potest sphæricum. Modo ea quæ rationum maxima semper est visa, a cœli circulari motu, & planetarum contrario, ad integram huius rei contemplationem erit nobis discutienda.

Finis Libri Decimi Pançosmiæ.

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER VNDECIMVS.

DE CIRCVLARI COELI MOTV.



COElum confessione Astronomorum,& Philosophorum, omnium natinnum, ea est mundi tota regio,in qua habitant sydera. Hanc regionē totam in circuitum moueri, ijdem omnes, inde usque a sapientiæ initijs, vnanimi affirmarunt consensu. Et quoniam ea,circulo moueretur, intulerunt etiam, ipsū esse sphæricum. Quæ nostra fuerat, quæstio proxima. et adhuc est, motui tamen annexa, & vt illi voluntab en pendens. Dixere namque, non posse modo ullo,circuitu circumuolui,nisi rotunda esset figura.Sanè hæc argumētatio, si non sunt in ea iocati, satis prodit, eos aut nihil,aut parum admodum, visos esse sensibus. Innumera namque instrumenta ad uarios usus ars conficit,quæ in circulum mouētur,& non sunt sphærica.Quæ plurimis locis, si quis rei certitudinem optet, obseruare poterit. et manibus etiam suis, quidquid angulosum libuerit in gyrum rotare. Quid item prohibet,Pyramidem,cubum,octaedrum, dodecaedrum,Icosaedrum,si axibus figantur circumuolui?Cylindrus nonne rotari potest,nōne conus?Helix certe in gyrum voluitur; voluitur & cochlea,& alia huiusmodi. et sphærica minime sunt. Quid uero uetat innumerabiles,irregulares figuras axibus imponere, & in circuitum mouere? Hæc si non aduerterunt Astronomi, & Philosophi, quæ ante pedes, quę in manibus sunt,obtuse sunt philosophati. Quid igitur de rebus,tam longe, tam alte positis credi uolunt?Motus igitur in circuitū, nullam infert necessitatem ei corpori quod circumfertur, vt sit sphæricum. Sed & ipsi quando angularem figuram in cœlo fingebāt duo quidem, quæ ostendimus impossibilia inducebant,non tamen aliunde,quàm ex circulari motu quem supponebant in figura illa angulari. Cognoscunt ergo & ipsi, angulare corpus,moueri posse in circulum. Hoc si cognoscunt,cur nobis fallacias struunt, persuadentes,quòd circulo moueatur cœlum, necessario esse rotundum? Apagant igitur è philosophia,tam futilia,tam sibi contradicentia dogmata.Sed clamant iterum,ijdem omnes,visu ipso cognosci, euidenti patere experimento, eoque perenni. Quis enim stellas in circulum moueri non cernat? Vbi enim vesperi, vel oriuntur, vel occidunt, sequenti vesperè easdem,iisdem locis,& oriri,& occidere conspicimus.Stellas autem omnes cœlo esse infixas, sicuti nodi, tabulis sunt infixi. Nos quidem prius illud negare forte non audebimus. Negare audebimus tamen hoc secundum.

Vniuersa igitur hæc de cœli rotunditate, de cœli circulari motu quæstio huc deducitur,vt cognoscamus, an stellæ sint cœlo infixæ,vt nodi in tabula. (exemplo enim & dicterio hoc vtuntur)an vero liberæ ab omni fixione,per cęlum vagentur,ac suos motus agitent. Rem hanc ad exactum si possimus,perducamus.Quærimus igitur,in præsentia,Principali quæstione,vtrum sydera seu stellæ, quas in cœlo habitare diximus, cœlo hæreant infixæ,vt nodi sunt fixi tabulis.Profecto,locus est in sacris Bibliis in quo apparet, rem omnino, secus sese habere.Scriptum enim est apud Salomonem,in hæc verba.

„ Oritur sol,& occidit, & ad locum suum
„ reuertitur ibique renascens gyrat,per meridiem,

„ ridiem, & flectitur ad aquilonem. Lu-
„ strans vniuersa in circuitu pergit Spiri-
„ tus, & in circulos suos reuertitur.

Liberum hic locus facit solem, & nulli tabulæ fixũ. Quem & spiritum ideo vocat, quia spiritus, siue ignis sit, siue aer, siue ventus, siue qui in animantibus est, liber est omnino; & natura sua, neque infixus vlli rei est, neque infigi potest. Huic loco, quædam Zoroastri oracula contrarium dicere videntur.

Πῆξε δὲ πολλῶν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν.

„ Compegit vero multum cœtum astrorum
„ inerrantium.

Sed verbum hoc πηγνυμαι, πηγνύω, πήγνυμι, non tam figere, quam componere, concrescere, coagmentare, congelare, & condensare, & alia istiusmodi significat. Qualem autem compactionem vellet ipse significare alio loco expressit.

Επηξε δὲ καὶ πολλῶν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν
Τὸ πῦρ πρὸς τὸ πῦρ ἀναγκάσας.

„ Compegitque multum cœtum astrorum
„ inerrantium.
„ Ignem ad ignem cogens.

Compegit inquit astra, ignem ad ignem coagmentando, & ignem cum igni componendo. Quia scilicet astra ex eius sententia sint ignes. Ignem autem quis vmquam vidit vti nodum in tabula, rei vlli infixum? Hæc igitur astrorum fixio, ex Zoroastri dogmate, nihil est aliud, quam ignis compactio, & coagmentatio. Quem locum si Chaldæi eius successores, a quibus videtur, omnis Astrologia, in Aegyptios, ac Græcos deriuasse, recte intellexissent, nequaquam tradidissent, stellas cœlo esse infixas. Si tamen ab eis hæc opinio venit. Sed fuerit hæc vel non fuerit Chaldæorum sententia, ad præsentem rem haud multũ facit. Res est ad suam naturam reuocanda, atque ea discutienda, vtrum reuera stellæ sint cœlo fixæ, vel vt nodi in tabulis, vel alio modo vllo. Hanc igitur disquisitionem ingrediamur, dicentes, Aetheris, siue cœli corpus necessaria diuisione, vel liquidum corpus est, vel solidum, vel inter vtrumque medium. Hæc omnia membra discutiamus. Sanè si liquidũ sit, vti poetæ quidam cecinerunt, ad fixionem omnem est ineptissimum. Quo enim modo quis, vel fingere mente possit, in æthere ipso, vt videtur aere puriore, tenuioreque, aliquid posse infigi? quod perpetuo, vndequaque arctè coactum vinciatur? In aere hoc nostrate infimo, aeris totius parte crassissima, quis vnquam quicquam infixum vidit? Neque etiã nebula interueniente fiat crassissimus? Quid dico in aere qualicumq; quando nec in aqua, nebuloso aere, longe crassiore, & densiore, nihil vel a natura videmus infixum, vel humano ingenio, aut artificio vllo infigi posse. Oleum concretius est aqua. Lac, oleo, mel lacte, pix melle. nihil tamen eis infigi potest. Neque enim hæc & talia, se ipsa vllis terminis continere possunt, nedum alia contineant. Imo sit necesse, si consistere debeant, vt ipsa a solidis corporibus contineantur. Si ergo nec aer, aut tenuis aut crassus, nec aqua, liquida corpora, neque crassissimi humores, oleum, lac, mel, Pix, Bitumen, qui inter liquida, & solida, naturam videntur tenere mediam, sibi infigi, solidiora corpora patiuntur, ita vt eis manendi in se vim afferant, quid dicendũ erit de æthere, si aere etiam purior esse comperiatur? Si talis sit, quomodo, extima illa, quam putant sphæram, vel octauam, vel nonam, vel etiam decimam in mundum empyreum qui extra æthereum cœlum est, non effundetur? Quo modo, etiam ad nos non decidet, si inter liquidum & solidum sit medium? Quo itẽ modo, tam vehementi, ac citissimo rotatu, & tam perenni non dispergitur? Quo modo ingentia tot corpora terra etiam, vt asserunt maiora, tam liquidum & inconstans, & fluidum corpus vel parum aliquando per aera ferat, haud multo post dimittit; illud decidit, & suũ locum petit. Follibus aer diuerberatur; flatu etiam oris pellitur; illa ineffabili, incogitabilique rotatu, atque perpetuo infixa rei aere tenuiori, permanebunt? Lapilli in aquam iactus, in circulos eam dimouet innumeros, lapis tamen ille, ibi non figitur. Itaque cum in liquidam apud nos rem, & in mediam quoq; fixio nulla fieri posit, in liquido æthere quomodo fiet? Quomodo in perpetuum perseuerabit? Duobus ergo prioribus membris nullo modo stellæ cœlo infixæ esse possunt. Tertio inquient possunt. Quia cœlum, non liquidum, non medium, sed solidissimum est corpus. Quod Orpheus, & post eum Homerus sunt testati, quando χάλκεον οὐρανὸν, æreum seu ferreum dixere cœlum. Hanc quoque positionẽ consideremus. Supputant Astronomi tantam esse firmamenti in æquatore velocitatem, vt hora vna conficiat milliaria 42398437 cum dimidio. Quam celeritatem, inquiunt, si apud nos, Auis aliqua nanciscatur, vnius horæ spacio, totam sub æquatore terram 1884. vicibus circumuolabit. Et plusquam septies, circuibit, tanto tempore, quanto vna salutatio angelica percurritur. Quæ velocitas profectò, ita ingenij humani captum omnem superat, vt necesse sit, eam impossibilem haberi. Attamen si vera sit, quæ nam ærei, aut ferrei cœli soliditas tanta sit, vt tam rapida & continua vertigine non disrũpatur, & in frusta non abeat? Quæ tanta cœli fuerit vel ærea, vel plusquam centies millies ferrea, quę tanta commotione,

non

non perfringatur ? non disperdatur. Si noluerunt nos credere, extra cœlum esse vacuum, quod locum corpori possit dare, cur hæc tanto impossibiliora proponunt, & uerissima esse contendunt? Sed præter hæc, nos ab eis quæremus. Vnde cœlo sit tanta vel ęrea, vel ferrea soliditas? Aristoteles enim suus, dum cœlos in figuram sphæricam conformaret, satis molles esse confirmauit, quando sibi inuicem cederent, & impressoris figuram reciperent. Quid vero, si uerum sit, soliditatem omnem, vel terram, vel terream esse. vel aqueam concretam dicemus ne, in cœlo, & aquam, & terram esse? Orphei sanè, & Platonicorum maiorum sententiam iam antea retulimus, non hæc sola duo ibi esse, sed duo quoque reliqua aerem, & ignem. Plotinum autem diximus, cœlum ignē esse statuere. Si hæc sola vera sit, iam cœlum non est solidum Si quatuor ibi esse, uerum sit, non poterit ibi tanta esse soliditas, quin tā celeri tamque perenni rotatione non frangatur. Aristoteles, a seipso, vt semper varius, quintam quandam essentiam, ab elemētis quatuor longe aliam, nullisque horum præditam qualitatibus, cœlum esse asseruit. Sed qualis, & quæ, ea quinta essentia, neque aperuit, neque aperire potuit. Sed qualiscumque tandem ea sit, tam mollem fecit, vt figuram sphæricam sibi imprimi sit passa non difficulter, quod iam est ostensum. Sed & hac alia methodo, rem eandem contemplemur. Cœli corpus, vel simplex est, uel mistum. Si dicamus esse mistum, dicendum quoque erit, ex quibusnam sit mistum. Vel ex quatuor scilicet omnibus elementis, igne, aere, aqua, terra, vel ex eorum summitatibus, ac veluti floribus. At Peripatus & Astronomi hoc ipsum negant. Omnia namque elementis mista, vel perfecta, vel imperfecta in elementis habitare asserunt. Horum nihil illuc ascendere. Si vero ex nostris fundamentis, e spacio, ex lumine, ex calore, ex fluore, tamquam ex communibus rerum omnium elementis, cęlum dixerimus esse compositum, verum equidem dicemus, sed non tanta posse esse duritie, ac soliditate, vt tam vehementi rotatu, non dispergatur. Si vero cœlum, quod Chaldæi docuerunt, solum est lumen, lumini, nulla est soliditas, nulla durities. Si vero calor aut ignis est, vt Plotinus contendit, absque vlla est, soliditate. Si vero fluor est solus, quem Moses, aquam, Hermes forte, humidam dixit naturam, omni etiam caret, & soliditate, & duritiè. At qui hæc asseruerunt, cœlum, non iam mistum corpus esse, sed simplex crediderunt, & vti simplex considerarunt. Vtronis modo id sint contemplati, duri ac solidi in eo, nihil compererunt. Si nihil in cœlo est durum, si nulla est in eo soliditas, nullam profecto fixionem, vel nodorum, vel stellarum potuit suscipere. Omnis enim fixio, vt sensus ipsi contestantur, fit solidi in solidum, seu duri, in durum. Tales enim tabularum nodi sunt. Hac ratione claui, lignei, ærei, ferrei, in ligna, in lapides forte aliquos; in metalla omnia, in terras varias figuntur; in carnes animalium, in ossa. Atque huiusmodi alia si quis reperiat, fixionem fieri vllam, duri corporis, in durum corpus, eam fieri cognoscet. At cœlum nulla esse potuit, aut potest esse, vel soliditate, vel duritie. Stellæ, quia ignes, quia flammæ sunt, vt mox demonstrabitur nulla sunt duritie, nulla soliditate. Nulla ergo inter cœlum & stellas, aut accidit iam olim, aut modo est, fixio. Neque igitur, stellæ, cœlo sunt infixæ. Neque cœlum stellis. Neque cœlum stellas sibi fixas gerit, aut circumuoluit. Toto ergo errarunt cœlo & Philosophi, & Astronomi omnes, qui stellas cœlo fixas, vti nodos tabulis esse docuerunt.

Finis Vndecimi libri Pancosmiæ.



„ coeunt manifesto, & quicumque appa-
„ rent Dij quantum volunt, generationem
„ habuerunt.

Deos enim vocat, sicuti prius, animalia diuina ipsa astra. & voluntatem eis tribuit & incessum in circuitum. Aristoteles quoque ferè manifestius, stellis, & animam, & actionem, vt animalibus tribuit, quando scribit.

Δεῖ δὲ, νομίζειν, καὶ τὴν τῶν ἄστρων πρᾶξιν, εἶναι τοιαύτην, οἵαπερ τῶν ζώων, καὶ τῶν φυτῶν.

„ Ideo oportet existimare, astrorum quoq;
„ actionem esse talem, qualis est animalium
„ & stirpium.

Actionem autem animalium, nemo nescit esse incessum liberum. Sed vt est varia huius viri philosophia, addidit actionem stirpium: quæ fixæ in solo manent. Ita vt videatur, vno eodemque dicterio, stellis motum liberum & dedisse, & ademisse. Stirpes enim actionem nullam habent, præterquam viuendi, sese nutriendi, & sibi simile generandi, ut & animalia, quæ præter hæc, & sensum, & progrediendi motum habent. Sed viuere quidem astris, etiam nos tribuimus. An vero eis, nutritionẽ, & similis generationem concedat ipse viderit. Quæ tamen astra eadem longa ante disputatione statuerat.

Λείπεται τοὺς μὲν κύκλους κινεῖσθαι, τὰ δ' ἄστρα ἠρεμεῖν, καὶ ἀναδεδεμένα τοῖς κύκλοις φέρεσθαι.

„ Relinquitur, orbes quidem moueri. Astra
„ vero quiescere, & alligata orbibus ferri.

Sed rationes eius paulo post discutiemus. Nunc historiam apparentiarum *τῶν φαινομένων* prosequamur. Hermes vero si loca omnia in quibus hac de re loquitur, in vnum conferantur, non plus affirmabit, quàm negabit, stellas esse cœlo infixas. Non possumus ergo, vetustissimis sapientiæ patribus, dogma hoc Astronomorum adscribere. Qui id, vel non docuerunt, vel in dubio reliquerunt. Sed Astronomorum, proprium est hoc inuentum. Quod, quibus rationibus excogitarint pergamus summatim reddere manifestum. Ex apparentia hac vna, quòd stellæ, quas in octauo orbe dicunt esse, semper in eadem inter se appareant distantia, eas illi orbi fixas esse statuerunt. Non enim eandem seruare posse credũt, si per se mouerentur. Apparentiarum secunda visitur, quòd stellæ omnes ab oriente per meridiem in Occidentem ferri videantur. Ergo inquiunt stellæ omnes. quæ nobis oriuntur, & occidunt, infixæ sunt cœlo. Et ad eius mouentur motum. tamquam clauus ad motum rotæ, vel nodus ad motum tabulæ. Huic apparenti experimento rationem addunt. Quia si stellæ per se mouerentur, non essent semper in eadem distantia, & ordine, & situ inter se. neque vniformi semper motu procederent. Sed aliquando vna, præcederet aliam, præsertim cum ipsæ inter se sint inæquales, & circulos describant inæqueles. Huic rationi addũ aliam. Quia scilicet, temere viderentur asserere, minores stellas, eande vim motricem habere, quàm maiores, eo nimirum Aristotelismo, in maiore quanto, maior est virtus. Sed ne confusio, ex apparentiarum, ac rationum sermoni nostro, officiat. singulas singilatim perpendamus. Veræ sunto, quas recensuimus apparentiæ. Sed rationes sunt infirmissimæ. Cur enim, si stellæ per se mouerentur, nõ eandem distantiam, & ordinem, & situm inter se seruarent? Aristoteles quidem hanc Astronomorum hallucinationem, & illationẽ, volens nolens soluit quando scripsit.

Ἀλλ' ἡμεῖς ὡς περὶ σωμάτων μόνων αὐτῶν, καὶ μονάδων τάξιν μὲν ἐχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν διανοούμεθα. Δεῖ δὲ ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν πράξεως, καὶ ζωῆς. οὕτω γὰρ οὐδὲν παράλογον εἶναι δόξει τὸ συμβαῖνον.

„ Sed nos tamquam de corporibus solum,
„ ipsis, & unitatibus, ordinem quidem ha-
„ bentibus, inanimatis tamen penitus co-
„ gitamus. Oportet vero, existimare ea par-
„ ticipare actione & vita. Sic enim nihil
„ præter rationem esse videbitur, quod ac-
„ cidit.

Astronomi igitur de astris ita cogitant quasi inanimata essent. Quod si cogitarent, ea participia esse, & actionis & vitæ, absurdum minime videretur, ea per se moueri, & tamen eundem situm, & ordinem, & distantiam seruare, & in gyrum moueri. Hæc enim tanta cũ ratione facta, non fortuito, non casu, ab inanimis corporibus fieri sunt existimanda: sed a motricibus substantiis ratione præditis non errante. A diuinis vt Plato vocat Astrorum animis, & eorum animorum intellectibus. Probatum, est enim testimonio Zoroastri planetas esse animalia. Hermes autem eos *διοικητάς*, rectores, & administratores appellauit. Hæc vero munera, non sine ratione, non sine intelligentia possunt obiri. Demonstratum autem iam est, ordinem omnem, ortum a mente habere. Si ortum, cur non & medium & finem? Ordo igitur inter sydera, & situs, & distantia, ab aĩo, ab intellectu, syderum, & nõ ab vlla eorũ in cœlo fixione venit. Quia animalia sunt, & quidem diuina. Animo scilicet, & ratione, & mente prædita. Et quia sunt, vitæ, & actionis, vt reliqua animalia, participia. Quod apertissime Plato & Aristoteles docuere. Sese ergo mouent. Et eo motu errare nequeunt. Et per suos motus regunt reliqua. Tum quia conditor eorum Deus, spiritus & ignis vti Hermes nocat, eum situm ordinemque & motum eis ab initio indidit. Et in posterum permisit,

vti circulo reuoluerentur. A quo impulsu, & permissione, neque opus habent recedere, neque a Conditoris voluntate discedere. Hæ igitur, & plures, & potiores sapientissimorum hominum, causæ sunt quàm vlla, Astronomorum infixio, cur stellæ eas quas diximus apparentias edant. Temere autem huc illata est maior vis, in maiore stella. Nihil enim ad rem facit. Tam enim minima, quam maxima, propria sibi habet, & animum, & vitam, & mentem, & actionem, & proportionatum sibi vectorem spiritum. His nostris rationibus, non solum hæc prima astronomorum, sed & reliquæ omnes, quas afferunt, pessum eunt. Eadem enim opera, secunda eorum soluitur ratio, per quā aiunt. Stellas iuxta polum Arcticum, vniformiter circa ipsum continue moueri, describēdo circulos, in eadem semper & a polo, & a se innicem æquali manere distantia. Voluit. n. Conditor ab initio eas ibi esse. Neque locum mutare vmquam. Quia scilicet ita rerum expediret vniuersitati. et ipsæ rationali animo, & mente ab eo donatæ, non errante, motum suū eodem loco exercent perennem. Sed videntur Astronomi, astris obseruandis nimium intenti, idem passi, quod in Thalete ancilla risit sua. Qui ea quæ ante pedes essent, non animaduertisset. Videre Spartani, videre Thebani, videre Athenienses, videre Macedones, videreqne Romani, ordines exercituum suorū, recta regula institutos. Qui quamuis ex hominibus constarent, quorum voluntates, & animi penores sunt mutabiles, attamen singuli milites, a loco, in quo a Lochago, a Centurione suo erant ab initio locati, stando, incedendo, reuoluendo, circumuoluendo, pugnando, non dimouebantur. Quid dico de hominibus, qui rationis sunt præditi? quando videmus grues, quæ ratione imitamen habere videntur, dum per aera longum iter volant, ordinem ad amussim, & constituere, & seruare, & restituere. Elephantorum, & Ceruorum greges, ordinatim ducem sequuntur suum, Thynni in mari, & Pelamides & alia quædam piscium genera, ornatissime natant, & sua itinera peragunt. Quid igitur boni Astronomi dubitarunt, ne mundi ordo in Chaos reuerteretur, si stellas vti clauos in tabulam, cœlo non infigerent? aut eas inanimes potius quam animatas cogitarent, & rationales, & intellectuales? Ant timuerunt, earū animos in flammis illis combustos iri, & viuere non posse? & eis memoria excidit, & Pyrausta, & Salamandra? Fatuitates profecto sunt hæ, & non mathematicæ aut philosophicæ, vel obseruationes, vel argumentationes. Tertium experimētum, recentior quidam affert, viæ quam vocāt lacteam, quæ vti credunt, est infinita minutarum stellarum multitudo. Eam totum cœlum circundare aiunt. Cuius motus regularis ab ortu in occasum, ad motum cœli efficitur. Ratione eadem nimirum, quia per se moueri, inquit ille, nequit. Et nos rationibus iisdem, stellas illas, si stellæ sunt, quæ lacteam conficiunt) dicimus animis rationalibus, & intellectualibus, a Deo conditore esse præditas, & spiritu vectore, in gyrum volui. Tam facili responso, inuictum vt putat argumentum, eluimus. Is idem author, quarto experimento in idem nititur; quod scriptum sit a quodam Peruanæ habitatore. Prope polum Antarcticum nigrorem quendam, plerisq; in locis cœli apparere ac si cœlum quodammodo esset perforatum. Quos putat rariores esse cœli partes: quæ simul cum aliis stellis ab ortu in occasum vniformiter ferantur. Quod fieri non posse existimat, nisi ij nigrores vti stellæ in cœlo sint infixi. Huic dicimus primo, Neque Americum Vespuccium, neque Andream Corsalium, neque alios nautas, qui diligentes res Antarctici notarunt, vllam de his nigroribus fecisse mentionem. Sed sunto ibi. Astronomi omnes, fatentur in cœlo, nebulosas stellas esse quinque obscuras nonem. Non est igitur mirum, si nigrores ij stellæ quoque obscuræ esse dicantur. Et iisdem animis suis & spiritibus sicuti & aliç circūferri. Quam aūt rationē pro Achille suo ꝓducūt est omnibus ridēda magis. Aiūt videri planetas, cōtrariis octauę sphęrę, moueri motibus. Nō posse, aūt corpus vllū idem numero, eodem tempore diuersis motibus cieri, & pręsertim oppositis, nisi ad motum variorum orbium in quibus sunt infixi, deuehantur. Nos vero negamus, planetas, aut in opposita, aut in diuersa agi, sed videri id, non cogitantibus velocitatem, & tarditatem eorum variam in causa esse, cur alius ante, vel retro videatur, præcurrisse, vel recurrisse. Tarditatem autem, & velocitatem hanc, & motus alios planetarum animi, atque mentes variis temporibus conficiunt, quia intelligunt, naturæ rerum tunc ita expedire, & tunc se se ministros, summi Dei prouidentiæ, obsequentes præbent. Hæc Astronomorum fixionis stellarum in cœlo strues, eis visa est validissima. Quam nos nullo negocio deiecimus. Quæ vero figmenta, huic strui superedificauerunt ostendere prosequamur. Eaque a memoratu vetustissimo ordine pergamus recensere.

Inter Græcos igitur Astronomos Thales, & Pythagoras primi omnium sunt habiti. Ille ab Ægyptiis, hic, & ab his, & a Zabraco Assyrio, ea sapientia fuere imbuti. Sed Thaletis liber de sphæra, uidetur simul cum ortu, interitum sensisse, tam nihil de eo memoriæ remansit. Pythagoras & eius sectatores, cum in eadem

dem essent sententia stellas omnes cœlo esse fixas, viderent tamen alias tarde, alias velociter moueri. has præire, illas retrocedere, & quandoque stare loco,& alias ad nos quasi descendere,& maiores videri solito, iterumque a nobis altius attolli, & videri minores, persuasique essent, stellas ipsas, per se eos motus facere non posse, beneficio cœlorum in quibus essent fixæ,fieri sunt arbitrati. Ideoque ante alios omnes memorantur, eidem planetæ orbē non vnū,sed plures tribuisse,mūdo eccētricos,& in eisdem , orbes quosdam respectu maiorum exiguos,quos ea de causa epicyclos nominarunt, in quibus planetæ corpus esset fixum, & ab eo deferretur. Post hos viros Eudoxus, simul cum Platone in Ægypto apud sacerdotes Astronomiæ operam dedit; sed eccētricos, & epicyclus risit, ipse plures mundo concentricos cuiq; planetæ assignauit orbes. & ad X X V I. numero adauxit.Callippus paulo post, concentricos,& ipse addidit septem; vt omnes numero essent X X X I I I. quos deferentes appellauit. Aristoteles Callippi amicus, his X X I I. addidit, quos reuoluentes nominauit. Quorum officium esset,ne deferentium superiorum motus, ad inferiores perueniret. ne confusio inter omnes oriretur aliquas effecitque hac additione, vt omnes cœli orbes numero essent L V. Sed hæc animi dubius protulit,dixitq; standum esse eorum sententiæ, qui exactius hæc fuerint contemplati. Sed hanc totam Eudoxi, Callippi, Aristotelisque traditionē Hipparchus reprobauit, deinde Sosigenes multis argumentis confutauit. Et Pythagoreorum Eccentricos, & Epicyclos in vsum reuocarunt. Quos Ptolemæus est secutus. Qui cum vel totus integros orbes, vel altera superficie eccentricos fecissent,cum epicyclis, X X X. confecerunt orbes. Quos tamē pro planetarum numero septem tantum numerant quasi alii, horum essent partes. Ptolemæus vero præter hosce, octauæ sphæræ, nonam superposuit. Eò quòd sibi visus est obseruasse stellas,quas vocant fixas,non perfectū circulum suo motu circumscribere. Neque ad idem redire punctum in ortu secundo, a quo in primo quæque fuerat digressa, vt quasi in spiras circunduci viderentur,& spacio annorum. C. gradu vno ad latera mouerentur. Qua ratione. X X X V I. annorum millibus totam istius modi complerent reuolutionem, quam magnum annum vocarere. Atque ita duos octauæ sphæræ motus esse conclusit, alterum diurnum in longitudinem,alterū hunc obliquū in latitudinem. Sed eum vi alterius superioris sphæræ fieri existimauit qui esset nonus quia orbis vnus sui natura non nisi motum vnum cieat. Sed Proclus, & ipse mathematicus ingens, commentario suo in Timæū tertio. & hunc motum, & hanc sententiam cōfutauit. Tebitius vero quidam Arabs, supra nonam sphæram, obseruationibus quibusdā suis persuasus, decimum orbem supra nonū fabrefecit, & ipsum mobilem. Sed Auen Rois philosophus vti habetur magnus, hæc omnia figmenta risit, & est conatus profligare, asseruitque non nisi octos esse cœlos eosque concentricos omnes,& tot esse propter stellas eis infixas. Post hunc, alius Arabs, nomine Alpetragius, sustulit, & ipse eccentricos & epicyclus,& octo cœlos, eosque concentricos esse docuit, negauitque stellas fixas in spiras volui. Posuit attamen nonam, quę octo inferiores, tamquam anima,& mens vniuersi,circumuolueret in occasum. Post hos vero omnes nostra ætate, tres surrexerunt nouæ de sideribus opiniones, valde tum a veteribus,tum inter se differentes. Namque Aristarchi Samii reuocans opinionem Nicolaus Copernicus, & vetustiorum Astronomiam vniuersam, & vniuersi ordinem inuertit. Posuit namque solem in mundi centro, circa quem Mercurium, supra hunc Venerem. Supra hanc orbem quendam magnum qui, terram, & elementa,& lunam circumferret. Martem, Iouem, Saturnum, octauum, vti alii. Et dum hæc iste vir fabricat, duo Veronenses Io:Baptista Turrius, et Hieronimus Fracastorius, homocentricos illos veteres in memoriam atq; vsum reuocauerunt, sed eos ad numerum L X X V I I. orbium adauxerunt. Viuit adhuc ni fallor. Vir Danus, nomine Tychon Brae. qui aliam ex propriis, modo factis obseruationibus vniuersi instituit hypotyposin, a Copernico diuersam. Octauam & tres superiores, eodem ordine collocat, sed eccentricos. Sed Martis orbem, intersecare ait orbem solis duobus locis. Supra Solem uero ponit Mercurium, deinde Venerem in paruis circulis duobus, hoc maiore, illo minore. qui ambo circa solis corpus reuoluantur,& solis orbem, vterque duobus intersecet punctis. In centro vero vniuersi collocat terram, circa quam fit orbis lunæ. a solis quidem orbe circundatus, sed quem orbes Mercurij & Veneris non circumeant.

Hæc sunt Astronomorum, vt nobis quidem videntur delitia, summatim huc relata. Necesse enim est, vel omnia esse vera, vel omnia falsa. Vel quædam vera, quædam falsa. At vera esse omnia, tam inter se discordia, tam rebus repugnantia, tam solutu facilia. Falsa igitur omnia erunt potius, quam vera omnia. Sicuti omnia sunt monstruosa. Fatētur enim cœlum esse simplex corpus. In corpore simplici, vnde tot, ac tantę diuersitates? Si vero ea partiamur, vt

vt quædam vera esse dicamus, quædam falsa, videndum erit, quæ sit ea, quam veram esse affirmare audeamus. Si ad motuum calculos, si ad tabulas, atque ephemeridas respiciamus, vetustiores omnes, iam sunt obsoletæ, neque vllæ præsentibus respondent apparentijs. aut hæ nouis obseruationibus. Quibus vna tantum Copernici positio calculorum regulas, recentiores isti astronomi omnes supputant, & veras tabulas se se ex eis confecere contendunt, Sed si Tychonem hunc unuum astrorum spectatorem audiamus, in multis illa quoque manca est & diffectuosa. Quam ipse corrigere videtur esse aggressus. Et tamen nullæ vetustiorum positiones tam sunt monstruosæ, quàm hæ duæ. Cunctæ tamen, & hæ duæ & illæ veteres, ex vnica illa positione. Quod stellæ in cælo, vt in tabula nodi aut claui sint infixæ, ortum habeot. Ad haoc enim fixionem, & orbes octo primo fuot excogitati. Et quia non sufficerent apparentiis saluandis, addita tot delitamenta tot fuere monstra. Et totius orbis, susque deque perturbatio, & quasi oonum aliud Chaos. Quę vna & vana, & impossibilis positio, si ex Astronomia dematur, omnia erunt plana. Et liber per cœlum sideribus cursus dabitur, & apparentiæ omnes saluabuntur. Si iotelliganiue astra, vt reuera sunt, spiritu proprio vehi, animo moueri, intellectu ordine regi: Et conditoris obsequio, quia ita rerum vniuersitati in dies expediat, vel nooos ciere, vel transactos repetere, atque renouare motus. Non enim, corpora, vt appellat antiquitas, diuina, sine animo esse est possibile. At neque solo mundi animo, esse animata. Sed & hoc, & suo quæque stella proprio. Et ita propria & communi viuere vita, & proprio, & communi intelligere intellectu. Et proprio, & communi vehi spiritu. Cuius, quia iam sepius mentiooem facimus, suo loco, tractationem instituemus. Concludendum igitur, sidera, quia siot animalia, & quidem diuina, & diuinum animum, & diuinam vitam, & diuinum intellectum habere esse necasse. Qui intellectus cum sit mundi intellectui coniunctus & in eo sit. Et sit itē in primo intellectu, necesse est, vt a superiorum nutu, omnis eorum pendeat voluntas, neque ab eo discedat vnquam, omniaque ordine exsequantur, quæ illum vel voluisse ab initio, vel in dies velle intelligant. Atque ita, si neræ temen sint omnes quas referunt apparentiæ, & non siot instrumentorum errata (quod non pauci ex ipsa met Astronomiæ Schola, contenderunt) interdum velocius alias tardius incedere aut regredi, stare loco, attolli, demitti videantur. Et triplex ille octaui orbis stellarum motus, si tamen verus sit, (quod Proclus, & alij magni viri peroegarunt, easdem ob causas fieri est credendus.

Sed maximopere, & contendunt, & clamant Astronomi, stellas non esse possibile per se moueri. Argumentaque non pauca, neque vt uidetur inualida deducunt in hunc agonem. Ea igitur, & recenseamus, & perpendamus.

Primum potentissimumque aiunt, non posse vnum corpus, contrarijs motibus moueri, nisi altero eorum, a vectore aliquo vehatur. Quæ res in planetis visitur, qui contrariis, orbi stellato motibus mouentur. Sed huic argumento, iam respondimus, videri eos ita ferri, sed reuera non ferri. Verum vel tardiore, vel citiore ipsos proprio moueri, & videri vel anteisse, vel a tergo esse relictos. Huic ergo tanto argumento tam facile fit satis. Sed & Aristotelem pro se propugnatorem, in agonem hunc afferunt. Eius igitur rationes expendamus. In disputationis ingressu, asseuerat, & astra & cœlum totum, loco mota conspici. Id fieri necessario, uel quia ambo quiescant, vel ambo ferantur, vel quia alterum feratur, quiescat alterum. Sed si in hoc ingressu ei occurramus, & alterum fateamur, sidera scilicet mutare loca, alterum negemus, loca mutare totum cœlum. Quo modo vel ipse, vel suorum aliquis id comprobabit? Cœlum enim visus noster non cognoscit, astra tantum conspicit. Qua igitur ratione, vel ipse vel astronomorum vllus, cognouit cœlum mutare loca? Nisi per haoc falsam imaginationem, stellas quas moueri cernuot, in cœlo esse fixas. Haoc deponant, astra mouebantur, cęlum quiescet. Ita de falsis falsissima nectere non desinnot. Deinde subnectit. Si & astra & cœlum moueantur, absurdum erit, eadem velocitate, & astra moueri, & orbes. Eadem laborat falsitate. Quis enim vidit vnquam orbium velocitatem? Et falsissimum est quod addit.

φαίνεται γὰρ ἅμα τοῖς κύκλοις καθιστάμενα πάλιν εἰς τὸ αὐτό.

„ Apparent enim simul cum orbibus redire
„ rursus in idem.

Non re apparent, simul cum orbibus redire. non enim uisuntur orbes, aut redire, aut non redire. Sunt enim inuisibiles. Astra cernuntur sola redire in idem. Quamobrem quæ hinc infert satis multa, omnia sunt falsa necessario.

Aliam deinde diuisionis partem sumit. Vel orbes, quiescunt, astra uero mouentur.

Absurda eadem, hanc quoque sequi ait. Scilicet citius moueantur exteriora. Et velocitates

citates esse iuxta orbium magnitudines. At quo modo, hoc absurdum est, si est necessarium? neque aliter fieri possit, quàm, quæ astra maiora spacia obeunt, velocius ea obire, quã quæ obeunt spacia minora, & eodem tempore in idem redeant?

Neque ex hoc sequitur quod infert. Non esse rationabile, vt vtraque moueantur, & non alterum solum. Et ideo relinqui, vt orbes mouentur, astra quiescant, & orbibus alligata ferri. Nam si alterum tantum moueri nõ est ευλογον, rationabile, quo modo alterum orbes scilicet mouebuntur, astra quiescent. Inaudita hæc est, inde vsque a logices initio omnibus logicis consecutio. Absurdum est, alterum moueri. Igitur orbes mouentur, Infert deinde, hoc tantummodo fieri vt cœlum non scindatur, quod totum est continuũ. At continuus est etiam totus aer: continua, est tota aqua. Scinduntur vtraque, ille ad auium volatum, ad corporum proiectum. Hæc ad piscium, ad hominum, brutorumque natatum. Ad nauigiorum quoque nauigatum, & remigatum. Nullum tamen eis accidit vel impossibile, vel absurdum. Neque vniuersum de salute periclitatur; neque philosophia it pessum. Recurrunt enim scissa in se illico, & scissuram semetipsis resarciunt, & redingrantur partes quæ discesserant. Cur ergo & astra, modo eodem per cœlum, aut non volent, aut non natent, aut ad horum instar, loca nõ mutent, quiescente cœlo? Nusquam enim isti vel philosophi, vel Astronomi probarunt, cœlum esse durum aut solidum ita, vt scindi nõ queat. Et si scindatur, partes in se non redeãt; aut abeant in frusta. Hoc enim ante omnia probare erat necesse. Et donicum non probent; sinemus nos sidera per liquidum volare cœlum. Sed annectit magister scientiarum idem. Astra esse Sphærica. Idque nulla ratione, nullo argumento ostendit. Sed ait, ab aliis dici, & ibi confessum ὁμολογούμενον. Hanc non probationem, nos non probamus. Sed astra sunto sphærica. Tunc infert. Sphæricorum duos esse motu. κύλισιν ϗ δίνησιν, volutationem seu rotulationem, & vertigine vterentur, in eodem manerent. At locum mutant. Esto vtrunque. Sed neque volutari ea inquir, esse manifestum. Nam quod rotatur, volui oportet. At lunæ facies semper apparet non ergo voluitur. Non ergo reliqua uoluuntur. Negamus vtrumque. Facies enim in luna nõ semper apparet. Et in coniunctione a nobis est auuersa.

Sed esto, appareat semper. Quæ ratio hæc hæc est in reliquis, quorum nullum est lunæ simile. Et vmbram in se nullam habent, quæ in astris diuersitatem substantiæ ostendat, & volui possunt, & volutio non comprehendi, quia tota sint sibi similaria. In dissimili ergo luna, locum similitudo nullum habet. Sed sphærica, cur non sine volutatione, & vertigine, possint moueri præsertim si sint animata, & super eodem sui puncto incedere? Cur hûc tertium motum astris ademit, quę actionis, & vitæ fecerat participia, vt animalia? Sed ridiculum est absurdumque quod subinfert. Naturam astris nullum ad motum dedisse organum. Qui enim ipse in tanta distantia id recognouit. Sed & cur orbibus motum ipse donat, quibus nullum natura organum dedit ad motionem? Et si dedisset iam de orbibus non orbes effecisset. Sed ratio eadem astris fauet, quam ipse orbibus addit; Ideo res moueri, qa sphærica figura sit ad motum vtilissima. Astra enim & ipse sphærica vult esse. Et falsum est, figurã hanc ad motum ad anteriora esse inutilem. Eadem enim vtilitate in hanc mouebitur sphæra, qua in partes alias; quamuis ei nihil promineat, sicuti quæ perse mouentur corporibus. At cur vel cœlum, uel astra aui malibus nostratibus conferuntur? æterna mortalibus? simplicissima compositis? Sed huius viri hic mos in argumentando, omnia cõfundendi, & de genere in genus contra leges suas transiliendi, est a nobis sæpenumero profligatus. Sed non minus bella est totius huius quæstionis conclusio postrema, in qua scribit.

,, Postea quam oporter cœlum moueri motu
,, in eodem, alia vero astra nõ progredi per
,, se, rationabiliter vtrumque fuerit sphæri-
,, cum. Sic enim maxime alterum mouebi
,, tur, alterum quiescet.

Quia ambo inquit sunt sphærica, alterum scilicet cœlum mouebitur, alterum scilicet sidera quiescent. Si sphærica figura alterum impellit ad motum, cur eadem, & alterum admotum non impellet? Cur impellet ad contrariam quietem? Eadem causa eiusdem respectu eodemque tempore contrarios Aristoteli profert effectus? Res tantopere, totiesque ab eo reiecta, & confutata? Aristoteles ergo Astronomorum propugnator, & Achilles, tam argutis tamque validis argumentis, Astronomis nihil profuit, nihil conclusit, vel orbes moueri, vel astra non moueri. Cum tam magno igitur protectore, tam magno cœlorum numero, tam magnis contra dictionibus, tam magna vniuersi inuersione, & peruersione, tota hæc tam magna Astronomiæ obseruatio, & scientia, rideatur, & derideatur.

Finis duodecimi Libri Pancosmiæ.

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER TERTIVSDECIMVS.



COELVM AN SIT VNVM.



Erum nos qui Astronomorum tot homocentricos, tot eccentricos, tot epicyclos, tot sydereos, tot syderibus carentes, seu orbes, seu cœlos, vti deliria sumus ridere ausi, quid de nostro ingenio, in hanc philosophiam afferre audebimus? quod illi non rideant, & quod re vera non sit ridendum? Res forsan temere derisa, est nobis vel restituenda, vel compensanda. Vtrumque vt apparet perardui laboris. Sed est nobis labor omnis superandus, ne leuitate animi, sed veritatis studio, illa risisse videamur. Quid igitur agendum? Non assentiris inquient, in tot orbes cœlum esse diuisum? Id ne, ratione numeri, an ratione diuisionis? Ratione equidem vtraque. Neq; enim numerum cœlorum probamus. Neque cœlum esse diuisum consentimus. Vnum igitur est cœlum? Vnum profectò. Nam quod Theologi posse ut obijcere, in sacris Biblijs, legi, cœli cœlorum. Aquæ quæ super cœlos sunt, & similia: Theologi ijdem facile diluunt, Hebraicam esse phrasin. Eò quòd sacra lingua, singulari cœli numero careat, et semper plurali proferat. Itaque hos tenereamur. Cum philosophis modo agamus. Non octo esse cœli orbes, non plures contendimus. Vnum tantum esse cœlum asseueramus. Illudque integrum, & totum sibi continuum, in nullos diuisum orbes. Id autem ex nostris demonstratis: exque impossibilibus, quæ diuisionem consequuntur, & absurditatibus aliis, in probationem deducemus. Ac primo ex nostris fundamentis ita dicimus. Mundus corpus est. Id fatentur omnes. Corpus omne, suis constat principiis intrinsecis, vel vti vocant elemétis. Talia principia, atque elementa corporum omnium, esse quatuor, & posuimus, & demonstrauimus. Spacium, quo trino, omne corpus constat. Lumen, quod corpora omnia se ipso inficit. Fluor, qui corpora omnia constituit. Et calor, qui corpora omnia è fluore constituta, & format, & viuificat. Hæc singulis suis locis omnia fient manifesta. Quatuor hæc, ad extera, esse infinita demonstrauimus, ad intera atque ad centrum esse finita. Spacium vniuersa occupat. Tria reliqua vniuersum occupant spaciũ. Ad centrum omnia pertingunt. Ad extera per spacium totum, quaquauersum extenduntur. In spacio hoc, e fluore per calorem lumenque primum corpus probauimus fuisse constitutum, Empyreum mundum. Qui omnia quatuor hæc totus esset. Quatuor hæc totus essent empyreus mundus, qui ea in se veluti absorberet. Et illis sese, & constitueret, & nutriret, & conseruaret. Et illa itidem in se aleret, & seruaret. Et mutua sese, & nutritione, & conseruatione fouerent. Et sicuti spacium sui natura, & partibus & toto, est immobile lumen quoque & calorem, & fluorem vniuersos immobilia esse fuit necesse. Quo enim abirent? Et ideo Empyreum quoque esse loco immobilem est necesse. Nullus enim locus alius superest, in quẽ transeat. Nam si moueretur, vel in se, vel extra se moueri esset necessariũ. At vt extra se abeat est impossibile. Locus enim nullus est, ad quem moueatur, aut ad quem perueniret possit. Totum enim spacium occupat. Spaciũ autem occupat omnia. In se vero cur moueatur? aut quomodo? Partibus ne, an toto. Non toto. Vbi enim in se, toti sibi locum inueniat? Non partibus. Quæ aut. toti, & sibi ipsis sunt similes: aut sunt a toto, & inter se dissimiles. At quomodo sunt dissimiles in prima pa empyrei natura, quando adhuc nihil in eo

aliud

aliud sit, quam ipse solus. Sunt ergo partes,& toti,& sibi inuicem similes omnes. Si similes, altera in alteram agendi nullas habet vires. Si in se inuicem non agunt, neq; se se pellūt, neq; se se trahunt, aut vehunt,aut proijciunt. Si hæc,aliæ non agunt,aliæ non patiuntur nullæ a loco sibi proprio discedunt. Si nulla discedit, nulla etiam mouetur, aut dimouetur. Immobiles ergo sunt omnes. Immobilis ergo totus est empyreus, & ad extera, & ad intera ad cētrum vsq;. Quod si forte rationes demōstrent cęlū siue ætherē Chaldaicū. (nam de Orphico iam constat esse idem cum empyreo) esse empyrei partem, demūstratum quoq; erit, eum non moueri, eum esse immobilem. Et si immobilis sit, non moueri in circuitum. Non moueri ab oriente, in occidentem; Non trepidare. Nullis contrariis motibus cieri ab occasu in ortum: Non velociter, non tardè; Non antrorsum, non retrorsum: Non præcedere, non regredi, non stare loco. Non deprimi, non attolli. Et si quid tale in cœli regione fieri appareat: id stellatum, non cœli, neque ætheris esse opus. In id igitur, totis mentis viribus incumbamus, si quo modo vestigare possimus, cœlum, in quo astra diximus habitare, partē aliquam empyrei esse. In id opus, hac ingrediamur. Si cœlum, empyrei pars est, ea necessario est, vel toti empyreo continuata. & quo loco est, ei coniuncta. Vel in toto, est a toto separata, & ab eo disiuncta. Si dicamus eam separatam ab eo esse, tunc necesse erit, vel casu a toto suo esse annisam: vel vi aliqua aliena: vel propriis viribus, se se ab eo separasse; vel ab empyreo veluti reiectam, ab eo discessisse: vel deniq; a Conditore Deo, scissam esse seorsum in se stare, & in empyreo locari. Quacumq; de causa id euenerit, necesse est, cœlum proprium habere superficiem, & in supero, & in infero, quibus terminetur. Omne enim corpus finitum, superficie terminatur. Necesse quoq; est empyreū ipsum, qua parte cœlum æthereum contingit, esse propria sua superficie finitum, & quasi clausum.

Sed prius effectrices, quas attulimus, separationis huius causas expendamus. Casu non esse factam constat. Casum enim ex vniuersitate iamdudum expulimus. Vis vero aliena, quęnam potuit esse tanta, quæ immensum opus, in immēsis corporibus efficeret? Si tamen fuit aliqua, ea necessario, vel corporis fuit, vel incorporei. Sed incorporea, sui natura nulli vim inferunt. blandè omnia tractant, a suo munere nō discedunt. Corporis ergo oportet eā fuisse. Sed corpora, vti multoties est iam demōstratum, agunt nihil, patiuntur tātum. Neque igitur a corporis vi vlla, ea scissio est facta. Et si a corpore fieri potuit, a quo nam corpore? cum adhuc non nisi vnum empyrei corpus esset inter corpora illa quatuor incorporea, & antitype quasi medium. Ipsum ergo sibi, vim nullā attulisse ratio dictat. Et si attulit, aliena vis non fuit, sed propria. Si igitur vis ulla allata est, propria vel empyrei, vel ætheris, vel vtriusq; est allata. Sed ab vtro vis, aut ab vtroq;, cur dicatur esse allata? Vel quia inter ipsos dissidium sit ortum? vel animo concordi, eam fecerunt diuulsionem? Sed discordia nulla inter eos intercessit, quādo adhuc totū, partibus erat similare, & partes toti. Inter similia vero nulla vnquā oritur dissensio. Sed cōcordi animo, cur dissidium faciant, cum vni esse, longe sit melius, quàm multis. Dum enim vna, entia sunt, essentiam obtinent. Si in multitudinem scindantur, si ea talis sit, vt quæque eius pars vno caret, in nihilum abeant omnia. Si vnum retineant, media inter nihilum, & vnum remanent. At longe satius est, sūmū vnum esse, quàm aut medium, aut postremū. Satius ergo est empyreo, summū vnum esse, & primissimi vnius, quasi imaginem, quam se in multitudinē secari. Ad solum ergo res redigitur Conditorē. Eū scilicet voluisse, vel separatos eos creare, vel creatos iam, dissecare. Hanc causam contēplemur. Est iam prouerbio inter philosophos dictatū. Deū, & Naturā nihil frustra facere. Quæcūq, faciunt, ad optimum finē dirigere. Si igitur Deus Conditor empyreum, & cœlum, vel creauit separatos, vel creatos distinxit, id nimirum voluit. Voluntatem.n. Dei sequitur necessitas. At volūtas finem aliquem respicit. Ob finē igitur aliquē, eos voluit seiunctos. Finis hic, bonus est necessario. Dei namq; voluntas, & bonitas eadem res est, & non nisi bonū vult. Boni ergo alicuius causa, Cōditor eos segregauit. Bonum hoc, & finis hic, quis nā fuit? An quia vniuerso, ita expedijt? Esto. At qua ratione expediit? Quid enim hæc seiunctio, vel est operata, uel etiam num in dies operatur? Forte, vt cœlū moueri posset per se, & empyreum non traheret secum, & partes eius funderet, confunderetq;. Traxisset aūt, & confudisset, si continui ambo, & continuati perseuerassent. At motus hic cui fini, cui rei, inseruire debuit? Nēpe, vt vel sibi cęlum aliquid acquireret, vel ut aliis prodesset, vel vtrūq; efficeret beneficium. Vel neutrū. Hęc.n. plena, ac necessaria est diuisio. Si neutrū dicamus, iam is motus frustra est. Frustra aūt Deus nihil facit. Ergo trium reliquorum aliquod. Primum prius expēdamus. Motu suo, quid sibi cœlū acquirat? a se ne ipso, an aliunde? A se ipso, ne fingi quidē potest. Oīa.n. sua, in se habuit, & hēt. Et ipsū in se ipsū ageret. & idem esset respectu eiusdē, & agēs, & patiēs. Si pfectio ei deerat aliqua, vel a supis suis causis, vel a se,

uel ab inferis necesse habuit petere. Sed ab inferis imperfectioribus, quam acquirat perfectionem? A se quoq; ipso, quam nam potuit nancisci? Vel enim eam habuit, uel nõ habuit. Si habuit, non erat quærenda. Si non habuit, sibi eã dare non potuit. Nemo enim dat quod non habet. A superis ergo quærẽda erat. Esto. At cur per motum potius, quàm per quietẽ? Quies, status est. Status idẽtitas. Identitas perfectio est. Motus, indigentiam, & sentit, & indicat, & in alteritatem tendit. Alteritas a suo esse dimouet; A perfectione ergo in imperfectionem cadit. Cœlum, si in sua natura perfectum est, quiescet. Si imperfectum, mouebitur, non ut a se ipso eam perfectionem quærat, quam non habens, nec sibi, neque aliis dare potest. Sed ut aliunde eam adipiscatur. Nõ ob inferis, ergo a superis. At quo modo per motum potius, quàm per quietem adipiscetur? Forte, uel quia uicinius fiat superis, uel quia ad id per motum se se preparet. & ad suscipiendum aptius fiat? At uicinius quàm sit, superis non accedit. Deus enim est ubiq;. Neque per motum se se præparat. Præparatio.n. omnis per alterationem; susceptio omnis per passionem est; At iamdudum antea, qui philosophi cœlum in motu esse docuerunt, inalterabile, impassibileque esse contenderunt. Sed nos, cur cœlum imperfectum fuisse creatum concedemus? Qui scimus, quæcumque conditor Deus fecerat, fecisse in sua quæque specie, ualde bona. Cœlum igitur, moueri non est dicendum cum eo motu sibi acquirat nihil. Neque quod possidet, per eum motum, aut tuetur, aut conseruat, aut adauget. Quis.n. ei uim inferat, ut quæ habet, uel surripiat, uel in eo corrumpat? Sui ergo causa nulla, cœlum est in motu. Sed & motus repetitio, cur ei est tribuenda? An ut semper se se reparet de eo, quod ei nunquam periit? An ut iugiter, imperfectionem semper uertat, quæ ei accedit numquam? Cur perpetua uertigine, infinities petit id quod numquã nancisciтur? Frustraneus hic motus, qua ratione dicetur, a conditore, qui frustra nihil facit, ei tributus? Si tantarum ab surditatum nulla philosophica reddi ratio potest? Cur tantopere, in hoc uano motu, docẽdo, persuadendo, philosophi omnes laborarunt? Concludendum igitur, cœlum, sui uel perficiendi, uel reparãdi, uel tuendi, uel seruãdi, uel adaugendi causa, nullo modo, ullo cieri motu. Sed sua sorte contentum, perpetuo quiescere. Si igitur hoc primo, nihil efficiat, neque vtroq;, efficier quicquã, quod tertiũ erat diuisionis membrum. Secundum igitur perui dẽdũ. An scilicet motus ei sit tributus, vt aliis prodesse queat. Si id sit, necessario vel superis proderit, uel æqualibus, vel inferioribus. Superis quid proderit, corpus incorporeis? effectus, causis? productum productoribus? Æquales cœlum nullos habet. Proderit ne ergo inferioribus? Hanc partem tutatus est Aristoteles quando dixit. Eum motum veluti vitã esse omnibus natura constantibus. Atq; iterum. Mundum hunc necessario continuũ esse superis lationibus, & omnes eius vires inde gubernati. Idem tutati sunt philosophi alij pleriqueoẽs. Sed Aristotelis duo illa loca, nullã cœli faciũt mentionem. Eos motus, & lationes sideribus nos damus. Et si quid hæc inferiora a superioribus lationibus beneficij nanciscuntur, afferemus nos, non a cœli, sed a siderum motibus id nancisci. Colligamus rationes superiores. Cœlum neque sui, neque aliorum beneficio moueri. Sed & quod reliquum fuerat consideremus. Qua superficie alter cõcaua, empyreus, alter conuexa æther propria continerentur, & concluderentur, si sint a se inuicem seiuncti. Empyreum diximus esse totum sibi similare. An ergo superficies eius illa qua ab æthere seu cœlo separatur, similaris est cum partibus reliquis, an dissimilaris? Si dissimilarem dixerimus, vnde contra demonstrata ea venit dissimilitudo? A se ne, an ab alio? At quid in empyreum possit, præter Deum conditorem? Præter eius animum? At Conditor, nullũ infert cuiquam maleficium. Animus a Conditore vitæ & conseruationis causa entibus tribuitur, & simplicibus, & compositis. Si igitur superficies ea non est reliquis dissimilaris, sed similaris. eiusdem ne saltem cum partibus reliquis erit naturæ, vel diuersæ? Si diuersæ, vnde ea sit diuersitas necesse est dicere. Si eiusdem, cur ei contigit esse superficiem, reliquis esse internam, trinamq; dimensionẽ. Vtraq; hæc absurda sunt. Nulla est ergo in empyreo versus cęlum superficies. Si nulla in eo, nulla quoq; erit cęlo versus empyreũ. Sed cõtinuum, atq; vnũ sunt corpus necessario, quando terminos corporũ nullos habent. Sed si dicatur, cœli aliquã esse. tunc ijsdem quæstionibus perquiremus: A se ne eã habet, an ab alio? Si ab alio dicatur, authorem rogabimus exhibeant. Conditorẽ, rationibus allatis minime proferent. Neq; empyreum. Quia nullã habere est modo demonstratũ. Par cœlo nullũ habent. Inferius nullã tanta vi afferre possunt. A se igitur habebit, si modo habet. At cœlũ corpus aiunt esse simplicissimũ. Si simplex, necessario similare. Vnde ergo illa superficiei ab aliis partibus dissimilitudo? Si authorẽ proferre nõ habent, nulla ergo in cœlo uersus empyreũ est superficies, qua ab eo disseparetur. Quod si ibi nulla est, cur intra cœli corpus, tot cõcauas, tot conuexas, tot eccẽtricas, tot cõcẽtricas & philosophi, & Astronomi cõfinxeiũt? Nimirum

rũ ab aſtrorum, a Planetarum latione. At profecto vnũ eſt mare. Per id vnum piſces omnes, puſilli, ingentes, medij natant, & maria tranãt. Vnus eſt aer. In eo aues omnes, ſuſq; deque peruolant, & magnas eius regiones tranſuolant, ignes magni, maioreſq; cometæ, quin & nubes ingentes idem faciunt, nullum inde ſequitur impoſſibile. Ignem videbant natura ſua, mobiliſſimum eſſe, id etiam docuerunt. Per aera varios ignes cernebant ferri: ſidera eſſe, luce, ac calore, igni ſoli, rei nulli aliæ, eſſe ſimilia, cur vel ignes, vel ignibus ſimile aliquid eſſe ſidera, vt crederent induci non potuerunt? Cur qui ſidera ignes, Plato, Anaxagoras, Heraclitus, Zoroaſter, eſſe, & faſſi ſunt & docuerunt, eis motum, & non cœlo inuiſibili tribuerunt? Si per eorum motum, ſciſſionem timuerunt cœli, timor is vanus fuit profecto. Nam & aqua, & aer, ad motum corporum alienigenarum ſcinduntur, & tamen natura non perſumit, vniuerſum ſalutem ſuam non ammittit. Sed & illa impoſſibilia pro certis, eos habuiſſe, an mirandum, an miſerandum, an ridendum magis fuerit incertum habeo. Cœlum primum, corpus immenſum, & quo non aliud maius, ſuper duobus polorum indiuiſibilibus punctis, tam pernici rotatu circumuerti, dogmatum ſuorum penitus obliti. Docuerat enim Ariſtoteles ante, omnem motum ſuper magnitudine cieri. Poli nulla ſunt magnitudo. Docuerat Hermes oẽ quod mouetur, in maiore aliquo moueri. At cœlo primo, corpus maius nullum poſuere. Circa centrũ, inquiunt cælum circumuoluitur. At & centrũ faciunt indiuiſibile. In ſuis ergo dogmatibus, nec ipſi perſiſtunt, nec poſſibilia docent. Nam & Planetis, & eorum eccentricis, & epicyclis, polos alios, quibuſque ſuos, & eos etiam indiuiſibiles, nulla neceſſitate, largitate ſuperflua donauerunt.


Sed & illud nõ minus eſt impoſſibile, perſuadere cõtra ſua dogmata conantur, orbium ſuperficies, eſſe contiguas quidem, ſed non continuas, admittunt tamen inuiti, & ignari ex ſuis poſitis, eſſe continuas. Aiunt enim. A centro trahatur linea, per orbem lunę vſq; ad intera orbis mercurii. Tunc neceſſe eſt, eam lineã, & conuexam ſuperficiem orbis lunæ, & concauam mercurii tangere, in punctis indiuiſibilibus. Tunc duo illa puncta non concedunt eſſe ſeparata, ſed ſimul vtrumq; coincidere, & ratione quidem duo eſſe, re aũt vera eſſe vnũ, quoniã ſe ſe tangunt, ſecundũ ſe tota. Nos vero dicimus, ſi duo, vnũ facta ſunt reuera, ratio duorũ, nihil amplius in ea habet iuris, ſed vnũ ſunt omnino. Si vnũ ſunt, cõtinuã faciũt vtrãq; in qua erãt ſuperficiem. Docet namq; Ariſtot. » Συνεχῆ μὲν ὧν τὰ ἔσχατα ἕν. Continua ſunt, quorũ extrema vnum. Ad horũ punctorum inſtar duæ quoq; illæ ſuperficies, in quibus duo illa erant puncta, e duabus vna facta eſt, quia ſimul cum pũctis, & ipſæ conciderunt. Erant aũt, quæq; earum, ſui orbis extremum. At quorum extrema vnum ſunt, continua, & non cõtigua ſunt. Orbis igitur lunæ, conuexa ſuperficies, cum concaua Mercurii, coincidentes, vna fiunt, & orbes ſuos neceſſario continuos, & non contiguos faciunt. Vnus ergo & continuus orbis eſt, quieſante duos eſſe aſſeverabant. Eadem demõſtratio eſt de reliquis. Omnes ergo cœli orbes, quoquot poſuerunt, continuum, & vnum corpus ſunt, ſuis met rationibus, ſibi ipſis contrariis. Ergo cœlum non eſt in octo, aut plures orbes diſtinctum. Sed vnũ continuumq; corpus eſt, volentibus, & ſimul nolentibus, & Aſtronomis, & philoſophis. Sed & illud non conſiderarunt, quando octauam vel ſuperiores ſphæras, rapere inferiores docuerunt. Raptus hic, & nomine, & re, violẽtus eſt? Violentum aũt nullum eſt perpetuũ. At raptum hunc, perpetuum eſſe volunt. Sed his tam ſibi non conſtantibus, quid facias? Verum & quomodo, ſe ſe inuicem rapere orbes poſſent, conſiderare debuerunt. Aiunt octauã ſphæram, naturali motu ſuo diurno ab ortu ad occaſum rapere ſecum orbes planetarum omnes, qui in contrarium nitantur ab occaſu in ortum. Naturali motui, non alius contrarius eſt, quàm violentus. At violentorum motuũ, Ariſtoteles quatuor fecit genera, tractionem, vectionem, pulſionẽ, proiectionẽ. Si raptus hic, nullus horũ ſit, quintum violenti motus genus erit. Si e quatuor ſit, proiectio quidem non eſt, Neq; impulſio. Qui enim impellit, a ſe repellit, nõ ſecum defert. Tractio vero ſi dicatur, & trahens, & tractum anſas habeat oportet, quibus tractoria inſtrumenta accommodentur, qua trahant. At nullę anſæ, nulla tractoria, uel trahenti cœlo, vel tractis cœlis, a natura tributa. Omnes eis prominentias, & Plato, & Ariſtoteles negarunt. Ergo neq; octauus orbis inferiores trahere poteſt, neq; hi ab eo trahi queunt. Reſtat, ſi e quatuor ſit aliquis, vt ſit vectatio. Qui vehit, vel ſuper ſe vt equitem, vel intra ſe, vt nauis merces vehit. Horum prior cœlo non dabitur. Dabitur ſecundus, quia octauum, intra ſe reliquos continet. At nullis vel uector, uel recti præditi ſunt prominentiis, uel anſis, ut eis vehi, vel queant vehere. Raptus ergo hic quintus aliquis erit motus, adhuc ignotus, & nondum ab eius celebratoribus explicatus. Donec eam explicent, nos eum, ut falſum, e rerum natura, e philoſophia detrudemus, reducturi ſi quando explicabitur. Violentiam tamen ſemper ſentiet, eamque non perpetuã. Si igi-

tur nullus est ī cœlo raptus,& rationes nostræ cæteræ, & veritati, & sibi constent, nulli orbes, seu rapii, seu raptores erunt in cœlo. Corpus ergo cōtinuum & vnum, est ipsum cę lum, ipse æther. Neque vllis superficiebus, vel concauis, vel connexis est diuisus.

At inquient, saltem ætheris regio, in qua luna habitat, concauam ad nos habet superficiē. Nam & visus, id conspicere videtur, quando sereno aere, in cœlum suspicimus. Id si ita est, qui eo loci, cœlo fecit superficiem, is idem eidem cœlo fecit in summo superficiem conuexam, & empyreo concauam. Et intra eas, in orbes diuisit cœlum. Sed cœlom, versus nos cur fornicatum, & cameratum appareat, causam ante diximus. Ab oculo enim nostro, tam quam a ceotro, visuales vel radios, vel lineas exire, & quaqoauersus, recta extendantur æquales esse, vel incuruentur post aliquod spacium, vel non incuruentur. Eadem fornicis figura eadē de causa nobis apparet in nibibus, qoando toti cœlo sunt obductæ, imo Horizonte, circum latera, in summo vertice. Quæ autem causa fuerit probabilis, vt nubes in cameram vere formentur? Apparentia est hæc, & non vera fornix, non vera cœli, aut nubium concaua superficies. Tot enim fornices, tom in cœlo, tum in nubibus formantur, qoot, oculi, paolo inter se distantes, & sursum suspiciāt, & circumcirca, visnm voluunt. Figuris res fiet manifestior subiectis. Sunto quinque oculi in plano eodem, modicum inter se distantes, vt in sequenti appatet.



Quinque profecto fornices sibi quisq; suā efformabit. Qua ex te, falsi sont Astronomidum affirmant, e quocumque loco, hæmisphę rinm cœli conspici. Quemque locum, suum habere Horizontem, nec non meridianum. & punctum verticalem. Hæc omnia namque ad fotnices oculi cuiosque, & non ad cœlum referuntur. Nam si cœlum fornicatum esset, vnicam haberet fornicem. Quod si esset, non omnes lineæ, a cuiusq; oculi protractæ ad fornicē essent æquales. Quę res hoc alio manifestasit exēplo. Vnius fornicis, oculorū plurium.



In quo quidem exemplo solæ lineæ à medio oculo tractæ sunt inter se æquales. A D. A E. A F. Reliquarum oolla, vel hisce, vel alijs est æqualis. Tres enim ab oculo C. ad foroicem proiensæ, C H. C G. C I. & illis, & ioter se sunt inæquales. Similiter, & tres aliæ B D. B G. & B K. sont & illis omnibus inæqoales, & sibi innicem nō æquales. Si refugiant Astrooomi, quo confugere sæpe solent, terram vniuersam respectu cœli esse veluti pnuctum, ex eo asylo eos extrahemus. Respectus enim hic terræ ad cœlum, rem ipsam ooo variat. Non definit terra hoc respectu, ea esse magnitudine, qua est. Quæ magnitudo sane magnitudini cœli sua proportione respooder, vt magnitudinem. Non aūt, vt indiuisibile ad magoitodinē. Sed & hęc Astronomorū suppositio, eiusdem e st farinæ cū alijs illis, quibus dicebant, cœlum supra puncta polorum, & ceotri circumuerti.

Finis Tercidecimi Libri Pancosmiæ.

FRANCI-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER QVARTVSDECIMVS.



AN AER CVM COELO SIT CONTINVVS.

QVid igitur cęlum atq; æther, saltem intima sub luna, superficie non finitur? Est ne igitur cum ignis elemento, aut aere continuum? Et si cōtinuum, etiam vnum? Et si vnum eiusdem quoque naturæ atque essentiæ cum igne, vel aere? Magnæ sunt mehercule, quæstiones hæ, in quas, superiores nos coniecerunt rationes. E quibus, modis quibus, nos exsoluemus? Forte, si repetamus, empyreum mundum, totum esse spacium, totum lumen, totum calorem, totūque fluorem. Ex quibus quatuor totis ipsum constare. Hæc aut ad extera esse infinita, ad interna finiri centro. Mundus ergo empyreus hoc totum est. Itaque si æther, seu cœlum spacium, & lumen, & calor, & fluor, ipse quoq; est. Empyrei proculdubio est pars. Si pars, necessario ei quoque vnita est. Si vnita, ei quoque continua. Quis enim partem, dum pars est, vel ratiocinio, vel re, a suo toto dividat? Si æther empyrei est vnita, & continua pars, eiusdem etiam est naturæ. Quid ergo Chaldæi, vnum empyreum docuerunt esse mundum, tres æthereos, & tres hyleos? Empyreum primo per æthereos, deinde per hyleos vsq; ad centrum penetrare. Deinde æthereos per hylæos vsque itidem ad cētrum permeare. Penetrationem hanc consideremus: eo modo, quo in Peripato est disputatum, corporum non dari penetrationem. Quam veram esse nos quoque dicimus, in materiatis, atque antitypis corporibus. In carentibus autem materia ista crassa, empyreo, æthereis, quasi incorporeis, nihil vetare eam posse etiam per hyleos qui materiati sunt pertransire. Cur enim non materiale, per materiata non transeat, quando & materialia quædam, qualitates, & formæ, transeant per tota corpora, vti colores, sapores, & similia? Sed cum Chaldæis agamus, qui de immateriata egerunt penetratione.

Si empyreus vsque ad terræ centrum penetrat, rationes, & causæ sunt inveniendæ, quibus id queat facere. Nam vel essentia, vel viribus, vel actionibus penetrat. Si actionibus dicamus solis, cur non addemus etiam viribus? Cum actio nulla, non nisi a viribus fiat. & nullibi actio sit, aut esse possit, vbi non sint vires. At neque vires ab essentia sua seiunguntur vnquam, aut aliò ab ea amandantur. Ita vt ipsæ procul sint ab essentia, aut essentia procul a viribus. Igitur vbicunque empyrei actio est, ibi etiam eius vires sunt, & vbi vires, ibi etiā essentia. Nesce igitur est, si empyreus vsque ad centrum penetrat vniuersi, his omnibus eum penetrare, essentia, viribus, actionibus. His ergo tribus, in ætheribus est tribus, est in tribus hyleis. At quæ nam est empyrei essentia, quæ vires, quæ actiones? Nomine suo, hęc omnia prodit. Empyreus enim dicitur, quia sit ignis, vel igneus, vel ignitus, vel igne constans. Idq; rectissima ratione. E quatuor enim, e quibus est constitutus elementis; duobus ignis est, lumine, & calore. Omnis enim ignis hæc duo est lux, & calor. E luce lumen emicat. Empyreo non lucem, sed lumen damus, rationibus iam expositis. Reliqua duo, spacium est, & fluor. Hæc quatuor, quæ empyream constant essentiam; vires quoque ei indunt, & actiones, tum in eo, tum ex eo edunt. Et penetrationis vim habēt ingentem. Nihil enim igne penetrantius. Nam & essentia, & viribus, & actionibus cuncta penetrat. Idque ab elementis suis tulit. Spacium namq; omnia penetrat

netrat, Idque ab elementis suis tulit. Spacium namque omnia penetrat corpora. Nullum enim corpus est, quod & extra, spacio non cõstet, & intra nõ penetretur. Lumine vero quid nam penetrantius? Quod diaphana corpora omnia, quibus vniuersum maxima ex parte constat, omnia transuerberat, & si in opaca incidat, ea comite suo penetrat, & se se cum eo, occulte insinuat, seque illa intingit, & coloribus, hoc est se ipso, opacitate eorum paululum alterato, ea inficit. Calor autem nullo excepto, aut diaphano, aut opaco, omnia ingreditur, & tota permeat. Sed & fluor eadem penetrat omnia, vel potius ea omnia coostituit. Pusilla namque parte, sola terra excepta, ac forte luna, vniuersum totum, fluor est manifestus; & hæc ipsa duo, vti postea ostendetur, e fluore sunt cõflata. Itaq; si empyrei essentiam cooftituentia elementa, penetrationem per omnia habent, ipse quoque ratione recta videtur, habere eandem. & si per omnia, etiam per terram, vsque ad centrum penetrabit. Spacio namque terra tota constat; constat & lumine, colorata tota. Tota etiam calore, vt ostendetur est intersusa: & fluore etiam sensibili, aere, & aqua, & liquoribus vbique est persusa, & intersusa innumeris. Si ita se res habeat, vti partim iam est demonstratum, & partim ad sua loca demonstrabitur; nemini ratione recta philosophanti, iam dubium fuetit, empyreum, per ęthereos tres mundos, perque tres hylæos vsque ad centrum penetrare.

Sed illæ nos ab huius libri initio propositæ renocaot quæstiones, an æther, ignis sphæræ, aut aeri sit continuus, & vous, & esseotiæ sint eiusdem. Ad eas recto calle accedere posse videmur, si essentiam ætheris prius expediamus. Ao eadem cum empyreo sit, an alia? Sanè ostensum est antea empyreum io fluore, & e fluore, calore, & lumine, blandore ineffabili ardere, & flammarum corporearum primam, veluti incorpoream ipsum esse. & præ tennitate eius summa, inuisilem. Si ęther, io se vbi nul la sit stella, præ teouitate flammam visilem nõ edit, forte idem cum empyreo fuerit. Ostensum enim iam est ætherem quamuis Chaldæi ipsum in tres diuidereot, non esse in tres diuisum. Neque vllis superficiebus, aut propriis, aut alienis, aut ab empyreo, aut a se ipso in se distioctum. Sicuti ergo æther totus, vnũ atque idem corpus est, quia superficiebus nõ disterminatur: sic quoque vnum atque idem, cum empyreo est. Quia cum ipso continuus est, & nulla ab eo diuiditur superficie. Atque inde est, vt eiusdem sit essentiæ, earundem vitium, earundem cum empyreo actionum. Flammaque & ipse sit blandissima, & tenuissima, & iouisili, & transpicua. Ideoque a Chaldæis iisdem, dictum est. Omne quod supra lunam est, purum esse lumen, quod sit ætheris, ac cœli substaotia, ætheris ioqueam illius, qui ioter stellas interponitur. Nam astrorum essentia, & ab eo est alia, & inter se differentiam habent essentia, vti paulo post patebit. Distinxerunt autem hunc ætherem Chaldæi, in tres, non superficiebus, sed vti diximus, naturæ eius feracitate, maiorę, & minore. Quandoquidem in suprema eius regione, oumerus stellarum est penè infinitus, eædemque semper, eodem inter se distanț interuallo. Media, non nisi sex tulit, easdemque adhuc fert, in qua variis volitaot cursibus. In infima veto, nõ nisi vnam, & colore, & aliis multis, ab aliis omnibus diuersam. Sed si æther vnum idemque cum empyreo, eiusdemque essentiæ corpus sit, qua de causa iidem Chaldæi, dixerunț per tres æthereos penetrare mũndos? Si per eos penetrat, naturæ ab eis est diuersæ. Nos ita dicimus. Necesse est, & ætherem, & empyreum, vel differentis, vel eiusdem esse naturæ; vel & eiusdem, & differentis. Differentis quidem sunt, quia empyreus oullum apparet, quod nos cernamus astrum ferre, ætherem ferre inoumera. Eiusdem rursus, quia æther iisdem quibus empyreus constat elementis. oullis termiois, nullis superficiebus disterminãtur, continui sunt, vnum corpus efficiuot, illudq; simplex, tenuissimum, traospares, luminosum, innisile. Et eiusdem igitur, & differeotis sunt naturæ. Modo quæstiones ab initio positæ ad se nos vocant. Quando camera, fornix cœli vera fornix, vera camera non est, sed vti est demonstratum apparens tantum; æther vt ita dicam lunaris contiouus ne est, cum inferiore, vel hypeccaumate, vel aere? Hoc quanta possimus animi aduersiooe expeodamus. Aristotelem in adiutorium aduocemus. Is ita scripsit.

Ἐςὶ δ᾽ ἐξ ἀνάγκης συνεχὴς τῶς οὗτος τῶν ἄνωθεν φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν.

„ Est vero necessario, continnus quodam mo
„ do, iste (mundus) superis lationibus. Ita
„ vt omnis eius virtus gubernetur inde.
„ Hac igitur positiooe vtamur, & alia capi
„ te sequenti, in hisce verbis.

Τὸ μὲν γὰρ πῦρ τῷ ἄνω στοιχείῳ, τῷ δὲ πυρὶ ὁ ἀὴρ συνεχής ἐστι.

„ Ignis quidem, supero elemento, igni vero aer est continuus. Pro elemento supero, cœlum iotellexit, quod paulo ante, circulo ferri dixerat. Huic ergo, inquit, ignis est cõtinuus. igni vero aer. Ignem tamen hunc non ignem esse docet.

Αἴρτε καὶ ὁ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἔστι δὲ πῦρ. ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ, καὶ οἷον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ.

„ Aer

„ Aer & quem, ob consuetudinem vocamus
„ ignem, nō est autem ignis. Excessus enim
„ calidi,& quasi ebullitio est ignis.
Quem sequenti capite, aliter vocat.
Δεῖ δὲ νοῆσαι, οἷον ὑπέκκαυμα τοῦτο ὃ νῦν εἴπομεν πῦρ.
„ Oportet autem intelligere quasi hypeccau-
„ ma hoc quod nunc diximus ignem.
Ignis igitur hic non ignis, sed hypeccauma, vt ait, supero elemento est continuus. sicuti aer ipsi continuus est. Nomen enim συνεχὴς continuum dicit,& non contiguum, ipsomet docente, initio physici VI.
Συνεχῆ μὲν ὧν τὰ ἔσχατα ἕν. ἁπτόμενα δ' ὧν ἅμα.
„ Continua quidem, quorum extrema vnū,
„ tangentia vero, quorum simul.
Non est autem hic vsus nomine ἁπτομένων, tangentium, quia significare noluit, hypeccaumatis superficiem superam tangere tantum elementum circulolatum. sed vsus est,& priore, & secundo loco, nomine continui, vt significaret superficiem vtriusque extremam esse vnā, & tenera continua esse hæc duo corpora.
Igitur sua sententia hypeccauma cœlo est continuum. Si continuum, corpus quoq; vnum cum eo est. Si vnum, eiusdem etiam cum eo naturæ, ergo & similare, nisi dissimilare esse ostendatur. Dissimilare autem nulla apparet parte. Ergo similare cum cœlo est, sicuti est,& simplex, & tenue, & transpicuum, & inuisile. Ergo hypeccauma, quod calidum, & siccum esse ait, eiusdem est cum cœlo cumque æthere naturæ. Ergo & cœlum calidum,& siccum. Ergo non quinta essentia. Si vt hoc ridendum sui non admittant, sui dicant, vocem συνεχὴς non pro continuo esse positam, sed pro προσεχὴς, contiguus, qua vtitur aliquando; dicemus nos, vel eos, nobis fucum facere, qui aliter interpretātur, quàm magister eos doceat. Eumque accusare, quòd contra leges suas in philosophia metaphoris, & vocibus utatur impropriis, quæ confusionem, in re tanta, quā ta hæc præsens est, possit parere. Vel ipsum, nobis fucū facere Aristotelem, qui scientiam suam, vocum improprietatibus confundat. Verum quomodocumq; eis abutator, nihil in hac re efficit. Neutram enim rem demonstrat. Neque enim probat, hunc suum ignem non ignem, cœlo esse aut continuum, aut contiguum. Vtrum vis dicat, sumit tantum pro libitu. At hoc philosopho non est satis. Neque etiam ostendit, aerem igni illi non igni, vel continuum esse, vel contiguum. Quin imo hypeccauma hoc, aeris esse supremam partē autumat. Qui aer, vt ipse ait, cum calidus, & humidus sit, a superiore circolari motū etiam magis calesit, & exsiccatur. Ita sentit in his.
Τὸ μὲν γὰρ ἄνω, καὶ μέχρι σελήνης, ἕτερον εἶναι σῶμα φαμὲν πυρός τε καὶ ἀέρος. οὐ μὴν ἀλλ' ἐν αὐτῷ γε τὸ μὲν καθαρώτερον εἶναι, τὸ δ' ἧττον εἰλικρινές, καὶ διαφορὰς ἔχειν, καὶ μάλιστα ᾗ καταλήγει πρὸς τὸν ἀέρα.
„ Supera enim, & vsque ad lunam, aliud es-
„ se corpus dicimus ab igne, & aere. Sed in
„ eo, purius hoc esse, illud sincerum minus,
„ & differentias habere, & maxime vbi desi
„ nit ad aerem.
Alio quoque loco, proximo, scribit.
Ἀλλὰ δεῖ νοῆσαι, τοῦ λεγομένου, καὶ καλουμένου ὑφ' ἡμῶν ἀέρος, τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν οἷον ὑγρὸν καὶ θερμὸν εἶναι διὰ τὸ ἀτμίζειν τε, καὶ ἀναθυμίασιν ἔχειν γῆς; τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο θερμὸν ἤδη καὶ ξηρόν.
„ Sed oportet cogitare, eius qui dicitur, &
„ vocatur a nobis aer eum qui est circa ter-
„ ram, esse veluti humidum,& calidum. eò
„ quod euapotationem, & exhalationem
„ habeat terra. Qui vero est supra hunc, ca-
„ lidum iam,& siccum.
Quale dicit esse ipsum hypeccauma. Quod si superum corpus vsque ad lunam, nō sit ignis, non sit aer, sed quinta illa sua essentia, aer suo confessu, cœlum attingit. Et eò loci, ob cœli vertiginem calidior sit,& siccior. Et ideo hæc eius pars, hypeccauma, quasi ab exustione, est ab eo nominata. Vnum igitur corpus aer cū hypeccaumate est, & continuatum, quod & ipse dixit. Non enim aer esse desinit, ignis hic non ignis, etiam si calidior, & siccior est factus. Sicuti is qui circa terram, aer, etiam si humidior, & veluti, vt ait ἀτμὶς vapor sit factus, desinit ob id aer esse. Igitur Aristotelis sententia, quamquam inconstanti, totum id quod a terra vsque ad cœlum est, vnum est aeris corpus, per partes, qualitatibus tantum a se toto differens. Id & nos probamus, sed ille cœlo eum facit modo continuum, modo cum suis contiguum. nullam tamen causam, nullam rationem, aut huius, aut illius affert nullo signo, nullo comprobat argumento, aut experimento. Nos vero quid ad id dicemus? Aer hic totus idem ne cum cœlo corpus est, an ab eo corpus aliud? Sanè perardua est quæstio, & quod nos sciamus, a nemine vel tacta, vel tractata. Est tamen aliquid de ea dicendū. Et Aristotelico vtendum monitu.
Περὶ τῶν ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει, νομίζομεν ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι κατὰ τὸν λόγον ἐὰν εἰς τὸ δυνατὸν ἀναγάγωμεν.
„ Eorum quæ sensibus non sunt manifesta,
„ putemus sufficienter esse demonstratum
„ secundum rationem, si ad possibile dedu-
„ camus.
Aer igitur infimus, terræ circūfluus & aquæ, vaporosus est, & quasi aqueus. Nullo is vel superficiei suæ propriæ interstitio, uel alterius corporis interuentu, a media quę uocatur aeris

aetis regio separatur, neque media hæc regio ab infima est segregata. At neq; media hæc, ab hypeccaumate calido illo, & sicco est seiuncta. Nulla enim talis seiunctio, vel apparet, vel ratione vlla est demonstrata. Si ita sit, vnũ & cõtinuum, & eiusdem sunt naturæ corpus. Et si quid differant, qualitatibus different solummodo. Vnum autem esse totum hoc corpus, his argumẽtis ducimus. Quod nulla in eo separatio cernatur. Totum sit fluidum. Totũ enim nubibus, imbribus, niuibus, aliisq; vel decidentibus, vel peruolantibus locum cedit, iterumque in se coit. Et in supero hypeccaumate, cursibus igneum diuersorum, caprarũ, trabium, cometarum, aliorum plurium, eodẽ modo cedit. Si enim resisteret, transcursus hi non fierent. Totus ergo est liquidus. Totus simplex, totus tenuis, totus rarus, totus diaphanus, ac forte inuisilis, nisi quatenus diaphanitatem esse visilem demonstrauimus. Hisce ergo omnibus, inuisilitate, transpicuitate, raritate, tenuitate, liquiditate, simplicitate, quia omnia in cœlo apparent similia, & nulla appareat inter eos segregatio secure satis concludi videtur posse, aerem, ignem non ignem, cęlumque cõtinuatum, vnumq; esse corpus. Etenim, quæ nam alia potentior hisce septem causa, quæ vel vetare, vel contradicere queat, quin aerem, & cęlum, continuum verè, & non contiguum, quo nos lusit Aristoteles, corpus esse affirmemus. Et si continuum etiam vnum; & si vnum, quia simplex, etiam naturæ eiusdem. Nam & cœlum inuisile est, & diaphanum, & etiam liquidum, quia planetarũ cursibus dat locum. Nam si durum, etiam resistens esset. & si resistens ii cursus, ii motus per cœlum fieri nequirent. Sed hos ita fieri nõ dũ constat, inquient, non dum est demonstratum. At mox demonstrabitur, si prius ex nostris hisce rationibus concludamus. Aerem, & cœlum, continuum & vnũ, & eiusdem naturæ esse corpus. & nullo modo, esse corpora separata. Et qui poetæ, cœlumque profundum aerem dixere, vere cecinere. Et qui alii, per liquidum æthera, aut aues dicit volare, aut Dedalum, & Icarum volasse est fabulatus, a vero non discessit. Cœlum igitur, æther & aer, & ignis non ignis, idem corpus vnum sunt. Et qui argumentis a simplicitate, a tenuitate, a raritate, a liquiditate, a diaphanitate, ab inuisilitate, a nulla eorũ euidenti separatione, non mouetur, vel philosophari desinat, vel meliores afferat rationes. & donec afferat, nos hasce non dimittemus. At demonstratum iam fuerat quoq;, cœlum, & empyreum mundum, nullo interstitio seiungi, & ideo continuum, & vnum, & eiusdẽ ambos esse naturæ. Et si quid differrent, eo different, quod empyreus nostro sensui, nullum ostentet astrum: cœlum ostentet plurima. At modo per secundas argumentationes, aer, & cœlum, & æther, idem corpus nobis euasit, & æther cum empyreo idem. Aer igitur & empyreus, idem. Vnum ergo corpus totum est vniuersum, partium locis tantum, in se differens. Nimirum quòd pars quæ ad centrum proxima, aeris nomine est appellata. Empyreus ea, quæ in infinitũ, ad extera protẽditur. Inter has duas, partẽ mediam,ætherẽ, & cœlũ vocauere.

Cum igitur hæc, quæ tria putabantur, vnũ idemque esse persuasere rationes, locum non habet Chaldæorum, ętheris in tres æthereS distinctio. Neque empyrei per tres hosce penetratio per aerem, qui de tribus hylæis vnus fuerat. Si quæ vero penetratio, per reliquos duos hyleos sit, ea per aquam, perque terram dabitur. Et reuera datur. Nulla enim aquæ pars est, nulla terræ, in qua aeris pars non sit, penetrata. Aer autem & æther est, & empyreus. Ratione quoque alia penetratio hæc, & empyrei, & ætheris, & aeris in duo illa fieri est credenda. elementorum scilicet, primæuorum, spacii, luminis, caloris, & fluoris. Quæ in omnes aquæ partes, in omnes terræ partes pertranseunt. Huc nos rationes, vt videntur veræ deduxere. Quibus Platonicorum axioma adiungamus; τὰ ἄϋλα χωρεῖ διὰ τῶν ἐνύλων. Immaterialia penetrant per materialia.

ANNOTATIO R. P. M. IACOBI DE LVGO.

Theologi tenent cęlum empyreum idest igneum dici, non ob ardorem, sed a splendore, quia habet lumen, & claritatem, & est immobile, vt locus esset locatis aptissimus: consistit enim beatitudo nostra in clara Dei visione, qua summa gloriæ claritate beatorum perfundit, & in cõtẽplatione Dei cui sunt charitate affixi: At quibusdam videtur satis probabile, vt cęlũ empyreum immobile ordinatũ ad statũ gloriæ non habeat influẽtiã in inferiora corpora quę sunt sub alio ordine, vt pote ordinata ad naturalẽ rerũ decursũ, D. Tho. tamen videtur probabilius oppositũ prima par. q. 66. ar. 3. in fine corporis; Quoniã sicut supremi Angeli qui assistũt Deo imediatius habent influentiam super medios, & vltimos qui mituntur, quamuis ipsi non mitantur secundum Dionisium cap. 8. de cęlesti Hierachia. Ita cęlum empyreum habet influentiam super corpora quæ mouentur, licet ipsum non moueatur. Hac de causa possumus dicere. & bene, rationabiliterque cęlum empyreum influere in primum cęlum quod mouetur, nõ aliquid transiẽs, & adueniens per motum: sed aliquod fixum, vel stabile, vt puta virtutem continendi, & causandi, vel aliquod huiusmodi ad dignitatem pertinens.

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER DECIMVSQVINTVS.



AN SIDERA SINT IGNES.



Quod paulo ante dictum est, nondum constare astra in cœlo moueri, vti promisimus demonstrare aggrediamur. Vt autem demonstratio recta methodo procedat, astra quid sint, prius videtur esse cognoscendum. Hoc enim cognito, facilius, an ad motum apta sint nata, & ab hoc, an reuera moueantur innotescet. Itaque hoc ante perquiramus. Profectò, inter Græcos veteres, astra omnia, ignes esse & flammas, non pauci sunt arbitrati, Thales, Anaximenes, Heraclitus, Xenophanes, Parmenids, Empedocles, Anaxagoras, Diogenes, Archelaus, Plato, Aristoteles, Cleanthes. Ducti nimirum, vt id crederent, ipso visu, ipsoque tactu. Illo quod viderent sidera non aliter lucere, ac lucet noster ignis. Hoc quia solis calor, tactu sentiretur haud secus, quàm calor nostratis ignis. Fatebuntur ni fallor Aristotelici, omnes quos nominauimus, ita sensisse. Sed Principem suum, qui id videtur impugnasse, inter eos connumerari, non permittent. Si nos non audiunt, aut obaudiunt, audiant Plutarchum.

Ἀριστοτέλης τοσοῦτον εἶναι τὸ κενὸν, ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ὥστε ἀναπνεῖν τὸν οὐρανόν. εἶναι γὰρ αὐτὸν πύρινον.

„ Tantum esse vacuum extra mundum, vt
„ cœlum respiret. Id namque esse igneum.

Sententiam postea mutauit, quod & in Exoterica sua Philosophia fecit, contraria nimirum suæ Mysticæ. Idque solum vt Platoni contradiceret. Est autem ea res, à nobis ostensa alibi. In quintam inquam, essentiam quandam, cœli substantiam mutauit. Quæ a se nullo sensu, sed contra sensum, nulla ratione, est conficta. Sed de cœlo est nobis iam tractatio peracta. De sideribus agamus. Dogmatis huius, astra esse ignes, dictum iam est, primum authorem fuisse Zoroastrum. Cecinit enim.

Ἔπηξε δὲ πολλὸν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν.
Τὸ πῦρ πρὸς τὸ πῦρ ἀναγκάσας.

„ Compegit multum cœtum astrorum iner-
„ rantium,
„ Ignem ad ignem cogens. Et de Sole.

Ἓξ ἀνακρεμάσας ζώνας, ἕβδομον ἠελίου
Μεσεμβολήσας πῦρ.

„ Sex suspendens Zonas, septimum Solis
„ In medium iaciens ignem.

Et rursus de eodem.

Πῦρ πυρὸς ἐξοχέτευμα, καὶ πυρὸς ταμίας.

„ Ignis, de igne deriuatio, & ignis pœnu.

Parmenides autem de Sole eodem ita cecinit.

Εἴσῃ δ' αἰθερίαν τε φύσιν, τά τ' ἐν αἰθέρι πάντα
Σήματα, καὶ καθαρᾶς εὐάγεος ἠελίοιο
Λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα.

„ Scies æthetream naturam, & quæ in æthe-
„ re cuncta
„ Corpora, & puræ fulgentis Solis,
„ Lampadis, opera egregia.

Hoc secutus est Philo, qui Solem esse dixit, φλογὸς πίλημα πολλῆς. Flammæ compaginem multæ. Cum his, & superioribus illis (a quibus vt Aristoteles dissentiret, visum & tactum abnegauit) sensu, ratione que dictante, etiam nos sentimus. Præsertim quòd & Damascenus, & Augustinus, & alij nostri Theologi consenserunt, cœlum esse ignem, Ex quo astra, aliaque cœlestia lumina esse facta tradiderunt.

derunt. Sed quoniam nos, non virorum authoritatibus, sed sensuum, mentisque demonstrationibus philosophamur, ratio est nobis eaq; valida reddenda, cur ita sentiamus. Eam itaque in hunc modum contemplemur. Astra, vel igne sunt, vel non sunt ignes. Si non sunt ignes, quid ergo sunt? Non enim terra sunt, non aqua, non aer, non nubes. Quid igitur. Duplex ni fallor in Peripato responsio. Altera, e quinta sunt essentia. Altera, sunt densiores cœli partes. Priorem prius. Quinta illa essentia, vel simplex corpus est, vel est compositum. Si compositum dixerint, Principi suo contradicunt. Qui sæpius, totum cœlum, elementum vocat. Omne autem elementum Aristoteli est simplex. Deinde si compositum est, ex quibus nam est compositum? Non ex elementis quatuor. Ab his enim, magister eorũ, ipsum prorsus facit alienum. Et præterea, nullum aliud corpus, præter hanc essentiam, & quatuor elementa Peripatus non nouit. Et cœlum ex elementis his, nequaquam est conflatum. Aliud corpus ex quo conflari queat, non reperitur. Cœlum ergo non est compositum, simplex ergo est. Si simplex, etiam vniforme; si vniforme, etiam similare. Si similare, cur ergo docuit, vti præcedente libro vidimus, hæc verba.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐν αὐτῷ γε, τὸ μὲν καθαρώτερον ἐστι, τὸ δ' ἧττον εἰλικρινές, καὶ διαφορὰς ἔχειν καὶ μάλιστα ᾗ καταλήγει πρὸς τὸν ἀέρα.

„ Sed enim in ipso quidem, hoc purius esse,
„ Hoc vero minus sincerum, & differentias
„ habere. & maxime vbi desinit versus aerẽ.

Nam si similare, & vniforme est, nullas habet differentias. Si has habet, non est vniforme, neque similare. Igitur neque simplex. Ergo compositum. At vnde ei hæc compositio? si non ab elementis? si non a se ipso? si non ab aliis corporibus? Necesse enim est, vt hæc compositio ei adsit, vel a se ipso, vel ab alio. Ab alio nequaquam, quia non ab elementis, non a corpore alio. A se ipso minime. Nihil enim sui ipsius causa est, docente Aristotele, dictante ratione. Esset enim antequam esset. Et partes haberet, antequam esset totum, ex quibus componeretur. Si hæc sunt impossibilia, falsa illa est doctrina, cœlum vel esse simplex; vel habere differentias. Altera enim, cum altera pugnat. Sed & cur dicitur, has habere differentias, maxime in ea parte, qua desinit ad aerẽ? Nihil enim in lunæ regione, aut Mercurij, vel purius reliquis, vel minus purũ cernitur. Neque ratio id vlla suadet, nisi forte hæc afferatur vna, impuriores partes, vti grauiores, deorsum vel tendere, vel tetendisse; Hæc autem contra dogmata sua est. Quoniam cœlo, omnes detraxit elementorum qualitates, inter quas, & grauitatem, & leuitatem. Verum & aliter sensui repugnat. Nam præter quam quod, nulla puritas, nulla impuritas, ea qua dixit parte apparet, in opposita, in supera nimirum, apparet maxima. Tantus nempe siderum cœtus, tanta distinctus varietate. tanta lucum differentia, vt in rerum vniuersitate, alio loco nullo, tanta appareat diuersitas. Sed aient, hic iam sermo, de stellis est, & non de cœlo. Esto. Mittamus igitur cœlum. Astra erant in quæstione. Quid nam essent. Respondebat Peripatus. E quinta sunt essentia. Quæ cœlum ipsum totum est. Cuius astra densiores erant partes. Densitas ergo est in cœlo, est quoque raritas. Hæc in ipsius toto corpore, illa in astris. At hæc raritas, & hæc densitas, elementorum quoque sunt qualitates. Cur igitur has cœlo concedit, alias omnes aufert? Hoc est ad libitum philosophari. Esto in cœlo raritas, in astris esto densitas. Vnde nam hæ sunt? Vnde tanta lucum sidereaum, fulgentia, remissio, obscuratio? vnde in eis nebulæ, nigroresque. Si quis e sua philosophia nesciat, aut nequeat eius rei causam afferre, desinat velle in philosophia, inter philosophos esse princeps. Qui horum causas, rationum demonstrationibus, sensuum testimoniis, & vestigare, & reddere nouerit, cur nõ in aliquo philosophorũ erit numero? Igitur causas hasce perquiramus, Aristotelico monitu.

Λαμβάνοντες τὸ ὅμοιον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γιγνομένων.

„ Sumẽtes simile, ex iis quæ apud nos fiunt.

Igitur in hunc modum contemplemur prius. Si astra, e quinta essentia sunt, hæc vero nihil cum elementis habet commune, cur astra, vt ignes nostri lucent? Cur, colores varios vt ignes nostrates, ostentat? Cur vt ignes nostri, stellarem figuram de se formant. Cur, vt ignes nostri, rotunda apparent quædam? Cur, vt ignes nostri micant. Cur, vt ignes nostri lumen, de se propagant? Cur vt ignes nostri, cum lumine calorem proferunt? Profecto, hæc septem sunt experimenta eorum quæ apud nos in igne, & ab igne videmus fieri. Sentimus etiam, hæc omnia in astris esse. Sumamus igitur suo monitu, simile in illis, ex his quæ apud nos fiunt. Septem hæc similia, in astris, & in nostris ignibus conspicimus. Cur ergo, vel ignes non sint astra, vel astra non sint ignes? His septem alia addantur quinque. mobilitas summa, quæ in vtrisque conspicitur. tenuitas, acuties, penetratio, raritas. Quid enim pernicius astris? quid velocius igne? Quid tenuius, quid acutius, quid penetrantius, quid rarius, nostra flamma? Quid item mobilius, vel tenuius,

vel acutius, vel penetrantius, vel rarius radiis; Qui astrorum, vel proles sunt proxima, & simillima, vel etiam astra sunt in longum protensa. Hisce omnibus similibus, ita nos inferimus. vel astra sunt ignes, vel ignes sunt astra, vel vtrumque, vel neutrum, vel & neutrum, & vtrumque. Vtrumque sanè, similibus illis omnibus. Neutrum vero, quia cœlestis ille, purus est ignis, & sincerus, & immaterialis, & immortalis, & diuini, & intelligibillis ignis, proximior imago. Nostri vero, materiales sunt ignes, & impuri, & corruptibiles. Et quod sunt illius sunt participatione. Cum igitur tria sunt, ignium genera, summus, ac primus est diuinus, & idealis. Eius simulacrum est ignis cœlestis; Noster vero huius participatio; rectè hos nostros cum cœlestibus, & idem esse, & non idem, & neutrum, & vtrumque affirmare verè licebit. Astra igitur ignes sunt, verè, sed inter diuinum, & nostrum, medii. Nam & lucent sicut nostri. Color quoque illorum similis est nostro in varia materia accenso. Figura quoque eadem apparent. Nam si hic flammam eminus cernamus, tametsi rectà sursum tendat, radiata tamen sicuti stella cernitur. & vtrorumque hi radij rotunditatem in summo ostentat quandam. Et hic noster radiatus ita micat, sicuti & illa. Procul ergo omni dubio, astra, ignes sunt. At quales ignes? Tria enim, & Plato, & Aristoteles, & Theophrastus ignium apud nos genera esse docuerunt. Anthraca accensum, flammam, ac tertium φῶς. Quæ vox, & lucem, & lumen dicit. Quos supra nominauimus Græcorum philosophi veteres, qui astra ignes esse dixerunt, hac in te non vna fuere sententia. Thales namque γεώδη μὲν, ἔμπυρα δὲ, τὰ ἄστρα. Terrea quidem, sed ignita esse dixit. Simile quid & diuersum, Anaxagoras pronunciauit, cœli scilicet vertigine, raptos de terra lapides, & accensos, esse facta astra. Diogenes pumices inflammatos esse astra credidit. Archelaus laminas ferreas cadentes, ea esse asseruit. Xenophanes vero altius nescio quid cogitauit, esse ea nubes inflammatas, quæ interdiu extinguātu, noctu reaccendantur. Anaximander vero compages aeris globosas atque accensas. Parmenides, & Heraclitus, compages ignis, sed qualis ignis anthracis ne, an flammę in quæstione reliquere. Quod & Plato fecit. Et ante omnes ipse Zoroaster. Nos igitur id, si queamus, petuestigemus: Si solidum, ac densum aliquod ibi corpus sit, quod accendi, aut igniri possit, forte, antraces accensi astra fuerint: Si tale sit, vel terreum erit, vel mistum ex elementis aliquot corpus erit. At hæc omnia, sui natura quiescunt, & loco suo non moueotur, nisi præter naturā sunt disposita, & deorsum semper tendunt. supera oumquam petunt. Et si quando petunt; Quod & Anaxagoras, vertigine attractos lapides esse censuit. At vertigo hæc cœli, cur est hodie, & ante hunc diem, per tot sæcula, similes lapides, & pumices, & laminas ferreas non rapuit, nec rapit? Non est ergo horum quicquam, quod in cœlo potuit, aut possit sidus fieri. At potest ne aliquid densum in cœlo, aut ab initio fuisse, aut etiam nunc esse? Videtur potuisse & posse. Luna enim ibi est, terreum quid sapit. Sunt ibi veterum obseruatione, stellæ nebulosæ quinque, obscuræ nouem, quæ eandem cum luna videntur habere naturam. Sunt Neotericorum obseruata, versus antarcticum, & maculæ quædam in cœlo nigræ, & nubeculæ ad nigredinem vergentes. Sed quia & hæ ad lunæ naturam accedere videntur, cum de ea nobis sermo erit institutus, eas quoque contemplabimur. Lucentia astra speculemur. Necesse est ea, post quam ignes sunt, genus aliquod ignis esse, vel antraca, vel flammam, vel φῶς, lucem. Anthaces si sunt, densum quidam sunt, & solidum. Si id sint, duo contraria in cœlo erunt rarum, & molle ipsum cœlum, densa, & dura ipsa sidera. Hæc densitas, hæc durities, vnde eis venit, vnde in ætherem sunt ingressæ? A Conditore nimirum Deo, qui ea talia voluit esse. Sed e qua materia ea efformauit? E fluore nimirum, ex quo cœtera cuncta efformauit corpora. Nihil enim, aut mirum, aut impossibile est, in eodem corpore, & durum esse & molle, rarum, atque densum. Id in nobis ipsis cernimus, & in aliis innumerabilibus. Quid ergo cœlum compositum corpus est? Iam quæstio hæc, sepius reoouata, etiam est soluta. Cœlum sideribus interpositum, simplex corpus est. Si cum sideribus computetur, corpus est compositum. At, sidera ipsa, simplicia ne sunt, an composita? Composita triplici videntur ratione. Ex quatuor illis nostris, cunctorum corporum elementis, spacio, lumine, calore, fluore. Quibus cœlum etiam constat. Si solida sunt, composita videntur, potius quàm simplicia. Tertia ratione, fulgorum in eis varietas, non vniusmodi ea, materia constare, arguere videtur. Sed hoc non arguit singula ex pluribus constare materiebus, sed omnia simul, ex pluribus. Vel neq; hoc ipsum, ex pluribus constare ea materiebus tam arguit, quàm ex vna varie temperata. Singulaque sua tempęrie propriam

propriam quoque acquisiuisse lucem. At vtrum horum, probabilius fuerit, certi nihil pronunciari potest, nisi prius quæstio absoluatur, an dura, densa, ac solida sint astra, & anthraces, an econtra, mollis sint flamma. An etiam mollior fiat lux. In hanc disquisitionem toto incumbamus pectore. Idque monitu Aristotelico, similia in astris venantes ijs, quæ apud nos fieri conspicimus. Igitur si dicamus, Astra esse anthracas, inepta ea faciemus ad motum, imò immobilia ea statuemus. Anthraces enim apud nos in foco, prorsus stant immobiles. At astra, motus & quidem citatissimi, speciem nobis quotidie præbent, dum ab ortu in occasum supero hæmisphærio, & ab occasu in ortum infero, incredibili spacio transcurso, redeunt. XXIIII. horis tantum in eo immorata. Quod Astronomorum, aut philosophorum, aut etiam è vulgo hominum nullus aut negat, aut non contendit. Tertium apud nos ignium, secundus, flamma ipsa in motum semper fertur, etiam minima, velocius ascendit maior. velocissime maxima. vti quæ maiores in se habeat vires. & eas in actionem efferat citissime. Ex similibus his apud nos effectis, argumentari licet, sidera esse flammas, & non anthracas. Sed & simili alio, atque alio, id ipsum confirmari potest. Flamma namque hæc nostras, etiamsi dum prope sumus, sursum tendere videamus: a longe tamen si cernatur, & radiationem illam stellis propriam, & rotunditatem repræsentat. Quam rem cum Astronomi non considerassent, a Luna quæ rotunda visitur figura, sunt argumentati, stellas omnes esse rotundas. Rotundas quidem esse posse, non negamus. Nam & cometæ ipso corpore rotundi visuntur. Et nos anno 1577. Mutinæ, non admodum a terra procul in sublimi, ardentem globum noctu spectauimus, hac & illac modo citò, modo tardè, per aera discurrentem, ascendentem, descendentem, & transuersim aliquando sese ferentem. Qui quidem in duos globos primum est diuisus. minor quasi a maiore, partus. Ac minor semel est extinctus, & non din post reaccensus, cursu deinde in septentrionem citato, ambo euanuerunt. Neque tamen vnquam duarum horarum, quibus ascernot spacio, vel comam, vel caudam, vel barbam promiserunt, aut in longum sunt extensi. Nihil ergo obstat, sidera quoque tametsi flammæ sint, etiam rotundas esse. Sed Aristotelica ratio.

Διὸ καὶ εὔλογον ἂν δόξειεν ὅτι ὅλος οὐρανὸς σφαιροειδὴς ἐστὶ, καὶ ἕκαστον τῶν ἄστρων.

„ Et ideo recta ratione, videatur, & totum
„ cœlum esse sphæricum, & singula astra.

Nullius est momenti. Nam & nodi in arboris ligno, aliquando sunt rotundi, aliquando ouales, alterius aliquando figuræ. Et claui in rotis, quæ rotundæ sunt, & rotundi, & quadrangulares, & aliarum figurarum sunt multoties. Sed ad nostras sidereas reuertamur flammas. Astra flammæ si sunt, & si non rotundæ sint, etiamsi sursum tendant, nihil obstat, quin exemplo nostrarum, procul aliquanto spectatæ, & rotundæ appareant, & radiatæ. Nam & sol, & rotundus visitur, & radiis circundatus. Nostræ quidem flammæ sursum tendunt, non quia leues sint, quod Peripatus decantat: Sed quoniam a suo contrario fugiunt, terra scilicet, quæ eis etiam sese opponit. Et quia ad propria principia, sicuti res aliæ omnes, redire nituntur, & originem suam repetunt, & simile sibi appetunt. Principium autem nostrarum flammarum, ab astris & a sole fuit, sicuti Ægyptios Volcanus, ignis inuentor primus, Diodoro narrante, est coniectatus. Et specula, & crystalla alia, flammas excitantia, etiamnū experimentis innumeris attestantur. Sursum ergo flammæ nostræ tendunt, ad solem, ad astra, ad empyreum, vnde originem duxerūt. Nihil ergo mirum fuerit, si & astra, quia flammæ sint, ad primam eorum originem, ad empyreum nimirum sese erigant, tametsi nobis, ob distantiam, & sphæricam ostentent faciem, & radiatam. Sed vnde nam sidereę flammæ sunt accensæ? Et in quo ardent? Causæ huius rei sunt iam exponendæ, & ex principiis primis a nobis positis sunt eruendæ. & similitudine nostrarum flammarum deducendæ. Dicimus igitur flammam nostram, confessione omnium fumum esse ardentem. Fumus autem, non aliud quam vapor est, e materia igni subdita, elicitus. Vapor autem aliud nihil est, quàm humor in ea materia imbibitus. Humor autem, aliud itidem nihil est, quàm fluor. Fluor autem, quid aliud, quam è quatuor corporum nobis positis principiis, vnum? Fluor, hic eam a Conditore proprietatem est sortitus, vt & rarefieri, & densari posset. Rarefieri quidem, non magis, quam ab initio, a lumine, & a calore, & a Conditore est constitutus. Sed ab eo statu, in densitatem, agi magis, atque magis posset, Et a variis densitatibus, in raritatem vsque primam suam, posset redire. Quam proprietatem suam, ita per corpora omnia effudit, & in singula diffudit, vt nulla esse possent corpora, quæ ea non essent participia. & non rarefactione, & densatione, fierent, & consisterent, & gignerentur, & corrūperentur, & conseruarentur, & etiam perficerentur. Quæ res experimentorum inductionibus, nostrisque demonstrationibus suis quæque locis palam fiet. Hoc igitur posito, ex eo deducimus, sidera vel flammas esse, vel esse luces coagulatas, atque insimul compactas.

Demon-

Demonstremus prius, ea posse esse flammas. Eodem quo prius monitu, e nostris rebus simile sumendo. Atque hoc a principio dicimus, flammam esse ardorem. Ardor autem omnis in fluore est. Et res alia nulla ardet, quam fluor. Nam & fumus ipse, fluor est, & vapor fluor est, & humor fluor est, & sulphura, & bitumina, & olea, & vina, & pinguedines, & pices, & quæcumque alia ardent, fluores sunt. Et si ligna ardent, si stipulæ, si stuppæ ardent, fluor, atq; humor, & pinguedo quæ in eis est ardet. Si lapides ardent, si câpi, si colles, si môtes ardore etiam perpetuo, Aetna, Tenarisse, Hecla cum sociis, tot alij in nouo orbe Vulcani, vti suis locis ostendetur, ardent a fluore. Itaque sidera, fluoris illius primæui infiniti, finitæ partes, lumine, & calore itidem primæuis, accensa esse & ardere, nihil fuerit, aut absurdum, aut impossibile.

At quomodo, & cur ipsa ardent, reliquus vero, non ardet æther? Quia nimirum, lumen & calor, toto cœlo summa tenuitate, nimium diffusa, nimiumque amplificata, & quasi de sua vi effusa, & diluta languent, ita vt ipsum accendere nequeant. Rarior namque remansit, quàm vt accendi atque ardere posset. Astra uero, quæ ardent, ætheris partes sunt densiores a Conditore factæ, & ita compactæ, vt ardorem concipere, & flammam edere, & densitate etiam retinere possent. Densiores autem quomodo, & cur sunt factæ? Quoniam oportuit, raritate, luminis, caloris, atque fluoris, in natura posita, poni etiam in eisdem, contrarium alterum densitatem. Dēsitatem inquam, luminis, caloris, & fluoris. Nihil enim aliud flamma videri possit, quàm lumen densius. & lumen non aliud quàm flamma rarior. Calor quoque non aliud, quàm ignis rarefactus atque diffusus, & ignis non aliud, quam calor densatus. Quibus ergo partibus, primæuus ille fluor, a Conditore densior est factus, ex calore, & lumine concepto, flammæ videntur esse factæ, & astra. Nam fluor, si rarissimus sit, nullam videtur flammam posse concipere. Si vero densius quid fiat, eam concipit & ardet. Cuius rei multa sunt sensata testimonia. Aer equidem si solus sit aer, nullam concipit flammam, quia rarissimus est. Densius quid, vt vapor, vt fumus eam concipit. Dum quidem fumus ardet, & flamma est, ea quæ proxima succo vel fluori est, densior est, rarescit deinde, ardore eam rarescente, ardet tamen vsque ad summum apicem, a quo deinceps nimium rarefactus fumus, amplius non ardet. A qua illa, quam e putri vino, per destillationem elicitam, Aquam vitæ vocant, medium quid inter aquam & aerem est. Dum enim aquæ speciem fert, aperto vasis orificio illico in aerem vertitur. In eam si quis linteolum immergat, ignique propinquet, statim flamma corripitur, quæ lambendo humorem depascit vniuersum, sine vlla telæ combustione. Talia multa circulatores circumferunt miracula, multo vulgi stupore, vt multa flammis ardere faciāt, vrere neqnaquam. Fluor ergo flammam concipit, & ardet aliud nihil, quàm fluor. Si è tali fluore sint astra a Conditore constituta, ea ardere & flammas esse nihil fuerit mirum. Atque ita verum Philo dixerit de sole, φλογὸς πίλημα πολλῆς flammæ compagem multæ eum esse.

Sed si tertium ignem φῶς, lucem dicamus esse astra, simul scilicet compactam, quibus apud nos similibus id comprobabimus? Si alicubi lux sola congregetur, & sui vel flammæ etiam, faciem ostenret. Experimentis multis notum id, qui noctu nauigant. Nam vbi remi in salum immerguntur, innumeræ ibi apparent stellulæ. Plures sub puppi, vbi temo aquam findit, omnes calore nullo, nedum ardore. Mira res in Cypro nobis accidit. dum in agro Callopsidæ versaremur sub vesperam. Tum nubes nigerrima ab horizonte Austrino, ad medium fere cœlum est protensa, tempestatem minabatur magnam. Tunc versis equis domum reuertebamur. Illa in medio itinere in imbrem magnum est soluta, sine vento, crebris micationibus. Is imber, nos obruit. Videbam ego quidem in summis equi auriculis & crinibus, guttulas eius multas, quę frequentibus nobis fulgurationibus, lumine plenas. E pileo nostro pendentes alias non paucas. Et e pallio quo eram inuolutus, aliæ tales sine numero. Iurarunt postea, socius & famulus, se certo credidisse, dum id viderent, me totum combustum iri. Tales luces veteres, nautæ & poetæ, fratres Helenæ, lucida sidera, nominarunt. Nostrates, Sancti Hermi appellant lucem. Contigit etiam eadem in insula, ob nimios die calores, noctu iter facere. Stellam lucidissimam, earum quas cadentes vocitant, ante pedes cadere conspeximus, inter herbas sole iam arefactas. De equo statim descendimus, eoque vbi ceciderat accurrimus. Ambusti, aut adusti illius fœni, nihil vidimus Tam rara ea fuerat flamma, vt luceret tantum, non etiam vreret. Ad fauces Arsiæ fluuij, qui finis est Italiæ & Liburniæ, supra piscatores, quosdam flamma ingens in sublimi apparuit. Quæ paulatim descendens, & eos, & nauiculam cooperuit. Paulisper morata euanuit, nihil eis vel pannorum, vel capillorum, nedum, lignorum adussit. Postridie illac iter facienti mihi, rem narrarunt, multisque confirmarunt iuramentis. Interrogaui, an quid sensissent caloris, exiguum valde, responderunt. Experimenta

menta duo priora, lucem probant aquæ indi, in eaque veluti coagulari. Duo hæc posteriora, probant eandem reuissimo vapori. At omnes, lucem in alio corpore, veluti accidens esse, collocant. Idque non mirum, quia & anthraces apud nos & flammæ, in alio sunt corpore, ligno, & fumo, quia materiales sunt, & mortales. At cœlestes ignes, & immortales sunt, & immateriales. Et hæc sunt ab illis participatæ. Et neluti, ab identitate, in alteritatem deciduæ. Et nos in Panaugia iam probauimus, lucem esse sui natura, substantiam, & per se stare. Id & nunc repetimus. præsertim cœlestem lucem id a Conditore ab initio obtinuisse. Atque hinc sequi, vt sidera lux coagulata, & quasi compacta esse queant, & loco Philonici illius dicti, de sole eum esse, φλογὸς πίλημα πολλῆς Flammæ compago multæ, dici queat, φωτὸς πίλημα πολλοῦ. Lucis compago multæ, de astris omnibus. Sed si recte experimenta illa allata, considerentur, simul cum aliis similibus innumeris, & flamma lux est densior. vti iam dictum. & lux flamma est rarior, & pro raritatis, & densitatis ratione acportione, vel calent magis, vel calent minus: vel calent insensibiliter, vel calent feruide. Nam & radij, qui cõfessione omniũ sunt lux, & calent, & calent magis, & calent minus. Et lux quæ in guttulis circa remos, & fratres Helenæ nautis appatet, & nos circundederunt, quamuis pusillum nihil obstante aqua de se proferunt reporem. Fluor.n.omnis ille primæuus, per omnia sparsus sicuti lumen, ita & calorem sibi imbibit, & sine eo esse nequit.

Sed vnde tanta est & siderum, & sidetearum lucium varietas? Et magnitudinum differentia? & positionum atque interuallorum diuersitas? Causa quidem harum rerum effectrix, sicuti & aliarum omnium. est Conditoris, & bonitas, & sapientia, & potentia, qui cuncta cuncta, ab initio, numero, pondere, & mensura effecit, & disposuit optimis. Neque enim meliora, aut melius, vel effici, vel disponi, & in ordines suos digeri potuere. Formam vero cuique stellæ ita propriam indidit, vt nulli aliæ communis esse posset. Quarum forma cum lux & flamma sit, eam propriæ indidit materiæ, partibus scilicet tot, quot ipsæ sunt, fluoris illius primæui, quem materiam corporum esse diximus omnium, densari & rarefacti tanta proportionum varietate, quantum in sideteis lucibus spectamus. Similia nãque apud nos quoque fieri conspicimus. Et quidem quotidie, & in vna eademque flamma ac luce. Lecythus enim nostræ lucernæ ad quam hæc scribimus, dum ardet, ad imum vnde flamma oritur, obscurior est, quia olei materiam proxime sorbet, & ea intingitur. Altius eue cta flauior atque lucidior est. In summum dum assurgit, & inde in fumum abit, quia densatur ibi fumus veluti ad subsidium sibi accurrens stiparur, in rubedinẽ magis tendit. Sæpe ad focum hyeme sedentes, ex variis lignis aridioribus, minusue aridis, aut humectis magis, vidimus flammas, cyaneas virides, flauentes, rubentesque, alias pallidas, alias obscuriores. Id sibi quisque obseruare potest, ne rem fatigem, nimium manifestam. Id aut euenit, quia in his omnibus, non vnus est fluor, sed multorum varie temperatorum est commistio. & vnusquisque pro sua temperie, munus suum exsequitur. Simile sed purius est in sideribus. Quorum nullum varia flamma lucet, sed singula atque omnia propria lucent flamma, varie a Conditore, non quidem temperata, & cum aliis fluoribus permista, sed varie vel densata, vel rarefacta, tanta equidem rarefactionis, & condensationis diuersitate, ac pulchritudine, vt nulla in re alia, & sapientia, & potentia eius sint magis admirandæ. Idq; summa sua bonitate effecit, quia rerum vniuersitati id expedire, & perfectionem addere cognouit. Ad Antarcticum vero polum lucentissimas omnium posuit. Quid vero in mentem venetit nostræ ætatis Astrologo insigni, Clauio, vt diceret, in Polo Antarctico nullas esse stellas? Nisi forte intelligat, in ipso Poli puncto. Namque Americus Vespucius qui quatuor nauigationes eò peregit scribit.

,, Cœlum decentissime exornatur sideribus
,, quibusdam, quæ sunt nobis incomperta.
,, Quorum ego consignantissime memini,
,, percensui ferè XX. tante claritudininis,
,, vt apud nos Venus & Iuppiter.

Deinde addit.

,, Propterea pro comperto habui, maioris
,, esse magnitudinis quàm autument mortales.
,, Et in primis Canopos tres conspicatus sum. duos claros admodum,
,, tertium obscurum, & dissimilem aliis.

Et mox.

,, Quæ vero ipsum (polum) ambiunt tria
,, sunt, quæ figuram præ se ferunt trianguli
,, orthogoni. Quorum id quod medio loco
,, visitur, nouem gradus & medium circumferentiæ
,, habet. Et vbi hæc exoriuntur, a læua conspicitur Canopus albicans,
,, eximiæ magnitudinis, quod vbi in medium
,, cœli deuenerit infrascriptam præsentat figuram.

,, * His succedunt tria alia præclara
,, * sidera quorum medium, habet
,, * diametrum circumferentiæ duodecim
,, graduum cum dimidio. Et in medio eorum alter Canopus cernitur albus.

Hunc

Hunc sequuntur sex alia conspicua sidera quę claritate cunctis octauæ sphæræ sideribus præstent. Quorum medium in superficie firmamenti diametrum circumferentiæ habet graduum XXXII. Hæc astra concomitatur Canopus ingens, sed niger. Quæ omnia cernuntur in uia lactea. Et vbi ad lineam peruenerint meridionalem, infrascriptam referunt figuram.

* * * *
*
*

Andreas vero Corsalius scribit duas nubeculas satis magnas circa polum versari, & inter eas stellam esse a polo gradibus circiter XI. distantem. Supra quas cerni ait crucem admirabilem, inter quinque stellas, quæ eam circundant, cum alijs stellis quæ cum illa reuoluuntur procul a polo grad. XXX. Quæ tantæ sit pulchritudinis vt nullum cœleste signum ei possit comparari. Alij quoque earum nauigationum nautæ, de Cruce hac, quam voce Hispanica Cruserum vocant, mentionem fecerunt. Hæc de fulgorum siderreorum differentiis. Magnitudo vero a duabus potest prouenire causis. A fluoris scilicet copia, & multitudine, ad stellam formandam confluxa. Vnde sex illæ stellarum magnitudines ab Astrologis obseruatæ, quarum maximam dicunt terra esse maiorem centies minimam vero vicibus XVIII. Minores his, instrumentis suis, non comprehenderunt. Sunt tamen innumerabiles quæ hyeme, præsertim sereno cœlo, conspiciuntur. Maxima autem omnium ea forte est quam Vespucius obseruauit graduum XXXII. circunferentiam habere. Altera magnitudinis causa est maior a nobis recessus atque minor. Sicuti enim, Venus quando est nobis proxima interdiu etiam conspicitur; quando vero longissime a nobis distat, apparet longe minor. Quod & reliquis planetis accidere Astronomi docuerunt. Idem est de iis quas fixas vocant, reputandum. Nam quæ hyeme conspiciuntur, maximo etiam apparent a nobis, sed inter se impari abesse interuallo. Ac forte aliæ sunt, quæ nostrum visum fugiunt, & ita empyreum recesserunt. Hos autem recessus & propinquitates eis Conditor assignauit, quia vniuerso cognouit expedire. Deus enim nihil frustra facit. Disposuit quoq; & positionibus eas, & internallis, certis numeris & mensuris, nobis quidem ignotis, ipsi vero notissimis, ad vniuersi nimirum beneficium, & perfectionem. Atque hæc omnia fecit, vt cœli gloriam eius enarrarent, & laudem anunciaret firmamentum. In quo siderum habitacula esse iussit.

Finis Decimiquinti libri Pancosmiæ.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS
LIBER SEXTVSDECIMVS.



DE LACTEA.

GAlaxiam Græci veteres vocauere, quod Latini lacteã viam, vel circulum lacteũ, vel cingulum appellauerunt. Eius tractatio, tractationi siderum coniũcta esse debet: quia & inter sidera visitur, & sidera in se continet, quibus est interspersa; & sidus quoddam ingens, ipsa videtur, totum cœlum quasi cingere. De ea, magna fuit inter veteres, controuersia, quid esset, & vbi esset. Nam alij, eam in cœlo, alij in aere locauerunt. Et Pythagorei quidem crediderunt, cadente è loco suo sidere aliquo, qua cucurrit, totam incendisse regionem. incendijque illius, quasi reliquias ipsam esse. Sunt qui tradiderint, currum patris solis, aurigante Phaetonte, extra solis vias omnia conflagrasse, idque signum remansisse. Metrodorus, iam olim, solem illac latum. Alij solis radiorum esse reflexionem. Parmenides, densi & rari esse mistionem quandam; quæ ei lactis dederit colorem. Anaxagoras, vt ei Aristoteles adscribit. Lucem esse siderum quorundam. vt vero Plutarchus, vmbrã esse terræ, quando sol sub terra est, & non omnes cœli partes illuminat. Democritus, vt Aristoteles, lucem esse siderum quorundam. Vt vero Plutarchus, multarum paruarumque, & vicinarum stellarum, ob densitatem esse collustrationem. Qui vero in aere eam posuere, dixere pars, circulum esse quasi nubem in aere circuntensum: Et quia sit albus, lacteum appellari. Aristoteles tandem docuit esse multæ, & continuatæ exhalationis incensionem. Sed Aristotelis, admirator omnium maximus Aueu Rois, quique eum nihil sine forti dixisse ratione contenderat plerumque, in hoc dogmate eum deseruit, & transfuga est factus. & ipse alias intulit opiniones. Dixit enim vel apparentiam tantum esse. Vel reflexionem luminum, multarum stellarum in ignem sphæricum, in quo lumina commisceantur. In debilitatem quoque visus retulit, qui paruas illas stellas nequeat comprehendere. Vel etiam partem cœli esse dixit, quæ a stellis illis paruis lumen recipiat quòd multiplicetur ob earum multitudinem, & lumen earum quasi conduplicet, & commisceat. Post hunc e Peripato alij, duplicem eius rei attulerunt causam, orbis spissitudinem, & paruarum multitudinem stellarum. Recentiores Astronomi, partim Democriti sententiam sunt secuti. Partim vero aiunt firmamenti esse partem continuatam atque latam aliis cœli partibus densiorem, minus tamen quam sidera, ita vt media quadam sit inter astra. & cœli corpus densitate. Candorem autem illum esse lumen solis, quo sicuti alia sidera, vt ipsi credunt illuminantur.

„ Diuino vero vir ingenio, amicus noster
„ Telesius putat, lacteum circulum, supre-
„ mi cœli esse portionem, quæ vel eandem
„ lunæ sortita dispositionem, lunæ ritu, so-
„ lis ad nos remittat lucem. vel paululum
„ quid magis, quàm lunam in se ipsam con
„ spissatam, per se visilis est, lucidaque.

Nos autem quid nam de tam magna, atq; ardua quæstione, audebimus profari? aut efferre? Audendum namque est aliquid, Neque a nostris principiis atque demonstrationibus iam peractis est recedendum. Itaque dicamus, hunc circulum. (si tamen circulum, aut cingu-

cingulum est, vel potius duæ sunt in æthere, nequaquaque circulari, viæ, sese extremitatibus iungentes vel empyrei, vel ætheris, vel aeris esse necessario portionem. Aeris non esse certo sunt argumento, eadem semper eius positio. Ab eisdem enim asterismis discedit numquam, Cassiopea, Cygno, Aquila, Sagittarij sagitta, Scorpij cauda, Centauro, Argo, Geminorũ pedibus, Heniocho, & Perseo. Neq; partes eius locos mutát, & eadẽ semper latitudine, quãuis alibi maiore alibi minore, conspicitur, & lucem clariorem hic, minus claram alibi nũquã variat. Res vero quæ in aere sunt, vel fiũt, in dies mutantur. & nulla certa obtinent loca, tã eæ quæ e vaporibus dicũtur geocari, quàm eæ quę ab exhalationibus gignũtur. nubes, ignes varij, cometæ. Neq; potuit Aristoteles rationabili vlla ratione asserere, eũ in locũ aeris cõtinue exhalationẽ multã aggregari, quia in cœlo supra eũ locũ, maxima & fulgentissima sint astra, & plura, & crebriora. Hoc. n. prorsus falsum esse Astronomorum tabulæ indicant. Per quas videre est, tota ea circuli, & longitudine, & latitudine non plura q̃ CLXXXIII. esse sita, & primæ magnitudinis, non nisi duo. Secundæ vero non plura quàm XVI. Reliqua omnia, infra hanc esse magnitudinẽ, & maiorẽ eorum partem, esse quartæ, & quintæ, & sextæ magnitudinis, & aliqua obscura, & nubilosa, vt minime dici queant, & fulgentissima, & maxima, & plura, & crebriora. Quid igitur huic homini faciamus, qui eadem semper, & diligẽtia, & negligentia philosophatur. Non est igitur hic circulus exhalatio in aere, sub maxima, plurimaq; cœli sidera congregata. Nõ est ergo hic circulus in aere. Supra vero ætherẽ in empyreo nõ esse, valida videtur constare ratione. Namq; empyreũ, immotũ esse demõstrauimus. Galaxia vero, moueri apparet in circuitũ. Quæ res duo nobis indicat. Ipsam scilicet in æthere esse. & stellarũ esse naturæ. Quod & cãdor eius indicat limpidus. Hũc aũt candorẽ, vel a seipsa habet, vel ab alio. Si ab alio, vel a sole, vel ab astris. Si a sole eum habet, ita quoque conuincitur astrorũ eam esse naturæ quia, vt astra (quod astronomi putarunt omnes) a sole illuminantur. At a sole non illuminari astra, quia flammæ & luces per se sint, iam est demonstratum. Si non a sole illuminatur, ab astris ne illustrabitur? Si ab eis lumen accipit, a quibusnam accipit? Ab ijs ne, quæ extra ipsum, prope ipsã sunt, vel ab iis, quæ ab ea procul sunt positæ, vel etiam sunt in opposito. Vel etiam ab iis, quæ intra suam sunt latitudinem, & quibus est quasi respersa? vel ab horum parte aliqua, vel ab omnibus? Sane si rationes a sensu ductas similis sectati nobis liceat, dicemus ab astris omnibus lacteam viam posse collustrari. Lucent enim, & cœlum vniuersum, suis illustrant luminibus. Sed cur cœlum non totum, vti in lactei parte luceat, causa est inquirenda. Et in hac totus noster versatur labor. Nam cum in hac luceat parte, non luceat in aliis, profecto, non sine causa, id fieri est existimandum. Quæ igitur causa ea esse potuit? Quæ nã alia, quàm ea, per quam in ea tota cœli regione, reliqua lucent sidera. Ostendimus autem ea lucere, eò quòd, vel lux conspissata sint, vel flammæ sint ardentes, vel vtrumque. Nam Salomon flammas esse scripsit in sapientia, ita. Nec siderum lympidæ flammæ, illuminare poterant illam noctem horrendam. Sidera ergo flammæ sunt; & ideo illuminant, quia & lux sunt, & ignis. vt iam est ostensum. Itaque lacteam candore fulgere necesse est, vel quia tota sua longitudine, & latitudine, lux sit densior, & flamma ardens, vel etiam vtrumque, vel etiam neutrum. At neutrum esse fieri non potest. Nihil enim lucere conspicitur, vel apud nos, vel in aere quàm ignes. Cur igitur non, & in æthere id fiat ex demonstratis? Vtroq; igitur, sed longe purior re igne etiam in æthere lucent, & astra, & quæ lucẽt reliqua. Lactea igitur lucet. vel quia lux est, vel quia flamma, vel quia vti diximus est vtrumq;. Lux. n. flamma est. Et flamma est lux. At quo modo est ibi vel congregata lux, vel flamma accensa, & non æthere toto alibi? Quia Conditor, vt cœli gloriam eius magis enarrarent, eam ibi condensam esse voluit. Necesse autem fuit, eam non esse nullibi. Sed loco aliquo lucere. Elegit igitur eum locum, quo sita est, sua ineffabili sapientia. Cuius Thesauros, quia cognitione nulla attingimus silentio veneremur. Philosophia enim nulla, tam alte scandit. Sicuti nec apud nos, cur ignis calefaciat, vestigare est potens. Sed cur, non tam viuide? Et non eodem vbique modo lucet? Sed hic clarius, ibi languidius? Et modo latius ea sese fundit lux, modo minus late spargitur, & per anfractus veluti quosdam, & ordine nullo, latitudinem suam effundit? Id vero Cõditoris consilium fuisse, necesse est iudicare. Cuius iudicia, sunt nobis inscrutabilia. Illud tamen, ex demonstratis possumus nos dicere, lacteam lucere in æthere, ætherem non lucere: quia hic sit rarissimus, & tenuissimus. Illa vero non tam sit tenuis, nec rara, sed æthere ipso, sit densior vbique, & conspissatior. Non tamen tantopere fulgere, quam pleraque astra, quia sit eius flamma, astrorum flammis tenuior, & rarior: astra vero sint densiora, & compactiorem suam habeant densitatem. Media ergo inter æthereã, & sideream, tum raritate, tum densitate. Et vt æthere densior est, ardet, vt vero sideribus

Hh rarior

rarior, ardet languidius quàm sidera. Et qua parte ipsa fulget clarius, ea putandum est esse densiorem. Vbi fulget remissius, ibi esse rariorem. Sed & illud adhuc in quæstione remanet. Sidera quæ in ea visuntur, & minima, & maiora, & maxima illa, quæ apud Antarcticũ Vespucius narrat, omnium quæ in cœlo sunt lucentissima in ea esse, an reuera in lactea sint, & eius quasi partes? An vero infra eam versus nos, vel supra eam versus empyreum? Id putamus, nullo sensu comprehendi posse. Ratio tamen dictat, posse stellas, & supra eam esse, & in ea, & etiam eam infra. Vespuciana autem illa, quando tam valide luceant, duplici id ratione fieri videtur posse, vel propria ipsarum magnitudine, vel quia nobis sint proximiora, quam ea quæ lucent minus. Sed si lactea, aut flamma, aut lux est, vt cętera astra, cur non vt cœtera astra, aut micat, aut radiationem non ostentat? Non quidem micat, vti planetę, ad nos propinquitate. Sed quia rarior est eius flamma, quam sit astrorum flamma, raritas aũt illa, inefficacior est, quam vt micationem edere possit. Nam & inter astra reliqua, quæ deliliore ac debiliore sunt luce, minus micant. Et apud nos flammæ, in tenuiore materia ardentes, minorem, edunt micationem. & si in palea, aut stipula sit, aut stupa, aut minimam, aut prorsus nullam edere visuntur. Sed & si in agro, demesso fromento, palea quæ solo fixa remansit, succedatur, longam accensionem ostendet, sed micantiam ostendet nullam. Eadem hæc est ratio in lactea, quæ in longum latumque ardens, nihil micat. In vtroq; huius rei causam nos esse arbitramor, si quæ pars, aut micare queat, aut etiam micet, eam non cerni quia, reliqua flamma eam absorbeat, & conspici non sinat. Quod manifesto experimento probari videtur posse. Nam si candela ardens magnæ opponatur flammæ, vel etiam soli, & nos procul aliquanto spectemus, profecto, neque ipsa apparet, neque nos eam discernimus. Sed cur stellæ, quæ in ea apparent esse, micationem suam non ammittunt? & a nobis discernitur? Quia & maiores sunt, quam candelæ flammola; & viuidius, ardent, & viuacius micant, præsertim quæ maiore sunt magnitudine.

Finis Libri Decimisexti Pancosmiæ.

FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER DECIMVSSEPTIMVS.



DE ASTRORVM MOTV.



OMnium cœlestium, quas hactenus agitauimus quæstionum, maxima nobis superest, eaque non simplex peragenda. Capita eius recenseamus prius, deinde singula persequamur. Primum omnium, si stellæ nulli orbi sunt infixæ, vti est demonstratum, quomodo in æthere pendent? Quo deinde modo per se mouentur ipsæ? Quomodo in motu eandem semper inter se distantiam seruant. Si flammæ sunt, quomodo, comam, vel barbam, vel caudam vti cometæ faciunt, per se non trahunt? Qua ratione tam citato ferri possunt cursu? Et qua tandem de causa, non in rectum, vt flammæ cæteræ, sed in circuitum reuoluuntur? Maximæ profectò ad nostra demonstrata, hæ sequuntur dubitationes. Ob quas, tametsi illa sint probatissima, vix consistere videntur posse. Sed eas pro nostra virili, expedire ac soluere adnitamur. Ac primo loco, primam. Quam igitur rationem excogitabimus, vt credibile fiat, stellas nullo orbi infixas, in æthere suis viribus pendere? Facillimam sanè, eorum, quæ prope nos fiunt simili sumpto experimento, quod Aristoteles & admonuit, & in opus duxit. Cernimus quotidie, nubes paruas magnas, ingentes, tantaque magnitudine, vt cœlũ operiant totum: tantaque densitate, vt solis lucem radiosque lumenque nobis adimant. alicubi etiam Cimerias obducant tenebras, in aere pendere, non solum horis, sed & diebus, noctibusque integris. Per hyemem etiam mensibus, & sub septemtrionibus etiam annis. Aequiore igitur ratione, quærat quis, qua causa id fiat, cum nubes graues sint, & grauitate sua deorsum ferri debeant, quàm is qui quærat, Cur flammæ quæ natura sua supera petunt, in superis maneant? Videmus etiam eos ignes, tam varios qui in aere generantur, in eo etiam pendere, & aliquando eundem loco stare, aliquando eum mutare sensim aliquando etiam velociter transcurrere. Nulla autem horum maior ratio est, cur pendeant in aere, quàm siderum, cur pendeant in æthere. præter quàm quòd sidera videntur, æterno ibi esse tempore, flammas autem hasce ac nubes esse temporarias. Sed hæc temporis, aut æternitatis ratio, nihil ad horum, aut illorum pendentiam confert. Vim autem naturæ affert nullam, quòd sidera pendeant. Non equidem magis, quàm naturæ eidem vim afferat terra, quia in aere pendere videatur circunfuso. idque seculis omnibus. Sed nullo miraculo vel terra, vel sidera, hæc in æthere, illa in aere pendent, quia in proprio ac naturali sibi sunt loco. In quo, nihil vel graue est, vel leue. Et si graue quid vel leue dicatur, id in alieno, non proprio patitur loco. Terra natura sua, centro suo innititur, circaque ipsum conglobatur, partibus eius cunctis, ad id vergentibus, ac nitentibus. Quid igitur vetat sidus singulum, in proprio ac naturali consistens loco, centro suo itidem niti, circaque ipsum conglobari, quando & rotunda omnia esse, credita a philosophis, & tradita etiam sunt ab Astronomis? & rotundæ manifesto appareant figuræ. Si vero Orphei & Heraclidæ, & Pythagoreorum quorundam sententiæ locus in philosophia concedatur, singula astra, esse mundum quendam, qui & terram, & aera, & æthera in se contineat;

tineat; cur non & rotundum esse cōcedemus, & centro suo inniri. Et eadem qua diximus ratione, nulla naturæ vi, aut miraculo pendere. Multo certe maiore & vi,& miraculo,quāuis exiguo æternitatis respectu, nubes, quæ graues confessione omnium sunt loco præter naturam, non rotundæ,nullo innixæ centro, pendent. Si ergo contra naturam nubes alieno in loco pendent diutius, cur non sidera secundū naturam loco proprio,non manebunt. At non vt terra,manēt inquiet aliquis,sed mouentur vel moueri apparēt. Si mouentur,quomodo mouentur? Theophrastus,in Peripato fere principi par, scripsit ὑφ' αὑτ' γαρ κινεῖται τὸ πῦρ. A seipso enim mouetur ignis. Non id quidem de anthrace dictum est, sed de flāma, & luce,cuius radij per se mouentur. Sed huic quæstioni iam videtur superius factum fuisse satis, quādo diximus Solem testimonio Salomonis esse vel nominari spiritū. philosophicis testimoniis pluribus, astra omnia esse animata, & intellectu prædita. Igitur, per se quidem mouetur sui natura flamma omnis, spiritus omnis per se mouetur. Anima principium est motus, quod & Aristoteles cogente veritate est fassus aliquando, & Theophrastus procul omni dubio confirmauit. Quid igitur mirandum, si sidera vt flammæ per se mobiles, si spiritu præditæ, si præditæ anima, per se moueantur, a nullo vectæ, a vehiculo, nullo aut rota, aut orbe circumlatæ moueantur? Sed modus est quærēdus. Si flammæ sunt, res tenuis,raraque,in motu vel non dispergūtur tam rapido. vel non rarefiunt magis,atque indies magis, ita vt ad summam redactæ raritatem, non amplius luceant, & in cœli vnde conflatæ sunt, diaphanitatem non transeunt? Non autem sparguntur,neque extinguuntur, neque euanescunt, quod in flammis nostratibus, & iis quæ in aere accenduntur, euenire sæpissime videmus, quoniā vno in natura contrario posito rerum Cōditor,gloriæ suæ ergo, & sapientiæ,& potentię testimonio,voluit cōtrarium quoque alterum consistere in vniuersitate. Ita vt in natura vna igniū,alij essent perpetui;alij essent temperarij. Id si dixerimus rē verissimā affirmabimus, sed supernaturali ratione. Naturali vero hac alia. Quòd sicuti corpus aliud est corruptibile,aliud est æternū. Sic in ignibus nihil mirum fuerit,vt alius corrumpatur,alius duret perpetuo. Alius quidem corrumpitur, quia vt sit, materia eget, in qua accēdatur. Et ex qua vt Theophrastus ait, seipsū generet. & qua defficiente, defficiat & ipse: & quasi seipsum det interitui. Aeternus aut ille, nulla indiget materia, vt sit,aut alimento,quo nutriatur,aut seipsum regeneret. In se.n.ipso consistit, & de substantia sua sese nutrit, quæ non consumitur. Et si consumitur,in proximū sese vertit ætherem, ex quo si refectione opus habet,tantundem attrahit, quantum ipsi deperijt. Atque ita sese perpetuo, & generat, & regenerat. Et ex qua substantia est genitus,ex eadem etiam alitur. Atque ideo in raritatē ætheris,atque perspicuitatem non vertitur. Quia dum reficitur,in seipsum redit. Et qui prius erat,esse quoq; in posterum persenerat. Et dū idem esse persenerat,e suo loco non dimonetur,neque ex prisca eius vicinia discedit. Hæc tertia inter propositas fuerat quæstio. Sed cur barbam,aut comam,aut caudam sicuti cometæ singula sidera secum, neque alunt, neque trahunt? quæ fuerat quarta. Ea profecto res, nec necessaria est,neque possibilis. Non necessaria,quoniam & alij ignes in aere accenduntur,præter cometas. Chasmata, foneæ, domus ardentes, recessus, globi, & alia similia, quæ quāquàm moueri, oriri & occidere appareāt, numquam tamen ignes alios secum trahunt.

Sed nos forte frustraneum suscipimus laborem,dum passiones siderenrum motuum perquirimus. Ipsa autem sidera, fortasse stant immota, & mouentur minime. Si quis enim dicat, ætherem illum in quo non erratiles stellæ habitant, ideo firmamentum nuncupari, quia firmum stat, & nullo mouetur motu. Et stellas quæ in eo sunt, nullo itidē moueri motu. Ratione vero contrarij alterius, quod natura in singulis atque omnibus requirit generibus,esse ętherem alium,ab eo contentum,qui per partes moueatur, stellas autem quæ in eo sunt, & toto & partibus moueantur, nullis orbibus infixæ. Moueatur itidem aer, moueatur, & aqua, moueatur quoque terra & toto & partibus omnis, solum firmamentum & toto, & partibus stet omnibus. Magna sunt hæc omnia. Maiora merito erunt, si vera fuerint. Sunt enim pleraque seculis omnibus inaudita. Ea ad veritatem si possimus, discutiamus. Sensus quidem de tam longe positis, plene iudicare, nō videtur posse: attamen a sensu ductis rationibus, ea vestigare, & quod verius appareat stabilire, non prohibemur. Itaq; dicimus.

Sēsus,& experiētia,& ratio ostēdūt, breuius spaciū facilius posse pertrāsiri, q̄ spaciū lōgius. Multo.n. facilius, Centū passus ambulamus q̄, passus mille. Idem faciunt animalia cuncta. Et si quid vi,aut arte fiat,longe fit probabilius, vt lapidem manu,aut sagittam arcu, per XX. passus iaciamus,quàm per centū. Hoc docētibus sensu,experiētia, ratione,quis negare audeat, possibilius,& facilius,& rationabilius, & credibilius esse, vt millia passuum. 795. vna hora pertranseantur,quā millia passuū. 42398437. hora eadē. Quis non rideat hominē, qui asseruerit hæc innumerabilia, possibilius transiti,

quàm

quàm illa pauca? Et nihilominos, nõ solũ, non ridemus, nos ẽt doctuli, sed maxime ẽt admiramur, innumeros homines, qui creduntor sapiẽtes, qui id nobis inculcãt quotidie, & nõ solũ conãtur persuadere, verũ ẽt persnaserũt ita, vt nec dubitare, neq; hiscere audeamus contra. Astrologos dico, & qui eos secuti sunt physicos. Tãta.n. magnitudine firmamentũ faciũt, & tantũ eius circuitũ in extima circũferentia, vt æquator eius, si XXIIII. horis debeat circũuolui, necesse sit, tanta eum velocitate ferri, vt vnius horæ spacio, ea millia passuũ q̃ diximus, 42398437. circũuoluantur. Quã velocitatẽ, superaddũt, si posset auis quæpiam cõsequi, & circa terrã volaret sub æquatore, vna tantũ hora totã terram circuiret 1884. vicibus. Quare, impossibilius, aut incredibilius excogitari potest nihil. Lõge maior sequetur impossibilitas, si cõputetur motus, nonæ, quàm finxerũt sphęrę. quæ firmamẽtũ eo circũagat modo; & ipsa motu eodẽ circũlata a sphæra decima, quæ & ipsa moueatur, & reliquas omnes, secũ rapere, & circũferre dicitur. Lõge ergo nos, & possibilius, & facilius, & credibilius, supra docuimus, ęthera ac cęlũ, nõ mooeri, quia sit cũ empyreo immobili cõtinuatũ corpus. Sed esto, cœli ea pars, quã modo firmamẽtum appellauimus, sit immobilis. At sidera quæ in eo habitãt, nonnę vidẽtur, circulo moueri? Si circulo reuera moueãtur, nõne idẽ sequetur impossibile, vt eadẽ hora vna, eadẽ millia passuũ 42.39.84.37. cõficiant. Quid ergo, quia hoc sit impossibile, impossibile quoq; fuerit stellas in circuitũ reuolui? Profectò, vt impossibile hoc vel sugemos, & fugiamus, vel demõstremus sidera verè moueri, ratio aliqua est quætẽda, quæ vtrumlibet horũ nobis persuadere queat. Vna hęc esto. Nõ esse sidera, omnia in cõuexa cęli superficie. seu vti nos docuimus, in nulla ibi superficie sunt, cum nulla ibi sit, sed neq; omnia tã lõge a nobis sunt collocata. Sed tota cœli crassitudine sunt sparsa, hæc vicioios ad oos, illa longinquius. Crassitudo aut cœli huius, ex eorũ computis millia est passuũ 809424.71. & amplius. In tãta igitur crassitudine, quæ sidera sunt sparsa, necesse est, nõ eadẽ velocitate moueri omnia, sed varia prout, vel summis, vel infimis sũt proximiora. Quę.n. eodẽ tẽpore minora spacia obeũt, tardius mouẽtur; quæ vero maiora, velocius. Quod & Physici, & Astronomi, & fatẽtur, & asserunt. Non ergo omnes stellæ ea tot passuũ millia, hora vna mouebuntur. Sed quæ nobis sunt proximiores lõge cõficient pauciora. Sed non adhuc tollitur dubitatio. Nã quæ longissime a nobis distant, si verè mouentur, non poterũt illud impossibile non subire. At impossibile nullum admitti potest; & ex earũ motu oritur, impossibile ergo est illas moueri. Ergo nõ mouentur. Vel illæ quidẽ supremę immotę permanẽt? viciniores hę mouẽtur. At apparent moueri cũctæ, qnia semper eodẽ tẽpore ad idem redeũt, & eandem seruare inter se videntur distantiã. Quid ergo apparẽtia tãtum est hic motus? Nã & alias apparẽtias adducunt astronomi, in quibus sensum nostrũ falli autumãt; vt in innumero illo stellarũ, quę hyeme cœlo sereno appareot numero. Et quãdo sole Oriente, aut terra, aut mari, in horizonte, non curua, sed recta linea secatur, ainnt visum in eo decipi. sicuti etiam in cœli illa, qnam ostendimus camera, & in aliis pluribus. Quid igitur dicemus, huoc siderum motus apparentiam tantnm esse, an vero, reuera eas moueri? Si moueri negemus, multo sensu fallimnr. Sin e contra, moueri eas fateamur, impossibilia illa vti possibilia admittimus. Qua igitur ingrediemur via, vt id dignoscamus?

Tentemus, si possibile sit, terrã mouere, & vetustissimorum Nicetę Siracusani, Philolai, inter Pythagoreos facile principis. Et de eadem schola Heraclidæ, & Ecphanti, & Selenci Mathematici, & Aristarchi Samij, quorũ authoritas, Aristotelis & Ptolemei authoritatẽ facile obruat. Quibus accedit nostræ ętatis Astronomus sũmus Nicolans Copernicus, qui omnes, cœlũ sidereũ stare simul cũ stellis, terram vero moueri autumarũt. Si igitur tãta hęc cõtrooersia, huius motu possibili conciliari queat, est omni diligentia perpendendũ. & quę impossibilia ex terrę motu oriãtur peruidendũ. Sed ante omnia hac vtamur diuisiooe. Quoniam stellę circulo moueri videntur, necesse est, eas vel cœlo infixas ab eo circũferri, vel ipsas per se, in circuitum sese circomferre, vel terram nos rotatu suo circumferre in gyrum. De tribus autem hisce modis, primus prorsus impossibilis videtur. Secundus vero quo ad suprema sidera impossibilis. Quo vero ad media, fortasse possibilis. Possibilis aũt ad ea quę nobis sunt propinquiora. Sed supremorum impossibilis fugienda. Terram vero reuolui, quamuis a magnis, contrarium sit traditum viris, & ocoli nostri sibiipsis persuaserunt, neque se, neqoe terram verti, tamen longe videtur rationi esse consonantins, eam potius quam vel cęlum, vel suprema astra circumuolui. Nam terræ circumferentia, vli Ptolemæus, (qui falsa omnia in cœlo est imaginatus) tradidit millia passuum 22500. non exceeit. Quæ summa si per XXIIII. horas diuidatur comperietur, terram sua vertigine, vna hora conficere, non amplius, quàm millia passuũ, 937. Si vero fides maior recẽtiooibus nautis ac Geographis habeatur, qui terrę ac maris ambitum, non semel obnauigarunt, non plura continere millia passuum reperere, quàm 19080.

19080. Cuique cœlesti gradui, millibus passuum 53. computatis. Modo si totus hic ambitus, in motum XXIIII. horarum distribuatur, qualibet hora, circulatione sua, non plura milliaria cõficiat, quàm quæ ante diximus, 795. Quod spacium, tametsi ad nostram, aut auium velocitates comparatum, vix fieri posse videatur, longe tamen possibilius est, & verisimilius, quam vt firmamentum, aut suprema in eo sidera, eodem temporis spacio, hora qualibet, passuum millia 42398437. conficiant.

Hanc veri similitudinem, ac possibilitatem, experimenta multa adiuuant. Nam si quis, in flumine, nauicula vehatur, aut littora in mari legat, videbit ripas, & littora retrocedere, se se vero, & nauim non moueri. Quod & Virgilius scite cecinit.

„ Prouehimur portu, terræque, vrbesque re-
„ cedunt.

Si quis item de proximo loco, vel domus culmen, vel turris cacumen spectet, & super eas vento ferantur nubes, videbũtur, & domus, & turris moueri, nubes vero stare. Si quis itẽ eminus, nauim plenis velis euntem aspiciar, videbitur eam stare, mouetur tamen velocissime. Tantum visus etiam in distantia debita decipitur. Quanto facilius est eum falli, in stellatum, aut cœli motu, quæ immenso a nobis interuallo absunt. qui in tot rebus aliis decipitur manifesto. Verisimile ergo hisce exemplis fit, ut nobis idem eueniat, noctu stellas intuentibus, ut putemus, quæ sicuti ripæ, & littora immotæ stent, moueri, & nos qui terræ rotatu vehimur, firmos stare. Sed sunt Astronomorum, & Aristotelis argumenta, vero itidẽ similia, quæ contrarium persuadeant. terram nempe stare, moueri sidera. Ea recenseamus vti si non certi aliquid, in tanta re, ac tam magna controuersia venemur, saltem, quod possibilius, & uerisimilius fit cognoscamus. Aristoteles igitur, prima sua ratione, ait, Si terra moueatur, ui & præter naturam eam moueri. sed nulla ratione, assumptum probat. Et si hæc ei est probatio; simillima erit, & hæc alia. Si cœlum mouetur, si mouentur astra, ui, & præter naturam mouentur. Et tantundem hæc quantum illa ualebit. Vel ergo æquipollent, uel utræque futiles sunt manifesto. Ait secundo. Si terra monetur, partes quoque eius, natura eodem mouerentur motu. Concedimus id. Circumferũtur enim cum ea, omnes eius partes, non minus, quàm ipse putet, ad motum orbis moueri sidera. Si uero a terra pars aliqua auuellatur, motu præter naturam ferretur, non aliter ac, si a cœlo stella auuelleretur aliqua, motu ferretur præter naturam. Sed mirabilis est eius ratio tertia, qua asserit, terra ideo duobus motibus uariis ferruntur. Hanc tam bellam rationem quis nam e sua schola logicus, ulla includat argumentandi forma? multis, & nullis terminis connexam? Planetæ quidem uariis mouentur motibus, non tamen uel inter se, uel cum firmamento iisdem. cum sint tamen, sua doctrina eiusdem cum reliquo cœlo, essentiæ. Quid igitur mirnm, terram substantiæ a cœlo diuersissimæ, si moueatur, diuersis a cœlo motibus cieri? Sed unde illa uenit illatio, ut duobus moueatur? Quæ cum a præmissis ullis uenerit, nec aliter fuerit probata, futilia erunt ea omnia, quæ ipse inde contendit sequi. Quod amplius dicit, terram totam, natura ferri ad uniuersi medium, non est uerum. In uniuersi enim medio eam dicetent consistere, & super eo stare firmam ponderibus libratam suis, non tamen uetari, quim & circulo circa ipsum moueatur, non aliter, ac cœlum dicunt Astronomi circa idem centrum, & circa polos suos circumuerti. Neque recta argumentatione colligit, quia terra sit in medio, eam esse omnino immobilem. Potest enim in medio esse, & ab eo discedere nusquam, aut sursum, aut deorsum, aut ad latera, atque hisce motibus esse immobilem. non prohiberi tamen, eam circa medium circumuolui. Neque illa ualentior est ratio, quoniam partes eius aliquæ, sursum ui proiectæ, ad eundem redeunt locum, ideo eam non circumuolui. Nam sicuti, & ipse, & astronomi autumant, firmamentum motu raptus, inferiores cœlos secum trahere, & non solum cœlos, uerum etiam ignis sphæram, & supremam aeris regionem, eadem rationis ui, dici poterit, terrã circumuolui, & aquam, a se uectam, & aeris infimam regionem, intra montium cacumina comprehensam, secum circum uehere. Atque ideo proiecta illa eum aerem non excedere, & cum eo circumuolui, & ad eum recidere locum. Ridicula autem illa est argumentatio, qua cõtendit impossibile esse, a medio, aut extra medium, & partes eius, & eam totã ferri. Neque enim id, quisquam aut asseruit umquam, aut nunc asserit. Quam uero ab Astrologis affert rationem grauitatis, eam totam, & partes ad centrum niti. Esto uerum, non tamen id prohibet eam circulo etiam, circa centrum moueri eundem. Astronomi recentiores quidam, asserunt, si terra circulo moueretur, nubes, & aues, contrario motu cernerentur ferri. Quæ sequella ridicula uidetur. Aues enim pro libitu, quaqua uersum uolant, & aerem seu stabilem, seu circumlatum, seu uentorum ui agitatum, findunt, & nulla aeris ui rapiuntur. Nubes uero, uel immotæ stant loco eodem cum aere circum uectæ, uel mouentur uentis, quoquot, & e quibus horizontis, aut aliis flent partibus. Et is idem ait, ab

eis

eis diuerberatus poteſt cum terræ uertigine circumuehi. Metuunt deinde, ne eo motu, ædificia ruant,& eos obruant. Qui timor, vanus equidem eſt. Quoniam vt ſunt grauia, ijs locis vbi ſunt firmata, quaſi terræ partes,& cũ ea ferè ſubſtantiæ eiuſdem, ad centrum,& ipſa nituntur. Cur etiam ędificiorum timent ruinam, hoc tam lento motu? & non timent, ne in fruſta frangatur cœlum, motu tam impoſſibilis celeritatis? Adduut. Motus hic terræ in circuitum, ei præter naturam eſt, cum alium, in rectum,& deorſum habeat naturalem, corporis autem ſimplicis, vnus tãtum eſt ſimplex motus. ſimplex autem corpus terra eſt. Sed ſimplex corpus eſſe terram, inueterata quadã, & vana,& falſa opinione ſumunt tantum, non tamen probant, neque probare poſſunt, & dũ probaſſe ſibi credunt, ſenſibus carent omnibus. Omnibus enim ſenſibus repugnat,& ſuis præterea poſitionibus, aſſerere terram corpus ſimplex eſſe. Nam quod ſimplex eſt, non niſi vnum eſt; nullas haber partes, ex quibus componatur, terram autem, frigidam,& ſiccam ponunt, neceſſe autem eſt, alteram harum qualitatem a proprietate eſſentiæ, longe alia, veniſe, quam veniat altera; E duabus ergo eſſentiis terram componunt. Si componunt, ſimplicitatem ei prorſus adimunt. Senſibus autem omnibus hæc ſimplicitatis poſitio repugnat. Quoniam in terra, tot colores, tot ſapores, tot odores, tot ſonitus, tot durities, tot mollitudines, raritates, denſitates, & tot qualitates, quas vocant ſecundas in ſe contineat. Tot itẽ terrarum genera, tot ſluores, tot lapides, tot metalla, atque metallica. Summa mentis amentia, ac ſumma ſenſuum carentia eſt, affirmare, & ad clamores vſque contendere, corpus ſimplex eſſe, quod ſit, tot eſſẽtialibus, totque accidentalibus differentiis compoſitum. Ruit ergo hoc a ſimplicitate terræ argumentum, nõ poſſe eam duobus moueri motibus, nixu ad centrum, & circulari. Et quando detur, eam corpus eſſe ſimplex, dicetur, eam circulo naturaliter moueri, nõ minus quam ipſi contendant, cœlos, ignem, aerem ſupremum, circulo moueri. quæ corpora ſimplicia eſſe etiam contendunt. Et axioma eſt Ptolemæi, corpora ſimplicia, ſuis ſita locis, vel circulo moueri, vel quieſcere. hoc terræ tribuens, illud cæteris. Sed inde infertur, ſi terra incircuitum moueatur, eam vel nõ quieſcere, uel duobus moueri motibus. Omnibus enim partibus, ſuo loco poſitis, quieſcit, quæ nunquam per ſe inde locum mutant, tota vero rotatur. & hoc vnico mouetur motu, quoniam nixus partium ad centrum non eſt motus; nõ enim hinc, illuc mutat terminos. Sed loco ſuo poſitæ, in eo permanent, vt in eo ſeruentur. Nam rectus ad medium, neque toti terræ eſt naturalis, neque partium eius, naturali ſitarum loco. At inferunt amplius, ſi ſuper axem alium, ab vniuerſi axe moueretur terra, non eoſdem ſemper circulos, circa mundi polos facerent vrbes. Sed hac ratione, concludunt nihil. Nã ſi regolatiſſimo ab occaſu in ortum aſſeratur ferri motu, nullum aut impoſsibile, aut abſurdum conſequitur, ad firmamenti phænomena. iiſdem ſeruatis, tum in ipſo, tum in terra circulis imaginariis, æquatorem dico, tropicos, Zodiacum, alios. Quando igitur, rationes veterum Ariſtotelis,& Ptolemæi,& recentiorum qui eos ſunt ſecuti, nullæ obſtant,& cõtrariæ multæ perſuadeant, & impoſsibilitatẽ illam firmamenti, uel ſupremarum ſtellarum motus, oſtendunt, & facilitatem motus terræ maiorem, videtur recta, ac philoſophica ratione concludi poſſe, firmamentum & eius ſtellas omnes ſtare. terram vero circulariter moueri. Quando vero, monitu Ariſtotelico, in rebus ſenſui non manifeſtis, ratio ad poſsibile ferat, rationabiliter ac ſufficienter conclusum eſſe, eſt putandum. Hiſce addimus moueri poſſe terram, non circa ignem, aut antichthona, vt Philolaus,& Oecetes exiſtimarunt. Neque, vt Copernicus in orbe lunæ. Quod ei abſurdum accidit quia putauit, planetas, ſicuti alia aſtra, orbibus infixos ferri. Quæ opinio, mala omnia in Aſtronomiam, & in phyſicam inuexit. Sed in medio mundi poſitam, ſuper centro, non ſibi proprio Heraclides, Ecphantus, ſed vniuerſi centro, quod etiam eius centrum ſit, moueri circulo, ab occaſu in ortum, quod & hi putarũt. At a quo nã mouebitur? A natura nimirum ſua. Non enim motus hic eſt violentus. Natura autem omnis vti poſtea videbimus, eſt animi proles, ſicuti animus eſt proles intellectus, & hic proles opificis intellectus. A quo, proles hæ, iuſſa capientes, & a principio ſunt operatæ,& in præſens operantur,& in poſterum ſunt operaturæ. & cathena hac pluſquam aurea connexa ſunt omnia, vſq; ad terræ, atque vniuerſi centrum, ita vt nihil ſit timendum, motu hoc circulari, aut partes eius ruituras, vel grauitate ſua moueri ſit deſiturum. Continentur enim ac ſeruantur, a ſuis naturis, animis,& mẽtibus. quæ ſunt illi Chaldæorum, Zonei,& Azoni,& Synoches, & Teletarchæ, quorum mentio eſt iam facta. Predicta ergo omnia perſuadere facile poſſe videntur, terram in circuitum moueri. Sed & anteriora, quæ attullimus ſtellis motum ineſſe, æque videntur poſſe perſuadere. Quandoquidem planetæ in motu ſunt manifeſto. & eiuſdem ſunt cum ſtellis aliis naturæ, atque eſſentiæ, quod contendere omnes. Et ſi eſſentiæ, etiam virium. & ſi virium etiam actionum

dabitur

dabitur ergo & stellis superis, motus. Nam eas flammas esse diximus. impossibile autem est, flammas quiescere, & non moueri. Impossibile autem illud, velocitatis supremarum, ita temperari videtur posse, si ipsarum ab ortu in occasum motum, & terræ ab occasu in ortum, simul componamus, ita vt huius possibilitas, impossibilitati remedium afferat, & quod impossibile videbatur, possibile hac temperie reddatur. Sed quæ adhuc superest quæstio, etiam est soluenda. Si stellæ flammæ sunt, cur non in rectum, sed in circuitum feruntur? Vtroque feruntur motu. Sursum quidem quando, stellæ quædam ita a nobis recedunt, vt euanescere videantur. Deorsum vero quando a summitate illa iterum, ad nos ita accedunt, vt visiles fiant. Quales olim Chaldæi dicuntur obseruasse, certis temporibus apparentes, aliis se se occulentes. Et quod de Hipparcho scribit Plinius, Nouam stellam, & aliã in æuo suo genitam depræhendit, eiusque motu, qua die fulsit ad dubitationem est adductus, an ne hoc sæpius fieret. Et non modo an obirent nascerenturue, sed an omnino aliqua transirent, mouerenturne. Item an crescerent, minuerenturque. Quæ sane nouæ stellæ genitura (si verum sit quæ in cœlo sunt, ingenerabilia, incorruptibiliaq; esse) nihil aliud fuisse est existimanda, quam noua suo æuo eius stellæ apparitio. Apparuit autem, quia ex immensa cœli altitudine, in qua oculis nostris non visebatur, sese demiserit, & nobis facta sit propinquior, ita ut conspiceretur. Multi quoque ut Clauius testatur, ex recentioribus, complures auctoritates, & historias adducunt, sæpius stellas huiusmodi, longis temporum interuallis, in cœlo exortas esse. Sicuti & proxime, quam nos sæpe magna spectauimus admiratione, anno M. D. LXXII. in Cassiopea noua stella apparuit, & per bienniũ ferè luxit, semper minor facta, tandem euanuit; hoc est primo de altitudine sua descendit, deinde in eandem se se recepit. Non aliter sane quàm dicantur planetæ, modo esse in Apogæo, modo in Perigæo, quamuis epicyclis ferri dicantur. Quod nos de nostris minime dicimus. Sed eas & natura, & spiritu, & animis, & intellectibus suis ferri, prout Conditoris Dei, prouidentia iubentur, & prout mundo expedit ut moueantur. Qua ratione, si veri sint motus illi trepidationis, stellarumque tum in Septentrionem ab ecliptica, tum in meridiem in modum spiræ, & non circuli, & reliqui omnes si qui sunt alij, qui stellis tribuuntur non errantibus, saluari (ita Astronomi loquuntur) possunt longe facilius, quàm ratione alia vlla. Nimirum, vti sunt sidera, & spiritu, & animo, & mente prædita, ita mouentur, quoniam vniuersitati ita expedire cognoscunt, & in eo sunt Dei prouidẽtiæ ministræ. Concludamus igitur, & sidera moueri ab ortu in occasum, Et quia velocitas ea impossibilis est visa, terram quoq; necessarium fuit moueri, motu contrario ab occasu in ortum. Atq; ita fiet, vt vno contrario in natura posito, ponatur, & alterum, & impossibile illud tolletur, & possibile hoc admittetur. & temperatis motibus, velocitate vnius cum tarditate alterius, recta constituetur harmonia & perfecta. & tertius dabitur planetarum quasi mistus motus, qui ab Oriente oriatur partim, partim oriatur ab Occidente, prout sequenti contemplabimur libello. Verum adhuc vna superest quæstio. Quam ob causam, tum astra, tum terra non in rectum, sed in circulum moueantur. Ignis enim natura sursum petere videtur, terra deorsum? Motorum suorum motum intrinsecum imitantur. Natura namque uti est animi progenies, & omnis progenies productricis causæ similitudinem secum defert, animo, quantum effectui licet, similis euadit. Animus autem rationibus iisdem, quia est mentis progenies, uti menti similis, mentis motum imitatur. Mentis autem motus intrinsecus, confessione philosophantium, est circularis, vbi enim incipit, ibi quoque desinit. Incipit autem a se ipso, & omnia sibi intrinseca entia intellectione sua transcurrens in idem desinit. Animus quoque motu sibi intrinseco in circulum mouetur. Idem & natura facit. Hæc autẽ, & animus, motionis corporũ sunt causæ. In gyrũ ergo natura, naturaliter sua mouet corpora. Animus eas vires naturæ largitur; & vt eas largiri possit, sortita est ab intellectu a se participato. Omnia ergo corpora, naturali statu ac loco, in gyrum circumferuntur. Et quæ eorum partes sunt, naturali statu ac loco, & cũ eis circũuoluũtur, & in eis immotæ manent. Sed cur astra circuitũ ab oriẽte cõficiũt in occidentem? Terra vero e cõtra ab occidẽte in orientẽ? Vel hæc apparentia est reuera; res aũt vera est minime. Nobis quidẽ ita apparet, & nostri respectu, & orientẽ dicimus, & occidentẽ, sed reuera in mũdo per se toto, nullus est, aut ortus, aut occasus vllo loco determinatus. Quod ẽt Astronomi fatẽtur. Esto sane ita. Sed cur astra & terra cõtrariis motibus ciẽtur? Quia Deus cõditor, in corporum vniuersitate, oĩa ex cõtrariis cõstare voluit. Ita .n. & sapientiã, & potentiã suã manifestauit magis. & quia ita vniuersitati rerũ expediit, vt cõtrariis cõtraria tẽperarentur, ne vel essentia, vel virib⁹, vel actionibus, aut in nihilũ abirent, aut infinita euaderent. Oĩa namq; certis numero, mensura, & pondere construxit, vt his terminata, & essent & viuerent, & conseruarentur.

ANNO-

Ex dicto Salomonis in Ecclesiastis libro allegato hic ab auctore post principium. Pergit spiritus, idest sol secundum suam virtutem, quia ibi sol nominatur spiritus, sumpserunt nonnulli, solem & stellas esse spiritus, non dico habere spiritum. At Diuus Paulus in epistola prima ad Corint. cap. 13. refutat hanc opinionem, appellans solem, lunam, & stellas, corpora cœlestia, terrestria vero arbores & reliqua vegetabilia; Non sine ratione tamen aliqua, sol nominari potest spiritus propter eius subtilitatem: quoniam nomen spiritus imponitur ad significandam subtilitatem alicuius naturæ. Aer enim & ventus dicuntur spiritus ex scripturis sacris, & etiam apud physicos subtiliores vapores per quos diffunduntur virtutes animæ in partes corporis, dicuntur spiritus.

Alij vero quos nominat D. Th. 1. part. & quæst. 60. art. 3. Ex hoc dicto Salomonis senserunt solem & lunam atque sydera esse animata, vt Platonici Origenes etiam. Nec non & D. Hieronymus. Exponens hoc dictum Salomonis; D. Basilius vero, & D. Damascenus sunt contrariæ opinionis, intelligentes nomine spiritus non ipsum solem, sed animam cœli vel naturam angelicam præsidentem esse soli. Augustinus in 2. Gen. ad literam in neutram partem declinans sub dubio reliquit. ideo teneat. Vnusquisque quod sibi magis placet, modo non neget cœlos, solem, lunam esse corporea; Non est tamẽ hic ommittenda obseruatio Diui Thomæ sedantis hanc controuersiam loco citato, huiusmodi distinctione; sidera inquit cæteraque cœlestia corpora esse animata siue animantia, bifariam intelligi potest, aut vniuoce: hoc est anima informante quæ sit corporis forma, quales sunt animantium animæ, & hoc modo videtur intelligere prima opinio, cum qua auctor huius libri. Aut equiuoce, hoc est anima assistente vel præsidente, quæ corpori vnitur tamquam mouens mobili, vt rotę quæ mouetur vnitur & præsidet figulus; Basilius, & Damascenus non reprehendunt eos qui iuxta posteriorem intellectum credunt astra esse animata vel animalia, vt verissimile est sensisse Philonem atque Diuum Hieronymum forte etiam Origenem; sed eos duntaxat refellunt qui stellas animatas & sidera docuerunt esse animalia iuxta priorem intelligendi modum.

Sit autem animatus sol quouis modo, sensus literalis verborum Salomonis. est vt sol lustret & circumdet & circumspiciat vniuersa per circuitum pergens spiritu suo, per quandam virtutem naturæ occultam qua omnia inuisibiliter nutrit, vegetat, & vnumquodque ad certum finem legitimum perducit, ut optime declarat auctor huius libri loco suo. Et hoc pertenet ad excellentiam solis.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER OCTAVVSDECIMVS.



DE PLANETIS.



Agnam quandam Astronomi, ætheri ac cœlo fecere mundi partem. In qua non nisi septem dixere habitare astra. Saturoum, Iouem, Mattem, & quæ variæ locauete, Solem, Venetem, Metcurium, Lunam. Cuius regioois totius, a summo ad imum, profunditatem ausi dimetiti pronunciarunt esse passuum millia. 3882 1837. atque amplius. Per quam sidera illa septem, huc & illuc errabunda discurrere tradideruot. A quo errore Latine errones, Grꝺce planetas nominarunt. Primus omnium, hunc eorum numerum videtur notasse Zoroaster. Cecinit namque.

Ζώων τε πλανωμένων ὑπέστησεν ἑπτάδα.

„ Animaliumque errantium substituit se-
„ ptenarium. Et

Ἐξ αὐτοὺς ὑπέστησεν, τὸ ἕβδομον ἠελίου
Μεσεμβολήσας πῦρ.

„ Sex eos substituit, septimum solis
„ In medio iaciens ignem.

Hunc secuti sunt Astronomi, & philosophi omnes physici. Sed vt nostra fert sententia, iniuria maxima solem affecerunt, dum inter erraotes eum connumerant. Nulla enim, aut in cœlo, aut alibi est res, quæ in motibus suis erret minus qua sol ipse, vt qui numquam ab orbita seu linea sua, quam eclipticam vocanere, ne latum quidem, aut deflectat, aut discedat vnguem. Nec minus erranete Astronomi, dum Lunam inter astra collocant, quæ ab astris diuersissima est essentia, vt suo loco demonstrabitur. Neque ergo Sol, erro aut Planeta est. Neq; Luna inter astra est oumeranda, quamuis errare videatur. Sed modo, hæc duo seponamus. De quinque reliquis agamus. Planetæ quidem appellati sunt, atque errones, quoniam & citra, & vltra eclipticam, solisque viam, variis meant motibus. Modo enim a solis orbita ad septentrioees, modo ad meridiem deflectuot. Et modo tarde, modo velociter citantut. Nunc stare, ouoc præcurrere, ounc retro cedere appatent. In quibus sane motibus, quamuis nobis errare videantur, ipsi minime erranr. Conditoris enim sequuntur iussa. Deus autem, & natura nihil frustra faciuot. Si veto natura nihil facit frustra, neque motum vllum ciet frustra. Si nullum frustra ciet, omnes ad finem dirigit. Si ad finem dirigit omnes, sunt quoque per sua ioitia, per sua media ordinati omnes. Si omnes ordioati, in nullo ettat. Si in nullo errat, neq; in horum astrorum errat vllo. Si in horum errat nullo, qua de causa erooes, atque planetæ sunt nominati? Perperam sane, nomen hoc eis est tributum. Nostro equidem arbitrio, & errore errant, eorum vero culpa nulla. Neque enim natura eorum errare potest. Est enim animi proles, animi inquam rationalis, & intellectu præditi, quorum neutrum io cœlesti regione, errare potest. Neque propria culpa, oeque corporis quod animat cœlestis, & vti Plato & Aristoteles dicereot, diuini. Sunt.n.& hi Planetæ (vsitato iam atque recepto vtamur, nomine) sicuti & cætera astra flammæ ac luces, eademque igois constant essentia. Suntq; non vti Astronomorum, & philosophorum plerumquevulgus existimauit, corpora inanima. Sed sunt, vt vere eos appellauit Zoroaster, et post eum Plato, & Aristoteles, animalia. Igitur,

tur, & natura quæ actiones eorum peragit, & spiritu, qui eorum est vector, & animo, qui motus eis dat initia,&intellectu,a quo omnis rerum venit ac pendet ordo,ipsa viuunt,& feruntur,& agunt, & Conditoris nutibus obtẽperant,&vniuersi harmoniam contemperant, & vt mundo expedit,cursus obeunt, & actiones alias suas peragunt, & generationis tam variæ rerum nostratium, semina, atque spiritus insinuant. Magnitudine autem eos inter se differre astronomi autumant. & miras quasdam,& incredibiles prædicant. Aiunt namque eum qui Iupiter dicitur inter eos esse maximum. vt qui magitudine sua,terræ totius magnitudinem, nonagies quinquies cum dimidia contineat.seu 95. integras terras & dimidiam adæquet. Proxime Saturnum mole sua dicunt, nonaginta & vni terris, cum parte eius octaua esse æqualem. Martem vero esse vniuersæ terræ æqualem,& eam insuper sui dimidio superare. E contra terram esse Venere maiorem plusquam partibus XXXVII. hoc est si terra in 37.partes diuideretur,vna earum partium,Veneri esset æqualis.Mercurium autem stellarum omnium esse minimam asserũt, & ob paruitatem raro conspici. Et tam pusillã eius esse molem, vt si terra in frusta 21952. scinderetur, vnum solum, Mercurio æquale futurum. Sed & differunt lucibus,eiusque coloribus.Nam Saturnus visitur pallidior. Iuppiter fulguranti atque hilari fulget luce. Mars rubicundiore,& ignis specie, ideoque a Græcis πυρόεις igneus est appellatus. Venus lucidissima est. Mercurij color veluti est plumbeus, & in cæruleum vergens.Hæc autem colorum differentia, vnde nam est? Nimirum a raritate ac densitate flammæ, ac lucis, ex qua singuli sunt constituti. Si rarior namque fit, dilutiorem reddit lucem,si densior viuidiorem. Qua ratione,nostratibus experimentis multis cum probata, Saturni minus valida lux, ad raritatem ætheris eam ostendit declinare, ita vt si raresceret magis in ætheris transiret raritatẽ, &diaphanitatem prope subiret, & languidissime,vel non amplius luceret. Modo quia cõpactior ea est raritate,lucet, sed lucet luce languidiore. Rara namque flamma,apud nos etiam,minus fulget valide, quam si sit densior. A qua raritate recedit magis Iuppiter, & densior est,atque ideo fulget clarius. Mars vero Ioue est compactior, quod igneo suo colore prodit. Nam & nostrates flammę in crassiore ac densiore materia accensæ, & rubentiores apparent,& sentiuntur calentiores. Venus vero stellarum,omnium pulcherrima, clarissima lucet flamma. sed quàm duo superiores minus. Et vt nos quidem arbitramur inter densitatem,& raritatem æque media. Nam si flammas ant in foco,aut in lucerna spectemus, attente,cernemus,eam eius partem,quæ prope vel lignum, vel oleum, aut ceram est, reliquæ fere radix,subobscuram &fere cæruleam esse,materiæ huctæ vicinitate, & quasi materiatæ:Quæ ardore ipso attenuata, & in mediũ sui accensa est clarissima.Deinceps in rubedinem vergit parte superiore,vbi fumus in se se recipit,& quasi suppetias sibi laturus cogitur, & fit densior. Media ergo flamma omnis est lucentissima, eò quod inter extremas duas crassities, æqualiter est media. Venus ergo, qualis apparet, tali etiam inter raritatem, & densitatem temperie media constare est credenda. Mercurius autem cæruleo suo colore prodit se se quasi fundum esse flammæ, sicuti Mars rubedine sua summitatem. Quæ res ad situm quoque eorum videtur pertinere. Non defuerunt enim inter philosophos atque Astronomos, qui,sub Marte Venerem locarẽt, sub hac,Mercurium. In quo quidem situ,atq; ordine eorum, non minor fuit inter siderum contemplatores discordia, quã fuerit in reliquis,quæ iam commemorauimus inter Astronomos. Nam Crates Philosophus,& Metrodorus putarunt, Solem ac Lunam, omnium supremos.Democritus, Sole superiorem Mercurium locabat. Maxima vero Astronomorũ pars,sub firmamento collocarunt, primo Saturnum, deinde Iouem,Martem postea. Sub quo Alpetragius Venerem locauit, Solem deinde,sub quo Mercurium, postremam Lunam. Plato vero, postremos omnium Solem ac Lunam,quem Aristoteles est secutus. Sed hic Mercurium sub Marte,&supra Venerem. Martianus autem Capella, supra Solem primo Mercurium, Venerem supra hunc,& infra Martem. Quem secutus est,recens author Tychon Brae Danus. Omnium vero diuersissime eos collocauit Nicolaus Copernicus.Nã solem in centro locauit vniuersi, supra quem Mercurium, & proxime Venerem. Et supra hos lunam, & tellurem in orbe eodem. Hæc tanta sententiarum discordia,non aliunde ortum habuit, quàm reliqui Astronomorum quos commemorauimus errores,quòd crediderint planetas quoque, sicuti & sidera reliqua,orbibus quibusdam infixos ferri. Et præterea quod nullam haberent, hunc ordinem vestigandi methodum. Quam pręcipuam triplicem esse autumant. Diuersitatis aspectum, velocitatem motus,eclipses. Priorem fatentur ipsi,Martem,Iouem, & Saturnum non attingere. nihilque de iis tribus statui posse certi. Colligunt autem eorum ordinem ex motus velocitate ac tarditate. Aiunt enim,quanto motus est tardior, tanto maiore via atque circuitu mouetur; quanto velocior,tanto mi-

nore. Igitur Saturnus qui tardissime fertur, longissimum iter habet; atque hnc supremo conuenit, igitur omnium summus est. Luna quia citissime, infima. Iupiter quia fecunda monetur tarditate, subest Saturoo. Mars, quia tertia, subest Ioui. Sed fatentur iterum, hac ratione nihil de Sole, Veoere, ac Mercurio statui posse, qui prope eadem fernntur celeritate. Sed duo non aduerterunt; Alterum, quodquia celerrime omninm octaua quam vocanr sphæra, suum persicit motum XXIIII. scilicet horarum tempore, infra etiam lunam esse debere. Qua celeritate, cnm etiam plaoetæ ferantur, & non ferantur, vti est demonstratum motu raptus, Planetæ inter stellas erunt interpositi, & nullus altior fuerit alio, nisi certiores afferant rationes. Alterum autem non cogitarunt in eodem spacio viæ, posse a duobus tardius & citius iter confici, pro virium cniusque robore, quod apud nos, tum io animalium conspicitur cursibns euenire, tum io nauibus eodem vento, aut non eodem euotibns; & pro nauis mole, & velorum magnitudioe. & remigum, tum robore, tum multitudine. Nihil ergo ex mntus tarditate, & velocitate, de quatuor plaoetarum ordine cooficiunt. Tertia eclipsium methndo conficiunt, & non conficiunt. quaten us scilicet Luna, Solem, Venerē, & Mercurium eclysipbus operit. At non conficitur, certi qnicquam, an sol supra ambos sit, an infra ambos, quod Plato, & Aristoteles sensere. An vero sit Veous altior Mercurio, an hic Venere altior. Itaque cum hæc sint incerta omnia, non est Astronomorum decretis standum. Quid igitur in tanta quæstione audebimus pronunciare? Profectò, si visui, & apparentiæ credamus. (Credere autem hac io re, alij sensui nulli est par) modo cum hæc scribimus, Saturnus ex eorum computis, ex visu ipso, lucet in Geminis. & clarissime discernitur. Iupiter in Scorpione. Mars io Sagittario, Venus in Ariete, nullns tamen horum inferior stellis eius asterismi reliquis apparet; sed in eadem cum eis altitudine coospicitur. Neque item alius alio, aut altior, aut depressior spectatur. Igitur verior fuerit, quam modo referebamus, sententia, eos inter reliqna habitare sidera. Interque ea suos cnrsus motnsque alios peragere. Et oullos esse, ant orbes, aut cœlos eotum proprios, qui ooo nisi voa refulgeant stella. Atque ideo recta rasione, simnl cum eis, XXIIII. horarum spacio, diurnam cooficere circnmuolutionem. Neque ad instrumenta soa Astronomi coofugiant, quæ omoia & oculos eorum, & iudicia fallunr, mnltis quidem fallaciis aliis, sed duabus his euidentissimis, Altera quòd eorum cētra cum mundi centrocoincidere supponunt, cum tamen eis integro terræ semidiametro. Missibus passuum mibus mille, atque amplius qningentis snperſteot, quæ distaotia non est spernenda, quantumuis cœlum a terra distet, & quanti, non autem puncti, vti iamdiximus, cum eo habet proportionem. Altera vero quod instrumentis eorum, credunt integrum cœli medietatem supra horizontem dimetiri, quòd esse falsum iam ante, dnm de cœli ageremus fornice, demonstratum est. Moribus autem aliis cuique propriis ploribus moueri, quorum summa est, vt ipsi in contrarium nitanrur, sideribus reliquis, & vti loqui consueuerunt ab occasn in ortum, qui nulli in mundo sint; sint tamen nostri respectu. Et præter hunc, aliis agi quibusdam satis multis. QuInque scilicet illi, quos proprie planetas nos appellauimus. Directione, & tunc velocius monentur. Duplici statione, in quibus videtur stare, & nullum ciere motum. Retrogradatione, quando scilicet mouenrur tardius. In qna ab ortu in occasum videntur ferri, sicuti in directione, ab occasu in ortum. Et dum hisce cientur, modo ab ecliptica ad Septentriones ferrnntur, modo versus meridiem, terminum tamen, vltra sex gradus vtrimqne non excedunt. ita vt tota latitudine gradus XII. non exeaot. Sed & mioores se ipsis interdum apparent, interdum maiores qnoque, quasi a locis suis, sursum vel ascenderint, vel ad infima sua descenderint. & tunc maiores apparere, sicuti in ascensu minores. Quoniam vnum idemque corpus, quam pius oobis locetur, apparet maius, quaoto vero procul magis, tanto apparet minus. Sed Astronomi hæc omnia eccentricis illis suis atque epicyclis adscribunr. nns vero, eorum naturis spiritibusque, & multo magis, animis enrum ac mentibus; A quibus per hos motus regnntur, & diuinam exequuntur prouidentiam, & vniuersi cnnseruanr harmoniam. Hi sont ergo planetarum morus, qui ad actiones ab Aristotele astris tributas pertinent. Modi antem quibus mnndi harmoniam efficiant, hand procul hinc patebit, si passiones eorum quasdam prius explicemus, & Solis lunæque naturam exponamus. Passiooes autem quas dico, in alteratione quadam consistunt, quam corruptio etiam sequi posse videtur. Experimeoto id cooftat. D. namque Augustinus, ex M. Varrone refert Ogygij Regis tempore, Venerem stellam, mutasse colorem, & magnitudinem, & figuram, & cursum. Quæ res æuo etiam nostro accidit anno M. D. LXXVIII. Romæque visnm id est die XVI. Nouembris. In Germania vero die Decembris XXVI. Perq; totum eum annū, snb vesperam, Sole oōdum merso, visa est magnitudine insolita, figura vero, modo triangula modo

modo quadrangula, modo rotunda: & splendore maximo, & rubedine maiore, quam sit Martis rubedo. Cursum tamen non mutauit. Si stellæ immutabiles essent, duo hæc tam magna non euenissent accidentia. Euenerunt. Horum euentuum, quæ nam causa est dicenda? Stellæ omnes flammæ sunt, rarefactione, ac condensatione fiunt, tum clariores, tum minus claræ. Copia vero, vel maiores, vel minores sunt. Quam rem apud nos fieri quotidie cernimus. Et ex iis quæ apud nos contingunt, admonuit Aristoteles, ea quæ sensibus non sunt manifesta, nos debere venari. Iuxta quam rationem dicimus nos, alterationem illam veterem, quæ Ogygis tempore euenit, quia de colore nulla fit mentio, non posse nos quicquam diuinare, sicut neque de magnitudine, maiore vel minore, vel etiam figura. Hæc enim omnia tacentur. Sed de secunda, videtur posse aliquid dici. Videlicet splendorem illum maximum, & rubedinem, ex condensatione prouenisse. Ostendimus enim, quando vel fumus, vel fluor qui ardet, densatur magis, in rubedinem eũ tendere. Figuras aũt mutasse, dum vel magis, vel densatur minus, ab omnibus partibus non æqualiter. Si vero magnitudo illa insolita intelligatur, pro paruitate, euenit sane ex densatione maiore. Eadem enim moles, dum rarefit, maior; dum densatur, apparet necessario minor. Si vero creuisse magnitudine intelligatur, proculdubio id euenisse est existimandum, quia, vel alia ex æthere ei accesserit materies. vel quia eadem, quæ prius erat, rarior sit facta. Cursum autem veterem illam mutasse, nihil est mirum. Nam & stellæ reliquæ, mutare locum non videntur. Et stella noua, quæ anno 1572. nata est in Cassiopea, sedem suam, toto XVI. mensium tempore seruauit. Rarefactione autem, in æthereum diaphanitatem est mutata & euanuit. Vel quod antea diximus, iter sursum arripuit, ita vt oculi nostri eam non potuerint sequi visu. Haud aliter ac Mercurius, qui dum in Apogæum sui epicycli dicitur scandere, omnibus oculis, nisi acutissimis fit inuisibilis. Itaque hæc nouæ stellæ occultatio, vel extinctio, & euanescentia. & in ætherem conuersio fuit, vel maior a nostris oculis ascensio. Et quod de his Veneris, & nouæ stellæ mutationibus diximus, possunt, de aliis quoque similibus, ac debent intelligi. Sicuti de stella alia illa recens Hipparchi tempore nata, & de Solis, quam postea dicemus luce languidiore.

Finis Libri Octauidecimi Pancosmiæ.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER NONVSDECIMVS.

DE SOLE.



E Sole autem, quem cum Luna ab aliis sepofueramus proxime, tam magno Summi Dei opificis instrumento & primario lumi-nari, quid nobis dicendum? Hic mundi, vt refert Plinius, totius cor, & animus, & mens creditus est. & principale naturæ regimen, & numen. Hic reliquorum siderum rector, ea & occultat, & iterum reuelat. Lucem eis aufert, & iterum restituit. Cœli tristitiam discutit, aeris, humanæque mentis nubila serenat, Præclarus, eximius, omnia videns, omniaque exaudiens, vt principi literarum placuit Homero, quem Orpheus, παν δέρκες ἔχων αἰώνιον ὄμμα, Omnia cernentem habens æternum oculum, appellauit. Hic a plerisque, & veteris & noui mundi gentibus, pro sensibili Deo, pro maximo Deo, & habitus est & cultus, & habetur etiamnum & colitur a multis. Ab hoc.n.ab ipsis reputato Deo omnia sibi beneficia, putarunt, & putant prouenire. Ab eo plantas, animalia cuncta, hominesque produci crediderunt. Vitæ, alimentorum, accrementi, perfectionisq; omnis authorem esse existimarunt. Hic a Platone, summi boni quasi proles, & sensibile simulacrum est appellatus. Et quas ille in intelligibili mundo, vices gerit, hunc dixit in mundo visibili vires habere asseruit. Et quomodo bonum, ad intellectum, & ad intelligibilia se se habet; sic sol in visibili mundo se habet ad visum, & ad visibilia. Et sicut bonum, omnis intelligentiæ ibi causa est, & omnis veritatis: Sic & Sol in mundo hoc, omnis visionis causa est, & omnis quæ per visum cognoscitur veritatis. Hunc tantorum, & tot operum effectorem, quis vmquam pro dignitate laudauit? aut laudare queat? Aut quis vmquam de eo scripsit, præter Iulianum Cæsarem; Quem solum, de Sole librum scripsisse comperio, secundum tamen ea, quæ de ipso Phœnicum Theologia tradiderat. Quo libro, & qua Theologia postquam caremus; tentandum nobis, si quid de tanto rerum sensibus subiectarum moderatore, ac benefactore, Physicis rationibus dicere possimus. Quid nimirum sit, & qualis, & quantus, & quo loco habitet, & quo motu agitetur, & quid agat, & quid etiam pati queat. Sol igitur, qui claritate sua omnibus se prodit, eamque rebus omnibus communicat, quidnam est? Græcorum philosophorum, maior pars, satis simpliciter, ne dicam fatue, de eo sunt locuti. Anaximander namque cauam fornicem esse igne plenam affirmauit. Xenophanes, esse vel nubem accensam, vel igniculos, ab humido ascendentes, & in solem coagmentatos. Anaxagoras, Democritus, Metrodorus ignitam esse petram docuerunt. Antipho, Hecatæus, & Diogenes, esse pumicem, ab æthereis, accensum radiis. Heraclitus, accensionem esse ex mari, quæ in Oriente accendatur, in Occidente extinguatur. Philolaus, duplicem esse lucem. Primam per se, & supra mundum, quæ, per vitreũ aliquod, qui sit sol, refrangatur, & per id ad nos lucem transmittat secundam. Vel Solem esse ignem in cœlo, qui lumen, alium scilicet ignẽ ad nos transmittat, & esse tertiam luminis refractionem. Cum Philolao, videtur Empedocles, ferè sensisse idem. Nam duos dixit esse Soles, alterum archetypum, alterum hũc quem cernimus archetypi imaginem. Anaximenes

imenes & Parmenides, esse quid igneum, Euripides ignem. Plato ex plurimo igne. Aristoteles ex quinta essentia cœlesti. Zeno Stnicorum pater, & ipse ignem esse dixit. Stoici quidam, Heraclitum potius, quàm authorem suum secuti, accensionem esse è mari illuc sublatam. Epicurus terrestre quid in modum pumicis excauatum, rotundum, & ab igne ardens. Fornices, petras, pumices, vitra, nubes, e mari vapores, vti fatuas mittamus. Aristotelem, donec nobis dicat quid illa sua quinta essentia sit, missum faciamus. Reliquos ignes, igneos, ignitos amplectamur. Nam & cum re ipsa, & nobiscum consentiunt, & vetustissimo Zoroastri dogmati, assentiuntur, qui cecinit.

Ἑξ ἀνακρεμάσας ζώνας, ἑβδόμην ἠελίου
Μεσσεμβολήσας πῦρ.

„ Sex suspendit Zonas. Septimu Solis.
„ In medium iecit ignem. Et iterum.

Πῦρ πυρὸς ἐξοχέτευμα, καὶ πυρὸς ταμίας.

„ Ignis, ab igne deriuatio, & ignis dispen-
„ satur.

Sol inquit, ignis est, & ab igne est deriuatus, & ignem dispensat, hunc scilicet nostratem. At a quo igne est deriuatus? Ab archetypo illo Empedocleo, a prima illa Philolai supramundana luce. Quam nos primæuum appellauimus lumen, a quo & empyreum ostendimus esse constitutum, & in æthere luces, ac flammas, & faces omnes, quas astra, stellas, ac sidera nominamus. Et quod *ὑπερουράνιος ἀστὴρ* supercœleste astrum fuit Philoni, solisque exemplar. Horum virorum authoritates tam insignes, authoritati Aristotelis vnicæ, proculdubio sunt anteferendæ. Sed & rationibus, & multis, & validis a luce, a lumine, a colore, a micantia, a figura, a radiatione, & a calore antea demonstrauimus, astra omnia esse ignes, flammasque, lucesque a lumine, per ætherei fluoris densationem accensas, & triplices esse ignes, & diximus, & dicimus, primæuum illud lumē & empyreum. Srellas & Solem. Et ignes reliquos elementales, hos corruptibiles illos incorruptibiles, æthereos hos, illos hylæos. Concludamus igitur indubie, cum stellis omnibus, præter Lunam, Solem esse ignem. At qualis ignis, vt stellas mittamus nunc, est ipse sol? Carbo ne accensus, an flamma? Nam qui Græcorum, vel petram, vel pumicem, vel vitrum, eum esse dixerunt, carbonem esse sunt opinati. Qui vero nubem, vel e mari vaporem accensum, flammam esse voluerunt. Alij ignē simpliciter nominarunt. Sed qualem non expresserunt. Nam triplicem ignem philosophi multi esse voluerunt. Carbonem, flammam, *φῶς*, quod & lucem, & lumen dicit. Viuit ergo adhuc quæstio, Carbo ne, an flamma, an lux sit Sol? Sanè in æthere, nulla videtur, crassa esse materia. Carbo igitur non est, vel ex petra, vel ex pumice, vel ex vitro. Neque ibi est fumus vllus, aut vapor, aut e nube, aut e mari. Igitur sol non erit flamma. Flamma enim fumus ardens est. Solum ergo lumen & lux, erit sol? Quid ergo dixit Philo, *φλογὸς πίλημα πολλῆς*, Flammæ compactio multæ? Vel vtrumque locum in Sole habuerit, & flamma, & lumen? Si flamma est, ergo fumus ardens est, inquiet Peripatus. At ibi nullus fumus est, neque hinc illuc ascendit. Si neque ibi est, neque ascendit, ergo ibi nulla flamma. Ergo sol flamma non est. Vera conclusio, si flamma omnis, fumus ardens esset. Sed si flamma, sine fumo esse queat, vera non erit, & in æthere flamma esse poterit. Hic enim apud nos, sæpe cernimus flammam esse, & sine fumo esse, ardere tamen in fluore, vt in vino stillatitio linteolum ardet, nullo inde surgente fumo. Ardet ipsum stillatitium per se vinum. Olei, picis, bituminis, sulphuris superficiem flamma lambit. Flamma, quæ meum pileum & pallium, vti supra narratum, arsit in nullo fumo, sed in imbris guttulis est accensa. Falsum ergo est, flammam esse ardentem fumum. Est aliquando, non est semper. Sed & illud ridiculum, quod Peripatus asseuerat, fumum esse exhalationem siccam. Sed hoc postea, rem modo nostram. Experimentis hisce, & fumus, & fluor ardet, flammamque facit. Fumus & fluor apud nos, in æthere fluor solus. Quod si verum est, vt vere est, quid prohibet solem cæteraque sidera, non e fumo, sed e fluore, flammas esse, non quales nostrates, quæ ex postremis sunt, & fumis, & fluoribus, sed æthereas ex fluoribus primæuis, ac lucibus. In fluore ergo æthereo, Sol, flamma est. *φλογὸς πίλημα πολλῆς.* flammæ coagulum multæ. Quod & effectibus prodit multis. Radij eius ardentissimi ab iis sentiuntur, quos proxime ad æquatorem aspicit. Et aquæ ibi rarissimæ. & campi, & montes arentes. & animantia præ calore æstuantia, & homines cute nigerrimi. De quibus postea. Sol ergo flamma est. Sed cur, non sit etiam anthrax? Nam apud nos, quanto vel anthrax, vel flamma est in materia densiore, tanto sunt *τὸ διαστατικὸν, καὶ τὸ διαιρετικόν*. Diuidit enim & distare partes facit. Sed Sol præter hæc, occultam quandam possidet virtutem, eamque admirabilem. De qua Salomon hæc scripsit.

„ Quod enim ab igne, non poterat extermi-
„ nari, statim ab exiguo radio solis calefa-
„ ctum, tabescebat.

Potentior ergo solis radius, quàm ignis est, quia spiritum secum vehit, rerum omnium vectorem, & effectorem, vti loqui solent, immediatum. De quo postea suo loco. Itaque quoniam sol, & calore, & colore suo prodit,

esse ardentissimum esse, necesse est eum, vel anthracem esse, vel compactam, & densatam valde flammam, vel compactam, & densatam valde lucem, vel horum duo, vel omnia. Esto sane omnia, sed quomodo, aut qua ratione? Anthrax quidem est, non ligneus, non lapideus, non pumiceus, non vitreus. quales sunt apud nos anthraces. Sed anthrax æthereus, ex fluore primigenio, in æthere admodum compactis. & calore, & lumine primæuis accensus, & in densissimam coactus lucem. Quæ eadem, & anthrax sit, & flamma, & flamma sit & lux, & anthrax. Et anthrax, & lux eadem & flamma. Ardere autem hunc anthracem, non similem nostratibus, sed æthereum, duo quæ apud nos fiunt, satis ex monitu illo Aristoteleo, contestantur. Anthraces nostri exiguam præbent flammam si habeant longe lateque diffundunt lumen. secundum, quod dum flamma est, tremere non desinit, vnde & lumē, quod ab ea emicat, ad vmbrarum confinia, tremit quoque. Ita si Sol anthrax tantum esset accensus, pro magnitudine sua, luceret longe minus quàm nunc lucet, & radios non tam longe iacularetur, & lumine non impleret vniuersum. Quæ opera flammarum, non anthracum, sunt propria. Tremere autem modo nostratis, solis flammam, duo sunt manifestissimo argumento. Alterum quod radius eius, per foramē in domum ingressus, ab ingressu totus tremere videtur in aere. Alterum, vbi solum ferit, ad vmbrarum confinia, etiam tremit. Et tertio si foramen, introitum det angustum, in solo radius totus tremit. Si det latiorem, in medio non tremit, luminis copia eum tremorem interimente. Sol igitur, fluore æthereo densissimo compactus, anthrax lucis & flamma est factus, sicuti & astra, sed compactione, & maiore, & densiore, atque ideo ardentiore. Quid vero ita? Quia Conditoris sapientiæ & prouidentiæ ita visum. Vt id scilicet corpus, quod corporibus omnibus, lucere debuit, & calorē, & vitam, & bona, omnia præstare, muneri suo sufficeret. Nam in tenui materia, tenuis quoque flamma est, & tenue ex ea lumen emicat, & tenuis calor ita, vt in longinquum minime possint pertingere. In densiore uero e contra, & lux, & calor maior, & flamma vehementior. & lumen & calor inde promicantes longios porriguntur. Hac ergo finali causa, summos solis opifex, qui nihil frustra facit, ex densissimo æthereo fluore, eum compilauit. vt nō immerito Peripateticus Albertus; sed quo casu nescio (neque enim in Peripato hæc docentur) protulerit, solem corporum omnium simplicium esse densissimum. Et si densitas id posse efficere, a reliquis stellis substantia longe esse diuersum. Sed non ea ratione, quam ipse affert, scilicet quòd solus sol luceat, stellæ ab eo lumen accipiant & luceant. Omnes namque stellas ostendimus nos lucere per se, vna excepta luna: atque esse flammas, & nunc addimus, etiam anthracas. Concludamus ergo hanc de solis substātia, quæstionem. Solem sine dubio esse æthereum ignem, in fluore primigenio, a lumine & calore primigeniis accēsum, omnium simplicium densissimum & vere πίλημα coagmentatione flammæ plurimæ, ideoque lucidissimæ, & lucentissimæ, & ardentissimæ, & calentissimæ. Et de eo vere dici potest. Sol est carbo, flamma, lux. Et flamma, lux, carbo; & lux, carbo, flamma. omnium maxima, ratione triplici, mole, lucis vigore, & vigore caloris. Nullo enim alio in corpore, tanta lux conspicitur, nulloque calor efficacior, vt vere dixerit auctor libri Sap. cap. 16.

„ Quod ab igne non poterat exterminari,
„ statim ab exiguo radio solis calefactum,
„ tabescebat. vti iam diximus.

De eius luce, satis superque diximus in Panangia. Nunc de magnitudine dicendum aliquid, sicuti de calore, paulò post erit agendum. Igitur dicamus.

Solem terra esse maiorem Optici facile se demonstrare posse confidunt, & eos secuti astronomi, ea demonstratione vti certissima vtuntur. Aristarchus Samius, nescio, an primus, huius rei demonstrator, ait. Si sphæra lucida, atque illuminans, sit illuminatæ sphæræ æqualis, ab hac in oppositam partem, proiicietur vmbra columnaris in infinitum. Si illuminans sit minor, illuminata maior, tunc vmbra proijcietur calathoides semper latior in infinitum. Si vero illuminans sit maior, tunc vmbra semper angustior in progressu desinet in conum. At sol, procul dubio sphæra lucida est, terra, opaca sphæra est. Terra a sole illuminata, vmbram noctu iacit, quæ in conum desinit. Ergo sol, terra, est maior. In conum autem eam vmbram desinere, ex lunæ eclipsi probant, quæ in eam vmbrā incidens eclipsin sui luminis patitur. At demōstratio hęc, partim nulla est, partim est aliqoid. Est quidē aliquid, quia in vmbra luna, quæ lumen propriū nō habet obscuratur. At eadem obscuratio ei accideret, si in vmbram vel calathiam, vel columnarem ingrederetur. Si tota in vmbram incideret, tota obscuraretur, Si in collaterales vmbræ lineas ingrederetur, ea ota parte, quanta in vmbra remaneret, quanta vero extra eas esset, non eclipsaretur, quod in conoide sola, primo errore, dicunt ei euenire. Cuius non magis propria est, quàm duabus etiam aliis sit communis. Nulla autem est demonstratio, quia secundo errore, conicam esse terræ vmbram, non demonstrāt. Adducunt, tertio errore,

pro argumento, ideo conicam esse, quia in orbe Mercurij, aut etiam Veneris desinit, cum aliæ duæ in infinitum, quarto errore, abeant. Conicam, quinto errore, in his orbibus putāt desinere, quia nec Mercurius, nec Venus eclipsantur. id autem quia in eam non incidunt. Non incidunt autem, quia illa esse desiit. Desiit autem, quia in coni desiit apicem. Sed his omnibus falluntur, præter quàm quòd desierit. Nam desiit ea quidem, non qua ipsi aiunt ratione. Sed quia luces Mercurij & Veneris, tantum lumen de se, & circa se effundunt, vt eam vmbram vincant, & diluant. nec amplius vmbram esse sinant. Lumen enim, & vmbras & tenebras etiam superat: non autem tenebræ vincunt lumen, & vmbra multo minus. Id quotidiano videmus experimento, pusilla candelæ flammula in tenebrosum cubiculum illata. Veneris autem tantum lumen est, vt tenebrosissima nocte, vsque ad nos pertingat, & itinerantibus viam illuminet. Mercurij lumē numquam vidimus, sed luna ipsamet dum in eclipsi est, quod dicimus verum esse prodit. Vmbra enim, in qua est, ea parte qua est rubicunda, ea rubedine ita superatur, vt non impediat, quin a nobis cerni queat. Et si magis super se esset luminosa, nullam vmquam pateretur eclipsim. Et si sol eam pati dicitur, id, non quia obscuretur fit, sed quia luna opacitate sua, eius lucem nobis occulit. Itaque tot erroribus fulta demonstratio, quomodo ostēdet, aut persuadeat, solem esse maiorem terra? Et si in tanta, & tam euidenti re Astronomi, omnes sunt decepti, quibus eorum demonstrationibus, aut instrumentis credere possimus, aut debemus, solem esse non solum terra maiorem, sed maiorem cēties sexagies sexies? Nos vero, quid de solis magnitudine audebimus physice proferre? Sane certi nihil, præter quàm hoc vnum, eum esse ignem maximum. Qui possit, & elementa omnia, nec minus æthera totum illuminare, & calefacere. Lumen enim & calorem sensibus haurimus. Ratio autem dictat, si tam longe lumen & calorem suū diffundit, & in corpora a se longe diuersa, qualia sunt elementa, eum facilius in proximiora, & similiora sibi, id ipsum facere. & longe magis, quia nullo videtur obice impediri. Tam longe scilicet lateque, quàm in Panaugia est a nobis declaratum.

Sed non minor est de situ solis incertitudo. Inter enim veteres philosophos, Zoroaster, vti vidimus, in medio sex planetarum collocauit. Hermes vero, illico supra lunam eum posuit. quem & Plato, & Aristoteles sunt secuti. Ducti ni fallor, quòd eiusdem ferè viderentur esse magnitudinis. Et ex calore, quem ab eius radiis sentiebant, eum non procul, vt cætera astra esse existimarunt. Ante Platonem vero Anaximander, & Metrodorus & Crates, supra etiam stellas fixas solem ponebant, & sub eo lunam. Aristoteles ad Alexandrum scripsit, supra solem esse Venerem. & supra eam Mercurium. Astronomi vero posteriores medium inter planetas locum ei deputarunt, demonstrationibus partim puerilibus, partim ab aspectus diuersitate ductis. Pueriles illæ sunt, quando aiunt, eum vti astrorum, & Planetarum regem in medio sedere debere loco. Cuius veluti consiliarius sit Saturnus, Iupiter iudex. Mars exercitus dux, Venus, vti materfamilias, Mercurius vti scriba, Luna vti nuncius. Quibus, in re tanta, quid nugacius? Simile huic, quando eum cordi medio comparant, reliquos membris aliis animalium. Neque enim cor in medio est corporis, neque membra sunt aliis comparanda. Diuersitas autem aspectus, per instrumentorum fallacias, in neutram nos partem, certitudine vlla inclinat, atque ideo certi nihil pronunciamus. Hoc vnum dicimus, si verum sit, quod Proclus, & Damascius crediderunt, Chaldæorum Theologiam, fuisse θεοπαράδοτον, a Deo traditam, cum ea sentiemus, solem inter planetas, medium stare. Si vero ex simplici Astrologia, Zoroaster ita pronunciauit, ex calore, & magnitudine, & luce viuaciore, & radiorum viribus, Platonis sententiæ assentiemur libentius. Quoniam tria hæc, longe maiorem, quàm Astronomorum discordantium instrumenta, certitudinem nobis promittere videntur. Quo vero ad motum eius (quinta hæc fuerat ab initio proposita quæstio) quæ prima est eius actio, paucula. Mouetur, vt planetæ, motu diurno, & annuo, contrariis, seu potius altero retardante, vti de illis docuimus. Sed actiones eius reliquæ, minus manifestæ sunt, perscrutandæ. Sunt autem eæ, vel cum stellis aliis communes, vel suæ sunt propriæ. Communes quidem sunt lucere, illuminare, calere, calefacere. Hæ namque omnibus, vti sunt ignes competunt. Et qua ignes etiam mouentur. Mobilissimus enim, & mouentissimus rerum omnium est ignis. Sed motum circularem, & retardantem, & in latera, & velociorem, & tardiorem, & reliquos antea commemoratos, habent a spiritu, ab animo, habent ab intellectu, habent a Dei prouidentia. Habere ab intellectu, etiam Peripatus contendit vniuersus. Quid vero non solum pluribus, sed etiam contrariis, tum stellarum cæterarū, tum etiam suis planetæ, & sol cum eis, ferentur motibus? cum corporis simplicis natura vnus tantum, & simplex est motus? Non quidem a

natura iis ferentur. Sed ea, potentioribus cedente,& nihil repugnante, animalium exéplo,ferentur a spiritu,ab animis, a mente, intrinsecis,& a prouidentia extrinseca. At eodē tempore,& pluribus, & contrariis cieri motibus,repugnat naturæ.Si naturæ repugnat corporum, non repugnat incorporeis, animo & menti.Non spiritui inter corpora & incorpora medio.Contrariorum namque, sicuti essentiæ, sic etiam vires, sic etiam debent esse contrariæ actiones. Non est igitur impossibile stellas omnes eodem tempore vel pluribus, vel contrariis ferri motionibus, quando non corporis natura feruntur sola,sed ab incorporeis,quando & animalia saltu feruntur tribus, aut pluribus, iisque contrarij, sursum, deorsum,ante,retro,ad latera. omnibus supra corporis naturam, quæ deorsum tantum habet moueri.

Sed ad proprias solis actiones accedamus. Vti flamma est,lumen e se emicat & calorem, in æthera primo totum, sicuti & alia sidera. quandoquidem quin id faciant, vetat nihil. Hæc communia. Sed Sol, astris ne omnibus, ea sui luminis iaculatione, lumen suum tribuit, eaque lucere facit? Tribuit quidem omnibus, sed lucere nequaquam facit. Nam & ipsa flammæ sunt, & sua essentia lux sunt, non minus. & suis viribus lucere possunt,& lucent. Sed lumen suum, eis sol addit, lucemque eorum reddit lucidiorem. Lucem ergo eis non indit, sed insitam adauget. At cur præsente sole, stellæ non cernuntur? non lucent? Num eis e contra lucem adimit, eamque ita diluat, vt lucere nequeant? Id non solis, non stellarum culpa fit, sed oculorum nostrorum, hic est defectus. Qui in tam amplo, apertoque solis lumine radios suos visuales qui & ipsi vt patebit postea, lucidi sunt, & intra oculum & extra,ita debilitat & reddit languidos. vt luces alias discernere nequeant etiam aliquando vicinas. Lumen enim maius, vt est in dicterio, offuscat minus. Experimenta id comprobant. Flamma satis magna ad Petrammalam in Hetrutia, emicat e terra. Qui illac iter noctu faciūt,& sub auroram, a longe eam conspiciunt.Sereno vero die,interuallo itineris eodem, vix discernitur. ob solaris luminis copiam ac vigorem.Si vero radij visuales congregentur in profundo puteo, sursumque suspiciant, tunc sidera cernuntur. Id & Astronomi quidam confirmant, & experientia docet. Non igitur sol,stellis,lumen adimit vnquam. Si candelæ & faces interdiu accendantur. Et solis lumini, vel opponantur, vel etiam intra lumen ponantur, languent, & fere a nobis non visuntur,non tamen extinguūtur. Si flamma hæc nostràs in tenuissima fuerit materia, per rarefactionem maiorem, extingui aliquādo continget. Eadem noctu lumine maiore, nobisque propiore, etiamsi lumen suum vsq; ad nos non porrigit,lucem tamē suam, etiam in tenebris ostentat. Ita est de stellis. Sed cur, luces illæ, cum suum quæque proprium lumē emicet noctu, æther tamen illuminatus non apparet? Magnam quidem,res hæc dubitationem afferat, quando solis lumen etiam tunc fulgens, interdiu in æthere cernitur, cur non & astrorum lumen non discernitur noctu? Id euenire existimandum, quia tanta sit ætheris raritate, vt lumen neutrum concipere ita possit, vt ostentare queat, neque interdiu solis, neque astrorum omnium noctu. At cur, solius vnius solis lumen,aerem totum implet,& totam vt videtur aquam:tot autem astra,luces ostentare noctu satis habent, lumine autem aerem non implent, ne dum aquam? Contrariorum,contrariæ sunt causę. Sol magnitudine sua, quam ostentat proxime, id videtur posse facere. Illa & paruitate, quæ apparet, & longinquitate, quæ, vti creditur, & demonstratur, & apparet oculis, id non posse facere videntur.

Sed lumen solis, nemo non videt, nemo non fatetur, totum aerem, totam forte aquā, & totam terræ superficiem illuminare. Verum calorem eius cum lumine, & in lumine descendere, multi negarunt antea, multi in præsentia negant. Dubij sunt non pauci, incerti plerique omnes. Hanc rem, quæ secunda est præcipuarum solis actionum, e tenebris eruere adnitamur. Sensuum testimoniis vtamur, ex demonstratis rationes afferamus.

Mirum cogitatu sanè est, quomodo Peripati magister, numquam in sole, semper in vmbra deambulauerit, neque se a radiis solis calefieri senserit: neque id senserit eorum vllus,qui in gymnasio suo sese exercuit.

Nam qui calor, eos in sole forte ambulātes in cuti adussit, nigricantesque reddidit, non a radiis solis fuit,vt eorum fert opinio, sed ab aere, astrorum latione attrito. Et si radij quid in causa rei huius sint,non sint,nisi in solido corpore refracti. Primum profecto illud tā stultū est,vt stultius,queat esse nihil. Stultitiā auget, quod magister dixerit, non calorem tantum, sed etiam lumen, in aere ab astrorū latione attrito generari. Sanè astra,vt tunc opinabantur homines vniuersi, diu, noctuque ferebantur, æstate, hieme, autumno, vere. Cur ergo, noctu etiam lumen in aere non generabatur? cur noctes omnes frigidiores non erant diebus? An quia noctu, ferri cessabant astra? Stultior veteribus Peripateticis factus est recentior Albertus, cui cognomen magni, haud scio

quo

quo merito,sui tribuerunt. Is summa,au fatui tate, an sagacitate excogitauit, lumen per se non posse calere. Sed dum a sole descendit, ab eo partim rapi,partim a solis latione trudi ignis elementalis partem, vsque ad terram, quæ ea fit,quæ calorem cum lumine nobis affert.Huc dogma in scholis docetur, eoque au ditores infatuantur. Nam si latio astrorum, ignis particulam, deorsum trudit, cum latio semper fiat, cur semper eam particulam ignis non trudit,aut detrudit? cur non noctu æstate? Cur hyeme,non die? Cur sub septentrionibus numquam? vt ibi faciat calorem. Sed hæc figmenta, quia rebus ipsis non consentiunt, aculutorum sunt deliramenta. Tota igitur hæc res, ad exactum est perpendenda. Astrorum latio sane, & perpetua, & perennis est,nec vmquam cessat,quod & Peripatus con tendit. Ab ea latione,inquit Aristoteles, duo generantur,lumen & calor, aere ea latione attrito. Omnia hæc esse impossibilia demonstre mus.Fixorum vti vocant siderum latio, ab aere abest lõgissime, & eũ atterere minime omnium potest. Distat autem ab hypeccaumate, ex Astronomorum,quos ipse in rebus cœlestibus,sibi etiam ipsi præfert, sententia M. Pass. 78821837. Tanta enim est tota orbium, qui planetas deferunt,vt ipsi aiunt, crassitudo. Per quam,impossibile est astra fixa,aerem attingere,aut atterere.et per crassitudinem orbis, solius lunæ,quæ est 109056. M.Pass.impossibile est a Planetis sex aerem attingi, aut atteri. A luna quoq; idẽ impossibile est,ob crassitudinẽ ignis elementi,quã M. Pass. 115567. esse aiũt. Nullo ergo modo possibile est aerem,ab astro rum latione,aut attingi, aut atteri. Quæ enim se se atterunt, necessario prius se se contingunt. Deinde,aer quomodo atteritur. Quæ atteruntur, ea solida sunt,& dura vtraque, æther mollis est, aer mollis, & tenues vtrique, si res durior per aerem feratur, aut aer ab ea quouis modo diuerberetur,turbatur quidem & confunditur, & dispergitur: teritur,aut atteritur minime. quando nec aqua, aere crassior, attritionem nullam patitur. Itaque neq; astrorum latio,aerem attingit:& si attingat nõ terit, quia tenuis & mollis æther est. & aer nullo modo atteritur. Falsissimæ ergo hæ duæ priores sunt assertiones. Tertia eiusdẽ est falsitatis. Nam etiãsi aer atteri possit, ex ea attritio ne lumen nequaquam generatur. A sole in quo iam ante lux est genita, & in ea luce lumen,& toto æthere prius ab ea fusum, in aerẽ diffũditur,nulla noua eius generatione. Haud sane aliter,ac in cubiculi aerem candela illata, totum suo lumine replet. Lumen ergo in aerem a sole funditur, non autem in aeris attritione vlla generatur. Sed & quarta falsitas his it comes. Nimirum ab eadem astrorum latione, per eandem aeris attritionem, calorem in aere generari.Nam si astrorum latio aerem attingit nũquam, aer ab ea non atteritur. Si nõ atteritur,vt est ostensum, ab eo non attrito, nullus calor generabitur. Sed alia occurrunt via. Non calere solis radios, nec aerem, aut corpus aliud calefacere,dum de cœlo descendunt, sed postquam in corpus solidum inciderint, ab eo refractos in se resilire. & ea te densiores factos, aerem atterentes, & fricantes calorem in eo excitare. Et de eius materiæ potentia deducere in actum. Si id pro vero astruunt, rationem reddant, vnde eueniant, quæ modo recensebimus? Si quis hieme frigidissima,sole Oriente, nulla adhuc refractio ne facta,manũ, aut faciem radiis opponat, calidus sentiat? Si quis penes murum soli expositum, qui tota die radiis sit verberatus,ambulet,ea parte faciei,quam radij tũc feriunt, plus caloris sentiet, quàm parte alia, quæ ad murũ versa,manet in vmbra? etiamsi murus caleat? Si quis per herbida prata ambulet, nulla ibi refractione facta,caput si radij feriant,& faciẽ, & pectus,calorem percipit?Cur in summis na uium malis,nauta in specula positus,calorem radiorum nun ibi refractorum sentit, & paucis horis cute nigrescit? Quod non patiuntur nautæ alij tam cito, in tabulatis sedentes, vbi radiorum tota fit refractio. Sed dum hæc soluunt, nos liberius, & verius philosophemur. Radius solis vti ignis prolẽ, a parte diuulsam numquam, per se,& in se calere asserimus, & alia quæ tangunt calefacere,vel illico,vel tem pore aliquantulo interposito.Arida ab eis etiã igniuntur. Trans aquam rotundo vasi infusam,permeantes,aqua non dum satis concalefacta,escam accedunt. Per crystallum concauũ transeuntes,ignem in opposita esca creant. A speculo concauo resilientes,in aridate ignem accendunt.Hæc omnia ignis sunt opera,etiãsi dicantur in his omnibus vniri, & quasi paruu lus sol facti, lucidissimi, & feruentissimi simul fiunt. Quia nimirum lux & ignis idem sunt & lumen producunt & calorem, & a simul iunctis vti sunt iuncti ipsi, lux & ignis. Calor igitur perpetuus est luminis comes. Neque lumen vmquam sine calore est,etiamsi calor,aliquando sine lumine reperiatur:Quan do scilicet re aliqua a lumine cõcalefacta,ipso abeunte, calor ibi remanet, vel sedes suas ponit. Id autem fit, quia lumen omne, sed sensibilius solis lumen, non aliud est, quàm flamma rarissima. sicuti flamma densissimum est lumen. Et sicut flamma,omnis vti est ignis,calet, & calor sit, sic lumen cum sit flamma,calor quoque est. Sed vt lumen, flamma est tenuissima, & rarissima, sic etiam eius calor est

lenissimus, & suauissimus, vt potius tepor dici debeat, quàm calor, tepor tamen e genere est caloris. Sol ergo corporeorum ignium, ignis est primus, imago empyrei, primæuiq; & luminis, & caloris, lux compactissima, ignisque feruentissimus, atque ardentissimus. Radij vero eius, sunt ab eo ignes secundi, recti, acuti, penetrantes, vrentes, quasi a densa solis mole æstuantes. Lumen uero a radijs, ignis est tertius, & flamma in exilissima quasi materia leuiter succensum. Et quamuis in nostratibus flammis, lumen a calore, diuersum quid esse vindatur, quia calor alicubi sit, vbi non sit lumen, neque calor in lumine, neque lumen in calore esse videatur, nihilominus in sole corpore purissimo, necesse est hæc omnia, lucem, lumen, ignem, flammam, caloremque idem esse. Nec minus idem sunt in radiis, gradu tamen secundo, & in lumine gradu tertio. Talis ergo cum sol sit, & radij ab eo micantes, & lumen ab his emicans, quid ille per hæc duo velnti sua instrumenta in aere operatur, aut in aqua, aut in terra? Nimirum uirtutes suas omnes per ea in hæc transfundit, sunt autem virtutes eius admirabiles. Est enim vti Dionysius affirmat, a summo bono, & bonitatis corporea imago, & bonitatis illius, quantum corpori licet in corpora omnia transfusor. Nam sicuti a bono, in lumen illud primæuum, semina rerum omnium sunt transfusa, & ab hoc in solem, sui simulacrum itidem sunt transfusa, sic a sole, rerum semina eadem, per radios, perque lumen in inferiora transfunduntur. Cooperante id in eo, intellectu suo, animoq; suo, & spiritu. Ostendimus enim supra, stellas, & solem animata esse, & anima quidem sibi congrua intellectuali. Spiritum autem diuina eum eloquia appellant. vt eo loco. Oritur sol & occidit. & subdunt. lustrans vniuersa in circuitum pergit spiritus, &c. Sicuti autem intellectus, seipsum intelligēdo, species & ideas, quæ in se sunt intelligit; & intelligendo operatur, ac facit, hoc est in animum sibi adiunctum, & species eas, & earum notitiam transfundit. Et animus idem operetur, in spiritum, qui rerum vector est omnium, vt postea ostendetur, sic spiritus, species, in corporum, tum essentias, tum vires transfundit, vnde actiones omnes prodeunt, & prodeundo, res ipsas ad sui imitationem generant, sic dicendum est de Sole. Cuius intellectus dum ideales species in se reuoluit intelligendo. & spiritus in corpus; & corpus per vires, & actiones extra se fundit, & res quæ a sole dicuntur gigni. (Sol enim & homo, generant hominem) generat omnes. Sunt autem solis uites, lumen & calor, & rerum semina, a lumine suo vecta, & in corpora hæc deuecta, & a calore inuecta, & fota in causa sunt rerum generationis omnis. Lumen enim suum, sicuti delator est seminũ rerum, sic eorundem est mensura, & numerus, & fomes. Dum enim illuminat, & quæ inepta sunt, subiens, & ea permeans calore comite, tum separat, tum congregat & purgat, & mouet, & generat, et nutrit, & adauget, & perficit, & renouat, & viuificat, & continet; ita vt cuncta corpora illum expetant, vti genitorem, vti motorem, vti calefactorem, vti illuminatorē, vti denique vitæ datorem, eiusque conseruatorem. Omnia enim hæc, corporibus omnibus tum influit, tum indit, tum manifestis luminis viribus, tum occultis, & spiritalibus actionibus, qualem supra ex libro Sapientiæ attulimus. De quibus occultis, suo loco postea. Vnum hoc concludamus, tria hæc lumen, calorem, semina, solis vera esse instrumenta, ad ea omnia efficienda, quæ in tribus hylæis mundis efficiuntur. Aristoteles, cum lumen soli negare non posset, ne cæcus videretur, negauit calorem, & pro eo motum substituit, dixitque supera, lumine & motu agere in hæc infera. Nos vero etiam motum soli damus: non quòd ad aerem, aut aquam, aut terram motus pertingat, sed quòd solis sit quartum quoddam instrumentum, quo tria illa lumen, calorem, & semina, quacumque it, secum circumferat. & hylæos mundos totos iis impleat, qui quidem cum duplicis sint naturæ diaphanæ & opacæ, diaphana tribus omnibus penetrat, lumine, calore, seminibus. his occultè, euidenter illis; opaca non nisi duobus calore & seminibus. Atque ita, quæ sui natura, vnita videbantur, separat opacitas. Alia etiam ratione in diaphanis lumen & calor videntur separari. Quia vtrumque aeri permiscetur, lumine tamen abeunte, hieme quidem abit & calor: æstate vero lumine abeunte non abit calor. Vel dicendum verius, calorem hunc restantem, non esse luminis perpetuum comitem, sed a luminis calore aeri impressum, & alium factum ibi remanere, lumine suum calorem secum semper asportante. Namque aer, suscipere quidem vtrumque potest, retinere tamen potest neutrum, sed alterius tantum prolem in se relictam. Quod ipsum, & in aqua, & in terra fieri est necesse. Aqua nimirum, vtrumque & lumē calorem eius comitem suscipit: neutrum retinet, sed calorem sibi a calore luminis inditū, eo vsque retinet, donec a luminis contraria tenebra, frigus secum ferente, vel ab ea diuellatur, vel in ea extinguatur. In terram vero vti opacam lumen, luminisque calor non videntur posse penetrare, sed quo loco ferijt, prolē de se relinquit, penetrat tamen spiritus a lumine & calore vectus, & in intima penetrat, secumque rerum semina defert, qui & natu-

ralem

ralem terræ calorem,& fouet, & excitat,& viuificat,& sese in eo multiplicat, & semina rerum variarum pro terrenæ naturæ capacitate huc atque illuc diffundit,& ibi multa commouet,alterat, concoquit, extenuat, incrassat, & mutat,& fœcunda facit,& noua generat,& vetera corrumpit. Vnde tanta rerum mistarum, sub terra varietas, & tanta supra terram. Sed hæc loco magis proprio diffusius. Hoc modo concludamus, solis radios ac lumen, calidos sua esse natura, vtpote igneos. Quos secum ipse trahit & circumfert,quocumque eum fert spiritus in circuitum. Atque ita verum fuerit, eum lumine & motu in hæc inferiora agere. Motu quidem vt radiorum, & luminis delatore; lumine vero vt delatore,caloris,spiritus, seminumque, sine quibus generatio fit nulla. Hic autem luminis calor,dum in opacam terram penetrat simul cum spiritu & hominibus, calorem terræ insitum recreat. & omnes vnà, quæ ibi sunt renitentia, rarefaciunt, liquant, fundunt, mouent;concoquunt, densant,vrût, siccant moderantur, nutriunt, & coloribus, qui luminis sunt proles,propriis exornant singula.Sed hæc vti diximus melius postea.Concludamus semel. Has esse summarias,summi huius,Dei ministri actiones. Vt scilicet motu suo se se mundo circumferat, secumque lumẽ & calorem,& spiritum circunferendo,mundo infundat. et quæ a superis rerum semina in se receperat, in mundum radiis suis disseminaret, eumque totum,tanto rerum ornatu efficeret fœcundum.

Sol vero iste, pati ne aliquas potest passiones? An est omnis omnino passionis expers? Quod Aristoteles scribit.

„ In omni præterito tempore, iuxta traditã
„ rerum memoriam, nihil fuisse mutatum
„ cœlum,neque toto,neque partibus.

Videtur esse omnino falsum.Fuerat enim a Platone in Politico memoria proditum.

Τὴν τ παντὸς φοράν, τοτὲ μ ἐφ' ἃ νῦν κυκλεῖται φέρεσθ.τοτὲ δ' ἐπὶ τ' ἀναντία.

„ Vniuersi lationem, aliquando ad ea, ad
„ quæ nunc circulatur ferri, aliquando in
„ contraria.

Et quæ ibi sequuntur in hanc sententiam multa. Quæ etiamsi Plato mystico forte sensu scripserit, attamen in motu,mutationem totius cœli fuisse, memoriæ fuerat proditum. Quin imò Aegyptij; (quod Pomponius Mela retulit)quater cursus suos mutasse sidera,dum Aegyptij sunt,obeliscis suis insculpserant. Et ipsomet Aristotele referente, nonne a Pythagoreis quibusdam fuerat traditum, Galaxiam esse uiam quandam,quam in Phaerontis casu, stella aliqua cadens confecisset. Alij,solem iam olim illuc cursum suum fecisse? Memoria ergo lapsus est Aristoteles.Dicent sui, pro fabulis hæc ipse habuit. Esto fabula vtraque,simul cum tragica fabula Thiestæ. In qua dictum, ante eum natum fuerat, solem retro cursum suum vertisse. Sed cur quod possibile fuerat negauit, & more suo derisit, ne Deum illum suum,summo cœli culmine sedentem, de sede daret præcipitem. Sed Conditor vniuersi Deus noster sicuti mundum condidit pro libito, etiam ita regit. Et mentes, & animos, quas corporibus regendis dedicauit, suo nutui obtemperantes facit.Inde fuit,vt ad preces Iosue,sol cursum suum retardauerit.Idẽ passus est pugnante Gedeone. tertio pro Ezechiæ salute.Sed has historias,vel non legit,vel non credidit. Quia Deum suum seruum fecerat, nulla voluntatis libertate. Sed cur non legit a Græcis suis scriptam historiam,Castore quodã & Adrasto Cyziceno, & Dione Neapolita, mathematicis nobilibus. Qui referente D.Augustino ex M. Varrone. Ogygis temporibus, qui multis ante Aristotelem seculis, Thebis regnauerat, in cœlo mirabile extitisse portentum. Stellam Veneris nobilissimam, mutasse colorem,magnitudinem, figuram & cursum. Post Aristotelem,Hipparchus Astronomus primarius, obseruauit in cœlo nouam stellam esse natam. Qualem & nostra ætas uidit in Cassiopea,& multis mensibus spectauit. Profectò noui orbis Mexicani in suis historiis habuerunt,solem quater extinctum, & quater fuisse natum.Sed rudium ingeniorum esto hæc credulitas.In nostris historiis habemus,vt Petrus Messias refert.Iustiniani Cæsaris tempore,maiore anni parte, aere sereno, nulla velato nube,solẽ tam exiliter luxisse, vt uix lunæ splendorem, lux eius superaret. Ex quo aiunt euenisse, ut totum fere orbem famis inuaderet. Ex quo euenru nos ita coniicimus, exiguam illam lucem,exiguum etiam calorem emisisse, ita ut sata maturescere nequirent. Exilis autẽ lux illa facta est,quòd ex nostris fundamentis, flamma solis, & etiam anthrax, rariores eo tempore sint facti,ita volente Deo.Sicut enim in denso,flamma,& lucentior est,&calentior, ita in raro,& minus lucet,& minus calet. Rarefactionem ergo,eo tempore sol est passus,sine dubio:Dei nimirum iussu, & eiusdem Conditoris iussu, iterum flammam suam & anthraca densauit, vt aut plusquam antea, aut more solito luceret.Neque enim memoriæ mandatum est, antea fulsisset magis, an postea vel æque.vel magis vel minus. Sed & Paulus Diaconus refert anno 790. obtenebratum esse solem,& radios suos diebus XVII. non dedisse.Quod ex eadem accidit raritate. Quam raritatem, & densitatem, Venerem quoque & Ogygis temporibus, & nostris vti retulimus, passam

passam fuisse est necesse. et noua Hipparchi stella orta est, quia æther in flammam fuerit condensatus. Sicuti quando noua, nostra ætate est nata. Quæ deinceps post menses aliquot rarescens, tandem post fere biennium rarefacta omnino euanuit. Sol ergo, & stellæ, & cœlestia reliqua, & passa sunt, & pati possunt, & alterationem, & ortum, & interitum, & naturali causa, & diuina conditoris voluntate. Quæ nihil frustra, & extra ordinem bonitatis facit. Quod Plato, & ante eum philosophi multi, & post eum Theologi plures, confirmarunt. Et ratio a superioribus nostris deducta demonstrationibus confirmat. Solus Aristoteles, quia Deum suum, seruum fecit, cum suis omnibus, falsis & fundamentis & consecutionibus innixi, obstinatè, & impie pernegant.

Finis Libri Deciminoni Pancosmiæ.

ANNOTATIO R. P. M. IACOBI DE LVGO.

Cum in principio huius libri narrat solem fuisse adoratum ab antiquis, inter alios fuere Athenienses, credentes illum esse Deum quendam, ideo vt refert Diuus Augustinus octauo de ciuitate Dei. Anaxagoras factus est reus apud ipsos Athenienses, quia dicebat solem esse lapidem ardentem, negãs per similia verba solem esse Deum, vel aliquid animatum; Nos autẽ Christi heredes & ante nos Iudæi. non debemus credere aliquid diuinitatis esse in sole, luna, & stellis, vnde sint creaturæ puræ. Ideo Dominus cognoscens a pulchritudine solis ex eiusque excellentia posse induci homines ad sui honorem, admonuit Deuter. 4. huiusmodi verbis. Ne forte eleuatis oculis ad cœlum, videns solem & lunam, & omnia Astra cœli. & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Deus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt.

Quod autem magis vrget, est id quod refert Augustinus contra Faustum, Manichæos, scilicet ex illo psalmi dicto. In sole posuit tabernaculum suum: excidisse in adorationem solis, quoniam cũ Christus (vt aiunt ipsi) in cœlum ascenderet, corpus suum reliquit in globo solis. inde vero solam animam secum supra cœlos ad dexteram patris euexit; Ad quos Manichæos dicimus, ista esse figmenta, quoniam iuxta illud Pauli Apostoli primo pater Deus constituit Christũ Iesum, corpus & animã, iuxta expositionem omnium patrum supra omnem principatum & potestatem. Et quo ad dictum psal. Littera Hebræa habet. Soli posuit tabenaculum suum in eis cœlis, scilicet cum sit ex medio planetarum dicitur solem habuisse a Deo tabernaculum suum & habitationem in eis cœlis; si vellimus requirere sensum allegoricum dicemus in sole iustitiæ posuisse ecclesiam suam. Nihilominus solem cœlestem non esse adorandum, neque astra colenda cum ex diuino statuto creata sint potius, & sint nobis in signa, tempora, & annos quàm vt colantur a nobis. Clarum est.

Non est certum an liber Sapientiæ sit Salomonis, sed ob elegantiam stili creditur fuisse cuiusdam Philonis Iudæi, qui Græce linguæ fuit valde peritus.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER VIGESIMVS.

DE LVNA.



CVm sole, lunam, secundum luminare in propriam se posuimus antea contemplationem, eò quòd cum reliquis sideribus, qui planetæ nominantur, nulla conditione videretur conuenire. Cum sole vero duabus, tantum molis æqualitate, & figuræ rotunditate. Neque enim luce, neque radiatione, neque scintillatione, neque lumine, neque calore, neque colore cum aliis conuenit. Fusca enim, & splendida simul, sed alia, atque alia parte, tantummodo conspicitur. Quibus in rebus, ne obscuris quidem, aut nebulosis quæ dicuntur stellis, est similis. Que fulgorem quidem habent quendam sed subturbidum, & & ad instar nebulæ nigricantem. Quare sicuti aliæ omnes a reliquis singulis specie inter se differunt, ita luna, quoque differt ab aliis cunctis. Verum de ea operæ prætium fuerit, eadē considerare quæ de sole sumus contemplati. Quid luna sit omnino, qualis, quanta, quo cœli loco, quas habeat vires, quas actiones, quidque tandem pati possit. Ac de prima quidem harum quæstione, omnium cœlestium rerum rem difficillimam præ manibus habemus, & quo ad veterum placita, & quo ad essentiam eius variam contemplandam. Veteres quidem Græci philosophi, nulla in re alia tam fuere discordes, quàm in hac vna. Namque eorum vetustissimus Orpheus de ea ita cecinit.

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἥν τε σελήνην.
Ἀθάνατοι κλήζουσι, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην.
Η' πολλ' οὔρεα ἔχει, πολλ' ἄστεα, πολλὰ μέλαθρα.

„ Molitus est aliam terram infinitam, quam
„ selenem.
„ Immortales vocant, terreni vero Me-
„ nem.
„ Quæ multos montes habet, multas vrbes,
„ multas domos.

Quam sententiam videtur Thales esse secutus, qui terream esse lunam affirmauit. Pythagorei quidam senserunt idem, eamque animalibus habitari asseruerunt, maioribus quam nostra sint, quindecies, Plantasque longe nostratibus habere pulchriores. Democritus in eandem iuit sententiam cum Orpheo, quòd terrenm esset quiddam, in quo campi essent, & montes, & vallium anfractus. Anaxagoras quoque ad superiora addidit, inæquali eam esse constitutione, & terream esse, & frigidam, & præterea admistam cum terreo, caliginem habere quandam. Heraclides & Ocellus, terrā esse dixere, caligine obductam, sicut & Heraclitus, esse terram caligine circundatam. Diogenes vero physicus pumiceam censuit esse, lō vitraceā, transpicuā, & partim ēt obscurā. Pythagoras e cōtra cū aliis nō paucis igneū corp° esse dixit, ex Chaldæorū puto dogmatib°, quibus a Zabraco fuerat institutus. esseque quasi speculum quoddam. Anaximenes vero & Parmenides Pythagoram sunt secuti, igneamque esse crediderunt. Sicuti & Berosus semigneā sphæram. Zeno Parmenidis auditor igneum astrum esse, mente præditum, & prudens, & artificio confectum. Cleanthes & ipse igneam scripsit. Empedocles censuit esse aerem nebulosum, ab igne compactum, & ei commistum. Hunc bona Stoicorum pars, sunt secuti, nam mistam esse ex igne & aere tradiderunt. Xeno

phanes

phanes, auté nubem esse compactam & igni-tam. Idem ferè Chrysippus sensit, namque accensionem esse ex dulcium aquarum vaporibus collectam,& a sole accensam. Mathematici vero quidam, compositum quoddam & difforme esse corpus, & inæquale. Sicuti enim nubes partibus quibusdam sunt rariores, quæ a solis radiis collustratæ, splendidiores visuntur, quàm quæ densiores sunt, quæ minus lucent. ita esse in luna. Nam quæ in ea, rara sunt, luminosa fiunt, quæ uero compacta, minus fulgent. Aristoteles solus in sua permansit sententia, ex quinta illa sua eam esse essentia. Sed si quis eum interroget, cur igitur, vti sol, vti reliqua sidera, ex eadem conflata essentia, non lucet? Necesse esset, eum differentiæ huius tantę, aliquam afferre causam, si philosophorum culmen esset uoluisset; Quam quoniam non attulit, & sui omnes, & differentiam hanc, & eius causam reticent, reliquorum dogmata suo præferimus. Videntur enim omnes, causam aliquam afferre noluisse, omnesque ab ipsiusmet lunæ apparentiis uariis, eam videntur deprompsisse. Sunt enim in luna, partes obscurę, vt terra est, & nubes, & caligo. Sunt & aliæ lucentes ad ignis instar. & opacæ vtræque, & lumini solari nullum transitum concedentes. Quæ res in solari eclipsi perquam fit manifestum. Est ergo luna sine dubio toto corpore opaca, & minime diaphana, opacitate autem, vt apparet, non vniformi, sed varia, tota tamen nulli lumini peruia. Mirabilibus enim modis, in propriis eclipsibus, in horas variat colores. Nam si primo uespere deficiat, veluti carbo leuiter accensus principio visitur. Deinde horribiliter nigra per horas amplius tres, apparet. Si uero in mednocto defectum patiatur, & subpuniceum & igneum quendam in pyropi speciem mittit colorem. Post uero horam septimam, rubeum suscitat. Si vero sub aurotam patitur, colorem emittit cyaneũ, & glaucum. A quo Empedocles glaucopim eam appellauit. Cum uero in nouilunio apparere incipit, ea parte qua non splendet, ostendit quidem circulare corpus, sed fusco quodam colore infectum. A qua die, in dies, color hic semper redditur obscurior, vsque ad plenilunium. In quo nullus iá is apparet color, sed facies eius, fere tota splendet, præter eas quæ maculæ appellantur, quæ eius faciei, pars est non parua. Ex quibus omnibus colligere licet primo, quod, vti dicebamus, sit opaca tota, & nulli petuia lumini. Secundo quòd nullum propriũ tota habeat colorem. Tertio quòd per partes variis sit coloribus infecta. Quarto quod vmbram & eam quidem obscuram satis pro opacitatis ratione, de se emittat. eamque in eclipsi solis ad nos porrigat, non aliter ac terra, sole lunæ opposito, eam versus suam umbram iacit, eamque obscurat, sicuti eius vmbra obscurat terram. Itaque hac vmbræ obscuritate, & sui corporis opacitate, terræ est persimilis, Nec ei est dissimilis, duabus reliquis qualitatibus. Terra namque & ipsa, nullum propriũ tota colorẽ habet. Et per partes habet uarios, sicuti & luna. Neque vllum dubium nobis est, si quis nostrum, in lunam ascenderet, terramq; inde prospectaret, eadem illi in terra appaitura, quæ nobis hinc in luna apparét. Vnde non immerito, Orpheus, Thales, & Heraclitus. & alij quos recensuimus, lunam, alteram terram esse crediderunt. Et quàm ideo Oecetes Pythagoreus, & Philolaus, non immerito, Antichthona uocauerunt, quasi terræ huic nostræ, terram alteram contrapositam. Quorũ omnium sententiam Aristoteles, solitus veteres omnes acriter carpere, hac in re, vel sui moris immemor, vel animi maxime dubius, nec illos ausus est reprehendere, nec ipse aliquid de suo pronunciate. præter quàm quòd eam inter astra connumerauit. Astra autem quintę illius essentiæ suæ, partes densiores esse tradidit. At nostra quidem sententia, tanto merito potest luna astrũ nominari, quãto a veteribus quibusdã, terra quoq, astrum est nominata. Non enim hæc aliter in aere, ac luna in æthere pendet. Non aliter ac luna rotunda est. Non aliter ac luna, & opaca est, & umbram vsque ad lunam iacit, sicuti & luna, vsque ad terram. Neque non & ipsa sicut luna, & obscuras haber partes, & luminosas. Obscuras quidem omnes quæ ab aquis extant. Luminosas uero omnes, eas, quæ uniuerso mari, lacubus, stagnis; fluminibusque operiuntur. Non enim minus aqua, superficie sua splendet a solis lumine, quam splendeat pars ea lunæ tota, quæ eius maculas, tum circundat, tum intercurrit. Id ei fiet clarissimum, qui maria alta nauiget, & malum ascendat. Longe enim circumquaque maria splendescere circumspectabit. Idẽ cernet si quis situm ad mare montem, conscẽderit, longe lateque splendens pelagus, circũspiciet. Quam ob rem, non forte procul a vero fuerit, lunæ globum, alterum esse terræ globũ, simul cum aqua tota conglobatum. Globum scilicet æthereum, sicuti hic nostràs, globus est hylæus. Et quæ lunæ pars, lumine solis splẽdet, eam esse aquam æthercam alteram. Quæ grauitate sua non equidem ad nos cadit, Non enim centrum hoc, lunæ est centrum; ad quod aqua illa tendit ita, sicuti nostra aqua ad centrum istud tendit, & partes similiter aliæ lunaris terræ, sicuti partes terræ nostratis. Quid vero etiam mirum fuerit, si ibi sint, sicuti in terra nostra, planities, & montes, & conualles? Et in eis gentes tum hominum, tum aliorum anima-

animalium inhabitare? quę & maiore sint statura quàm nostratia vt in puro æthere, & diutius etiam vitam producant. Et ibi sint etiam plantæ nostris pulchriores. Conformitates enim, quas vtriusque recensuimus, nobis id persuadent potius, quàm vt quintæ tantum essentiæ eam dicamus, aut vel igneam esse, vel quid ignitum. Tametsi Olaus Magnus, sub poli Arctici eleuatione graduum LX. tradat, ab initio Maij vsque ad Augusti initium, nullā aspici stellam, (planetam credo intelligat) præter lunam. Quæ in plenilunio vicina horizonti, eo temporis spacio videatur magnus quidam anthrax ardens, qui & stuporem & terrorem omnibus incutiat: Attamen putamus nos, eum colorem tūc eam ostentare, ob vapores qui densissimi in ea terra eleuantur. Neque aliter, ob eos igneam apparere, quam in eius eclipsi, sæpe numero se se ostentat aliquibus partibus ignita. Vmbra namque terræ, sicut ibi vapores eam quasi caligine quadā obducunt, vltra quam ignis speciem præbeat. Itaque terram eam putamus potius quàm ignem. vel uerius utrumque, sed aliquibus partibus terream magis, aliquibus magis igneam; aliquibus ex æquo temperatam. Sed igne, non tam, vt cætera sidera puro, cum nec luce, nec colore, nec micantia, nec radiatione sit illis similis. Nec uero nubem tantum concretam, & ignitam cum Xenophane consentimus. Etiamsi quod in ea splendet, cum albis nubibus conueniat colore quidem, sed non splendore. Nam & sæpe aliàs, & modò cum hæc scribimus, bis iam sole Occidente, nubes eam atra operiebat, in Oriente vero magninubium altissimarum montes, conspiciebantur. Quæ nullo modo, radiis solaribus, aut lumine, sole iam in occasu, & nigris nubibus obducto, attingi poterant, nullum tamen splēdorem vel ad nos emittebant, neque ullo in se fulgebant. Neque vidimus interdiu, ob candidas nubes, in aere pendentes, præsente sole, lucidiorem fieri diem. At lunæ splendor nocturnus, & lumen inde ad nos emissum, claro argumento est, lunam non esse nebulam. Etiamsi interdiu, neque ipsa præsente sole diē reddat candidiorem. Quod neque tanta stellarum multitudo, nec planetarum præsentia facit. At luna, a sole ne lumen recipit, vt Astrologi autumant? vel per seipsam eum splendorem habet qui in eius partibus conspicitur, aqueo splendori similis? A sole eam recipere, videtur primus tradidisse Thales, & eodem tempore Pythagoras. Post quos & Parmenides, & Empedocles, & Anaxagoras, & Metrodorus. Proprio vero lucere lumine asseruit Anaximander, & Antipho, & Xenophanes, & Berosus. Et si Stobæo credimus etiam Aristoteles. Profectò, qui etiam ignem, vel igneam esse dixerunt, necesse habuerunt asserere, eam propria lucere luce. Ignis. n. sua natura, vbicumque sit locorum, lucet semper. At qui eam igneam esse affirmarunt, vt Parmenides, Empedocles, Anaxagoras, non uidentur, in suis perstitisse fundamentis, quando non proprio, sed alieno dixere eam lucere lumine. Quid vero nos de proposita dicemus quæstione? Equidem certi nihil habemus, quod respondeamus. Nam in tanta lunæ a nobis distantia, non nisi (monitu Aristotelico) similitudine quadam, sicuti de cæteris astris fecimus, philosophari licet. Similitudine ergo hac, non ęgre dixerim, lunam & proprio, uti igneam, lumine lucere. Alieno vero, uti terream, simul & aqueam. Nam & terra, & maria nostra, non suo, sed solis lumine splendescunt. Solari ergo lumine, inter astra omnia, sola luna splendet. Cur autem lunam, terram alteram dicamus, persuasibili nō caret ratione. Nam quid mirum est, in æthere partem vnam fœculentam constitisse, & crassam. In quam veluti feces ætheris omnes, Conditoris legibus, qui omnia certis numero, pondere, & mensura fabrefecit, confluxerint? Sicuti & in parte mundi hylæa, fex omnis in unam hanc nostram terram confluxit vndequaque. Luna ergo, ætherea terra esto. Et terra nostra, elementalis esto luna. Neque duæ hæ terræ, siue duæ hæ lunæ, a Conditore frustra sunt conditæ. Similitudine enim mutua, altera alteram fouet, & sibi inuicem fauent, & influxus, quibus & ipsæ, & vtriusque partes, tum viuant, tum conseruentur, altera ab altera suscipiunt. Quandoquidem ad Lunæ motum, ac lumen, & plantæ, & animalia multa, & humores omnes, tum commouentur, tum alterantur. Quæ res ita per se est manifesta, ut nemo sanus, eam negare, aut debeat, aut queat. Quin & tota nostra maria, ad lunæ aspectus varios, certum est, uarie commoueri. Et fluxus maris & refluxus, & cæteri æstus ferē, a lunæ lumine trahuntur, & retrahuntur manifestissime. Hæc autem omnia minime fieri possunt, nisi permagna inter eam & nostratia, intercedat Sympathia. Hæc autem Sympathia, non nisi in magna est, tum virium, tum actionum conuenientia. Virium autem conuenientia, non nisi in essentię similitudine consistit. Pro ratione namque essentię, uti toties dictum, rei vires insunt, & ab ea proueniunt. Et pro ratione uirium, actiones quoque eduntur necessario. Qua virium & actionum conformitate, audentius iam asserimus, lunam esse terram alteram æthercam, & ętheris uniuersi fecocissimam partem, & eius fecem. Sed quid de stellis illis XIIII. obscuris & nebulosis poterit dici? Quę

cum lunæ obscuritate, atque etiam splendore, similitudinem habere videntur quandam. Nam vt sunt obscuræ, terreum sentiunt. Vt vero fulgorem habent aliquem, igneum quid sentiunt. Sunt ergo & ipsæ ex terreo, exque igneo commistæ, & lunę naturam videntur habere. & si naturam, cur non etiam vires? Et si vires, cur non etiam actiones? tametsi ob distantiam, multo nobis ignotiores lunaribus. Nam cum Deus, nihil frustra fecerit, frustra non fecerit corpora tam ingentia, quanta Astronomi dicunt esse siderea, quorum minima, longe terra maiora esse asseuerant. Quod & de Canopo illo obscuro, quem Vespucius ad Antarcticum esse affirmat, erit dicendum. & de nigris illis maculis quas in Australi cœlo, obseruasse virum quendam Astronomiæ peritum, Clauius retulit. Quas necesse est feculentæ, & crassæ, & terreæ ætheris materiæ esse conflatas, longe etiam luna, & terra nostra obscuriores. Hæc de lunæ substantia, qualitatibus, viribus, functo exposita. Magnitudinem vero, iam etiam antea exposuimus ex Astronomorum sententia esse tantam, ut terræ sit XXXIX. pars. Facile quidem terra minorem esse probatur, eò quòd in terræ umbra interdum occulitur tota. Et ammisso lumine eclipsin patitur. sicuti ab ipsa eclipsin patitur sol, & nos eius vmbra obtenebramur. Et quidem ut minor luna esset quam terra, fuit rationi consonum fuit. Quia æther longe quàm hylæus mundus purior, minus fecium habebat. Et hæc in plura corpora, quasi in sentinas conflueret plures. In lunam scilicet, in stellas illas obscuras & nebulosas. Quarum singulæ, multo quàm terra sunt maiores. Et præterea in maculas illas ad antarcticum nigricantes, & Canopum illum Vespucij ingentem, attamen fuscum. Nigror enim hic horum omnium, nō aliud est putandus, quam fœculenta, qualis lunaris est, totius ætheris defecatio. In plura corpora dispersa, pro magnitudinis, ipsiusque ethereę molis ratione. Cui non vna ad suscipiendas feces satis habuit sentina. Sed pluribus, vna luna, longe maioribus, videtur opus habuisse; ne scilicet, si vna non caperentur, aut duabus, nō amplius per æthera diffunderentur. ipsum multis in partibus inquinarent. Et si Aristotelis illud monitum, ea quæ a sensibus sunt procul, rationibus, ad possibile sunt deducenda, & ad nostratium similitudinem reducenda, profecto ratio alia nulla, vel possibilis, vel vero similis harum ætherearum nigredinum, & obscuritatum, adduci potest, quàm ea quam nos afferimus. Si enim æther simplex esset corpus, purum quoque esset; nec tot, nec tantas in se haberet colorum, lucium, opacitatum diuersitatem. nec tantam in tam multis, & tam magnis partibus obscuritatem. Sed quoniam æthera fluorem esse demonstrauimus; necesse est, eum fluorum aliorum, qui oculis subiiciuntur, similitudinem habere aliquam. Horum autem nullus est, qui fecem, & secum nō gerat, & fere continue non deponat. Sed quoniam, aliæ illæ obscuritates, partim sunt a nobis remotissimæ, partim recens obseruatæ, in Astrologorum veterum non venere notitiam ad lunam sermo noster redeat. Eam Astronomi annixi sunt probare, esse terra minorem. Quanto autem minor sit quam terra etiam præscribunt. Nimirum triginta nouem lunas, cum terria vnius parte, vnam terram posse adæquare asserūt. Quorum demonstrationibus, si non, vt in multis aliis quibus fidūt, maxime falluntur, fuerit per nos standum. Moueri autem lunam, nemo non videt. Sed in epicyclo affixam ferri, vti in cęteris planetis risimus, ita in hac ridemus. Nihil enim solidum vt ipsa de se ostentat, in liquido potest infigi. Sicuti neque e contra, liquidum & fluidum corpus, qualis astrorum flamma est, solido vlli infigi posse, ne imaginari quidem potest quisquam. Quo igitur modo, solidum & crassum corpus, in æthere stat liquidissimo? Eo nimirum modo, quo nubes in aere pendent. Quo ipsa in eodem aere pendet terra. Idem de obscuris illis, & nebulosis sideribus erit dicendum. Et de maculis, & de Canopo illo fusco. Hęc enim duo in rerum natura, maxime Cōditoris summam, & sapientiam, & potentiam produnt. & admirationem humanæ mentis omnem superant. Et quia fœculenta corpora, torpidissima, sui sunt natura, & ignobilissima, necesse habuerunt, vt præter ea quæ a sole, beneficia haurirent, sese propriis, luna & terra mutuo iuuarent, altera alteri vires suas influendo. Qua in re, quid terra in lunā agat, sicut est nobis ignotum, sic est ferè nobis cognitū, quæ luna agat in terram. Aquas scilicet, & humores omnes commouet tum oceani, tum plantarum, tum animaliū, certis quibusdā legibus, saluti cuiusque accōmodatis. Moueri aūt in circuitū ipsā quoq; nihil prohibet. Diximus superius, terrā hanc nostram ferri ab occasu in ortum 24. horarum spacio, hora qualibet, M.Pass.795. Luna vero, quæ 39. terræ pars est, ambitum sui corporis habebit non maiorem quam M.Pass. 489. Ad quam rationem, qualibet hora M. Pass. conficiet non amplius quam 209. At moueturne ab Occidente in Orientem vt terra? an vero contra? Sanè ratio similitudinis nos commonet, eam quoque ab occasu in ortum ferri. Sed cum nec ipsa, nec terra ignes sint, cur in circulum mouentur? Virtute quidem nulla naturali,

naturali, sed diuina conditoris prouidentia. Torpere namque & ociosa esse entia, a se producta, ne vilissima quidem finit. Nullum enim ens, vt Hermes docuit, est in mundo ociosum. Motus autem ocio & torpedini est contrarius. Motum ergo tum lunæ, tum telluri per animam perque spiritum cuiusque indidit, qui motionem intellectus imitaretur. & naturæ etiam contrarius non esset. Motum eum nimirum, qui a deputata eis sede, nō discederet, neque locum alterius occuparet. Occupasset autem, si hinc illuc, motu retro cierentur, & mundi ordinem inuerterent. In sua ergo quæque sede, & has duas, & astra omnia oportuit moueri. Id autem non aliter fieri potuit, quam vt in circulum mouerentur. Ab animo scilicet cuique proprio, qui per mentem sibi additam, cum mente sibi præside absoluta, & per eam opifici méti, & mundo Archetypo, & summo patri annecterentur, ab eoque penderent. Motus autem illos varios, ob quos & ipsa luna, dicta est sidus errans, ab eodem ipsius animo necesse est ferri, & a spiritu. prout de sole a Salomone est dictum. Secundum scilicet prouidentiæ leges, ut cum reliquis planetis, inter stans cœlum, & terram volubilem, harmoniam, qua & ætherei, & hylæi mundi machina, temperatur & continetur, tum iuuaret, tum etiam pro sui parte adimpleret. Quibus harmonicis motionibus, tam varias nobis facies singulis mensibus ostendit. nouam, dimidiatam, plenam, dimidiatam rursus, & rursus accuatam, seu cornutam, ex qua non visitur, & rursus se se ostentat, apud nos eadem die numquam, in qua cum sole coire dicitur. Vespucio tamen, vt ipse testatur, bis eadem est conspecta die vltra æquinoctialem. Id autem non uidetur aliter fieri potuisse, quàm aere, multo quàm apud nos a vaporibus libero, ac puro. Cumque ipsa sola eas facies ostentet, sol alter potuit appellari. Sed eas ita ostendit, vt ratis quibusdam legibus tum nos, tum solem, tum sidera aspectet veluti amans. Quid autem his suis motibus in alia agat, sicuti maiore exparte nobis est ignotum, ita superis animis, & mentibus ratio dictat esse notum. Agere autem multa est necesse, quia eorum motuum nullum, frustra fieri est dicendum. Deus enim nihil frustra facit. In terra quidem, & aqua, & aere, multa efficit, partim nobis nota, partim ignota. Sed quæ liquido cernuntur & cognoscuntur fluxus maris sunt & refluxus. Quos lumine suo & splendore quem eius pelagus esse diximus æthereum, radiis suis, suaque similitudine secum trahit, certissimis naturæ legibus & horis. Aquasque omnes, & humores, tum qui in terræ visceribus occuluntur, tum qui in summo eius, & plantis & animalibus, tum aqueis, tum terrestribus commouet, & statis legibus gubernat. De qua re suis postea agetur locis. Cumque tam varia luna agat, duas ipsa patitur passiones. Alteram qua ornatur, alteram qua deformatur. Prior illa est ab illuminatione, tum siderum, tum solis. A quo dimidia sui parte semper ad solem versa illustratur, & splendores illos varios, quos paulo ante diximus, per varias eius ad solem distantias, ostentat. Posterior, qua splendores hos ammittit, & obscuratur tota, & horribiliter deformis redditur per eclipsin. Aliquando non tota id patitur, sed parte interdum maiore, interdum minore quam dimidia. Id autem ei euenit, quando terræ vmbram vel tota, vel iis partibus incurrit. Sed etiam tertia ei accidit passio, in solis coniunctione. Quando ad eum omnino tota facie versa, nobis vniuersa occulitur. Hæc in cœli regione. Sed in aeris regione, præ vaporum varietate, alias pallidior, alias rubentior apparet. Circundatur aliquando lumine quodam claro, interdum, fuluo interdum etiam ad rubedinem vergente. Quibus coloribus creditur semper aliquid prænunciare. De quibus alibi sermo habendus.

Finis Libri Vigesimi Pancosmiæ.

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER VIGESIMVS PRIMVS.



AN STELLAE ALIQVID AGANT.

SI stellæ animalia sunt,vt Zoroaster, & post eum Plato docuere,recta ratione Aristoteles,eas & animatas fecit,& vitam eis, & actioné etiam tribuit,vti ante commemorauimus. At qualemnam haberent actionem non declarauit. Nisi forte suorum quis dixerit, eam tunc ipsum declarasse, quando dixit cœlum, motu & lumine in hæc agere inferiora. Nam motus actio est quædam: & sine motu, actio fit nulla. Sed cum postea stellas orbibus infixit, dicimus nos, immobiles rursus ipsas per se reddidit, & omnes omnibus ademit actiones: Easque cœlo tribuit,cui & motum dedit. Sed cœlum rursus, lumen non emittit, stellæ quæ lucidæ sunt,lumén emicant. Itaque cum aiát, cœlum motu,& lumine in nostratia agere; vtrumque comprehendit.Et cœlum agere motu:& stellas agere lumine. Verum motu hoc, & lumine quid agunt? Declarare id videtur voluisse,quando VIII. physico scripsit.

„ Motum veluti vitam esse omnibus natura
„ constantibus.Sed verius hic locus,non de
„ cœlesti, sed de motu in genere est ei scri-
„ ptus.Primo meteoro clarius. Necessario,
„ mundum hunc continuum superis esse la
„ tionibus, ita vt omnis eius potentia gu-
„ bernetur inde.

Sed iam est a nobis demonstratum, neque cœlum moueri, neque astrorum motum huc pertingere. Motus quidem, in circuitum defert astra,vel potius ipsa spiritu & animo suis vecta,& circumlata,eum motum cient. Is tamen motus, mundum hunc inferiorem non attingit. Si nó attingit,neq; in eum agit. Omnis enim actio,fit per contactum.Falsum ergo multis partibus est hoc dogma. Cœlum motu in hæc agere. Quid ergo e duobus,motu vno secluso, solo agit lumine? Lumen enim huc pertingit.Atque ideo dixit alibi. Sol & homo generant hominem. Sed modum quo id vel lumen faciat vel sol,nequaquam docuit.Nam etsi,loco alio dicat.

„ In omnium semine inesse calorem qui ea
„ faciat fœcunda,Atque hunc non esse igné,
„ neque igneam vim vllam,sed spiritum qui
„ continetur in semine spumoso, & in eo
„ spiritu natura insit, quæ sit analoga stella-
„ rum elemento.

Clarum tamen nihil docet.Et si clare doceret, de iis doceret tantum,quæ spumosum habent semen, animalibus scilicet, & his non omnibus.Nam multa sine semine generantur. Zoophytis,plantis,lapidibus, metallis; hic locus non accommodatur. Sed & quæ analogia inter naturam illam, & stellarum elementum,sit,explicare debuit. Et quando satis tam pauculis videatur explicata, lumen certe non est. Non enim lucis & ignis essentia aut elementú est ipsum lumen,sed proles.Et quando lumen stellarum sit elementum,&elementum solis, quo modo cœlum, & sol in hæc nostratia,agunt lumine? Res pulcherrima,res in tota philosophia excellentissima dignissimaque quæ sciretur,nutu breuissimo,eoque confuso, & obscurissimo, non debuit a tam magno philosophatore tractari. Et si ei detur,his tam spinosis, plené hanc tractationé esse executum, non tamen nisi animalium ex semine generationem exposuit,Ad res vero alias innumeras,

ea expositio minime facit. Hunc ergo tam exilem ac ieiunum dimittamus. Astrologos genethliacos aduocemus, qui nobis de astris eorumque actionibus plurima pollicentur, & adimplent pollicita. Qui vsque a vetustissimis Belo Assyrio, & Zoroastre Chaldæo orti, per omnia æui sæcula, a plerisque hominum, in magna suot habiti admiratione, & diuinis ferè culti honoribus. Propterea quod multa prædicebant hominibus futura, ex naturis & moribus præcipue planetarum. & inter hos Saturni & Solis. Quos interpretes siderum aliorum nominabant. quoniam illorum influxus significationibus suis interpretabantur, partim per ortus eorum & occasus, partim per varios colores, Interdum ventorum prænunciantes magnitudinem, interdum imbrium, aut æstuū excessus, aliquando etiam cometarum apparitiones, & Solis, Lunæque eclipses, & terræmotus. & summatim omnia, quæ ex circumstanti aere, ac cœlo possunt contingere, vel noxia, vel utilia, non solum gentibus, & regionibus, sed etiam regibus, & priuatis quoque hominibus. Hæc prædicendi ex astris vel sciētia vel ars, apud omnes postea gentes innotuit. Nam a Chaldæis in Persas, & ab his io Indos penetrauit. A Chaldæis itidem ad Aegyptios permanauit, & ab his ad Lybias, ad Aethiopas, atque etiam Græcos. Et quamuis omnibus ætatibus fit verisimile, eam exercitam fuisse, Romanorum tamen Imperatorum temporibus, maxime viderur Romæ, & innotuisse, & floruisse. Multa enim in historiis leguntur, quæ a Chaldæis & præuisa sunt & prænunciata. Quæ euentibus suoi comprobata. Sicuti, multa alia falsa cum euaderent, multis Chaldæi derisui fuere. Quare multis occasionem etiam præbuere, qui scriptis eam artem falsitatis redarguerent. Inter quos, præcipuus videtur Plotinus fuisse, Platonicorum eo tempore præcipuus. Quem postea, viri magni duo Marsilius Ficinus, & Ioannes Picus. Qui maximis ingenij viribus, in Astrologos hosce diuinatores, sunt inuecti. Sed his confutationibus io id maxime incubuit Plotinus, vt significari quidem a planetis posse futura concederet, fieri tamen non concederet. Atque in tria præcipue capita, omnem hanc suam disputationē est partitus. Nimirum. Non posse planetas, vel diuitias, vel inopiam, aut alta fortunæ vel bona vel mala, aut adimere, aut largiri. Non posse, in corporibus humanis, prosperam aduersamue ingenerare valetudinem. Multo minus posse, animo turpia, aut honesta, aut vitia, aut virtutes indere. Quæ omnia planetis Astrologi, & tunc tribuebant, & nunc etiam tribuunt. Idque propterea quòd, ipsorum alij natura sunt mali, vt Saturnus & Mars. Boni alij, Iupiter & Venus Neutri, Sol Mercurius, & Luna. Mutari autem hanc eorum & naturam, & vires & actiones, pro variis, temporibus, & locis, & moribus, & aspectibus eorum, tum inter se, tum cū stellis fixis. Nā his omnibus, ipsi vel bene, vel male affici dicuntur. Et pro affectione vires, & pro uiribus actiones, & pro actionibus ex affectione illa pendentibus, varios, & bonos, & malos, & neutros euentus prouenire. Hæc Astrologi summatim. Plotinus e contra. Stellæ vel animatæ sunt, vel non animatæ. Si hoc, vel calidæ, vel frigidæ. Si calidæ tantum, non nisi calorem in inferiora fundēt. Si frigidæ etiam frigus. Si ita, non nisi ad nostra corpora, actiones suas propagabūt, vt ea calidiora, aut minus calida efficiant. Vnde multa corporum accidat diuersitas. Aqua non efficitur, vt tales, aut tales, vel fratres, vel filios habeamus: neque vt citharœdi potius, quàm grammatici euadamus, aut sapientes simus, aut insipientes. Neque vel diuites inde simus, vel pauperes. Vel regno potiemur, vel cademus in seruitutem. Hæc enim a corporum temperie, quam solam astra inanima efficere io nobis possunt, nequaquam veniunt, aut inde pendent. Si uero astra sont animata, tunc consilio vteotor. Si hoc, & diuina suot, & diuinum locum habitant, cur nobis quotidie, nihil a nobis læsa, aut iniuria affecta, malefacient? Neque vt Astrologi asserunt, conseotit Plotinus, planetas, locis, & figurationibus, aut naturas mutare, aut hæc facere posse. Si enim hæc in causa essent, semper eadē facerent, quando in eadem venirent loca. Nō faciunt antem, non igitur naturam mutant, neque cum in angulis sunt, neque quando ab eis declinant. Neque modo lætantur, neque aliàs mœrent. Et si mœreant, cur nobis malum inferant? Si lætentur, cur bonum, aut e contra? Si namque diuina sunt animalia, tranquillo animo sunt, & perpetuo fruuntur bono. Vita enim cuiusque in se ipso consistit. Id autem ad nos nihil pertinet. Ridiculum quoque hoc aut illo aspectu, trino, sestili oe lætari, opposito, quadratoque tristari planetas. Quæ enim ipsorum, aut qua de re potest esse discordia?

Similia alia multa tradunt Astrologi quæ vanitatem manifestam sapiunt, & sunt tum rationibus, tum euentibus ridenda. Sed & illud, cur Saturnum dicūt frigidum, quia a nobis longe distet. Lunam quoque frigidam dicunt ijdem, cum nobis sit tamen proxima? Cur item alium dicunt delectari die, alium nocte, cum supra lunam perpetuus sit dies. Hæc omnia quo ad rerum effectiones, & euenta, ab astris, aut esse vana. Concedit tamen ab eis euenta significari posse. Id autem, quia omnes mundi partes, sunt inter se connexæ. Atque ideo

ideo aliç aliis feruiunt. & mutuus est rerum ordo. E quo signa aliqua sunt per se manifesta. Alia sapiens ex aliis elicit, sicuti in augurijs,& alijs animalium præsagijs. Nã sicuti in his quæque pars, suum proprium habet munus, sic & in vniuerso, singulæ eius partes, singula fortiuntur opera, per quæ inuicem,& patiuntur, & agunt. & cuique accedit aliquid, quo illud vel adiuuetur, vel offendatur. Neq; tamen id temere. Neque quodlibet a quolibet, sed hoc ab illo tantũ, atque ita deinceps. ex communi scilicet mundanarum partium σύμπνοια conspiratione, & sympathia. Hæc Plotinus. Ficinus vero, Plotini sensa latius exposuit,& facundius est persecutus. Vtrosque imitatus est Io: Picus, sed latissime, tum artẽ Astrologicam, tum eius & fundamenta, & rationes omnes funditus euertere est conatus. Non tamen effecerunt, quin adhuc innumeri, velint esse astrologi, fintque in futurum extituri; Tanta est animis humanis infita, futura præsciẽdi auiditas. Sed astrologos istos,& eorum tum osores, tum amatores missos faciamus. Rem nos nostram agamus. Quæstio est nobis proposita, vtrum stellæ aliquid agant. Hæc quidem vniuersalior est, quam vt ad homines solos, vti hi tres magni fecere viri, redigatur. An scilicet stellæ, hominum tantum, vel curam gerant, vel ipsis solis boni, vel mali influant aliquid. Sed in amplius, est quæstio fundenda, vtrum omnino agant aliquid stellæ? Actio hæc, vel inter eas versatur, vel per totum extẽditur cœlum, vel per partes eius omnes,& singulas vagatur,& proximas,& lóginquas,& procul maxime positas. Vel etiam in superum mundum empyreum porrigitur, vel in inferiorem hylæum descendit, & per aerẽ peruadit vniuersum, & aquam, & terram occupat vniuersas. tum horum partes. Nec non etiam, an quid in metalla, in tot generum lapides, in plantas in Zoophyta, in tot animalium species, non minus quàm, an in homines tantum agerent, considerare si non Astrologi, qui pecuniarum suam artem fecerunt aucupium, philosophi saltem debuerunt, quibus, veritatis vestigãdæ proprium est munus, & rerum causas inquirendi. Nos igitur ita dicamus. Astra confessione tum astrologorum, tum philosophorum omnium, corpora sunt. Corpora aũt oĩa, sunt substantiç. Substãtiæ aũt omnes vires habent suas. Vires in actiones sibi proprias exeunt. Siderum substantiam iam antea sumus cõtẽplati. Vires modo eorum,& actiones sunt cognoscendæ. Astra a Deo sunt creata. Deus nihil frustra facit. Igitur, astra, corpora tam insignia, tam ingentia, tanto numero, quis dixerit eũ fecisse frustra? Neq; igitur vires eis indidit frustra, neque ex ijs viribus, frustra exeunt actiones. Et quamuis Platonẽ, & Aristotelem, tam magnos rerum indagatores,& his vetustiores multos,& horum posteriores longe plures philosophos, videamus hac de re, ne verbum fecisse, rei vt nos putamus difficultate, ac forte etiam impossibilitate deterritos, attamen quãtum possent in eam incumbere,& penetrare debuissent. Quod ipsi cum non fecerint, nos aliquid attentemus. & ex demõstratis, quantum eruere possimus, periclitemur. Igitur, demonstratum antea est, stellas esse ignes, luces scilicet, & flammas in fluore,& ex fluore singulas compactas, & a lumine, & calore primæuis id ipsum quod sũt, esse. Diximus quoque ab Ideis rerum formas per essentias, per vitas, per mentes, per animum fontanum in spacium esse fusas, quæ rerum generandarum essent semina. Quas spacium,& recipere primo, & in se continere postea deberet,& continendo in se seruare. Quoniam vero spacium mõstrauimus immotum stare, lumen autem per ipsum totum fundi. Fundi autem sine motu nequiret; necesse fuit lumini ea semina inhærere, quorum vector ipsum esset. & quasi seipso, vehiculo vsũ, quaquauersum difunderetur, ea semina deferet. Per spacium primo vniuersum, qua ipsum funderetur. Per calorem postea sibi comitem, perque fluorem, ex quo, seminum illorum vi, corpora omnia, formæque corporum omnes efficerentur. Itaque primum corpus, qui mundus fuit empyreus, spacio, lumine, calore, & fluore conformatum, constans, seminũ eorum omnium plenus fuit. Vel enim, plenũ ijs fuisse, vel vacuum est necesse. Si vacuum dicamus, perfectissimum mundum, imperfectissimum esse concedemus. Quis enim nescit, vacuum, nihili esse fratrem? Neq; esse inter entia numerandum: imperfectionemque ipsissimam, maximamque omnium esse. Longe ergo satius est fateri, plenum seminibus fuisse. At plenum ne totum? vel partibus, aut parte plenum, aliis vacuum? Si aliquibus vacuum, eadem redit imperfectionis, parte vacui ratio. Et erit empyreus perfectus, partim imperfectus. Et ad hæc ratio est excogitãda, cur parte aliqua, semina spargi non potuerint? Vel satoris impotentia, vel negligentia, vel inscitia, vel inuidia. Atque ita profligatæ iam toties illæ absurditates iterum redibunt. Vel in empyreo impedimentum aliquod interfuerit, cuius obiectu, & viribus semina spargi per totum non potuerint. At aliud in eo tale, nihil adhuc fuit, Lumen enim, & calor,& fluor cedit omnibus vti est demonstratum. Nulla ergo obfuit causa, cur semina totum non implerent empyreum. Sed ea semina, frustra ne ei Conditor indidit? At hic, nihil

hil frustra facit. Non sunt ergo ea semina in empyreo frustranea. Si non frustranea, neque ociosa. Si non ociosa, in motu erunt. Si in motu, etiam in vita. Si in vita, etiam in viribus. Si in viribus, etiam in actionibus. Si in actionibus, fœcunda erunt quoque. Si fœcunda etiã parturient. Si parturient, etiam producunt, ac germinant. At quid producunt? Empyreos nimirum partus, empyrea animalia, Zoophyta, plantas, lapides, metalla, reliquorum entium genera, empyreo conuenientia, empyreo propria. Non enim aut aquea, aut terrea. Non. n. hæc, illius sunt loci, sed loci huius. Sed illa humanus sensus non attingit, non conspicit. Cõspicit tamen ea, & attingit humana ratio, & quidem vti deduximus ex demonstratis, plusquàm probabilis, ferè necessaria. Sed si æther, si cœlum, empyrei pars est, atque hic, eius fuit effector, ea semina, eosque effectus illũ, a suis tamen remissiores effudit. Omnis enim effectus sua causa est remissior. Si vero cęlum empyrei pars non est, neque est ab empyreo effectus, nihilominus tamen Idearum eadem vis per essentias, per vitas, per mentes, per animũ fontanum pertransiens, & spacio, & lumini se se infundens, & in calorem, & in fluorem effundẽs, & in empyreum etiam se se vti diximus effundit, & per ipsum se se diffundit in mundum cœlestem, siue æthereos tres illos Chaldaicos, quos vnum æthera, vnumq; cœlum constituere ostendimus. Et quot sunt in Archetypo Ideæ, & vnitates, totidem sunt & essentiales, & vitales, & mentales, & animales seu vires, seu dixerimus rationes, seu rerũ semina, quæ mundum omnem corporeum implerunt, vt spiritus ex eis, vt naturę, vt qualitates, vt formæ, ut corpora efformarentur, & constituerentur, & conseruarẽtur. Semina ergo hæc in cœlum descenderunt. Id vero, vel per totum, vt seminibus sit plenum, uel per partes, aliæ plenæ, aliæ uero ipsis sint vacuæ. At vacuas dicere, nihilum in eis habitare, est dicere. Inter entia autem nihilum non admittitur. Et præterea, quo priuilegio, pars alia sit eis plena, alia sit vacua? Aut quo conditoris defectu, aut ætheris obstaculo, non in omnes cœli partes ea semina sunt disseminata? Ne igitur toties reiecta illa impossibilia redeant, & ne nobis, rebusque ipsis negocium facessant frustraneum, non est admittendum, partem in cœlo vllam esse rerum seminibus, atque rationibus vacuam. Si uero cœlum totum plenum eis sit oẽs quoq; eius partes eis erũt plenæ. Si partes omnes, etiam astra, cœli eiusdem partes, eis seminibus erunt plena. At singulane singulis? an singula omnibus? An omnia omnibus? An uero, semina omnia incorpora sunt corpora? Neque enim aliter in lumine, in calore, in fluore corporibus incorporis, uidentur posse consistere. Dicendum ergo, eodem modo ea quo in empyreo, etiam in æthere, ac cœlo consistere. Si in cęlo etiam in stellis. Et quia corpora incorpora sunt, vno gradu ab incorporis decidunt: sicuti hæc vno itidem gradu ab incorporis penitus Ideis, essentialibus, vitalibus, mentalibusque seminibus infra cadunt. Si ita rerum ordo constat, ratio dictat, in stellis singulis, singula esse semina. sicuti in Ideis, in essentijs, in vitis, in mentibus omnia erant in omnibus. In animo vero fontano incorporo corporo, sunt in singulis omnia, in lumine, in calore, in fluore, in empyreo, corporibus incorporis, singula in omnibus, ita in stellis singulis semina erunt singula, ita vt in omnibus stellis, semina sint omnia. Distributio enim hęc quadripartita, & necessaria in se est, & sapientiæ Conditoris, & conditatũ rerum generibus est conueniens. Per stellas ergo, perque cœli intermedias stellis partes, singularia sunt sparsa semina, vniq; stellæ, vnius modi semina dicata. At vnum ne semen, vni stellæ, an plura? Et vnum, & plura. Vnum essentia, specieue. Viribus plura, pluraque actionibus, quatenus in speciei eiusdẽ indiuiduos secantur effectus, qui ab eis pronascuntur. Nõ enim, stellæ ociosæ sunt substãtiæ. neque ociosas habent vires, aut ociosas actiones. Agunt igitur. Quid vero agunt? Actiones, quæ singulis illis competunt, quęque propriæ sunt cuique. notas partim, partim nobis ignotas. Notæ quidem sunt, ardere in se, calere, lucere, lumen effundere, calefacere. Si verum sit, solem, & hominem, hominem generare, cur non verum fuerit, solem, & bouem, solem, & equum, solem, & quercum, solem, & platanum, generare, bouem, equum, quercum, platanum? Id si uerum est, cur non uerum fuerit, specierum aliarum omnium indiuidua solem generare? Esto sane eadem inductione id uerissimum. Sed si id sol facit, cur non faciat Saturnus, cur non faciat Iupiter, sole paulo minores? Cur non idem faciant, Mars, Venus, & Mercurius, etiam si sole sint minores? Eiusdem omnes sunt substantiæ, atherei scilicet anthraces accensi, flammæq; lucesque æthæreæ? Si enim ab una eadem natura effectus unus prouenit, sicuti ab homine, homo, ab equo equus. cur non idem in cœlestibus, æthereisque fuerit? Sed illa prius. Stellæ, semina quæ habent singulæ. Vel in se ipsas iaciunt, uel in socias mutuo, uel enim ea iaciunt, uel non iaciunt. Iacere hoc, fœcundare intelligimus. Si non fœcundant, ociosa, & semina sunt, ociosæ & stellæ, & frustra a Cõditore cõditæ sunt. At id dicere est nefarium. Fœcundant igitur. Id uero, uel in se ipsis, uel

extra

extra se? & in se & extra se. In se quidem, ut modo quo illis côuenit, fœcundentur. & prolificent. At sensus noster id non cognoscit. Cognoscit tamen ratio. Dictat enim, Deum stellas nō frustra fecisse. Frustra autem essent, si operarentur nihil. Semina ergo quæque sua in se fœcundant primo. Atq; ita Pythagoreis assentiendum illis, qui singulas stellas singulos esse mundos affirmarunt. Qui suos aeres, suas aquas, suas terras continerent, & animalia in eis habitarent puriora, nostrisque diuiniora. Idque longe est probabilius, quam putare, aut asserere, tot, ac tanta, & tam pulchra corpora, vel frustra esse a Conditore fabrefacta, aut quasi frustra. Aut si hoc nulla admittit philosophia, necesse est illud admittere, aut aliquid simile, vt scilicet, & ipsa sidera, mundi sint cœlestes, spiritu, animo, menteque propriis viuentes, & viuentes mundi totius vita communi, ex communi tum mente, tum animo, tum spiritu. Extra vero se, agant procul, quam procul lumina sua iacere possunt: & cū luminibus etiam seminum vires, quibus se se mutuo foueant, & sibi mutuo faneant, & inter se inuicem conspirent, & sibi inuicem, & toti, bona inspirent, & bonitate, sibi a Conditore data, omnia perspirent, & in vnum ita cō spirent, ut harmoniam illam diuini artificis, omnia consonent, & personent. Non eam quā fatue in Pythagoreis irrisit Aristoteles, sed eam, quam & ipsi in cœlestibus, & nos in vniuerso, dictatu necessariæ rationis esse, & asserimus, & contendimus. Nam si stellæ in se tantum agere dicerentur, frustra quidem non esse factæ dicerentur, sed quasi frustra, si dicerētur, non in se mutuo quicquam agere, & non ope mutua, se se iuuare. Aut si tanta in hylæum mundum lumina tot numero funderent, quæ ad eum vix pertingunt. Aut si solius tanta terræ gratia factæ esse crederentur. Ad quam, lumina ipsarum, aut non, aut uix pertingunt. Ac certe ratio affirmare, aut credere non audet, tam ingentia corpora, terra multo maiora, tot numero, & pulchritudine tanta, fuisse a Conditore Deo, vnius tantum, & tam exigui, & tam deformis corporis, qualis terra est, gratia procreata. Sed cum lumine agant, & calore, & seminibus ab his delatis, lumina autem, & calor stellarum terram non attingunt, attingit autem eam, vnicus sol, & lumine, & calore, & seminibus, quia solus videtur omnium generator. Quid igitur? Impossibile ne fuerit, aut non verisimile, sidera cuncta, in solem unum, in lunam vnam, & lumina, & calores, & semina sua iacere? Et his duobus, vti generationum regionibus aeri, aquæ, terræ propioribus, suis quasi vicariis vti atque administris. Et verum esse id, quod Philolaus dicebat, solem primę lucis esse receptaculum, & secundam esse lucem, & per eum tamquam per vitrum tertium φῶς, lumen ipsum, usque ad terram pertransire. Nos uero & primum lumen illud primæuum, & secundū quod est in sideribus, in solem unum effundi dicimus; & per eum, tum in lunam, tum in hyleum totum fundi. Et quoniam primum lumen uector est caloris, & calor, & lumen uectores sunt, & seminum, & fluoris, hęc omnia in sidera esse ab eis deuecta, & a sideribus, in solem quidem, & lumen, & calorem. In lunā uero fluorem esse asserimus distributa. & a sole, & a luna, eadem ad nos esse contributa. Vnde omne lumen omnem calorem a sole essē sentimus, omnem nouarum rerum generationem, & ueterū renouationem esse cernimus, certis quæque temporibus, prout sunt sol, & luna, temporum tum effectores, tum moderatores, tum etiam distributores. Per quæ tempora, omnes fiunt e suis seminibus rerum genituræ, & renouationes. Suis inquam seminibus tum manifestis, tum occultis. Manifestis quidem animalium, plantarumque, occultis uero lapidum, metallicorum, aliarumque rerum, quas cernimus quidem fieri, unde autē fiant nō cernimus, & pro miraculis habemus. Sed horum quæ sensibus sunt obiecta, sensibus etiam percipimus. Quæ uero sensus non cognoscit, ratio dictat ex demonstratis, ab occultis prouenire seminibus. Aut enim a se ipsis fiunt, aut ab alio. Non a se ipsis. Nihil enim est causa sui. Quia fuisset, ante quam esset. Ab alio ergo fiunt. Quod si sensibus non apparet, semen occultum, atque specificum nominamus. Nam & ea semina, quæ cernimus, quæque tangimus, per se nihil sunt efficacia, nisi occultum in eis semen ea faciat fœcunda. Semen autem hoc occultum, in omnibus manifestis est seminibus, in humore scilicet illius habitans, qui a lunæ luminibus, humorem cęlestem deferentibus dum fouetur, uitalis est, & conseruatur, donec calor humoris illius comes a lumine solis fotus illud fouet, & spiritum in eo, uel præexistentem seruat, uel nouū generat, uitalemque facit, & fœcundat. Sed de his suis locis postea. Modo concludamus. Sidera non esse ociosa, nec frustra facta. In se prius agere, seque ipsa fœcundare, ijs quæ sibi conueniunt. Conueniunt autem, quę desuper, ab empyreo, a fluore, a calore, a lumine, a luce, ab animo, a mente, a uitis, ab essentiis, ab Ideis, in ea defluxere. Agere quoque ea extra se, tum in astra alia, tum in solem, tum in lunam, tum in hyleum, eadem dona, quæ sibi a superis uenerunt, in infera transfundendo. Quid uero si astra ita agunt, cœlum astris intermedium, frustra erit, & nihil in se, extra se

nihil

nihil aget? Non est tam absurdæ rei assentiendum. Sed eadem quæ a superis in ipsum deflu xerunt, tum in se fœcundat, tum in alia vsq; ad nos transfundit. At quia fluorem simplicem, hunc cętera esse diximus, quid si ita distri buamus. Ab astris lumen & calorem, in solum transfundi solem, & cum his etiam, quæ in astris latent semina. Fluorem vero, quæ in intermediis hisce cœli partibus est, in solam transfundi lunam? Et sicuti sol, lumen, & calorem, & cum his semina, in hylæum transfundit, ita lunam in eundem transfundere, cœlestem fluorem, vnde humorum atque humiditatum nostratium dicta sit mater, nutrix, atq; moderatrix. Ita sane nostra sententia esto. Qua distributione rationi, demonstrationibusque longe consonantiore fiet, vt non sidera a sole, sed sol a sideribus lumen accipiat, & ab eis, vti Zoroaster eum vocauit, *πυρὸς ταμίας*, ignis pœnu, & quæstor, efficiatur. Et luna *καταχυσμῶν*, vti idem ei tribuit, effluxionum, atque effusionum sit mater. Omnia tamen simul, Mente, animo, spirituque, naturaque, tum pro pria cuique, tum totius mundi communi, ita viuunt vt omnia Sympathiam, & *συνοικείωσιν*, cognationem & concordiam, inter se mutuam, induant, & ita consonent, vt nulla in eo sit dissonantia, nulla discordia, quæ ad vniuersi, tum ornamentum, tum perfectionem, tum conseruationem, non conferat. Idque efficiatur totum, per lumen, per calorem, perq; insensibilem quendam teporem, omnia pene trantem, omniaque viuificantem, & semina, cuique propria per omnia gestantem, atque spargentem: a quibus, omnia propriis quęque locis, fœcundentur & germinent, pro seminis locique temporisque proprietatibus. Atque hæc de cœlis, de sideribus, deque eorum essentia, viribus actionibusque, longe aliter, quam ab aliis, aut astronomis, aut astrologis, aut philosophis reliquis, sunto nobis philosophata.

Finis Libri Vigesimi primi Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.



DE IGNIS ELEMENTO.



Peragrata contemplando vniuersa æcherea regione, & tota eius tractatione peracta, est modo in hylæum mundum speculando descendendum. Quem Zoroaster, vti retulimus, triplicem fecit, Aerem, Aquam, Terram. Situmque eis in orbe assignauit.

Γῆν δ' ἐν μέσῳ τιθεὶς, ὕδωρ δ' ἐν γαίας κόλποις,
Ἠέρα δ' ἄνωθεν τούτων.

» Tetram in medio posuit. Aquam in terræ
» finibus,
» Aerem supra hasce.

Tria ergo tantum in mundo hylæo collocat corpora quæ posteri vocarunt elementa. Hermes vero inter sapieutissimos tempore secuudus, de re hac ita loquitur in Asclepio.

» De cœlo cuncta descendunt, in terram, &
» in aquam, & in aera. Ignis solum, quod
» sursum versus fertur, viuificat, quod deor-
» sum, ei deseruiens.

Quatuor ergo mundi videtur statuere elementa. Sed eo sensu, quo alio oraculo, ante ipsum Zoroaster, & post eum Orpheus expresserunt, ille.

Τὸν ὅλον κόσμον
Ἐκ πυρὸς, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς, καὶ παντοτρόφου αἰθέρος.

» Vniuersum mundum
» Ex igne & aqua, & terra, & omnia nu-
» triente æthere.

Subintelligamus, constituit Conditor. Aetherem autem intelligit cœlum, ita vt mundus vniuersus sit constitutus, ex terra, aqua, aere, & æthere, qui omnia nutriat, quod Hermes dixit, Viuificat ignis. De qua nutritione postea. Orpheus vero, eadem de re ita canit in Ioue.

Ἐν δὲ δέμας βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται.
Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ, καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ.

» Inque vultus regius, in quo hæc omnia
» circulantur,
» Ignis & aqua & terra, & æther, noxque
» diesque?

Pro quarto & hic, ponens æthera. sicuti Hermes ignem superum viuificum. Tres ergo hi sapientiæ, Chaldaicæ, Aegyptiæ, & Græcę patres. Mūdum ex quatuor corporibus hisce constituunt. Ocellus vero Lucanus, Pythagorę auditor, omnium quos sciamus primus, sub luna, & supra aerem ignem statuit, ita vt mundus ex quinque constituatur elementis, terra, aqua, aere, igne, cœlo, siue æthere. Quorum quatuor priora, versari in generatione docet. Lunam vero esse quasi sepem,

Ἰσθμὸς γὰρ ἀθανασίας, καὶ γενέσεως, ὁ τῆς σελήνης δρόμος.

» Sepes enim est immortalitatis, & genera-
» trinis, cursus is qui luuæ est.

Deinde addidit.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ, καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δ' ὕδωρ, καὶ ἀὴρ μεσότητες.

» Iguis quidem & terra, sunt extrema, aqua
» vero & aer medietates.

Hanc sententiam Empedocles est secutus. & post eum Hippocrates. Sed Aristoteles, ipsismet Ocelli verbis, nulla eius facta mentione, eam transtulit, & suam fecit. Itaque vniuersus post eum Peripatus, inter lunam, & aerem,

rem, ignis elementum, & sphæram statuit, & ita esse,& credit,& contendit. Hæc res an ita se habeat,operæ precium veritati fuerit, diligenter examinare. Tam magnum namque corpus,quem Aristoteles aerem decuplo superare, videtur statuere. & quod Astronomi, uti retulimus, crassum esse asserũt M.Pass. 115567.cum nulli sensui pateat,& multis repugnet rationibus, non est oscitanter prætermittendum, neque veritatem vestiganti negligenter concedendum. Præsertim,cum & primi illi sapientes, & post eos multi, inter quos Plato & Græci alij,& Latini, partim eum ignẽ non agnouerint, partim etiam pernegarint. Quærendum ergo utrorum sententia sit potior.Hoc igitur opus aggrediamur.

Aristoteles in hoc dogmate, sicuti in plerisque ferè omnibus constituendo, varius & inconstans. modo ignem ibi pouit,modo aeris supremam partem. Quam quia a cœlorum motu & incalescat,& uratur, modo hypeccauma,modo non ignem vocat. Ignem inquam non reuera, sed qui ex consuetudine ignis. Hæc omnia sunt iam a nobis & indicata, & explicata. Non sunt ergo hic iteranda. Illa vero discutiamus. Si ex sua confessione,ignis non est reuera, iam ibi nullus est ignis. Si ibi nullus est ignis,iam nullum ignis est elementum. Non sunt igitur quatuor elementa, sed tria illa Zoroastrea, Hermetica, Orphica,aer, aqua,terra. Si ignis ex consuetudine, ibi esse dicitur, quia hominum cogitationes, aut appellationes, nihil constituunt in natura, nullus ibi est ignis; nullum est ignis elementum. Tria ergo & non quatuor. Si ibi ignis non ignis est, eadem omnia sequentur. Si ille ignis,: aer tantum est adustus, & nondum in ignem uersus, ignis ibi non est. Ignis ergo, quartum non est elementum. Tria igitur tantum in hylæo mundo elementa. Hæc ex Aristotelis inconstantia. Modo rem ipsam perpendamus, & ex veritate examinemus. Aristoteles met ipse, tres ignis species facit. Ita enim v. Topico scribit.

Οὐ γὰρ ἐστὶν ἓν εἶδος τοῦ πυρός. Ἕτερον γὰρ ἐστὶ τῷ εἴδει ἄνθραξ, καὶ φλὸξ, καὶ φῶς. ἕκαστον αὐτῶν πῦρ ὄν.

" Non enim est una species ignis. Aliud
" enim specie est, anthrax, & flamma, &
" lux,vnumquodque eorum ignis existens.

Et repetit.

Καθάπερ ἐστὶ τοῦ πυρὸς τὸ λεπτομερέστατον. Λεπτομερέστερον γὰρ ἐστὶ τὸ φῶς, τοῦ ἄνθρακος, καὶ τῆς φλογός.

" Sicuti in igne id quod subtilissimarum
" est partium. Subtiliorum enim partium
" est lux,& anthrace, & flamma.

Tres has easdem ignis species ante eum Plato in Timæo constituerat, & post eum,eius discipulus Theophrastus confirmauit.Ad hos ergo ignes, ignis elementum excutiamus. Si carbo sit, & sit ignis, necessario erit accensus. Nam si extinctus carbo sit, non amplius erit ignis. Si accensus sit,lucebit. Lucet enim sua natura ignis omnis. Si lucebit, etiam lumen emicabit.lucis enim, vti iam multoties dictũ, proprium est,lumen emittere. Si lumen emittet, illuminabit inferiora, & superiora forsitã. At neque accensum esse carbonem sub luna, aut supra aerem,nec uisus,nec sensus alius vllus percipit. Neque ibi lucere quicquam conspicitur. Neque inde lumen vllum ad nos venit, neque nos, neque infera hæc illuminat. Non igitur ignis elementum, carbo est accensus.Sed & alia methodo. Si carbo esset accensus, & caleret ipse in se, & proximum calefaceret aerem, & per aerem, & aquam, & terram. Et quia semper ipse est, semper & caleret,& calefaceret,proxima. Semper ergo aerem calefaceret. Aer ergo nunquam frigidus esset. At sæpissime frigidissimus ita est,vt frigus omne, in alia videatur emanare. Non ergo carbo accensus est, ignis elementum. Prima ergo ignis species, eum locum non occupat. Et si occuparet, iam actum esset de nobis, de terra, de aqua deque aere. Omnia enim iam combussisset. Quam combustionem, longe est rationabilius,nobis esse timendam, quàm timenda fuit Aristoteli, veterum positio, cœlum esse ignem. Ait enim,si cœlum esset ignis,iam omnia essent exusta. Sed ignis hic, si carbo accensus esset,& magnitudine,& proximitate, totum aerem, qui minimam habet resistentiã,& calidus est,in ignem conuertisset. Nam inter habentia symbolum, facilis est transitus mutuus,docet magister idem. Facilitate ergo transitus huius, & proximitate, sunt enim uel continui, vel contigui, Et magnitudine, est enim sole longe maior, nullo negotio,nulloque labore suo,aerem totum in ignem conuertisset, & per aerem, aquam, & per vtraque terram. Esse autem sole maiorem facilis est demonstratio. Metiti enim sunt Astronomi, solem centies sexagies, esse terra maiorem. Aristoteles autem illis longe acutior, & melior magister, metitus est, aquam decuplo esse maiorem terra. Aerem decuplo, quàm aqua,centies quàm aqua, millies, quàm terra. Si ergo sol, tanto minor, interposita lunæ sphæra, & ignis huius, & aeris sphæris, Aethiopiæ, & Lybiæ interiores regiones ita suo calore adurit, atque exurit, vt deserta omnia reddat? Quanto timendum magis esset, carbonem plusquam octingenties sole maiorem, & nobis proximiorem longe, cuncta in cinerem fuisse iam olim redacturum?

Sed neque id euenit, neque id timemus, neque ab eo calefimus, neque illuminamur, neque lumen ab eo vllum emicat, neque lucet. Secure ergo concludendum, nullum ignem vti carbonem sub luna, supraque aerem esse.

Quid vero si flamma dicatur esse? Si flamma sit, necessario ardet, si ardet lucet; si lucet, lumen de se dat, si lumen dat illuminat. si illuminat, etiam calorem de se reddit. Alia methodo, Si flamma est, ardet; si ardet incendit, si incendit adurit, & comburit. Et longe quidem, & facilius, citius, flammam uidemus apud nos hæc omnia facere, quam anthracem, qui sensim, & occulto se se lignis & materiebus infert, & insinuat. Flamma uero, & manifeste, in materias insilit, easque corripit facillime, & citissime etiam depascit, & pascendo, alia se ipsam auget si liceret, vsque infinitum. Multis ergo iam seculis, flamma hęc tam ingens, & sole plus quàm octingenties & terra, millies maior, omnia nostratia, omnia elementa tria reliqua, nedum in cineres, sed in nihilum vertisset. At adhuc perstant, qualia a Conditore ab initio sunt constituta. Non ergo supra aerem, infra lunam, ulla est edax flamma. Neque enim conspicitur, neque alio sensu, sentitur ullo. Neque vllum de se apud nos edit effectum. Nulla ergo ibi flamma.

Si vero dicatur, flammam quidem esse, sed non edacem, non consumptricem, qualis flamma, ex uetustissimorum dogmate est æther; Iam est dicemus nos, vel æther alius, vel ætheręæ naturæ, ætherearumque, & qualitatum, & proprietatum. Si alius æther est, cur non idem cum reliquo est æthere? Ratio segregationis naturæ eiusdem a se ipsa fuerit, saltem probabilis reddenda. Si alius æther non est, sed ætheręæ, & naturæ, & qualitatum, & proprietatum, iam duo ætheres erunt. Ille quidem priscus, & de se protulit, & gerit, & nutrit astra. Hic uero iunior, quid facit? Ociosum ne corpus tantum, sedet? At nihil ociosum fert, aut suffert natura. Et qua ratione, eisdem & natura, & qualitatibus, & proprietatibus, non etiam æthereas edet actiones? Astra, si non aliud, saltem gerat. At nulla gerit. ociosus ergo. Ociosum ex entibus eximit natura, eximit Conditor Deus, qui nihil frustra fecit. nihil facit ociosum. Nullus ergo supra aerem, infra lunam, est alius æther, nulla alia ætheris natura. Neque tertius est ignis, φῶς, lux. Luceret enim, & lumen ederet, & nos illuminaret. Cumque aerem dicatur in suprema eius superficie conuexa circumplecti, idque semper, nulla in aerem obscuritas, nulla nox ingrueret, nullam nos noctem, nullas tenebras sentiremus. At quotidie, nox aerem ingruit, nos obtenebrat, nullus ergo aerem ignis lux ambit nullus infra lunam ignis lux, lucet. Si neque ibi anthrax, neque flamma, neque φῶς, quæ tres erant ignis species infra lunam, supraque aerem rationes hæ satis & multæ & validæ demonstrarunt, tepefatur nullus ignis ibi erit. Et ex supra allatis Aristotelis inconstantiis, illa uerior fuerit, nullum reuera ibi ignem esse, sed ex consuetudine ignem appellari tantum.

Sed quoniam corpori huic supra aerem, & infra lunam vti ipsi crediderunt posito, & Ocellus, eius primus author, & Empedocles, & Hippocrates, & post eos Aristoteles, elementi nomen, sicuti aeri, & aquæ, & terræ tribuere, secunda velitatione, an is ignis, quando ibi esse reperiatur, elementum esse possit, cognoscamus. At elementum, quidnam est? Elementum Aristoteles, deffinit, non vno modo; hoc tamen semper significatu, ut elementum diceretur id, ex quo primo inexistente, res ipsa constat. Aliter. Elementa dicuntur, ea in quæ vltima corpus resoluitur. Quòd eadem cum priore sententia dicitur. Nos vero duplex elementi munus agnoscimus. Vel enim compositionis pars est, uel pars est mistionis. Empyreus, æther, aer, aqua, terra, mundanæ compositionis sunt elementa, in se integra. In quę vltima, vniuersum partiri potest. Eadem forte, in mistis corporibus, sunt mistionis elementa. Corpora autem mista, vocauere veteres, quatuor non integris, sed refractis ac retusis constare elementis, & eorum qualitatibus terræ, aquæ, aeris, ignis huius de quo agitur. Nos uero & mista ex elementis hisce, quæ vocãtur corpora, & elementa ipsa, & æthera præterea, & astra, & empyreum, non simplicia, sed & ipsa dicimus esse mista, ex primatiis illis nostris elementis quatuor, spacio, lumine, calore, fluore. Et primam horum mistionem esse in empyreo, secundam in ęthere, atque aere, tertiam in astris, quartam in aqua, quintam denique in terra. Sextam in mistis cæteris, sed variis gradibus distributam, vt suo loco demonstrabitur. Modo ex dogmate alieno, suuto mista, ex communibus hisce elementis, non quatuor, sed tribus reliquis. Namque ignem hunc sphæralem, aut compositionis, aut mistionis elementum esse, nullos sensus, nulla ratio indicat. Cœli quidem igneos, cernimus, locum ubi sunt æthera dicimus. quia iis ignibus ardet semper, & quia in eo semper curritur. Ignis sphæram sub luna, quia nec videmus, nec vllo sensu, percipimus, & rationes tot pernegarunt, mundanæ compositionis

ſitionis partem, dicere nō audemus. Sed cum rationibus, audenter pernegamus. Ar cur nos tam magni viri, Ocellus, Empedocles, Hippocrates, & cum eo Galenus, & medici cęteri, & Ariſtoteles cum reliquis de Peripato ſuis, non certos faciunt, quo modo, aut quibus diopttis, aut inſtrumentis aliis, ipſi ignem ibi eſſe depræhenderunt. An uero ideo, ignis ille elementum dicitur, quia miſtionem corporum cum elementis aliis ingrediatur? ita eſſe docent. At ſi id uerum eſſet, ad miſtionem veniret, & cum aliis miſceretur. Aer, aqua, terra, miſtionem videntur ingredi facile poſſe, quoniam eam inhabitant regionem, ubi miſtio fit omnis, ubi miſta reperiuntur omnia corpora. Ille ignis tota aeris craſſitudine a nobis diſtat, quæ centies terræ craſſitiem ſuperat. Neque poteſt de tanta altitudine cum his miſceri. Et ſi miſceri deberet, vicinum aliis fieri eſſet neceſſe. Deſcendere ergo huc neceſſe haberet. At deſcendere, neque uiſus eſt umquam; neque a quoquam vel philoſopho, uel Aſtronomo eſt depræhenſus. Et ſi ipſi id vel viderunt, vel depræhenderunt, doceant nos, eos quæſumus, quo modo, & quibus organis, elementalis hic ignis, tam alte reſidens, in hæc miſta, aut uenerit vmquam, aut in præſenti, ueniat quotidie. Quoque modo in aquea deſcendat miſta, & non extinguitur? Quoue in terrea, & non obruitur, non ſuffocatur? Si uenit, & ea ingreditur, profecto deſcendit. Si deſcendit, vel præter naturam deſcendit, uel natura eum ducente? Si natura duce, quo modo, docuit nos magiſter, vnius ſimplicis corporis, vnum ſimplicem eſſe motum? Nam hic ignis, qui ſimplex eſt in Peripato, & aſcendit natura, & deſcendit itidem natura. Naturales ergo duos & non vnum, eoſque, ſi Diis placet, etiam contrarios habebit motus. Si hoc per Peripati poſitiones, impoſſibile eſt, ignis ille, vel non deſcendit, vel deſcendet præter naturam. Miſtionem ergo præter naturam ingredietur. Et quia in miſtionem omnem ingreditur, miſtio omnis præter naturam erit. Si vero a natura deſcenſum habet, grauis erit. Et quia natura aſcēdere etiam dicitur, aſcenſum autem docent eſſe leuium, ignis hic, & leuis erit, & grauis quoque. Qua Chimęra, quid ridendum magis? Sed ſi leuis eſt, & natura aſcendit, quando deſcendet. At ſi deſcenſus hic perpetuus ſit, quia perpetua eſt rerum miſtio, & perpetua generatio, natura rerum mater, non ſponte ſua, ſed coacte, opera ſua peraget coacta ſemper. & perpetuam patietur violentiam. Et perpetuum patietur eſſe aliquid, quod contra leges ſuas, perpetuum perduret. Et permittet, ſemper fieri, quod fieri ſemper uetat. Et omnis rerum generatio inuita fiet natura? Apage has fatuitates a vera philoſophia. Non minora his abſurda conſequentur, ſi deſcenſum huius ignis, vi factum eſſe dicant. Nam ſi vi deſcēdit, a quo nam hanc vim patitur? Motus enim violentus quatuor eſt generum. Vel impulſionis, vel iactus, vel attractionis, vel vectationis. His motibus vel a ſe ipſo, vel a ſuperis, vel ab inferis mouetur. Si a ſe ipſo, iam non violenter, ſed naturaliter mouetur. Quid enim ſibi ipſi vim inferat in natura? Si a ſuperis, non niſi impulſu, moueri videtur poſſe. At quo modo truditur deorſum, vt neoterici quidam inquiunt. ſi cœli motus iuxta eorum dogmata, non niſi in gyrum voluitur, nullumque rectum habet motum. At qui impellit, ipſe ſequitur quod impellit. Et cœlum ergo deſcendet? Summa fatuitas. Si qui impellit, non ſequitur, iactu vtitur, parte corporis & ipſe ſequitur. Si cœlum igitur, aut impellat ignem, aut iaciat, vel toto, vel parte ſui ignem ſequetur. Cœlum igitur, deſcendet, & ipſum? Fatuitas maior. Idem fiet, ſi cœlum huc uſque vehat. Hi motus a ſuperis violenti. Ab inferis attractio. At quis eum trahet? Aer ne, an aqua, an terra? Sed non libet, cum talibus philoſophis altercari. Eos illud tantum interrogem, totus ne ille deſcendit ignis, an vero eius partes aliquæ? Si totus venit, totus illic locus vacuus relinquitur. Si partes, partium earum locus vacuus relinquitur. Aer enim vel aeris partes, illuc non aſcendent, nec locum ſibi a natura aſſignatum deſerent, vt vacuum alterum aperiant, aut non proprium operiant. Si aſſerant tractorem eſſe, occultas quaſdam inferæ naturę uires, qualis cernitur in magnete. Dicemus nos, hunc effectū, & ſimiles alios cerni. Ignis vero illius attrahendi, vim nullam vel apertam, vel occultā cerni, effectū talē, nullū conſpici. & ſi aſſerāt a ſe conſpectum, indicēt & nobis, ſi verè ſunt philoſophi. Non. n. minus ſapientię, quam beneficētię philoſophi eſſe debēt amatores. Itaq; niſi aliquid dent in conſpectum, aut demonſtrationem rationis nullā afferāt; eos de veritatis ſchola, de philoſophandi recta ratione extrudemus.

At forte non minor alia illa fuerit fatuitas, omnē ignem dicere eſſe leuē. Omne leue ſurſum ferri. Attamē ſphæralem ignē ēt moueri in circuitum cœli raptu. Id contra pręceptoris eſt axioma. vnius ſimplicis corporis, vnū eſſe naturalē motū. Et quia ignem ſurſum ferri docuerat magiſter, non ſunt auſi ſui, hunc circularem, contra naturam eſſe, dicere. Sed tertium quid de ſuo inuentu repererunt, vt dicerent, ſecundum naturam ferri. Quaſi; natura, naturaliter, & ſecundum naturam, non

idem

idem significarent. Ita rideri malunt, & noua monstra, vt Aphrica, aut olim Musica quotidie parere, quàm præceptorem noluisse saluare, uideri. Probare prius oportuerat, ignem istum ibi esse. Dein mòtus isti an ei tribuendi essent cogitare. Nunc uero quod ponunt, nequaquam probant. Aiunt eum circulo moueri, quia uideant Cometas circulo reuolui. At Aristotelimet ipsi, ad id sufficit, vt aer summus ita feratur. In eo enim cometas gigni ait, & non in igne. Neque usque ad hæc secula monstrarunt, ignem illum, & nostratem eiusdem esse naturæ, vt & ille feratur sursum. Neque distinguere nouerunt, de tribus nostris ignibus, quis sursum feratur. Anthrax hic iacet. Lumen & deorsum, & sursum, & quaquauersum protenditur. Flamma igitur sola, si vera eorũ sit positio, sursum ciebitur. At ignis ille, vti est ostensum; flamma non est. Non ergo sursum fertur. Postquam ergo, nullo sensu id quiuerunt demonstrare, duabus rationibus, persuadere sunt annixi. & multis philosophari nesciis, persuaserunt. A motu nostratis flammæ ad supera, & a primarum, ut vocant qualitatum, combinatione. Hæc duo perpendamus. Flammam, inquiunt omnem, uidemus sursum tendere. Id primissime falsum est. Nam multæ, in aere accensæ flammæ, deorsum feruntur, feruntur in latus, feruntur saltu, feruntur in circuitum, cadentes stellæ, capræ, cometæ, & quas nos Mutinæ, piscatores ad Arsiam conspexere. & sine ordine multi, ignes fatui quos uocant. Aliæ quo loco natæ sunt, eodem usque ad obitum persistunt. Domus ardentes, trabes, aliæ. Primum ergo hoc axioma vanum, ac falsum est. Et si viderint nostrates flammas, quas solas id facere non bene, non plenè conspexerunt, cur vniuersalissimum axioma ex hac particularissima construxerunt, omne leue ferri sursum. Et in incerto adhuc sit, an flamma leuis sit reuera. Id si nesciunt, cur affirmant. Sed de leuitate, & grauitate, alius erit disputandi locus. Nunc flammam persequamur. Flamma in ligno, aliaue materia accenditur. Lignum Peripati confessione, mistum corpus est. Et quod in eo accenditur, uel humor, uel aer est. Eam Aristoteles definit, πνεύματος ξηροῦ ζέσις. Venti sicci accensio. Sui quasi sapientiores, corrigunt, rectius dixerit. flamma est fumus ardens. Vtraque vera est deffinitio. Fumus tamen non est corpus simplex. Et si ex humore flamma est, corpus graue est, doctrina sua. Quo modo ergo supera petit? Fumus humor est, e ligno exhalans. Neque sursum semper fertur, nisi in camino. In eo quoque non raro fertur deorsum. Flamma in latus, humi etiam quærit materiam. Si in aperto flamma accendatur, non attollitur, nisi quantum spiritus, cum aer sit, dum non exit, aut non euanescit, eam sustollit. Quo absumpto, spargitur illico, non aliter, ac e camino egressus. Si totalitati suæ, vt aiunt, natura vniri appeteret, cur natura, hoc desiderio, a se illi indito, semper eum frustratur? Numquam igni illi supero coniungitur. Tantam ergo naturæ frustrationem, tantam eius nequitiam, Peripatus aduertit numquam? An sine oculis philosophatur? Præceptoria verba tantum audit? numquam cum rebus confert? Si confert & cognouit, cur in tam stulto dogmate persistit? Motus ergo flammæ non est simplex, neque in simplici corpore, flamma est accensa. Quo modo ergo ignis sphæralis, flammæ est totalitas? Flammeus ergo ignis, neque simplex est, neque est pars illius totalitatis, neque eam appetit, neque ad eam mouetur, neque simplici mouetur motu, neque recto, neque leuis est. Tota ergo hæc Peripati doctrina est falsissima. Accedat nunc illa altera combinationum ratio, qua docent. Quia primæ qualitates quatuor, calor, frigus, humidum, siccum, quatuor tantum modis possunt, binæ copulari. Frigus cum sicco, aiunt terram constituit. Aqua frigore terræ iungitur, & humida est. Hac secunda, aeri aqua annectitur, qui sit humidus & calidus. Reliqua est combinatio, caloris & siccitatis, quæ quarto corpori necessario datur. hoc est igni. At ignem hunc nostratem negant elementum esse, aut mista constituere posse. Hoc quidem recte. Ergo inferunt, necesse est alium esse in natura ignem. Hoc autem pessime. Hæc Ocelli Lucani, fuere inuenta. Aristoteles, siue sui nominis commemoratione, Ocelli uerbis, pro suis venditauit. Sicuti & Hippocrates. Sed errore, & in medicina, & in philosophia errorum maximo. Id vt pateat ita dicamus. Quis docuit Ocellum, quatuor hasce primas esse qualitates? quas ipse non qualitates primas, sed ἐναντιότητας contrarietates appellauit. Quod nomen etiam Aristoteles usurpauit. An primæ non sunt, quæ reliquas præcedunt? e quibus reliquæ enascuntur? Primæ certe ex suis etiam dogmatibus, calor, & humor sunt. frigus post calorem, siccitas post humorem sunt genita. Ergo frigidum & siccum, non prima sunt, quia post duo illa, calorem & humorem nata sunt. Nec sunt forte secunda, quia inter hæc & illa, aliud quid fit medium. de quo postea. Nunc ita esto. Demus Ocello, demus Aristoteli, hasce quatuor, primas ex

æquo, esse qualitates. Et eos interrogemus. Quæ necessitas Naturam impulit, vt elementis, primis vt putarunt corporibus, eas compartiretur in binas? Neque enim omnes omnibus accommodantur, neque singulæ singulis binæ. Neque enim terra sicca est, neque aqua frigida. Neque necesse fuit, corpus quod natura non admisit fingere, cui siccum & calidum accommodarent. Nam Ocellus, calorem & frigus, efficientes esse ait, humidum & siccum esse patientes. Si ita erat, vt & Aristoteles confirmauit, nonne terræ satis erat siccitas, aquæ vero humiditas, vt pati possent. Cœlum vero, quod vterque in eas agere fatentur, calore agere, cur non dixerunt? Aerem vero frigore, vt post eos Stoici, quem primum frigidorum esse aiunt, & sensus videtur eis contestari. Quid ergo opus fuit, quartũ sub luna, pro cœlo ponere corpus? Sine vllo sensus testimonio, sine vllo rationis iudicio? Eadem & sensuum, & rationis obtusitate Aristoteles, terræ, & simplicitatem, & duas attribuit qualitates. Terram enim, nō esse corpus simplex, sensus ostendunt omnes, imo mistorum corporum omnium, eam maxime mistã esse ostendunt. Tanta in ea intus & extra rerũ est varietas, colorum, saporum, odorum, frigorum, calorum, siccitatum, humiditatum, densitatum, raritatum duritierum, mollicierumque, & aliarum similium passionum, quanta in corpore alio vllo quantumuis permisto. Et quam ei frigiditatem tribuerunt, Aristoteles ademit postea, quatuor aut etiam pluribus a se scriptis verbis. hisce.

Ὑπάρχει δ' ἐν τῇ γῇ πολὺ πῦρ, καὶ θερμότης.

» Est uero in terra multus ignis, & multa
» caliditas.

Καὶ γὰρ τὴν ἀναθυμίασιν διαφέρειν ἀναγκαῖον, καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν ἐν τῇ γῇ θερμότητα ταῦτα ποιεῖν.

» Etenim exhalationem differre est necessarium, & solem, & quę in terra est, caliditatem ista facere. Et

Ὕσαντος τε γὰρ, ἡ γῆ ξηραινομένη, ὑπό τε τοῦ ἐν αὐτῇ θερμοῦ.

» Nam post pluuiam, terra exsiccatur, ab eo
» qui inest calore. Et rursus.

Καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ πυρός.

» Et eo qui in ipsa est igne.


Si terra natura est frigida, in se calorem, & ignem, quomodo habet? Dicent per accidens. & in superficie. Inquimus nos. Quod rei semper inest, non est per accidens. & terræ calor non accedit, nisi is qui a sole est ei superficiarius. Internus vero perpetuo ille inest. Si terra, frigida a natura est, a primordio constituta, & calor ei accessit postea, præter naturam id fuit, Et frigiditatem naturalem, vel expulit, vel retinuit. Si expulit, non amplius est frigida. Si retinuit, vel calorem non habet, vel habet vtrumque. Si vtrumque habet; quo modo ei frigiditas est adscripta? Et si vere adscripta est, natura, quo modo tantam vim perpetuo patitur? si uiolentum nullum Aristotelis oraculo est perpetuum? Absurditatum harum duæ sunt causæ. Altera, asserere, terram simplex corpus esse. Altera vni simplici corpori duas tribuere qualitates. Quarum hæc, priorem destruit, & prior posteriorem. Nam si simplicia sunt hæc corpora quatuor, quæ prima esse dixerunt; vnius tantum sunt naturæ. Omne enim vnum primum esse est nobis iam dudum ostensum. Vnum enim ante omnia est. & omne primum itidem est vnum, & itidem ante omnia est sequentia. Et omne vnum, & omne primum, simplex etiam est. Et omne simplex, & primum est, & vnum. Si igitur quatuor hæc prima sunt corpora, etiam per se, sunt vna. Et si vna etiam simplicia. & si simplicia, duplicia neque sunt, neque esse possunt. Si duplicia non sunt, neque duas habent qualitates, neque habere possunt. & si duas habeant, duplicia sunt. Si duplicia, simplicia non sunt, si simplicia non sunt, neque sunt vna. Si vna non sunt, neque etiam sunt prima. Igitur ex hisce necessitatibus qua ratione se se eripient, vt dicant vere, ignem esse calidum & siccum, & ideo necesse fuisse, corpus quartum confingere, cui tribuerentur? Quod & simplex esset, & primum & elementum, tum mundanæ compositionis, tum etiam mistionis vniuersæ. Idque naturæ necessitate nulla, contradictionibus, & absurditatibus, sibi inuicem pugnantibus, quas recensuimus multis. Hoc ipsum quod de igne dicimus, de tribus reliquis dicendum. Nam si aer duplicem, si aqua duplicem, si terra duplicem habent qualitatem, neque simplicia, neque vna, neque prima corpora, aut esse, aut dici queunt. Sed ignem illum sphæralem, præter tot impossibilia quæ eum comitantur, etiam frustra, etiam superflue excogitarunt. Nihil enim ad mundanam compositionem facit, nihil ad mistionem. Mundus enim empyreus, æthereus, cum tribus hylæis aere, aqua, terra, ad omnem, & compositionem, & mistionem suffecerunt. Et si sensibilis mundus, suprema sui parte ætherea, ignes numero innumeros, & magnitudine immensos, eosque perpetuos habet; Media subinde, magnos alios, paruosque & durabiles, & momentaneos, infima deniqne terra, alios temporarios, alios æternos, eosque innumerabiles? Quid opus habuit

natura

natura hac amplius ignis sphæra? præsertim singulis cæteris maiore? An natura, quæ nihil frustra facit, opus habuit, aut est coacta, entia sine vlla multiplicare necessitate? Ignem igitur hunc sphæralem, vt tandem concludamus, quia naturæ nulli vsui, qui non compositioni mundi: non rerum mistioni, inseruit, qui per falsissimam qualitatum combinationem tantum est inductus. quia nulli vnquam hominum est conspectus, nullo sensu cognitus, nullo ratiocinio colligitur: multis rationibus exploditur de sphæra sua, in omnem posteram perpetuitatem deturbemus.

Quid ergo inquiet Peripatus, nullus in vniuerso ignis est, qui mundi pars integra sit, & in mistionem rerum se se inferat? Imo vero est in vniuerso calor, e secundis rerum causis vnus, Zoroastreus ille vitifer ignis, *Ζωηφόρον πῦρ*. Quem nos luminis comitem, per omnia docuimus penetrare ab empyreo vsque cœlo, vsque ad mundi centrum. Vnum e quatuor nostris elementis, quę primæua constituimus, spacium, lumen, calorem, fluorem. Quæ longe verius elementa nos vocamus, quàm antiquitas, ignem, aerem, aquam terram. Quæ mistis tantum hylæis inseruiunt, & hylæum tantum mundum constituunt. Nostra vero omnibus insunt corporibus, & hylæis hisce, & æthereis, & empyreo. Spacium quidem, quia, corpora omnia spaciis tribus, trineque sunt dimensa. Lumen quia omnia sunt vel lucida, vel luminosa, etiam ea quæ videntur obscura. Calor vero, quia omnia sunt calida, etiam ea quæ frigida videntur. Fluor, quia omnia sunt fluida, etiam ea quæ siccissima sunt visa. Hæc elementa corporibus omnibus communia, omnibus accommodantur, primis, secundis, tertiis, centenis etiam, & millenis, si per tot gradus, aliud post aliud reperirentur. Sed hæc ante nos, nemo cogitauit, nemo vidit. Quę contemplatione procedente manifestiora se se pandent.

Finis Vigesimi secundi Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER VIGESIMVS TERTIVS.



DE AERE.



Actenus equidem, partim sola ratione, quia sensus eò non pertingeret; partim sensuum solo visu quia eò reliqui non attingerent, & a visu ducta ratione, philosophati sumus. Deinceps ad reliquos sensus propius accedamus. Et secundum eos, & ab eis ductis rationibus philosophemur.

Aeremque primo loco contemplemur, qui inani similis, nostra omnia, & tangit, & circundat, & etiam penettat. Et in quo, præter visum, etiam tactum, & auditum, & gustum, & olfactum exercemus. In eoque continue versamur. Aerem ergo qui sensibus omnibus, & rationi cognitus est, speculemur. Et quid sit videamus, & quantus & qualis, & quas vires habeat, & quas edat actiones, & quas, & a quibus patiatur passiones, & qua mundi regione sit, & quo pertingat, & quid in se vel comprehendat, vel admittat consideremus. Et si quid tale aliud, in natura eius reperiatur cognoscamus. Itaque a primo propositorum capitum initium facientes, quid aeris essentia sit inquiramus. Et quare ab æthere differat, discetnamus. Inter philosophiæ huius initia, Aerem e quatuor diaphanis corporibus posuimus secundum, cum primum æther esset, aqua tertium, quartum aquea. Et quia diaphanus sit, & perspicuus, nō minus quàm æther poetæ multi eum æthera vocarunt, neque alterum ab altero distinxerunt. Alij eum pro æthere, quasi cum eo idem esset posuerunt, inter quos ipse sapientiæ pater Zoroaster, dum canit.

Τὸν ὅλον κόσμον:
Ἐκ πυρὸς, ϗ ὕδατος, ϗ γῆς, ϗ παντοτρόφου αἴθρης.

„ Vniuersum mundum: (constituit)
„ Ex igne, & aqua, & terra, & omnia alente
„ æthere.

Et alius sapientiæ Grçcæ pater Orpheus cecinit.

Πῦρ ϗ ὕδωρ, ϗ γῆ, ϗ αἰθὴρ, νύξ τε ϗ ἦμαρ.

„ Ignis & aqua, & terra & æther, noxque &
„ dies.

Vterque ignem pro cœlo ponens, æthera pro aere, iisdem & uerbis, & vetbotum ordine. Aliis quoque philosophantium non paucis visum, eandem substantiam aetem esse cū æthere, perspicuitatis, ni fallor, & transparentiæ similitudinē ducti. Sicut enim per ætheris diaphanitatem astra noctu cernimus, & interdiu solem & lunam, sic per eandem transpicuitatem quæ in aere est, & hæc eadem perspicimus, & alia quæ infra lunam sunt, ignes, cometas, colores, nubes, & similia. Eadem ergo in vtrisque, & aere, & æthere actio, easdem arguit vires, eædem vires, eandem quoque essentiam. In eadem Plinius fuit sententia, dum vult inter terram cœlumque, eodem spiritu pendere septem sidera, quæ ab incessu vocamus errantia. Cœlum nunc vocans, quod aera ignium summum, vnde tot stellarum collucentium illos oculos. Itaque aer, & æther nihilo inter se differunt. Alij differre valde asseruerunt. Eo quòd æther & loco aeri superster, & natura. Quæ incorruptibilis, & immortalis sit, & toto & partibus in æthere; in aere vero, si non toto, saltem paribus corruptionē patiatur. Distinctio quoque Zoroastri, triplicis ætherei mundi, & triplicis hylęi, idem videtur voluisse. Nam in hylæo vti sæpe iam vidimus, primum posuit aerem, & sub

eo aquam atque terram. Ocellus quoque scripsit.

Ἰσθμὸς γὰρ ἀθανασίας, καὶ γενέσεως, ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος. Τὸ μὲν γὰρ ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτὴν θεῶν κατέχει γένος. Τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης, νείκους καὶ φύσεως.

" Sepes.n.est immortalitatis, & generatio-
" nis,cursus lunę. Nã quod supra ipsam est,
" & ad eam pertingit,Deorum tenet genus.
" Quod vero infra lunam,contentionis &
" naturæ est locus.

In quo subnectit, *Φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν.*

" Natura & generatio habent imperium.

Si ita sit, vt supra lunam,natura & generatio non imperent,is locus non erit naturalis, neque corruptibilis, neque materialis. (Vt omnia sunt in hylæis) æther profecto, longe erit aere perfectior, & nobilior. Esse autem æthera, nobiliorem aere, etiam Pythagoreis, aliis cum Ocello placuit, & Platoni,& Aristoteli, & Cythio Zenoni, omnibus, & reliquis, de eorum omnium schola, omnibus. At si uerum sit, quod Ocellus,& hi omnes asserunt, vbi generatio sit,& materia, ibi naturam dominari, æther hac conditione, aere præstantior non fuerit. Ostendimus enim ex historiis, & partim nostra vidit ætas, Veneris stellam valde passam. Et solem cursum suum, aliquando retinuisse. Et nulla eclipsi esse obscuratum.& sæpius sereno cœlo,lucem languidam, ostendisse diu.Quæ quidem omnia, passiones,&dispositiones Ocellianæ materię sunt. Quinimo,& generatio ibi non semel locum habuit,in Hipparchi noua stella. Et anno 1411. (quod in annalibus Ferrariensibus legi) inter VII. & VIII. noctis horam apparuit stella splendore tam magno, vt cœlum ardere videretur. Et multi cometæ,vt postea dicetur,in æthere,supra lunam scilicet, sunt & geniti & extincti. Quod & stella noua æui nostri fecit.Sed ostēsum iam est a nobis,ex varietate lucium siderearum, splendentium,fulgurantium, obscurarum, nebulosarum, macularumque,& Galaxiæ tanta diuersitate, & lunæ tanta diformitate, & sæpe deformitate, æthérem non esse simplex corpus,non esse sine passione, sine alteratione,generatione,& corruptione. Eiusdem ergo æther cum aere est naturæ? Non videtur.Nam & aqua hæc omnia patitur,& terra,non tamen idem vel inter se sunt, vel cum aere. Ergo neque aer cum æthere,eiusdem est naturæ. Et ens hæc ratio distinguit. At quo, & qua differentia recte distinguet? Minore equidem, atque maiore passione. At magis & minus,speciem non variant. Sed cur non varient, cum in æthere rarissima sunt quæ fiunt, in aere frequentissima. Varietas vero substantiarum quæ in æthere sunt, qualis ab initio a Conditore facta est, talis sine mutatione vlla permanet.In aere e contra,quamuis ignes raro appareant, attamen & hi, frequentiores, quàm ætherea nouitates fiunt. Nam in aere, Natura *νεῖκος* contentiones suas exercet.In eo præcipue secum pugnat. In hoc tonitrua,fulmina,nubes, imbres, grandines, imbres, procellæ, turbines, & plurima mortalium mala. In hoc imbres decidunt, nebulæ subeunt, vapor ex alto cadit, rursumque in altum redit. Venti ingruunt inanes. iidem cum rapina remeant.Sic vltra,citraque comeat natura,inter se in aere pugnans continue. Quia state pugnæ minime licet,sed assidue rapta,conuoluitur. Et circa terram immenso rerum globo quasi furit. Hoc vētorum furentium regnum, hoc procellarum. Neque id raro, sed quotidie,sed continue,& sentimus, & experimur. Differentiæ hæ raritatis,& frequentiæ, si a natura materiæ fiant,nulli dubium, quin æther, & aer sint inter se diuersi. Sed non videntur a materia fieri, quoniam ipsa passiones omnes æque recipit. Sed sunt a forma ea,quæ vtriq; ipsorum a Conditore totius materiæ, propriæ cuiusque parti indita fuit.Parti inquam materiæ totius,in qua,& ex qua, essentia cuiusque tota formaretur. Materiam dicimus,fluorem illum primæuum. Fluor namque solus,& contrahi & dilatari,& rarescere, & densari, & cogi,& extendi potest.Qui cum continuus sit,& per spacium vniuersum ad centrum vsque protensus,sua continuatione efficit, vt integralia mundi corpora, Empyreus,ætheres illi tres,& tres hylæi, omnes sint vnum cōtinuatum corpus.Et quo ad fluorem,materiamque, omnes vnius eiusdemque sint naturæ,atque essentiæ. Quo etiam ad vniuersalem ipsorum locum, qui spacium est,nullibi alter ab altero distrumpitur, aut segregatur. Nec minus quo ad formam vniuersalem, quę per omnes hosce mundos est extensa,continuati sunt. Formam autē hanc, vel solum lumen, vel cum lumine calorem simul, esse putamus.Si vero formam præstantiorem hisce, vniuerso demus,ea erit mundanus animus. Qui nullam vniuersi corporis partem destituit,sed per omnes se se,suasq; vires, actionesque,vitamque vniuersam fundit.Nam si animus, est corporis seu organici, seu non organici,entelechia,& energia, & forma, cum nulla *ἐνεργικωτέρα*, & actuosior animo mundano sit, ea profecto erit vniuersi,vniuersalis forma. Atque ita verum fuerit, quod superius conabamur adstruere, ætherem empyreo esse continuum,neque in orbes esse discisos. & ætheri aerem, & vnius,& eiusdem esse naturæ, quo ad ea, quæ continuationum harum, causæ erant,tum materiales, tum formales,

males,tum efficientes. et nunc addimus,Finales cuiusque partis,non easdem esse. Ad alium enim finem Conditor, Empyreum formauit, ad alium singulos tres ætheres,ad alium singulos tres hylæos. Et pro cuiusque fine, cuique etiam propriam indidit formam; per quam esset, & sibi idem, & ab aliis alter. Sicuti ergo Empyrei formam, lumen & calorem,omnium purissimos, & vt Zoroaster solet loqui, ἄνθη, flores, luminis & caloris, corporumque omnium rarissimum leuissimum, blandissimumque esse uoluit: ita & ætherem primum illi continuum,quem & cœlum,& firmamentum libuit appellare, empyreo densiorem esse voluit. Ratio id enim dictat, tum quia lumine suo,empyreum nobis occulit, tum quia flammæ,tum molibus, tum numero fere infinitæ, densata quædam esse corpora, in quibus calor, & lumen, in lucē coacta flagrent, & flammas eorum nutriat. Nam, & flammæ ipsę, & obscura illa in eo corpora, & nebulæ, & nigrores quidam, & maculę, densitatis proculdubio sunt opera. Duos reliquos huic subditos æther es,eadem dictat ratio,primo æthere esse densiores, in quo Saturni, & Mercurij, & Lunæ plumbago,& Martis, & Solis quasi rubens color,id produnt manifesto indicio. Et Iouis,& Veneris,media raritatis, & densationis temperies. Et quia densiores partes in his sunt effectæ, argumento est, totum quoque esse densiorem. Cuius densitatis tota veluti fex in lunā confluxit. Sub æthere uniuerso,primarij fluoris pars alia,prioribus continuata,substitit. In qua, Natura, bella sua exerceret, exercitus, quos recensuimus, instrueret, pugnasq; committeret. Qui exercitus, quoniam variarum formarum,ac figurarum, quo melius sua obirent munera,conflari debuerunt, densiorem æthere fieri oportuit, quo melius, & sustinerentur,& sustinerent. Verissimum enim est, quæcumque a suo principio longius recedūt loco,essentiæ quoque perfectione, & dignitate,longius recedere est necesse. Conditor aūt incorporeus est, in corporibus,quæ ad incorporea magis accedunt, Conditori sunt proximiora. Rariora autem quæ sunt, incorporea quoque magis sunt,& minus corpora. Sed & alia ratione in idem res deducitur. Inter corpora enim, incorporeum maxime omnium est spacium,quia est rarissimum. Lumen secūdo loco rarum,primo densius. Calor, etiam lumine densius,fluor calore. Empyreus fluore: æther primus, empyreo; æther secundus, primo;æther tertius, secundo. aer summus,æthere infimo; aer secundus, aere summo. ita vt iam in nubes concrescat. aer infimus, aere secundo, nebulosus iam, & vaporosus, & fere iam aqueus. Et hoc densior,quæ iam est aqua. Et hac aqua terra, corporum densissima. Si vero verum sit, quod philosophantium plerisque placuit, elementa vbi se ie mutuo tangūt, similitudinem naturæ aliquam habere, quam ipsi Symbolum appellarunt,idem sentire,a ratione alienū non fuerit sentire, vbi cœlum sit empyreo continuū, empyreę raritatis aliquid habere,empyreum,aliquid item,de cœli densitate. Et vbi cœlum,secundus attingit æther, hic,cœlo similis sit,cœlum ętheri. Secundi vero, æther tertius habeat aliquid, & secundus tertij. Et aer vbi tertium hunc æthera contingit, raritatis illius sit particeps. æther vero ad aeris densitatem quadantenus accedat. Et aeris media regio, eadem ratione, summa sui parte,ad infimam summæ sit similis, sicuti infima sui,sit similis infimæ regionis parti superæ. Sicuti hæc tertia,sui parte infima, minus rarus est, & densior,& crassior ita, vt sit quasi aqueus. Sicuti & aquam verisimile est,superiore sui superficie aereæ raritatis esse participem. Et incrassescere deinceps, ita vt eius parte infima, qua terram contangit, quasi limosam esse, & quasi terream, non aliter ac terra ibi aquea est,& ferè fluida. Incrassescit deinde & ipsa sensim, ita vt in centro, vbi maxime ab empyreo, & a corporum principiis natura distat, densissima esse uideatur necessario. Itaque aer totus, sicuti materia primæua est fluor:Forma vero,& essentia aer, sic constitutione tota, æthere densior est putandus. Sed suprema regione,ætheri quam fieri potest, raritate simillimus. Inde postea discedens, & descendens densescere, & crassescere, rationibus iisdem estnecesse,vt ad aquam prope, sui crassissimus, & densissimus euadat. Atque hæc de essentia, consistentiaque & substantia eius satis sunto. ac de eius in mundo situ,atque regione. Post essentiam, essentiales proprietates & qualitates sunt cognoscendæ. Essentiales eas uocamus, quæ ad essentiam rei concurrunt constituendam, vel ab ea pronascuntur. Quibus si careret aer,aer iam non esset. Sunt autem,eius raritas,& fluiditas, & mobilitas, & partium tenuitas,& perspicuitas. Alias dicimus,in essentia & ab essentia esse. Quæ vires verius dicuntur, quia per eas,essentię in actionem exeunt, & rem aliam,extra se,tum efficiunt,tum afficiunt. Qualis in aere caliditas,& humiditas. Et quales essent in elementis reliquæ illæ qualitates, si verè,& appositæ eis fuissent tributæ. Eas Aphrodiseus Alexander,& Galenus essentias elementorum esse dixerunt. Quam rem Peripatus posterior, & medicorum non pauci, dum non intelligunt, multas, easque ridiculas obierunt altercationes. Quibus videlicet modis,qualitates hę, quas putant accidentia esse,possent essentiales esse formę. Sed

ad aerem redeamus. In eo Aristoteles, maxime omnium est absurdissimus. Tam enim de eo varie loquitur, & inconstanti est sermone, vt mirum sit, eum in tāta haberi veneratione. Nam cum prius dixisset aerem esse calidum & humidum. ita deinde scribit.

Αλλὰ δεῖ νοῆσαι, τοῦ λεγομένου, καὶ καλουμένου ὑφ' ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν, οἷον ὑγρὸν, καὶ θερμὸν εἶναι. διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμίασιν ἔχειν γῆς. Τὸ δ' ὑπὲρ τοῦτο, θερμὸν ἤδη, καὶ ξηρόν.

Verum cogitare oportet, eius qui a nobis dicitur, vocaturque aer, quòd uaporem referat, terræque exhalationem habeat, partem eam quæ circa terram est, veluti humidam & calidam esse. Quæ uero superior hac est, calidam iam esse & siccam.

Quasi dicat, non sui natura, & ex combinatione illa primarum qualitatum. Sed quia exhalationem a terra habet, calida est. Quia vaporem, humida. Subnectit enim.

Εστὶ γὰρ ἀτμίδος μὲν φύσις, ὑγρὸν καὶ θερμόν.

Est enim uaporis natura, humidum & calidum.

Est ergo hic circa terram aer, non sui natura, neque ex illa quam prius docuerat, qualitatum combinatione, sed alterius rei, vaporis nimirum admistione. Imò, quem prius totum calidum fecerat, & humidum sui natura, partem eius superam modo, calidam & siccam esse affirmat. Id quoque non sui natura, sed quia a terra exhalationem habeat. Illico enim subinfert.

Καὶ ἔστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἷον ὕδωρ. ἀναθυμίασις δὲ δυνάμει οἷον πῦρ.

Sed est uapor quidem potentia quasi aqua. exhalatio vero, potentia quasi ignis.

At si hæc exhalatio illuc non ascenderet, cuiusnam naturæ aer ille esset? Ignis inquit esset, ait namque.

Τοῦ μὲν οὖν ἐν τῷ ἄνω τόπῳ μὴ συνίστασθαι νέφη, ταύτην ὑπολαπτέον αἰτίαν εἶναι, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀὴρ μόνον, ἀλλὰ μᾶλλον πῦρ.

Cur uero supero in loco, non consistunt nubes, hanc esse causam existimandum est, quoniam non est aer solum, sed potius ignis.

Aer ergo superus ille, aer non est, hoc est humidus, & calidus. imò potius ignis, hoc est calidus & siccus. Talem enim in copulatione qualitatum ignem esse dixerat. Sed inconstantiam viri huius, nos quidem admiramur, non vt sui, veneratione ingenti, sed modestissima stomachatione. Nam rursus, quem hic ignem esse vult, paulo ante ignem esse negat.

Περὶ δὲ ταῦτα, καὶ τὰ ἐχόμενα τούτων, ἀήρ τε, καὶ ὃ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ. οὐκ ἔστι δὲ πῦρ.

Circa uero hæc, & quæ his annectuntur, aer, & quem ob consuetudinem vocamus ignem, non est autem ignis.


Sed & mediam aeris regionem, quam cum toto antea fecerat calidam, rursus ait esse frigidam. Quoniam in ea nubes, frigore illius in plouias concrescunt. Itaque aer totus, quarum modi elementorum, Aristoteli perijt. dom & ignis calidus & siccus sit. & aqua humidus, frigidus, & vapor calidus & humidus. Nos vero essentiales aeris qualitates quas esse dicemus? Fluiditatē calorē raritatem, tenuitatem, diaphanitatem. Hæ essentiam eius constituūt, vt iam dictum. Per qualitates vero, obtusum corpus est, cedens, tenerum, diuisile facile, facile ductile, facile spargibile, facile discerptile. Sed e quatuor a teneritate. tenuitas, a cessione, cessio a raritate, raritas a uacui atomis intermistis. Quibus si careat, maxime resistit. Carebit autem, si uel ipsa ex eo expellantur, vel ipse intra compellatur. Vtrumque fieri alterius aeris, vbi clausus sit operuentu, & compulsione. Quod inter alia in follibus, in utribus, in pila lusoria maiore, visitur, si iostentur. Tunc. n. tantum non cedit, verum etiam magnopere, & resistit, & renititur, & retropellit, & ictus valenter recipit, & potius, quàm ictibus scindatur, aut dispergatur, integer volat, & natat, & vehit. Quinimò & pondera sustinet, quæ in aperto non sustineret. Sed & in aperto, moles ingentes magno fert spacio, gestante uento, qui nihil est aliud, vt suo dicetur loco, quàm in se intentus, & a se contentus aer. Præterea hæc, non solum leues mouet aquas, sed maria immensa commouet, & conuoluit. & per ea vastas nauium moles, non tantum impellit, sed ut quasi uolent, efficit. dum in Carbasa illatus, impletis omnibus uacui poris, in se ipsū intenditur, & intumescit. Et quod sæpe stupent homines, arbores magnas, saxa grauissima, rupes ingentes, e montibus diuellit: terras cum montibus concutit, motat, concussat, aperit, sursum iactat, tecta, murosque & magnas cum populis vrbes, & cum totis maria litoribus non solum quatit, sed per reliquum fert aera. Tanta vis est aeris in sui similis, compressi, & se ipsum impellentis. Quid vero? Tantarum virium est aer, vt non immerito, veterum quidam philosophorum, terram vniuersam pendere in eo tradiderint. Addimus nos, eam vndique, ab eo ita contineri, vt ne vel in partes discerpatur, vel tota aliò se conferat, & locum motet prohiberi. Ausim etiam asserere, terram circa medium vniuersi centrum sisti, ibique manere immobilem, non minus, imo etiam magis

magis, in causa esse aerem, quàm grauitatem. Quam nullam in rerum natura esse, postea ostendemus, dummodo, & tota simul, & partes eius locis naturalibus consistant. A quibus si auuellantur, graues fiunt per accidens. Sed esto, a rerum Conditore Deo, circa medium uniuersi centrum, terra est collocata. Naturaque ei illa indita, ue inde partes eius, nisi vi discedant. Aer ue tota loco suo dimoneatur, non paruam affert opem. Nam præter Conditoris prouidentiam, præter Mentem, præter animum, præter spiritum ei tributum, elementa omnia, opem sibi mutuo præstare, est valde rationi consentaneum. Vt mundi totius partiumque Sympathia, συμπνοίας, cognatioque conseruetur, & sibi partes omnes consonent. Atque aer, vt sua munia obeat facilius, id a Conditore habuit, ut partium & totius constitutione qualem diximus, per aquam, perque terram, perque omnia mista, meet, seque ipso impleat; Ea penetratione, sibi ipsi extra posito ita annectit, ut mutuo complexu diuersitatis efficiat nexum, ut & terra, & aqua, in medio vniuersi spacio, facile librentur, & pendeant. Cedendi ergo, & impellendi, & sustinendi, & aliis contrariis viribus, mira Conditoris sapientia aer constitutus, per eum quasi per suam machinam, omnia in uniuerso hylæo ministrantur; & vegetantur, & vitalia fiunt, & fœcundantur, & producuntur, & nutriuntur, & augentur, & perficiuntur, & conseruantur. Ex quibus Zoroaster, non immerito, aerem παντοτρόφον αἴθρην, omnialentem ætherem nuncupauit. Quia nimirum corporum omnium hylæorum ætheri simillimum, ætheris ipsius, & lumina, & calores, & seminu m influxus ab eo recipiens, in inferiora hæc defert, & veluti eorum auriga fit, & uector. Sed priorum illarum, tum actionum, tum passionum, densatio, & rarefactio partium, causa est primaria. Harum uero secundarum, calor natiuus ille primæuus, a Conditore toti inditus, itidem primaria est causa, verum & siderum calor, & lumen ei superuenientia, calorem illum uiuidum reddunt, & eum fouendo, rerum semina, & influxus ipse fotus fouet, eisque fauens, per omnia meando, omnibus illa infert, grauidaque & fœcunda reddit. Verum sicuti aer calore suo primæuo, calet totus, & fluidus est & tenuis, ab æthereis concalefactus & adiutus, omnium generationum machina est, & organum. Sic etiam in aduentitiis sibi alias aduentitias patitur passiones. Nimium namque interdum incalescit. Et è contra frigus aliàs imbibit siccescitque humescitque, vt quæ per proprias & vires & passiones, noua generauit entia, per hasce alias eadem corrumpat, & ducat ad interitum. Veterum nonnulli, aerem esse frigidum dixere. Addidere, de Porticu sapientes, eum summum esse frigidorum. Perperam vtrumque. Frigus enim in aere, sicuti a cœlo calor, accidentales sunt qualitates, accedunt enim ei, & ab eo recedunt. Quod æstas & hyems indicant clarissime, & dies, noctesque singulæ. Vnde aut calor in aerem veniat, nemini non notum est. Vnde vero frigus, nemini notum, vel est, vel fuit. Dicemus nos, quando venerimus ad terram. Siccitatis quoque & extraneæ humiditatis suscipit interdum impressiones. Vnde in eo putrefactio. Et ab eo, plantis, animalibusque putredines, pestesque inducutur. Siccitas illi accedit vniuersalior, vel a diuturna radiorum solis diuerberatione, vel a ventorum quorundam perseuerantia. Quibus humiditas in eo aduentitia, vel desiccatur, vel alio pellitur. Humiditas hæc, vel a uentis, apud nos australibus, alibi aliis. vel pluuiarum frequentia, vel aquarum stagnantium vaporatione. Quibus & nimium humescit, & etiam putrescit. Vel uerius in eo, hæc ipsa humiditas, has patitur passiones. Nihil tameu uetat, ipsum aerem totum esse corpus ætheri simile. Neque uerum est, inferam eius regionem esse, uaporibus calidam & humidam. Sunt enim accessorij. & ipse non raro siccus est, & frigidus. Qualis aũt media eius sit regio, in incerto uidetur positum. Neque enim ibi, nubes, nubiumque proles a frigore gignuntur, uti Peripatus asseruit. Id nos suo loco palam faciemus. Interim totum calidum esse dicimus. Situm eius in vniuerso, exploso illo sphærali igne, sub luna esse uemo ignorat, usque ad mare, ad aquas, terrasque, ita ut æthera, atque has connectat, ima & summa sic separet, vt tamen iungat. Separet, quia medius interuenit. Iungat, quia vtrique per eum inter se consensus vehitur, vimque siderum in nostratia transfundit. Et terræ sic appositus est, vt statim ibi futurus sit, vnde illa discessit. Tum & aquas, & terras partibus suis penetrat. Et illico vbi illæ desint, eo mouetur, & earum vacua loca adimplet. Neque id tantum, sed per minimos etiam utriusque poros meat. Neque uacuum, vllum relinquit locum præter atoma illa, quæ sibi sunt commista.

Magnitu-

Magnitudinem autem, atque vniuersam eius molem, Vitellio,& eum secuti multi, demonstrasse sibi persuadent. A terra namque ad nubes vsque, non amplius quàm vnum & quinquaginta circiter millia passuum ait extendi. Superam autem non vltra quàm CC. ad summum M. Pass. attolli uersus ętherem, Aristoteles centies terra esse maiorem. Nos vero, totam ei regionem etiam damus, quam ignis ille fictitius creditus est tenere. An uero tanta hęc eius moles sit, penes astronomos opticosque eorumque instrumenta fides esto. Vitęllionis autem, sententia incerta esse videtur. Nam inter fortunatas insulas in Atlantico, in Tenarife vt nautę asserunt, est Mons nomine Pichus qui se se usque ad 72. M. Pass. extollit, semperque in summitate nubibus est obnolutus. Alij supra etiam nubes attolli semperque ardere flammis, eius traditur cacumen. Quod si verum sit, nubes illę longe altius attolluntur, Et si supra nubes, ardet cacumen, iam is vel in hypeccaumate, vel in ęthere ardet. Et longe vicinior, quàm Astronomi putarunt, est nobis æther. Vnde omnes, ex distantia stellarum ab eis constructę demonstrationes, pessum ire est necessarium.

Finis Vigesimi tertij Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER VIGESIMVS QVARTVS.



DE AQVA ET MARI.



AQuam, medium, inter aerem & terram elementum fluorem atque humorem esse, nemo sanus dubitauerit. Id enim omnibus iam sensibus notum est, visui, tactui, auditui, gustui, olfactui. Fluor inquam aqua est, & humor: qui & fluere maxime omnium percipitur. & quæ tangit, vel in superficie, vel intra aliquantum, vel etiam tota, humida reddere cognoscimus. Hæc prima eius essentia, & prima eius essentialis proprietas & actio. At & densior aere est, quantumuis crassissimo, rarior tamen quantumuis fluida terra. Sed & superficie, & toto corpore terra continuatior, & ideo tenacior, & conglutinatior, Pars enim fluens partem alteram secum trahit, nec sponte ab ea distrahitur, ita vt parte fluere, vel effluere e vase aliquo cœpta sequatur tota quãuis minimo duriore obiectu, disrumpitur, & in plurimas discedit facile partes, & quamuis tenax sua natura sit, non tamen ita in se consistit, vt propriis terminis sisti queat, quin fluat & dilatetur, quousque duriotis rei terminis coerceatur. Atque ideo est a veteribus scite dictum, Humorem id esse, quod propriis terminis non continetur, sed alienis. Itaque omnis aqua, etiam tenera dici potest, quia minime est dura, & tactui cedit, sed non tamen mollis proprie dici potest; si molle id sit, quod non tactui tantum, sed cuicumque duriori cedit, & eo ammoto, ad suum locum, quæ cesserat pars redit. Est præterea omnis aqua, si naturali consistat statu, tota sibi ipsi similis, tota similaris. Certum est quoque, eam compingi posse, & concrescere, tum frigore in grandines, in glacies, in crystalla. tum calore, in plurimos fluores, in sales, in lapides in plantas. & reliqua, quæ appellantur mista, quo modo ostendemus postea. Nunc elementum ipsum agitemus. Cõpingitur aqua, etiãsi non concrescat, & in se ipsam constringitur, dum aqua eadem durat, nec in aliud vertitur: Quæ res multis est experimentis cognita. Nam & riui, & fluuij, lati prius, in angustias acti, nihilque altiores sæpe facti, per eas eodẽ labuntur cursu. si altiores fiant: etiam citatiore. Et quæ a fontibus, aut fluuiis, aut lacubus ad vsus humanos, per subterraneos tubulos, vel lapideos, vel lateritios, vel plumbeos ducitur: compertum est, quæ duorum palmorum diametro prius fluebat, si vel ventus, vel aqua alia a tergo impellat, eam in se redactam, per diametrum vnius transire palmi. Id autem ratione vlla fieri non posset, nisi densaretur, & in se coiret. Densari autem & coire, alia ratione nulla potest, præter quàm quod vel aerem per atomos sibi intermistum in alias pellat partes, vnde spuma fit. vel in atomos vacui sibi inter mistos, interim residear. Quos dilatata, & rarior facta, mox aperiat. Hanc condensationis, ac rarefactionis quæstionem, magnis ingeniorum conatibus in Peripato agitatam, non aliter sane, quàm ad hunc modum, quem cum vetustioribus quibusdam, post Heronem Mechanicum, nos primi, ni fallimur renouamus. Quam dum de spacio egimus diligentius expendimus. Aqua ergo, cum aere sit densior, & terra, rarior, interque horum

medio

medio sita, non solum loco, verum etiam natura, & corporis sui constitutione, rara simul & densa, non immerito vocabitur, Quo fit, vt densitate sua, nec loco pellatur, tam facile quã aer, nec diuerberetur, nec scindatur, nec disper gatur. A raritate vero habet, vt hæc omnia facilius quàm terra patiatur. Ab vtraque vero simul & raritate, & densitate, tenacitate aliqua prædita vt sit obtior. Et vt continuatione, & fluxu, in se non consistat, neque natura sui, loco sistatur, ideoque alienis terminis opus habeat, si sisti velit, nisi ad exiguum altitudo eius corporis redacta sit, vt videatur in plano fere superficies tantum facta. Vnde fit, vt altitudinis tantum ratione, in depressiorem locum fluxus fieri videatur. Quæ res, fluminibus, & maris fluxibus magnum est fundamẽtum. de quibus ita non multo post. Eadem hæc aquæ raritas & densitas, quæ ei, & tenaces, & tenues partes tribuunt, in causa sunt, vt lentius quidem quam aer, in terram aqua sparsa, poros eius subeat. & sursum turbine vel tubulis tracta, in aerem tollatur. Sed hoc quidem vi; con tinuatione tamen partium, natura cohærentium sequitur. Illud vero natura, non tam quòd centrum petat grauitate, quàm quòd, suis terminis nequiens contineri, alienos vt quiescere queat, petit. Sin vero, poros subiens, aquam aliam intus præexistentem reperiat, in ea vt sibi simili re conquiescit. A raritate, densitateque iis, & vt calida sit habet, & ut frigida. Nam ex Anaximenis vetustissimi doctrina ἡ μανότης θερμόν. Raritas calidum. Omne scilicet quod rarum est a calore tale est, & calidum sui natura est, quod & Aristoteles est fassus dicens.

Πάντα γὰρ ὅσα πεπύρωται ἔχει δυνάμει θερμότητα ἐν αὐτοῖς.

„ Omnia quæcumque ignita fuere, habent
„ potentia calorem in ipsis.

Et è contra, quæcumque densa sunt, a frigore densa sunt. Itaque & aqua, quia densa est, frigida tactui nostro apparet. Verum hæc quæstio. An aqua calida, frigidaue sui natura sit, magnopere, & a veteribus, & a recentibus philosophis est agitata. Frigidam esse aquam sui natura inter veteres dixere Ocellus, Hippocrates, Aristoteles. dum scilicet primarum qualitatum combinationes versantes aquæ humiditatem, frigiditatemque adscripsere, Aristoteles tamen, suæ positionis oblitus, alibi, & in hac maris quæstione, mare dicit esse calidum verbis apertissimis. ante, supra allata scriptis.

Καὶ θερμή γε ἡ θάλαττα διὰ τοῦτο ἐστί.

„ Et calidum sane mare, ob id est.

Quia nimirum a calida exhalatione cum terra adusta, in sublime elata, in mare decidit, & ea terra calescit. Sed nos hanc quæstionem non ita agitamus quæramus, an aqua alterius vel actione, vel admistione, vel calida fiat, vel frigida. Quis enim nescit, si aqua igni sit apposita, eam concalefieri, ita etiam ut in uapores tota abeat? Sicuti eadem frigori exposita densatur, & fit gelu. Sed illud quærendum philosophis esse ducimus. An ex inditis a natura aquæ principiis essentiamque ipsius constituentibus, calida ne diceoda sit, an frigida? Ocellus profecto, & eum secuti Hippocrates, & Aristoteles, e nullis principiis vel per se notis, vel sensu cognitis, vel demonstratione vlla comprobatis, combinationes illas qualitatum, pro arbitratu coagularunt. Ideo, & sensibus omnibus, & plurimis rationibus, & ipsę repugnant, & sunt ab aliis oppugnatæ. Nos vero è nostris corporum principiis, non pro libitu positis, sed clarissimis demonstrationibus confirmatis, & sensibus postea comprobatis hanc soluamus quæstionem. Corporum Principia primissima, posuimus, spacium fluorem, lumen, calorem. Nullum enim corpus est, quod ex hisce non confletur. Quod iam in empyreo, in cœlo, seu æthere, in aere, satis superque probauimus. Idem dicimus de aqua. quoniam & trinæ dimensionis corpus est, ob spacium sibi innatum. Et ob fluorem fluida est, & humor. Ob lumen vero diaphana. Itaque & ob calorem, calida fuerit necessario. Calore inquam illo primæuo, calida primo est aqua. Calore quoque secundario, a primo illo ortum ducente, calida itidem est. Omnis enim secundarius, & tertiarius, & millenarius si fieri possit calor, a primo est calore. sicut color, a primo lumine. sicut humor a primo humore, & distantia omnis a primo spacio. Et vniuersim in omnibus, vel corporibus, uel incorporis rebus, omnia quæ post primum sunt. Quod autem de calore aquæ secundario dicimus, id ita exponimus. Aqua omnis, in natura sua constituta, in duo genera prima diuisa est, vt alia salsa sit, alia sit dulcis. Salsa quidem omne mare cui amaror, nomen etiam dedit. Dulcis autem omnis aqua reliqua, tum perpetua, tum temporaria. Perpetuam uoco, aquam lacus, fontes, fluuios, puteosq; perennes. Temporariam uoco, pluuiam. Scio, lacus quosdam, & fontes, & fluuios, & puteos, esse amaros. alios etiam alterius sapotis. At hæc quidem omnia ex accidenti aquæ sunt. De qua re, non est nobis præsens sermo. Amaror hic, & dulcedo aquarum, natura ne sua, aquis insunt, & sunt earum, qualitates essentiales? an aliunde eis accedunt? Sed illud prius. Vt æther vna essentia est, vt aer itidem vna, ita etiam aqua, vna ne essentia erit, an vero duæ? Si duæ, aqua non vnum, sed duo erunt elementa.

menta. Si hoc absurdum sit, tota aqua vnum erit elementum. At quo modo vnum, si dulcis & amara inter se non conueniunt. Mare quidem, aliud a dulcibus videtur esse aquis. Et Aristoteles videtur ita distinxisse, mare ab aliis, quod non suo naturali loco esset positum, sed aquę locum occuparet. Hoc primum sane, ac magnum, in hoc elemento incommodum philosophia patitur. Cui additur secundum. Dulces aquas, tenere quidem lacus plurimos, qui si mari conferantur, parui sint omnes. Fluuios etiamsi sint lacubus longe plures, eis tamen etiam minores esse. Fontes vero & putei, ridicula res fiunt, Oceano comparati. Itaque mare, loci magnitudine, & aquarum copia, & molis immensitate, videtur inter aquas principatum obtinere. Sed & tertium aquarũ genus, sese nunc offert. Omne illud scilicet, quod in subterraneis cauernis latet. Quas existimant, non solum ingentes replere spelũcas: verumetiam fossoribus metallorum, curiosisq; aliis, fluoij aquarũ sub terra sunt auditi, & interdom etiam visi. Accedit & Tartarus Platonis, inique nimium, ab Aristotele sugillatus. Hæ subterraneæ, aquæ, an & ipsæ salsæ sint, an vero dulces, an & alterius saporis, si compertum fuerit, vel alteri accedent parti, vel tertiũ genus per se constituent. Si ita euaserit, vt sint tres aquæ veluti primariæ partes, sic tria etiam genera: quod nam horum trium, aqoæ dixerimus elementum? Si mare; cur non & omnis dulcis superterranea aqua? cur non & subterranea? Si secundam, cur non & prima & tertia? Si tertia, cur non & secunda, & prima? Si tota tria simul, quo modo tam diuersa inter se genera, genus vnum constituent? Sciunt logici; supremum substantiæ genus, supremum itidem quantitatis, in duo primum genera, esse diuisa. Qualitatis vero genus in quatuor distingui. An vero potius, id enumeratio, & non diuisio est? In re physica, cur logice argutamur? Aqua vnum genus est. Hoc in superterraneum, & subterraneum duo prima genera diuidatur. Primum rursus in duo alia, Mare, & dulces aquæ. Hæ plures sunt. & mare non est vnum. Non ea ratione, qua Geographis est diuisum, in Oceanom & Mediterraneum. Nam utrumque Oceanus vnus est; siquidem Mediterranea maria omnia, Persicũ, Erithreum, nostrum hoc in plura discerptum. Balticum, Botnicum, Liuonicum, & si quæ talia alia sunt, proles sunt Oceani, & partes, intra terras per angustias influentis. At & maria tria alia nouimus ab vniuersali separata. Galilæum, Mortom, Hircanum, quod tamen Plinius, & Dionisius Affer, tradiderunt, ab Oceano per apertum in Scythiam influi; & veteres Geographicæ mappæ, qualem nos vnam habemus, id ostendunt; Non aliter ac Orpheus aotea, se per Meotin in Oceanum Argo ipsa transisse canit. Sed compertum postea est, Hyrcanum circum circa mōtibus clausum. Quod Scaliger, ex Strabone diuidit. Sed hæc ad Geographiam magis pertinent, de qua suo loco. Totum ne ergo aquæ genus, tripliciter diuisum, elementum aquæ erit, an tria erunt, aquę elementa? Ita distinguamus. Elementum bifariam videtur dici, compositionis, quod iam docuimus, & mistionis. Nam & vt est, totius vniuersi pars earum vna, quas integrales solent appellare, quales diximos nos, esse empyreum, æthera, aerem. Quandoquidem & Aristoteles & Plato, cœlum vniuersum elementi nomine aliquando significarunt. Et quales, nos cum aliis omnibus, aquam & terram esse dicimus elementa. Alio modo, quod philosophorum nemini est ignotum, elementum mistionis dicitur elementum, dum scilicet in misto corpore conflando, suam ipsum priorē non retinet formam. Secundo modo, aquã elementum esse, siue ea dulcis, siue sit salsa, nullo videtur dubio laborare. At an & compositionis sit elementum, non est facile determinare. Difficultates enim eædem recurrent, cur hoc potius, quàm illud? aut cur tria tam diuersa genera, vnum faciant genus. Ne autem diu in hac hæteamus quæstione, ita audebimus proferre. Omnem aquam, vbicumque ea sit, elementum aquæ totum constituere. non aliter ac Peripaterici dixere, aerem in tres distingui regiones. infimam, mediam, supremam & ante eos Chaldæi ætherem unũ intres diuiserant ætheres, quorum alius supremos, alius medius, alius infimus necnon fuit. Quæ diuisio etiam in aquam cedit, subterranea est infima. Mare medio loco, lacus plerique & flumina, supremo. Omnia namque flumina finē cursus sui, habent mare. Qua ratione, etiam Aristoteles dixit, Mare potius finem aquarũ esse, quam principium. At cur dicat mare, non suo loco stare, sed loco aquæ, uel nulla causa est, uel ea ridicula. Tantundem enim esset dicere, aeris mediam regionem, non suum, sed aeris, nempe totius, locum occupasse. Corpora hæc psincipalia, suis locis stant omnia. Empyreus suo, æther suo, aer suo, terra quoque suo. Superis, mediis inferisque partibus suis locis collocatis. Igitur & aqua, infima sub terra est, media mare est. Suprema fluuialis omnis, quæ ut è loco supero, in inferius tota se se exonerat. Mare ergo suum proprium a natura habet locum, neque alienum vllum iniuria occupat. Neque assentimus iis, qui se solos dum credunt esse philosophos, uetentur, mare fateri, elementum esse, quia ex salsedine, opinantur, illud corpus esse compositom, & non simplex,

plex, quale volunt elementum omne esse, quã tamen simplicitatem, in nullo repererunt elemẽto, non in terra, non in aqua, nõ in aere, nõ in æthere, non deniq; in firmamento. Forte in empyreo, & in primæuo illo fluore nostro, simplicitas fuerit summa. quia prima corpora sũt. reliqua omnia partim composita, partim mista. Dum illi inquam putant, mare quia mistũ appareat, non esse elementum, nec elementi partem, flumina potius, & puteorũ aquas elementi nomine insigniunt. Nos vero aquæ elementum esse asserimus, totam simul aquam, in tres, quas diximus diuisam regiones. Cuius tamen elementi, principalissimam partem, esse Oceanum autumamus. A quo, & subterraneæ omnes, & superterraneę deriuentur, & propagentur. & sit reuera Oceanus Temerinda, vt Scythica vtamur voce, hoc est aquarũ mater. & non Meotis, quod accolæ putabant, ac forte adhuc putant. Qua sane ratione, nulla salsedine impeditur, quin Oceanus, non sit aquæ totius elementum. quando aliæ omnes, proles, eius sũt, & propagines, ac velnti solis radij. Verum lõge aliter senserunt, qui de fontibus, atque eius origine quæsierunt. E diametro namque nobiscum pugnant. vt qui dicamus, omnes aquas ab Oceano, oriri. Illi vero dicũt, Oceanum, ab aliis aquis ortum ducere. Moses sane, vir sapientia, non solum Ægyptia, sed et si Philoni fides danda, & Aethiopica, & Lybica, & Hebraica, & Arabica, & Chaldæa, & Gręca instructus, a nobis stat. Siquidem ait Conditorem mundi Deum, iussisse omnes quę sub cœlo essent aquæ, in vnum congregari locum. congregationesq; aquarum, appellasse maria. Locus autem hic vnus, non alius putandus est, quam terra, & eius cauitates. seu vt Zoroaster inquit, sinus.

Γῆν δ' ἐν μέσῳ τιθεὶς, ὕδωρ δ' ἐν γαίας κόλποις.

„ Terram in medio posuit, aquam vero in
„ terræ sinibus. Idque patrem fecisse dicit.

Quod & Hermes cõfirmauit, dũ ait Poemãdro

„ Ex luce, verbũ quoddã sanctũ supersedit na
„ turę. & ignis sincerus exilijt ex humida na-
„ tura in sublime, quia leuis erat, & acutus, &
„ efficax, & aer leuis, & ipse secutus est spiri-
„ tũ, ascenditq; vsque ad ignẽ, a terra, & aqua,
„ vt videretur ipsum pendere ab illo.

Γῆ δὲ καὶ ὕδωρ ἔμενε καθ' ἑαυτὰ συμμεμιγμένα.

„ Terra vero & aqua remansere inter se ipsas
„ commistæ. Itaque a primordio rerum & mundi constitutione, aqua & terra in infimo remanserunt, inter se ita cõmistę, vt aqua sinus & cauitates impleret terræ. Et quæ maximam terræ cauitatem repleret, mare fuit, a quo reliquæ infra terram & supra terram pronascerentur, vt a sole radij, vt a trunco rami. Quod & veterum philosophorum quidam Aristotele referente, tradiderunt.

Εἶναι γὰρ τὸ πρῶτον ὑγρὸν ἅπαντα, τὸν περὶ γῆν τόπον.

„ Esse namque primum humorem omnem
„ in loco circa terram.
„ Sed nihil opus habuerunt ποιεῖν αὐτῆς γέ-
„ νεσιν. facere eius generationem.

Neque Græcorum Theologis, vt ait, ποιεῖν αὐτῆς πηγάς. facere eius (scilicet maris) fontes. Ita enim ab initio factum est mare, sicut & cœlum, & terra, & aer, & sidera. Quid enim illis in mentem venit, maris originem quærere, & fontes, terræ autem, aut aeris, aut cœli ortum, non itidem quæsiuerunt? Equidem Bernardinum ego Telesium nostri seculi, ingens ornamentum, rebus ab illo scriptis omnibus, vti physicum maximum admiror maxime, qui propriis inuentis, philosophiam e Peripateticorum compedibus primus exemit, in hac maris inquisitione admiror minime. Nulla enim necessitas naturæ, eum impulit, vt generationem maris inquireret; & assereret, id assidue generari, a solis radiis terra in fundo posita, in mare uersa. Cur enim non, quomodo & terra, quomodo aer, quomodo cœlum, quomodo sol, uel facta sint a principio, & quomodo ad præsens assidue fiant, aut fient postea indagauit? Sane axioma illi cum veteribus commune est. Primorum, priores causas non esse inquirendas. Neque enim, cur ignis calidus sit, aer fluidus, terra frigida & solida, quæsiuit aut quærere debet quisquam. Aquæ ergo omnes, a rerum primordiis, in terræ sinus sunt congregatæ & maria appellatæ. Maria autem sunt aquæ amaræ. Omnes ergo aquæ a primordio fuere amaræ. Et ita sane est: sed postea dulces factæ sunt, eo quo dicemus modo. Sed Aristotelem prius discutiamus. Qui longissimis tribus capitibus de mari disputans, quædam paucula recte, plura docuit perperam. Inter hæc disputatio de maris salsedine, & amaritudine, est. De qua re primo dicit. A sole tenuiores, & dulces, potabilesue partes, sursum tolli ob leuitatem, salsus relinqui ob grauitatem.

Τὸ μὲν οὖν πότιμον, καὶ γλυκὺ πᾶν ἀνάγεται διὰ κουφότητα, τὸ δ' ἁλμυρὸν ὑπομένει διὰ βάρος.

„ Quod potabile quidem est, ac dulce, to-
„ tum sursum ducitur ob leuitatem. Sal-
„ sum vero restat, ob grauitatem.

Quam sententiam, vti sibi placentem, ne obliuio, obliteraret, repetit sæpius. At hoc non est, reddere causam, propositæ quæstionis. Cur mari salsugo insit. Interrogari enim potest. Id ipsum salsum quod remanet, quam ob causam salsum est? A principio ne ita fuit, an postea ei inditum? Aduentitia ne mari qualitas est, & non innata? Si innatam esse

esse dixerit a principio. Causam frustra & varie quærit. Si aduentitiam dixerit, recte causa ei erat indaganda. Sed causa, eius salsitatis, nō est ea quam reddit, quia salsum remanet. id enim foret, principij petitio. Vidit hoc sagax homo. Ac primo aliorum opinionem recensuit, dein suam induxit. Si aliunde causa venit, dicimus nos necessario, vel a cœlo, vel ab aere, vel ab alia aqua, vel a terra eam venire, vel ab horum pluribus. A terra venire, sensisse quosdam refert, sed non nominat.

Ἀλλὰ μὴν, καὶ ὅσοι τὴν γῆν αἰτιῶνται τοῦ ἁλμυρότητος. ἐμμεμιγμένην γὰρ ἔχειν φασὶ πολλοὺς χυμοὺς αὐτὴν, ὥστε ὑπὸ τῶν ποταμῶν καταφερομένην διὰ τὴν μίξιν, ποιεῖν ἁλμυράν.

„ Sed enim, & quicumque terram causam
„ esse putant salsitatis. immistos enim ip-
„ sam habere dicunt sapores multos, ita vt
„ a fluminibus delati, ob mistionem faciant
„ salsum. (mare)

Quam quidem sententiam facile redarguit. Cur enim fluuij eam deferentes, salsi non fiunt? Suam deinde apponit, ex duplici illa, vaporis humidi, & exhalationis siccæ, eleuatione in aerem per solis attractionem. Inquit enim. Nos vero dicamus.

Ἐπεὶ γὰρ κεῖται διπλῆν εἶναι τὴν ἀναθυμίασιν, τὴν μὲν ὑγρὰν, τὴν δὲ ξηρὰν: δῆλον ὅτι ταύτην οἰητέον ἀρχὴν εἶναι τῶν τοιούτων.

„ Nam positum iam est, duplicem esse exha
„ lationem, hanc quidem humidam, illam
„ vero siccam, clarum est, quòd, hoc esse
„ principium talium rerum putandum est.

Nos vero siccam exhalationem nullam in natura fieri posse ostendemus. Salsitas ergo maris, vt ipse vult, a sicca exhalatione, quæ nulla est, non proueniet. Sed veritatis cognoscendæ causa donemus eam exhalationem fieri posse, & fieri. Quid tum postea. Addit.

Πειρατέον δοῦναι τὴν αἰτίαν, καὶ περὶ τῆς ἁλμυρότητος. Φανερὸν δὲ διὰ πολλῶν σημείων, ὅτι γίνεται τοιοῦτος ὁ χυμὸς, διὰ σύμμιξίν τινα.

„ Tentandum dare causam, etiam de salse-
„ dine. clarum vero est per multa signa, quod
„ talis sapor fiat per commistionem quan-
„ dam.

Idque probat, exemplis sudoris, cineris, vrinæ. Esto. Infert ergo ex his.

Ὥσπερ γὰρ, καὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις, οὕτω καὶ ἐν τῷ ὅλῳ, ἐκ τῶν φυομένων, καὶ γιγνομένων κατὰ φύσιν, ἀεὶ δεῖ νοεῖν ὥσπερ ἐκπυρουμένων, τὸ λειπόμενον τοιαύτην εἶναι τὴν γῆν.

„ Nam sicuti in dictis, sic & in vniuerso. ex
„ ijs rebus, quæ nascuntur, & fiunt secundū
„ naturam: semper oportet cogitare, tam-
„ quam ex adustis quod reliquum fit, ta-
„ lem esse terram. Et modum subdit.

Μεμιγμένης δ᾽ οὔσης, ὥσπερ εἴπομεν, τῆς τε ἀτμιδώδους ἀναθυμιάσεως, καὶ τῆς ξηρᾶς, ὅταν συνίστωνται εἰς νέφη καὶ ὕδωρ, ἀναγκαῖον ἐμπεριλαμβάνεσθαι, τὶ πλῆθος ἀεὶ ταύτης τῆς δυνάμεως, καὶ συγκαταφέρεσθαι πάλιν ἐν τοῖς ὕδασι, καὶ τοῦτο ἀεὶ γίνεσθαι κατὰ τάξιν.

„ Nam cum sit mista, vti diximus, vaporosa
„ exhalatio & sicca, quando conflantur in nu
„ bes & aquam, necesse est, in simul compræ-
„ hendi, aliquam multitudinem semper hu-
„ ius potentiæ, & deferi rursus in imbribus.
„ Et hoc fieri semper ordine.

Itaque rem totam concludit.

Ὅθεν μὲν οὖν ἡ γένεσις ἔνεστι τοῦ ἁλμυροῦ ἐν τῷ ὕδατι εἴρηται.

„ Vnde ergo generatio inest salsi in aqua, di-
„ ctum est.

Et quæ post, scripta sunt non pauca, id ipsum vti censuit probant. Sed nos dicimus, non minus facile, hanc sententiam confutari, quàm ipse veterum illam doctrinā refutauit. Inquit enim. Cur fluuij eam terram mistam deferentes in mare, ipsi prius non fiunt salsi? Ita & nos ab eo rogamus. Cur non & imbres, qui eam salsedinem, aut mistionem in mare deferunt, & ipsi non prius salsi fiunt? Hanc obiectionē, nec vidit, nec dissoluit ipse. Supetias ei inepte satis it, Iul. Cæsar Scaliger, vir acutus. Imbres aliquando esse salsos. Vt sint, an ij, & pauci, & rari, tantam salsedinem mari, Oceano toto indent? Quis nescit aquam pluuialem omnem, natura esse dulcissimam. Sed esto tota ac omnis salsissima. Quo modo non pluet etiam in fontes? in puteos, in riuulos? Si in hos non fluere dixerit quis, stultitia summa laborat. Si in hos quoque pluit, cur non salsos efficit? Imò omnium salsissimos, quia minus ibi est resistentiæ. Cur etiam fluuij omnes non salsi redduntur? præsertim si ad fontes pluerit, & diu? Quemadmodum compertum est, ad fontes Nili, quotannis ante incrementum per multos pluere dies. & dum etiam crescit. Cur ergo Nilus non fit salsus? præsertim cum in Africa tota, vt est calida terra, & sicca, plurima sicca attolli debeat exhalatio. Cur lacus omnes, cur etiam stagna omnia non sunt salsa? quandoquidem nulla pluuiam non sentiunt? An uero dicet, in eos qui salsi non sunt, numquam pluuiam decidere? Fatuitas. quidem hæc fuerit, si causam non afferat. Si ergo in omnes aquas, quas sol aspicit, pluit, cur aquæ hæ omnes, ab pluuiis non fiunt salsæ? At & qua ratione, pluuia, quæ maiore an in parte nulla est, & quando est, non semper magna, nec semper diuturna sufficiens fuerit tantum Oceanum, tot mediterranea ac tanta maria, salsa efficere? & fluuiolos paruos, riuulos, fonticulos,

salsa reddere, non sufficiet? Cur non potius, innumera flumina, parua, media, maiora, maxima, continua, perennia, lata, profunda, quæ toto anno sese in mare præcipitant omnia, longe facilius dulcem fecerint Oceanum? quàm pluuiæ salsum? At non ob ea dulcescit. multo ergo minus a pluuis amarescet, aut salsescet. Quæ vt experimentis omnibus compertum est, sunt insipidę, vel eo modo dulces, quo amaris sint contrariæ. Si tales sunt, vt reuera sunt, cur potius, simul cum fluminibus salsedinem maris in dulcorem non immutant? Idque longe minore opera, quàm solæ ipsæ, nequaquam salsæ, salsitatem mari indant. Cur ergo Aristoteles vti ridiculã uetetũ sententiã irridet: ipse tante sapientiæ vir, ridiculosiorem longe proferẽs? Sed iterum. Sunto omnes pluuiæ sallæ, amaræque omnes in mare cadant, erunt ne cum tanta Oceani mole comparandæ? Non magis sanè quàm formica cum elephanto. Ergo si quid amaroris in mare afferãt id in superficie remanebit. Non enim guttæ vltra superficiem meant. At mare, & in superficie, & in medio, & in fundo, totum salsum, totum amarum est. Negat id Scaliger, contrarium asserit, mari nempe in fundo aquas esse dulces, superficiem non dulcem. Quia vt inquir pro comperto ac vero habeatur.

„ Idque quia vrinatores in vitreis vasculis
„ extulerunt Quia demissus cantarus cum
„ operculo cattiterinus: idque operculum
„ sublatum funiculo, ac mox impleto vasę
„ ori restitutum. Et hoc in locis profundis.

Cur non potius vir, acutus sane, sed qui pro Aristotele, contra manifestam veritatem etiã peierare libens sustinuerit; dixit id apud Aristotelem quo allegat problemate legisse, quam vllo experimento cognouisse? Neque vero ab eo problemate, quod sperarat habet. Neque enim hæc, quæ ibi verba scripta sunt, quæ ipse vult, volunt.

Διὰ τί τῆς θαλάττης, τὰ ἄνω τῶν ἐν τῷ βάθει ἁλμυρώτερα, καὶ θερμότερα.

„ Cur maris superiora, iis quæ sunt in pro-
„ fundo salsiora, & calidiora.

In quibus non affirmat, quæ in fundo sunt, esse dulcia. sed tantum, minus amara. Neque, ea quæ subdit experimentis puteorum correspondent.

Ὁμοίως δὲ, καὶ ἐν τοῖς φρέασι τοῖς ποτίμοις τὸ ἐπιπολῆς ἁλμυρώτερον τῶν εἰς βάθος.

„ Similiter vero, & in puteis potabilibus,
„ quod in superficie est, salsius eo quod in
„ fundo.

Hoc autem non esse uerum, tam facile est cuique cognoscere, vt facilius nihil. Illud vero prius, cum apud vtrosque viros hosce in Cypro legissem, cum inde anno M.D.LXVIII. nauigatione redirem, inter Creticum & Aegyptium, freto medio cum mare staret placidissimum, nec itineris tantillum nauis conficeret, nullo spirante uento, experiri libuit, vase cattiterino eiusmodi, quale ipse describit, funi longissimo alligato, quem nautæ, scandaglium vocant, & altero leuiore funiculo, operculo accommodato, ita vt attractus illud aperire posset. Itaque manibus propriis vtrumque funem in mare demisimus. Vas cum plumbo Pilotico, sensim ad fundum peruenit altissimum, passuum scilicet C X L V I I. Cum sensi terram tenere, minorem funem traxi, operculum reseraui. Extraximus opertum, mari plenum, salso amaroque, haud maiore salsedine vel minore, quam quod in superficie positum, vase alio gustabamus comparãdo. Testes huiç rei nautarum non paucos adhibuimus, & nauigantium aliquot: Inter quos Philippum Mocenicum, quem honoris & perpetuitatis rei causa nomino, tunc Cypri Archiepiscopo Primate. Mare ergo totum quantum est, salsum amarumque est. Neque ipsum pluuiæ, aut exhalationes siccæ vllæ pluuiis admistæ, amarum aut salsum reddunt, aut reddere queunt. At amaror hic, natiuus ne illi est, an aduentitius? Causam enim Aristoteles requirit. αἰτία τῆς ἁλμ... Ea ipsa causa est, quam & ipsę posset reddere, cur ignis calidus sit, aer tenuis, terra solida. Quorum si nullam reddere ipse potest, & in igne etiam vetuit aliquando inquirere, cur esset calidus, liberis nobis cõcedat, si parem ipsi reddiderimus. hoc est nullã: præter eam vnicam, potentissimamque & verissimam: quia amarum nimitum in rerum primordio, a Conditore summo conditum mare est. At cur tale ab eo factum est, & non potius dulce atque potabile? Causam afferemus nos, quam ipse fortasse reddere, aut nequiret, aut nesciret. Salsum quidem mare opifex rerum summus, ab initio condidit, ob hãc vnam finalem causam summam, vt corpulentius ac crassius, & terrestrius, densiusque efficeret. τὸ γεῶδες hoc, in mari etiam Aristoteleş agnouit, terrestrius scilicet esse quam dulceş aquas. Crassities postea hæc, vt multis vsibus, naturæ foret. Inter quos ille præcipuus, vt facilius in se, & consisteret, & coiret, & tenacius esset, ne totam nimirum operiret terram. & animantibus hominibusque viuendi locum, & habitaculum præstaret. Alius vsus, vt ea crassitie & viscositate comode pondera sustineret: quæ Conditor præuiderat, homines nauibus per æquora vecturos, vt sibi mutuo, qui longius distarent, opitulari possent, & comoditati eximiæ alteris alteri essent. Præterea, vț minore opera in se posset concrescere; ex qua concretione, fœcundius, & ad rerum procreationem

tionem esset aptius, & plantatũ innumerarum specierum, lapidum, Zoophitorum, animaliumque fœcundissimum efficeretur. Vnde & Orpheus concretilem vndam mare vocauit.

Κύμασι ῥεγαίδω παγερῷ βαρυηχέος ἅλμης.

„ Vnda irroret concretili, graue sonantis
„ maris.

Qua ratione Oceanum omnium genitorem vocat.

Ὠκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.
Ὠκεανὸς πρῶτος, καλλιρόου ἦρξε γάμοιο
Ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

„ Oceanus qui, generatio omnibus est factus.
„ Oceanus primus, pulcrifluas cœpit nuptias
„ Qui sororem vterinam Tethyn iniit.

Quibus quidem carminibus, docere voluit, nullius rei generationem fieri posse, sine Oceani aquis, & iis quidem salsis. Sal enim omnium rerum semen esse primarium alibi ostendemus. E semine etiam omnia ortum ducere, non est difficile persuasu. Mare autem facile in se coire, & corporescere & densescere, sales ex eo concreti indicant aperte, & quod Scaliger asserit, spautam, Hyrcani partem ad quingentos interdum passus prope litus in salem concrescere. non tamen exurere vt Strabo dicit, Gallum militem qui ibi fuit, retulisse. Ostendemus autem postea nos, quæcumque in mari tam variarum specierum fiũt ex maris concretione fieri. Præterea salsum factum est mare ideo, vt terram subiens in sales facilius conuerteretur vnde tot mineralium, fluorũ, lapidũ, metallorumq; species cõfierent. Quorum omnium sal primaria est origo. Dein de vt per terras percolatum, potabileque factum, dulcibus omnibus aquis ortum daret. lacubus, fontibus, fluminibus, puteisque, vt iis, quæ sub terra vitam ducerent, tum etiam iis qui super terrã viuerent, vsui esse possent. Hisce ergo omnibus de causis Oceanus totus & mare quodcumque a Conditore summo salsum vsque a principio factum est. Neque fontes vllos habet, sed ipsum fons & scaturigo reliquarum aquarum omnium est. Neque e terra a solis radiis soluta assidue, mare gignitur. neque ab exhalatione vlla sicca, terrestrique salsum fit, aut amarum. Neque alieno loco residet, sed suo. Neque finis tãtum est aquarũ, sed etiam principium. Ita vt vniuersitas aquarum, & elementum, tum compositionis, tum mistionis quoque, longe merito sit habendum.

At si mare, aquarum vniuersitas est, calidum ne an frigidum fuerit dicendum? Hoc enim maxime ad essentiam eius videtur pertinere. Et est hac de re, quæstio tum a veteribus, tum a nostratibus philosophis magnopere agitata, & a nobis ante paulo proposita. Itaque eam exequamur. Ocellus equidem, tantum protulit, aquam esse frigidam & humidam. Rationem apertam nullam addidit, qua id confirmaret. Combinationi qualitatum quatuor reliquit implicatam. Decuit Ocellum, vt qui Pythagoræ auditor fuisset, per prosata philosophari: iuxta illud αὐτὸς ἔφα. præceptoris. Mos hic, & Hippocrati, & eius coætaneo Democrito fuit, vt per aphorismos breues, ille medicos, hic ad vsum vitæ, morumque, mentis cogitata traderent. At Aristotelem, qui philosophiam, ex ænigmatis professus est eximere, non idem decuit. Aquam frigidam esse, tantum proferre, rationem prolati nullam reddere. Sui satis habuere, magistrum hoc dixisse. An verum dixisset, quærere neglexerunt. In Ocelli sententiam iuerat prius Empedocles, aquam scilicet esse frigidam. Quod hoc carmine est contestatus.

Ἠέλιον μὲν λαμπρὸν ὅρα, καὶ θερμὸν ἁπάντῃ
Ὄμβρον δ' ἐν πᾶσι δνοφόεντά τε ῥιγαλεόντα.

„ Solem quidem lucidum vide, & calidum
„ prorsus
„ Imbrem vero in cunctis, atrumque, frigi-
„ dumque.

Frigoris autem cum sit coagulatio quædam, Idem poeta aquam χθονίαν φιλότητα, amicitiam quæ sensim coeat, solitus est appellare. sicuti contrarium aquæ ignem, cuius opus videretur segregatio νεῖκος οὐλόμενον, litem perniciosam. Strato vero physicus, scholæ Peripateticæ alumnus, in Aristotelis sententiam pedibus iit. & addidit, aquam non solum frigidam esse, verum etiam frigidorum omnium primum, & summum. Quod dogma posteriores de eadem schola omnes, sine vllo discrimine, sine dubitatione vlla sunt amplexati. Inscite ac perperam vtrumque. Non enim huic sententiæ fauet id, quod ipsi, maxime eam cõstituere putauerunt. Quod videlicet viderent, eam in glaciem, in crystalla, in grandines verti, quæ tactui summe esse frigida viderentur. Nam per hæc, contrarium potius & credere, & concludere debebant. Non enim hæc, aquæ aut essentia, aut vires, aut actiones erant, sed passiones, per quas aquæ essentia, viresque & actiones, quæ præcipue in fluxione, ac primo existunt, in essentiam, vires alias, atque alias actiones inuerterent, fluxionem scilicet adimerent. Hæc opera quidem in se frigida sunt, nemo negat. At aqua, ea nequaquam agit. Sed ab alio patitur. Nihil enim in natura est, diuulgato jam axiomate, quod a seipso patiatur; vt itidem nihil est, quod in se ipsum agat. Itaque horum frigiditas illa summa, in aqua, in sua natura constituta, non est, sed in aliud ens acta. Neque est aquæ propria vel frigiditas illa, vel concretio. Sed multis entibus sunt

eõmnnes vtræq;. Nã & plantarũ,& animaliũ, quæ poroſiora ſunt, frigore ita in ſe coeũt, vt nõ ſolũ ſpiritu interclusſo,emoriantur,verum etiam leui opera frangãtur. Id Theophraſtus, in Peripato ſummus, eſt conteſtatus, piſces ſcilicet quoſdam in Paphlagonia ni fallor, ita frigore denſari,vt ſi in terram cadant, non aliter quam glacies in fruſta abire. Vaſa quoque figulina, hieme a frigore, dum nimium in ſe coeunt, confringi. Et Plutarchus refert, in Parnaſo accidiſſe, vt qui montem Thyadibus opem lauri aſcendiſſent, veſtes eis frigore tam rigidas eſſe factas. vt ſi vel extenderentur, vel complicarentur, etiam diſrumperentur. Quod lineis, hieme ſæpiſſime accidere, vetulæ noſtrates omnes ſciunt. Compingi ergo, etiam ſi frigoris ſit opus, non tamen id aquæ propria actio eſt, ſed ipſius, cum rebus multis aliis paſſio communis. Quam tamen paſſionem ipſa patitur. Sed vel ab aere ambiente, quod Stoici ſenſerunt: vel a terra, vt tradiderunt alij, qui terræ ſummam tribuerũt frigiditatem. Argumento eſt certiſſimo, ſi aqua a ſe ipſa, & ſuo proprio frigore congelaſceret,flumina, non in ſuperficie tantum, ſed in fundo etiam gelu fierent. Maria quoque Balticum, Liuonicum,Finonicum,Botnicum que. & in fundo, & in ſuperficie congelarentur. At non niſi in ſuperficie id videntur pati. Non ergo fluuiorum, non eorum marium aquæ a proprio frigore gelu fiunt. Sed ab aeris frigiditate,eam patiuntur paſſionem. Aqua ergo,quibus maxime fidebant rationibus,& experimentis, non eſt per ſe frigida, nec primũ, nec ſummum frigidorum. Sed ab aere, vel a terra eam patitur frigiditatem. Ergo inquient, per te aer frigidus eſt, qui calidum ponebas. Hæc ſane quæſtio poſterius eſt diſcutienda, quando quid frigus, vnde veniat, & reliqua diſputabitur. Præſens quæſtio eſt, an aqua frigida ſit ſui natura,& an ſummum ſit,& primum frigidorum. Si ad ea quæ iam, tam multis rationibus, tamque ſenſatis experimentis ſunt a nobis profligata, addat Peripatus, manibus frigidam ſentiri, tactuique id patere: inferemus nos, cur non & hoc quoque ſit aduentitium,aut ab aere,aut a terra, aut ab vmbra. Nam & putealibus aquis, hieme calorem, æſtate frigus, tangimus ineſſe. Ab aere ergo id vtrumque eſſe fatentur omnes, ſiue ea ſit antiperiſtaſis, ſiue fuga quædam a contrario, ſiue in anguſta concentratio. Nam ſi calor hieme ex aere fugam capit,& in tuta ſeſe recipit, curidem de frigore non erit,cum eadem ratio ſit contrariorum. Vt frigus nimirum æſtate ex aere concaleſacto fugiat, & in latibula ſe ſe condat? Frigus ergo & calor, æque in aquam ab aere ſe ſe indunt. Si vero aliud frigus,& nõ hoc fugæ tantum, dicant manibus ſentiri. In aqua dicemus nos id fieri, ſub dio quidem, ſed non in ſole poſita. Itaque ab eodem aere refrigerari. Nam ſi in ſole non ſit,certe in vmbra erit. Si in vmbra ſit,certe refrigerium idẽ quod & nos, ipſa quoque ſuſcipit. Omnis.n. vmbra, quod vel cœcis notum eſt, refrigerat. Itaque frigora hæc omnia, hactenus recenſita, ab aere in aquam veniunt. Amplius. Ardente aere ſumma æſtate,aqua ſçpe manus,& faciem lauamus, refrigerationis cauſa; thalamos etiã irroramus, fonticulos vel fingimus, vel adimus vmbroſos. At non in ſole,ſed in vmbris. Nam & Poeta hoc ipſum innuit.

„ Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis in
„ vmbra.

Verum ſi & hoc,aquæ demus,& refrigerationis gratiam omnem ei referamus. Illud tamen euicerimus huc vſque. aquam primum ac ſummum frigidorum, nequaquam eſſe. Fuerit ergo frigidorum ſecundum, vel tertiũ, aut quotumcumque, quandoquidem frigidã ſentimus. Sed hoc qui dicit, neſcit ſane quid inter ſe differant, natura, & per ſe, ab eo quod accedit aliunde, & per accidens, & quaſi per accedens, eſt alicubi. Nauigantes in æſtatis æſtibus, noctu aquam in mare vaſculis non demittunt, vt frigus ab eo reportet, ſed in aere ſuſpendunt. dein ante ſolis ortum, in reconditiſſimam nauis vmbram abdunt, vt frigida, vſque ad prandium aut cœnam conſeruetur. At ſi aqua per ſe frigida eſſet, ab aere frigus non caperent, ſed e mari extraherent, ſi diei calore concaleſacta eſſet. Si reſpondeant,non in mare ponitur, quia mare calidum, eorum docente magiſtro; at ponitur in puteos refrigeranda. Huius iam cauſa reddita eſt,in aerẽ, in fugam, in antiperiſtaſim. Itaque id frigus in puteos aliunde accedit,per accidens eſt. Alia tamen ratione,atque euentu,ſalnitrum ,quod calidum natura ſit,aquam,ſi ei iniiciatur,frigidam reddit. Eo nimirum modo, quo & aeris motus, ſi verum eſſet quod Ariſtoteles aſſerit, in eo calorem excitaret tantum,vt ſagittarum plumbum liquefaciat. Experientia namque docuit nos, ſi phialam vino,aut aqua plenam; follis vento diuerberaueris, vinum refrigerabis. Si itidem eadem funiculo alligatam,in gyrum per aerẽ velociter rotaueris, refrigerabis. Illud vero Ariſtotelis, motum caleſacere aerem, nulla vt puto experientia aſſeruit. Nam & contrarium docuit in his verbis.

Διατὶ ἀὴρ ὁ ἐλάττων θερμότερος τοῦ πλείονος; αἱ γὰρ στενοχωρίαι, ἀλεεινότεραι. Ἢ διότι, κινεῖται μᾶλλον ὁ πολὺς, ἡ δὲ κίνησις ποιεῖ ψυχρόν. σημεῖον δὲ τούτου ὅτι κινούμενα ψύχεται τὰ θερμά.

„ Cur aer paucior,calidior copioſiore? nam
„ locorum anguſtiæ, calentiores. An quo-

niam

„ uiam mouetur magis, copiosior? motus „ aotem facit frigidum. Signum hoins est, „ quoniam calida, si moueantur, frige„ scuot.

Quid apertius? qoid contrarium magis illi priori? Sed & flabellum quo æstate vtimur, huius sententiæ falsitatem conuincit, illius veritatem comprobat.

Hæc sunt experimenta, & testimonia, & ratiooes, quæ dogma oostrom validissime confirmaut. Aquam sui natura non esse frigidam. Quibus addamus etiam alia. In balneis, vbi laoamor, calidissimus est aer, locns aoterior in quo spoliamur, & ipse calidus est. Qoi ergo hunc, e via prius ingrediuntur, calidum sentiunt. Qui vero loti, in eom egrediuntur sentiunt frigidum. Id cōparatiooe maioris & minoris fit caliditatis. vt quæ minor est caliditas, frigus videatur. Sic manus oostræ quæ innatum calorem habeot magnum, aquæ minorem calorem, pro frigore habent. Sed & vinū, & acetum, & oleum, & mel, & pix, quæ oatura calida, sine cootrouersia sunt, si manu taogas frigida senseris. Plantæ quæ calore viuuot, & serpentes, & alia sorte animalia, præsertim crustacea, si manu tangas frigida iudicabis. Quæ omoia Peripatus minime considerans, in præceptoris, & Ocelli dogma præceps abijt. Nec ex eo præcipitio extrahi, machinis rationum, experieotiarumque, sensus quoque, testimoniis vllis, potest. Sed ipsum in sua ignauia, relinquentes, tentemus, si quomodo possimus, Aquam omnem natura sua esse calidam demonstrare. Profecto, Bernardinus Telesius vir admirandus, & Franciscus Mutus, auditor eius, satis superque id uidentur comprobasse. priocipia ab eo inueotæ philosophiæ secuti. Nos quoque oostra secuti corporum principia, rationes quæ idem probare possint produ camus. Itaqoe. Nullum corpus oatura sua frigidum esse audenter satis profitemur. Omne corpns natura sua, esse calidum autumamus. Hoc aotem totum, a principiis uostris peodet. Nam sicoti uullū corpus est, quod spacio careat, quodue ex fluore ooo sit coostitutum, & quod noo lumine siue puro, siue infecto, non sit præditum: sic oullum est, quod calore, aut efficiente, aot indito noo sit effectū, præditumque. Quod quidem iam a uobis est probatom in empyreo, in cœlo, sideribusque, io æthere, & in planetis, & in aere. Quid ergo inquieot, frigus oihil est? oon alicobi est? non aliquid efficit? De frigore postea, ac siccitate. Itaque & aqua tota, spacio est dimensa, & fluor est, & lumine diaphano splendet. Ergo & calorem habet inoatum. Et qoæcumque aqua, quæ mare est, omnis, ac tota calida est, etiam Aristotelis confessione, vt iam est osten sum. Dulcis quoque aqua omnis calida est. Dulcedo namq; omois, caloris est progenies; Quod philosophorum, etiam Peripatericorū, quod medicorum etiam, nemo negat, docent omnes. Itaq; cum tota aqua in hęc duo genera dinidatur: & hæc calorem habeant: aqua tota & omois, procnl omni dubio, calida erit. Quæ scilicet sincera aqua fit. Quæ vero rebus aliis fuerit commista, iam etiam per accidens calida erit omnis, nulla enim in rerum natura, mistio fit, oisi a calore. Er quæcumqne e terra emergunt. aut sub terra inneoiuntur aquæ, vel simplices suot, vel mistæ. Si simplices, item calidæ. Ex aere enim uoo solo subterraneo, qui calidus oatura est, fiunt secūdum Aristotelem, secundum vero senteotiam nostram ex mari omnes ortum habent. Si mistę, eædem calidæ. Vel enim vaporibus miscentur, vel succis; ac fluoribus, vel adhuc fluentibus, uel iam cōcretis, ot metallorom, ut lapidum. hæc autem omnia a calore fiant: Clarissimum iam est, omoes aquas esse calidas. Nam & sulphurosæ, & salsæ, aluminosæ, ferreæ, æneæ, tales omnioo horum metallicorum admistione fiuot. Hæc autem omnia calida sui oatura sunt, vel a calore effecta. Hæc aūt Arist. docet. Πάντα γὰρ ὅσα πεπύρωται, ἔχει δυνάμει θερμότητα ἐν αὐτοῖς.

„ Nam omnia quæcumque igoita fuere, ha„ bent potentia calorem in se ipsis.

Neq; nostræ sententiæ obstat, quod hic, potentia dicantur, habere in se calorē. Dictum .n. est ad sensum. Quasi dixerit. Etiamsi tales actu non sentiantur, attameo in se calorem habēt. Calidam quoq; sui natura esse aqnā, illud argumēto est manifesto, quod citissime ab igne calefiat. a frigore tardissime densetur. Omne .n. agens, citius in propinquius, vel natura, vel loco agit, quàm io distātius. Distat autem aqua, a frigote magis, quam a calore. Cuius frigoris passiooe, vt contrarij corrumpitnr, & io aliam abit oaturam, glaciem uimirum. Itaque alteratio eius hęc, indicat aquam esse calidam. Quiu imo & generatio, quę ab ea fit, sine calore effici noo potest, neq; ipsa sioe calore generari. Et quā habet perspicuitatem, a partium est teoui tate, caloris autē opus est attenuare. Splendor quem habet io superficie, lucis species, ac luminis proles est. Lux aotem, & lumen omne, calor ipse est. Motus quoq; calorem ei ioesse maoifesto prodit. Quæcumque. u. mouentur, per calorem moueotur. Mate vero plusquam decem motibus, natnra sua mouetur. Dulces vero aquæ, venę, putei, footes, flumina, vel mouentur, vel ad motum ptona, ac prompta sunt, & si obstaculo sistantur alieoo, haud multo post putrescunt. Summa. Calor omnem causat rerum generatiooē; Calor omoia gene-

gene rata nutrit, adauget, seruat. Aqua vero, tot, tamque varias plantas, tot, tamque varia Zoophyta, tot, tamque varia animalia in se genera: tot pisces, tot cœte, tot monstra. Si frigida esset, quomodo tam uariis rebus essentiam, aut vitam daret, quando Aristotelesmet ita scribat.

Πᾶσι μὲν οὖν ἡ φθορὰ γίνεται διὰ θερμότητος ἔκλειψιν.

„ Omnibus sane corruptio fit, ob caloris
„ defectum, sicuti e contra mox

Γένεσις μὲν οὖν ἐστὶν ἡ πρώτη μέθεξις ἐν τῷ θερμῷ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς. Ζωὴ δ' ἡ μονὴ ταύτης.


„ Genitura quidem est, prima participatio
„ in calore, nutritiuæ animæ. Vita vero,
„ mansio eiusdem. Et alibi rursus.

Ἀνάγκη τοίνυν ἅμα τό τε ζῆν ὑπάρχειν, καὶ τὴν τοῦ θερμοῦ τούτου σωτηρίαν. καὶ τὸν καλούμενον θάνατον, εἶναι τὴν τούτου φθοράν.

„ Necessarium ergo, & ipsum viuere simul
„ inesse, & caloris huius conseruationem.
„ Quæ vero mors vocatur, esse huius corru-
„ ptionem.

Calor ergo aquæ innatus, tot in ipsa animantia gignit, nutrit, auget, conseruat. Caloris priuatio, ad mortem adigit. Priuatio autem caloris, nulla maior quam frigiditas. Frigida ergo aqua sui natura, minime omnium est dicenda. Atque hæc in vniuersum, de aquę elemento, natura, & essentia, & essentialibus eius qualitatibus dicta sunto.

Finis Vigesimi quarti Pancosmiæ.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER VIGESIMVS QVINTVS.



DE AQVAE ROTVNDITATE.

DOcent, & Geographi, & Astronomi, & cum eis philosophi terram & aquam, vnum conficere globum. Et præter hoc, aquam per se, suique natura esse rotundam. Sicuti & terrã. Nam si totum ex vtrisque constans, rotundum est, ét partes, qua altera ab altera segregantur, rotunditatem eandem habere, est necesse. Argumentum hoc, quamuis firmum non satis videatur, quia tota fere omnia alterius cernamus figuræ a partibus, & partes a toto, vt & in nostro, & in reliquis corporibus omnibus, & ipsius etiam terræ: attamen, quibus aliis rationibus id probent, expendamus. Prius ergo aquam per se positam, dein terram, mox vtramque simul iunctas contemplemur. Plinius igitur, non aliud in rerum natura aspectui manifestius putauit esse, quàm hoc ipsum, aquam esse rotundam. Aspectui tamen non satis confisus, argumenta ad id comprobandum adhibet. Ex Aristotele primum aquæ guttas affert, & suspensas, & pulueri, & frondium lanugini illatas, in se paruis conglobatur ait orbibus, & absoluta rotunditate cernuntur. Experimentum hoc, præterquàm quòd falsum est, ridiculum etiam est. Quid enim guttulæ ad Oceani, ad lacuum, ad fluminum rotunditatem fidei afferant? Sed & falsum est, eas absoluta rotunditate cerni. Nam parte, qua vel pendent, vel pulueri, vel frondibus insident, planæ sunt, & non rotundæ. Et gutta eadem, si in rem humectam, aut aquam cadat, non conglobatur. Sed vel diffunditur, vel in bullam efformatur, quæ tota, tangente humorem parte, plana remanet. Quæ extat, pars rotunda est. Sed & in aere imbrium guttæ, dum cadunt fiunt rotundæ. Sed etiam non rotundæ fiunt. Quam rem facit manifestam, grando, quæ & rotundis guttis, & non rotundis, sed uariarum figurarum deuehitur; & est tamen ex imbrium guttulis concreta. Quæ vero absoluta visuntur rotunditate, fugæ ratione in eam coeunt. Quoniam dum in alieno sunt elemento, ab eo refugientes, in se coeunt, & a se salutem quærunt, partibus in vnum coactis, & quàm maxime fieri possit, vt conseruentur, vnitis. Virtus enim vnita, fortior est dispersa. Secundum vero affert, quod in poculis repletis, media maxime tument. Quod tamen facilius ratione, quàm visu deprehendi ait. Id vero aspectui, vti profitebatur, non est manifestum, fatente ipso. Neque si asserat, verum esse deprehendetur. Non enim media tument, sed quæ labra poculi circum circa tangunt. Quæ vt plurimum sicca sunt, eam siccitatem, aquæ refugit tantisper humiditas. Quæ si humida fient, quod eminere visebatur ef fluet illico. Quod vero his verbis subdit.

„ Mirum in poculis repletis, addito humo-
„ re minimo circumfluere, quod superfit, &
„ effluere. Contra euenite, ponderibus ad-
„ ditis ad vicenos sæpe denarios.

Cur id fiat ipsemet docet. Quia scilicet
„ Intus recepta humorem in verticem at-
„ tollunt. At cumulo eminente, infusa
„ dilabuntur.


Sed hæc ad rotunditam aquæ nihil faciunt prorsus, & si quid faciant, ad aquæ illius fa-

cient; A d aquarum vero vniuersitatem comparata, ridicula, vanaque euadunt. Et quamuis particulæ hæ, sint cum tota aqua homogeneæ, atque ob id sint, cum tota, naturæ eiusdem, multis tamen rebus aliis, & a maiore, & a tota aqua differunt. Nam nec pondera sustinent, nec vllo cientur motu. Quem si ineant, illico effluent, & difluent. Nec magna aqua, aut in puluere, aut in foliis, aut in pelui intumescet, aut pendens rotundabitur. Nec idem centrum, aut hæ, aut illæ, cum aquæ vniuersitate habent. Itaque ineptię sunt hæ, pueriles satis. Ad maiora accedamus quæ his verbis subiungit Plinius idem.

„ Causam quærentes, propter quam e naui-
„ bus terra non cernatur, e nauium malis
„ conspicua? Ac procul recedente nauigio, si
„ quid quod fulgeat, religetur in mali cacu-
„ mine, paulatim descendere videatur, & po-
„ stremo occultetur?

Hoc sane validissimum, hac de re scribentibus omnibus, visum est semper argumentum, e clarissimo ductum experimento; quod Geographi vsurparunt omnes vt persuaderét, aquam non totam, sed aquæ superficiem esse rotundam. Quod quia plurimum virium habere est creditũ, in vltimum examen reiiciamus. & prius Astronomorũ, & Geometrarũ, & Geographorũ rationes alias excutiamus. Quas maxima constare necessitate, & ipsi sibi credũt, & aliis persuadere conantur. Quorũ omnium fere, labores omnes in vnũ locũ, vir nostra ætate celebris Christophorus Clauius adnixus est conferre, & confirmare, vt vno suo labore, studiosis harũ rerũ omnibus consuleret. Multa sane hoc conatu laude dignus. Sed longe dignioc, pace eius id dixerim, si rẽ ipsã expẽdere, quàm authoritates illorũ sequi, malluisset. Sed argumẽta & authoritates illius, nos prius expendamus, & simul rem ipsam cõtemplemur. Is igitur vir, dũ in sphærã cõmentaria scribit, ad guttæ, & mali duas rationes tertiam ex Aristotele adducit. Hoc primo assumpto.

„ Aqua suapte natura, confluit ad loca decli-
„ uiora. Decliuior aũt locus est, qui centro est
„ vicinior. Axioma sanè hoc, si hæc conditio absit, vt loc⁹ alter altior sit, alter decliuior, falsum est. Nã si in plano aqua sit, nusquã confluit, sed eodẽ loco immota manet. vt in stagnis, in lacubus, paludibus, fossis, puteis, peluibus. Quę omnia, æqua esse superficie, & sensus ipse docet, nullo in medio tumore, & aquarũ libratores. Qui libella æquissima adhibita, experiũtur, an alicubi solũ decliuius inueniatur, quo vel paludẽ exsiccent, vel riuũ, vel fluuium alio deriuent. Si nullibi decliuitas reperiatur pro certo habẽt, eã aquam alio nõ posse duci. Itaque vel opus non incipiũt, vel a cepto desistunt, quando aqua eos nõ sequatur. Dicimus itaque Aristotelicum axioma in locis, quorũ alter decliuior sit, elatior alter, esse verũ. Falsissimũ vero esse in peluibus, in puteis, in fossis, in paludibus, in stagnis, in lacubus plerisq;. Et ex his verius concludetur, mare, atq; Oceanum esse vt appellatione prodũt, æquora, quam rotũda. Idq; alio eiusdẽ Aristotelis axiomate. Elemẽta in suis locis nõ moueri, sed natura quiescere. Quorũ partes si vi e naturali loco dimoueantur, ipsum quàm citissime possunt, redeunt, & in eo aquiescunt. Nõ ergo aquæ elemẽtũ, cũ sit in loco sibi naturali, ab altiore in decliuiorẽ confluet locũ. Si nõ cõfluet, altiorẽ locũ in se nullũ habet, nullũ decliuiorẽ. At haberet, altiorẽ, si in medio esset rotũda. Haberet & depressiora omnia quæ mediũ circũdarent. itaq; a medio in ea conflueret. At non cõfluit. De eo confluxu modo loquimur, qualem Aristoteles & Clauius proposuerunt. Nã motus alios, Maris & Oceani alius erit disquirendi locus. Quam vero ambo figuratam proponunt demonstrationem, magno æquiuoco, & fallacia laborat. Ea est huiusmodi.



Inquiunt. Lineam A, D, minorẽ esse reliquis tribus ab eodem centro ad circumferentiã ductis. Quia D. sit cẽtro vicinior, & ideo decliuior. Igitur per axioma, aqua ad decliuem locũ tã diu fluet, quousq; ad E assurgat, vt ipsis B, C, fiat ęqualis. Vt hoc alibi cõcedatur, in mari magno atque Oceano nõ cõcedetur. At nec cõcedetur alibi, nisi aqua, a superiore loco, & extra eam circũferentiam posito ad D cõfluat. Non. n. a B. aut a C, aut ab E illuc fluet. quia cũ sint in eadem ferentia, & inter se a centro æquales, nullũ eorum, locũ suum relinquens eo confluent, si locus D, non sit aqua vacuus. Non. n. aqua cum sit corpus, aquã penetrat. At Oceanus aqua sua iam plenus est, & planus. Neq; aqua, e a quę litus Africũ, aut quæ littora Brasiliæ lambũt, ad mediũ quod est aqua plenũ cõfluunt. Si vacuũ esset, eo confluerent. Non confluunt aũt, non quia sint rotunda, sed quia in eadem sunt planitie in æquore eodem. Idem est in reliquo Oceano toto; in mediterraneis omnibus maribus. Ergo demõstratio, quę necessitate Geometrica cõcludere illis est visa, & per se ad mare collata vana est, & experimentis confutata. Si dicãt sensum falli, neq; eũ posse rotunditatem illam percipere quod & dicunt: demonstrationem vero, veram esse & Geometricam.

Dicemus

Dicemus nos, Geometrica esto, physica certe non est,nec vera. Nam si vera esset, in omnibus aquis vera esset. lacubus, stagnis, paludibus, fossis, puteis, peluibus. At in his quæ sub oculis habemus, eam rotunditatem, nec cernimus, nec experientiæ respondet. Nam si peluis vsq; ad summa labra impleatur aqua, dein rore si ligno quo frumēti, leguminumq; mollia eminentia abradimus, rotunditatem aquæ in medio abradere tentabimus, ridiculi euademus. Esto ergo Geometrica hæc demonstratio, certe non est physica. Quia physice considerata B,& C, non sunt altiora D. sed in eodē cum eo sunt plano. Vnde aqua in D ab eis non confluet. Confluet tamen si sit aqua in F. aut in G. Quia lineæ ab his tractæ ad D. ostendunt, ea loca esse altiora, D. vero esse decliuius. Ex priore hac quæstione, de aquæ rotunditate in superficie, quasi eam absoluisset, aliam Clauius aggreditur. Vtrum ex terra, & aqua vnus fiat globus. Sed nos priorem expediamus prius, & dicamus.


Omnis aqua in superficie, necessario est, vel plana tantum, vel rotunda tantum. vel & plana, & rotunda. vel nec plana, nec rotunda. Necessaria est hæc diuisio. Nec planam habere, nec rotundam, non uidetur posse dici. Eminentias enim nullas habet, præterquam in vndis, ventorum vi commotis. At nobis de violenta superficie non est sermo. sed de naturali, & nulla vi agitata. Naturalis ergo aquæ superficies, nec plana, nec rotunda, dici non potest. Sed neque & plana, & rotunda potest dici, vna eademque. Cōtrarietatem enim eodem tempore non admittet. Neque vnam esse planam, aliam esse rotundam, est dicendū. Est.n. aqua uniuersa homogenea, similariumque partium omnium, si in naturali suo sit statu. At homogenea non esset, si partium alia, plana esset, alia rotunda. Ex plena ergo diuisione, necesse est eam totam in superficie, vel planam esse, uel rotundam. Alterutro horum demonstrato, alterum excludetur. Ostendamus non esse rotundam, rationibus, & experimentis nisi clarissimus.

Apud Oppidum Comaclum, stagnum sane permagnum est. Per id stagnum, anno ab hinc tertio, e Comaclo, Cymbula soluimus vt Ostel latum peteremus. Fundus itinere ferè toto, clarissima aqua, minus duobus pedibus altus, est conspicuus. Initio discessus, vrbs tota conspicua. Itinere procedente, ima domorum primo, sensim e visu tolli cœpta, mox altiora. Tandem & humiliora culmina nondum sex M. Pass. itineris confectis. Turris sacra, alta pedes LXXII. a medio sui supereminebat visilis. Ea quoque ad X. M. Pass. e visu est sublata. Hic Geographos rogamus, an tam breui spacio, quo totus fundus duobus pedibus, minusq; pressus, & conspicuus cum esset, an mare illud, potuerit in medio, ad V. scilicet Pass. M. pedes LXXII. in rotunditatem attolli? Ita vt minus duos pedes, & pedes LXXII. aqua super fundum, attolleretur? Aut Mons sub aqua pedes LXXIIII. est. At e tanta terræ subiectæ & aquę altitudine, littora id stagnum circundantia, multo visa essent depressiora. At visuntur stagno altiora. Non ergo in eo medio, aut terræ, aut aquæ vllus est mons, nulla eleuatio, nulla rotunditas. Hoc primum experimentum. Alterum in mari alto. Anno M. D. LXII. nos in Cyprum nauigaturi, e naui magna, adhuc ad Venetum litus, anchoris alligata, sub solis ortum, supra maris superficiem, montem in Liburnia Aussero imminentem, clarissime conspeximus nigricantem. Distat autem e Venetiis Pass. M. amplius CC. Orto sole, non amplius est visus. Modo si tanto spacio, maris superficies, in medio tumida fuisset, vel totum montem, vel maximam eius partem, nostro visui ademisset. At totus in diluculo conspiciebatur, post solis ortum nullus est conspectus. Anno deinde M. D. LXXIIII. e Ienua in Hispaniam nanigabamus. Vltra Tolonem in Gallia sub aurora velo ibamus. Corsicæ insulæ montes, imò tota ipsa insula, vti nautæ, qui ad eam, familiarem habebant nauigationem affirmabant, conspiciebantur & ipsa nigricans tota. Distabat autem a nobis ex longitudinis littorum computo M. Pass. plusquam CCC. Sole orto ab oculis euanuit. Neque tamen ante ortum, mare planum fuit, aut post ortum in tumorem est auctum in medio. Experimenta hæc, & similia multa, nautis assidue sub oculis versantur, quæ debuerant Geographi obseruasse. Et causam fortasse reperissent, cur in maris rotunditate tantopere fallerentur. Experimentis addamus rationes, ex hisce axiomatis. Aqua tota, homogenea est. Aqua suis terminis contineri nequit. Aqua alienis continetur terminis. Hæc tria posita & sensui patent, & sunt ab Aristotele tradita, & ab omnibus cōprobata. Ex primo ita argumētamur. Aqua, si sui natura rotunda sit in superficie: Quæque eius pars, & tota rotunda esset, quod & guttarum, & poculorum productores & fatebantur, & concludebant. At partium nulla rotunda est, Neque ergo tota sui natura est rotunda. Aient, totam cerni posse, quæ sit in multas partes toto orbe dispersa, & sub terra satis multa occultatur. Sed ex partibus, quæ rotundæ esse cernuntur, quia sint homogeneæ, totius rotunditatem necessario concludi. Tota non cernitur. Esto. Ad partes veniamus. Paruas, magnasue? Vtrasque. Paruulæ ut guttę, quarum reddita iam causa est, omittantur. In-

poculis dixit Plinius,ratione potius,quamsen su id cognosci. Secunda hæc vera,sensu id nõ cognosci. Prior falsa. Neque enim ratio dictat id ita esse. Cur vero ad orificia, videatur paululum elata, est iam a siccitate ostensum. In medio uero nullus tumor, quod & ipse fatetur visu cerni, quamuis oculus exactissime id medium collimet. In pelui vsque ad labra pleno, tumor in medio nullus. Nullus in alio vllo maiore vase. Flumina, quę effunduntur, ripis natura, arteue factis coercentur, & continentur. Si quis ima altera ripa prostatus collimet signum in ima altera ripa positum, sine dubio conspiciet,nulla in media rotunditate impediente. Quando flumina pluuiarum aut niuium aquis ita turgent, vt a summis ripis vix contineantur, cur in medio non cernuntur elata? Vtroque casu,tantum abest vt sint elata, vt quæ rapide feruntur, in medio caua videantur.quia in mediũ omnis supernatans immonditіes delabitur. Sed neque lacus in medio tument, testante id visorum in ripis signorum experientia.id ipsum fit in stagnis. Sed ad maiora etiam accedamus. Sunt enim & magnæ aquæ partes,toti aquæ homogeneæ.

Quia mare aqua est, propriis terminis non continetur. Continetur alienis, terræ scilicet littoribus. Quæ erant axiomata duo reliqua. Ex quib⁹ ita diclmus.Si quæ rotũditas in mari est,ea necessario erit, vel in medio,vel ad vnũ, vel ad vtrumque littus. Si ad vtrumque littus erit, mare ibi erit altius, in medio erit decliuius.Ex Aristotelico ergo axiomate ab littoribus in medium decliuius confluet, illudque replebit & complanabit.Id si fiat,planum totũ fiet, nullibi erit rotundum. Si vero ad littus tantum alterum ea erit rotunditas,altius ibi erit.Igitur inde fluet in medium,&ad littus alterum vbi est decliuitas, eamque tum in medio,tum in littore altero complanabit.At hæc nusquam visuntur. Ad littora ergo,aut alterũ, aut vtrumq; nulla erit rotunditas.Igitur si qua est,ea in medio inter littora erit,quod & asserunt Geographi. At si in medio fiet hæc rotũditas cui dubium ad littus vtrumque esse decliuitatem. Et si sit,mare a medio ad littora cõfluere debere donec ambo loca repleat,eaq; complanet.Si enim non complanabit, neque etiam defluet a medio. Si non defluet, altior non erit. Si altior non sit ibi,nulla est rotunditas.Si ibi est rotunditas,& non defluit,axioma Aristotelicum falsum redditur. Falsum redditur & illud, aquam propriis terminis non contineri. Continetur enim dum rotunditas, & altitudo, in medio permanet. At nullam permanere, nullam aquam suis contineri terminis, nautarum nemo conspexit vnquam.

Ergo in medio, sicuti neque a lateribus, nulla est, aut vnquam fuit naturalis rotunditas in mari, nulla in Oceano, nulla in aqua vlla. Falsum igitur, totum est hoc dogma. Addimus. Si mare inter littora, in rotunditatem surgeret,nauigia dum a littore altero soluunt, primo ascenderent. Graue igitur (vt sunt omnia grauia)contra naturam ascenderet. Atque ideo tardius mouerentur. Et cum ad rotunditatis summum peruenissent,ad alterum littus, veluti ferrentur in præceps. Quæ res, vt nullo experimento constat, ita est impossibilis, vt grauia scilicet sursum ferantur. Sequerentur etiam impossibilia alia non pauca. Nam si inter omnia bina littora,mare in medio attollitur, inter insulas frequentes, vt sunt in Dalmatia ad Iaderam,& vltra Epidaurum;vt sunt in Aegeo, vt sunt in India ad Maldiuarem, & alibi sæpissime, frequentes etiam essent inter eas, quaquauersum rotunditates sibi ipsis interdum contrapositæ. Exemplis id exponamus. In Adriatico e regione oppidi Thermularum,tres sunt Diomedeæ insulæ quas hodie Tremidi appellant. Si quis igitur,a Thermulis ad proximiorem, quam Caprariam dicunt, nauigio soluat, inter littus illarum, ac littus huius,rotunditatem inueniret,si vero alius ab Oppido Vico, quod est in Italiæ littore eandem peteret Caprariam,alio situ, staret rotunditas. Sunto Thermulæ vbi T. Capraria vbi C.Vicum vbi V. Tunc vna rotunditas ab Africo ad Septentrionem inter T. & C. intercesceret, alia ab Euro in Corum inter C. & V. situ staret diuerso. Item alia a Capraria C. ad Lissum L. insulam a meridie ad Septentriones, a Lisso L.ad Casolum Cas. ab occasu ad ortum. Lisso ad Melissellum alia. Hæc subdita ostendit delineatio.



Qua rotunditate tam varia delineatione, nihil ridiculosius. Nam hæ omnes tum inter

ter se sunt differentes, tum ab aliis differrent, quæ a Melisello ad Anconam, aut ad Sanctum Archangelum, aut ad Polæ promontorium, aut Venetias protenderentur. Si vero quis, ne in risum res uersa uideretur, diceret. In magno pelago rotunditatem esse, inter proximas insulas non esse; interrogaremus nos. Cur in magno, & non etiam in paruo? Cum tota aqua sit homogenea, & eiusdem naturæ, atque iden figuræ etiam eiusdem; quod guttularum, & pocolorum allatores autumabant. Cur in eadem natura tanta diuersitas? Si dicant, hæc non in paruis spectari maribus debere, verum in Oceano. Si causam non reddant, ridendi erunt. Sed esto in Oceano experiamur. Maximo omnium tractu, & nullis insulis impedito, per gradus CCXXX. ab Ambone insula Orientali, vsque ad Magellanicum fretum. Medium itineris huius sub insula fuerit Madagascare. Ibi, si verum sit Oceanum rotundum esse, ingens mons aquæ fuerit. Si ergo a Magellanico nauis soluat uersus Ambonem cui dubium, eam a decliui littore, uersus aquarum cumulum ascendere? Quo casu, & grauia sursum ferrentur, & egerrime ferrentur. Ad summum cumulum cum perueniret, media velocitate in eo versaretur. Inde ad Ambonem in decliue, ac ferre in præceps ferretur velocissime. Quorum nihil nautæ experiuntur. Imo velocitati huic tertiæ, contrarium experiuntur. Semper enim Oceanus ille, ad Magellanicum fertur ocissime. E contra alia nauis ab Ambone si soluat, difficile ascendet ad Oceani vsque cumulum, a cumulo citissime descendet. At contra euenit. Eadem enim velocitate, fluxuque Oceani eodem ab ortu in occasum perpetuo feruntur. Non est ergo Oceano in illo aquæ mons. Neque alibi vllibi. Non ergo verum est, mare, aut Oceanum, aut aquam vllam in conuexam superficiem ac rotundam surgere. Sed neque concaua sunt in medio, magis quàm ad ripas, aut littora. Illuc enim ab altioribus confluerent. Cum ergo neque rotunda, neque concaua vllis in locis maria sint, necesse est, ea mediam inter has tenere superficiem, planam scilicet & æquam, & nomini æquoris respondentem.

At cur nauis, e littore soluens, e malo littus cernit, e naui non cernit? Quod primum ac maximum Geographorum argumentum, in postremum locum, a nobis fuerat reiectum. Id modo soluamus, solutione ab experientia petita. Dictum nobis iam est, Montes Ausseri, & Cyrni, per longissima spacia sub aurora cerni, orto sole, non amplius cerni. Patet id nauigantibus cunctis, non solum in his, sed, si obseruare velint, etiam in montibus omnibus horis eisdem. Si mare intermedium rotundum esset, neque ante ortum cerni possent vlli, neque potuissent illi. Quia in longiore spacio, maior esset rotunditas. Ergo maris rotunditas in causa non est, cur non cernantur, quod Geographi asserebant: At cernuntur, ergo maris nulla rotunditas. Alia ergo est causa quærenda, cur post ortum Solem non cernantur. Ea vel in visum nostrum est referenda, qui longinquiora minus percipit. Vel in vapores e mari eleuatos. Quos continue inde attolli in altum, & nemo negat, & experientia comprobat. Vel in solis radiis, qui in polita, ac leui aquæ, & æquoris superficie, reflectuntur, & sursum resiliunt, visumque nostrum reddunt debiliorem. vel etiam in duas, aut tres hasce omnes causas effectus hic est referendus. Priorem illam & tertiam nemo est qui neget. scilicet, longinquitate visum nostrum hebetari. Hebetari eundem maiore luce, uemo nescit. Solis quoque radios a planis & leuibus resilire, ignorat nemo. Eosdemque, si quis intente inspiciat visum debilitare. Sed & aliter. Si prope terræ, aut maris superficiem visus intendatur, hebes reddetur. Quam rem etiam Aristoteles ex parte annotauit. Problem. XI. sect. XV. in his verbis.

Ὅτι δ' ὄψις τὴν γῆν, ἐὰν λίαν φέρηται, ὀλίγη εἰς τὸ ἔνοπτρον προσπίπτει. ὥστε ἀνακλωμένη πρὸς πᾶν ἴσως ἀσθενής.

Quoniam visus, cis terram si multum feratur paucus in speculum incidit. Itaque refractus ad omnia erit debilis. Est autem maris superficies, diurna luce, quid aliud, quam speculum quoddam, a quo solis radij refranguntur, qui visum debilitent nauigantibus. Cum ergo visus noster in naui ima, inter radiorum refractiones, & tremulum quoddam lumen, quod e maris superficie, sursum ferri cernitur feratur, in longiore spacio, facile promontoria, aut res alias in littore ad maris imam superficiem positas, non discernit. Quæ e summo malo, quo refractio, & lumen tremulum non pertingit, conspiciuntur. Esse autem vere solis radios, in causa, qui nobis multa

multa a visu adimant, satis est probatum matutino illo Aufferensis montis, & Cytni insulæ experimento. Quæ in crepusculo cernebantur, radiis vero obortis, & totum hemisphærium implentibus, oculis nostris sunt adempta. Vapores quoque huic rei impedimentum afferre, nemo est qui ignoret, qui semel saltem in cœlum, nubilo aere aspexerit. quando fulgentissimam solis lucem nubes nobis occulant. Nubes autem non aliud sunt quam uapores coagulati. Nauigabamus ante annos aliquot secundo iam itinere e Cypro. Mane summo, densissima nebula, nullo spirante vento, nauem operuit. vbi locorum essemus ne diuinare quidem poteramus. Ad meridiem iam rarescente nebula, cacumen montis altissimi prius, conspici cœptum. Magis etiam rarescente, & cacumen clarius; & montis pendix videri. Nebula dispersa tandem, agnouimus Cretæ montem, ad austrum versum, qui a nautis Gambela nominatur. Id euenit, quia nebula in summitate prius fit dilapsa, deinde sensim euanuit tota quam rem confirmat, quod refert Andreas Corsalius in nauigatione, a Mozambico ad Indiam nebulas: quasdam horizonti vicinas eleuari quæ conspicere non sinant stellam vllam, quæ minus quàm sex gradibus sit eleuata. Hæc ad solutionem argumenti Geographorum validissimi dicta sunto. Priora illa ad aquæ & marium, & Oceani rotunditatem destruendam & complanandam sunto, & rationibus, & experimentis demonstrata.

Finis Vigesimi quinti Libri Pancosmiæ.



FRAN-


FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS


LIBER VIGESIMVS SEXTVS.

AN AQVA ET TERRA VNVM EFFICIANT GLOBVM.

A Priore de aquæ rotunditate, dicebamus Clauum, aliam non minorem ingressum esse quæstionem, Geographis, & Astronomis, tum etiam philosophis cōmuoem. Vtrum scilicet, ex terra & aqua, vnus esset confectus globus. Id omnes hi, pro certissimo habent. ita, vt certius fere videatur eis nihil; fatentur tamen ijdem omoes, non ad amusim, & Geometrice, esse sphericum hunc globum, quia montibus altissimis, profundissimisque vallibus, & tumeat terra, & deprimatur locis innumeris. Ratione naturali id probant vnica. Quod grauia omnia vt sint terra & aqua, ad vniuersi centrum vnum, partibus earum omnibus & inclinent, & nitaotur. Indeque euenite, cum partes omnes eo properent, vna circa ac supra aliam ita aglomerentur, vt necessario rotunda earum conformetur figura. Hæc ratio non est sincera. sed aliquot in se continet fallacias. Nam id si verum esset, terra tota vti aqua, longe grauior, aquis subsideret, aquæ ei toti supernatarent. At maria a terra superantur. Terra ipsa superatur montibus. Maria imas terræ cauitates, occuparunt tantas, vt reliqua terra non sint minores. Quia igitur dici potest, terram grauitate sua, partiumqoe suarum, pendentiaque ad centrum, rotonditatem aquisiuisse? cum plusquam caua sit, dimidia emineat altissime. In ea vero quæ eminet, quatuor generum sunt partium situs. Vel enim montes sunt, uel conualles, uel colles, vel planities. Nulla harum est, quæque marium superficiem non emineat. Ab eis enim omnibus, si aquæ decurrant, tamquam ab eminentiore, in mare tamquam ad decliuius, confluent. Vnde factum axioma, Flumina omnia ad mare deuoluuntur. Et aliud, fiois aquarum mare. Superficie autem marinm, decliuior semper est fundus. Fundus autem maris, de cliuissima est terræ pars. Eaque, aut ferè dimidia, aut verè dimidia, aot etiam plusquam dimidia. Hac igitur medietate, in rotunditatem terra nullam surgit. Non ergo est tota per se rotunda. Huic fundi maris dimidię, si eius quæ exterat; lacuum, stagnorum, fluminum, profunditatem addamus, huius quoque medietatis, si non maior, saltem multa pars, aquarum fundis est dedicata. Elatiores his omnibus sunt planities. Quæ in omnibus, tum habitati, tum deserti orbis partibus, sunt plorimæ; Earumque pleræque sunt ingentes, immensæque. Harum aliquot enumeremus, & ad reliqua terræ elatiora conferamus. Earum prima esto, illa, quæ a Scythico vsque Oceano, ac sinu Graduico qui est sub L X X. latitudinis gradu, per Moscouiam vsque in Tauricam Chersonesum per gradus XXI. extenditur. Quæ totius latitudinis ab arcto vsque ad æquatorem pars est ferè quarta; & si cuique gradui demus M. Pass. LXII. cum dimidio iuxta Ptolemæum continet Pass. M. MCCCXII. Secunda esto, ea quæ a Moscouia per Asiam vltra Imauum vsque ad Quinsai protenditur gradibus CXXXVI. hoc est M. Pass. 8500. & amplius. Tota item Africa, quanta a Nili fontibus est vsque ad exitum grados latitudinis comprehendit C. hoc est M. Pass. 6250. In lon gitu-

gitudinem vero Africæ eadem, a fontibus Nigri fluuij qui ſunt ſub gradu LX. vſque ad exitum eius in pelagus Atlanticum, qui eſt ſub gradu V. quod ſpacium graduum eſt L V. tota plana eſt per M. Paſſ. 3437. Memorant in orbe nouo, a portu formoſo qui eſt in latitudine citra æquatorem gradu. V. vſque ad fretum Magellanicum, quod vltra æquatorem eſt ſub gradu LII. totam. Peruanam regionem a montibus Andis ad mare, vſque planam eſſe. Spacium autem hoc graduum LVII. Paſſ. M. implet. 3562. Sunt & in ſuperiore ad ſeptentriones noui orbis parte, planities ingentes atque immenſæ ita, vt nauigantibus nulli conſpiciantur montes. Sunt in noſtra Europa, Vngaria tota planiſſima, tota Polonia (vnde illi nomen lingua eius gentis inditum) vſque ad mare, tum Euxinum, tum ſuperum Liuonicum, ac Finonicum. Hæ tum longitudines, tum latitudines, non ſunt dicendæ, vix eſſe ſenſibiles reſpectu totius terreni globi. At ſi tantæ ac tot numero ſunt in ſuperficie terræ, planities, qua ratione, aut eſt rotunda terra? aut vere dici poteſt rotunda? Neque ei rotunditatem montes efficiunt, cùm tot conual libus ſint, & inter ſe inæquales, & anfractuoſi. Et ad planities iam dictas, & alias innumetas, vix ferè ſunt ſenſibiles dicendi. Ad hoc enim, ſenſibilitatis aſylum, & Clauius, & eius magiſtri Aſtronomi, ſolent confugere, cus eis, montes, valles, ſcopuliq; obiiciuntur. Aiunt enim, terræ rotunditatem non impediunt, quia non ſunt, ſenſibilis momenti. Quæ fuga vt eis concedatur, certe in planiciebus non eſt concedenda. Nam ſunt maxima terrenæ ſuperficiei pars, quæ rotunditatem eius impedit. Qua. n. ratione, eadem terra ſubiecta, eodem loco, eodemque tempore, duo contraria in ſe recipiat, planum, & cunuexum? Imo in maris in Oceani, in aliarum aquarum fundis, & conuexum recipiat & concauum? Aquarum autem fundi pluſquam dimidia ſuperficiei terræ ſunt pars. et planicierum prior numerus, tum graduum, tum Miliorum, a Septentrionibus verſus æquatorem, quarta fere eſt pars. Cui ſi Nili latitudo addatur, pluſquam duas totius a Polo ad Polum latitudinis tertias partes cõprehendit, ſicuti & Peruana, fere tertiam aliã complectitur. At Africana Nigitis longitudo, graduum eſt LV. Aſiana vero cum parte Europeæ pluſquam gradus C X L. continet. Itaque non poſſunt dici inſenſibiles reſpectu globi totius. Neque etiam eo poſſunt confugere ſi dicant, fidem non eſſe habendam, aut Marco Polo, aut Hiſpanis, aut Polonis, aut Paulo Iouio, aut aliis qui earum planitierum memoriam ſcriptis reliquerunt, quòd vel ſponte, vel errore ſint mentiti. Nam etiam ſi detur, quod non datur, hos falſos eſſe mentiunculis, natura ipſa non mentitur. Si enim tantæ regiones planiſſimę non eſſent, ſed in medio ad rotunditatem, ac tumorem ſurgerent, Boriſthenes, Tanais, Volga, Nilus, Nigir, Danubius tanta terrarum ſpacia non decurrerent, aut in aſcẽſum, inde in deſcenſum currerent. Non enim flumina vlla prius aſcendunt, poſtea deſcendunt. Sed totus eorum curſus, ex axiomate, tum Ariſtotelico, tum Clauiano, deſcenſus eſt ad decliuiora. Et igitur flumina hæc per plana decurrunt, inclinata tamen tantum verſus maria, vt in ea ferri poſſint. Neutra ergo, terra & aqua, cum non ſint rotundę, quibus machinis Aſtronomi, & Geographi, ex vtraque globum vnum confecerunt? Eumque ita rotundum, vt vnam eandemque habeant ſuperficiem conuexam, vti autumant. Qui enim vna eademque eſſe poteſt conuexa ſuperficies, vallis imæ, cum montis aut peodice, aut cacuminẽ? aut huius cum planicie ſuppoſita? aut cum maris plano? Certe multi ſunt inter alpes lacus, inter montes alios altiſſimos, quo ſenſu, quaue ratione, Geographi, aut Aſtronomi deprehenderunt, lacuum ſuperficiem eandem eſſe cum imminentis cacumine montis, Cum hic ad cœlum attollatur, illa in imo reſideat? Sane Chimeræ ſunt hæc & non mathematicę demonſtrationes. Neque illorum ratio ea, qua afferunt, quia ſingulæ & terræ, & aquæ partes centrum expetant, vtramque in vnum globũ conglobant. Vtramque enim in loco a natura deputato, vti eſt Ariſtoteli demonſtratum, quieſcere eſt neceſſe. Et earum partes etiamſi ad centrum vergant omnes, id in ſuo quæque loco, ſine vllo motu faciunt, nec ab eo diſcedunt, neque deſcendunt. Neque ſe ſe de loco trudunt, neque in decliue fluunt, niſi para inferior vi e ſuo loco abſtrahatur. Exemplo a Clauio, alia in cauſa propoſito id fit manifeſtum. Nã ſi vnum tantum eſt centrum A. terræ avt vel aquæ partes in plano conſtitutæ. B. C. D. E. F. G. H. I. omneſque ad ipſum vergant, & inclinationem habeant, neque a ſuis abibunt locis. Et ſi ſummota pars inferior fuerit, ſuo quæque itinere, non autem omnes ad perpendiculum deſcendent. Nam ſi. omnes ſuis in locis, ad perpendiculum vergerent, ad centrum ſane non vergerent. Quam rem exemplum hoc aliud clariſſime oſtendit. Attamen in tantum ſunt, imaginatarum demonſtra-






monstrationū amatores, ut lineas ad catherum inmutorum cōstructione ductas, ad centrum omnes tendere contendunt. & muros inter se aliquam habere inclinationem, quamuis non sensibilem autumant. At nos non id quærimus, aut hic, aut in superioribus, an sensibilis vel non hæc inclinatio sit. Vel an aquæ tumor, aut mōtes, aut valles, sint sēsui nostro cōprehensibiles, quasi sensus noster corrigere naturam, aut queat, aut nequeat. Sed an reuera ita se res habeat, & vera sit. Non esse autem hasce ipsorum demonstrationes veras Euclidis Geometrarum patris, demonstratio demonstrat. Quæ est libro xj. Prop. vj. vbi ait.

" Si binæ rectæ lineæ, in eodem plano ad
" angulos rectos fuerint, parallelæ erunt
" ipsæ rectæ lineæ.


Quod de binis hic ait, de omnibus intelligi debere Geometrarum nemo dubitauerit; Sicuti dubitauerit nemo, parallelas nunquam concurrere. Non igitur ad centrum tendent. Non igitur ab vno plano partium tendentia & inclinatio, parallelarum rotunditatem eius plani poterunt efficere. Si Euclidis demonstratio vera est, etiam quæ inde deduximus, vera sunt. & illæ aliæ Clauianæ demonstrationes falsæ erunt. Vel si hæ veræ sunt, quis amplius Euclidi, aut mathematicorum fidat assertis. Itaque tota hæc prior Clauij dispusatio, an ex terra & aqua vnus fiat globus, in se vana, contra eos, in quos est instituta, est frustranea. Quam uero ipse, ad id probandum instituit, tota ex eadem principij pendet falsitate. Ait namque:

In quacumque orbis parte, per eandem omnino aeris lineam, terra & aqua non impeditæ, sed libere demissæ descendunt. Vt hoc sit, aut non sit verum, ad rem propositam non facit. Non enim hoc ait agimus, an præter ipsarum naturam loco sint positæ, & eadem linea descendant. Sed an naturali loco sitæ tumeant in medio, & sint sphæricæ totæ, potius quàm planæ. Esto vniuersi centrum tantum vnum. Ad eum omnes aquæ, terræque partes tendant, sed non omnes ad perpendiculum. Sed suo quæque e loco. Nec sunt istius vergentiæ lineæ omnes æquales. prout æquales non sunt, quæ in Africa a montibus Lunæ, aut a monte Amara, qui omnium altissimi feruntur, & ab imis eorum conuallibus ad centrum vsque ducuntur. Quod si vera Plinij relatio est, montes esse quosdam, qui L. millia se se attollunt, si verum sit Tenarissem LXX. millia excedere, si Andes, si Caucasus, si alij innumeri, rotunditati totius terræ magnam auferunt partem, si tot planities, si tot maris fundi concauitate, idem faciunt, qua ratione alia, rotunditate, aut terræ, aut Maris, aut vtriusque simul asserere andebunt? nisi concaua velint esse conuexa, & plana esse rotunda? Sed quam postea explicat rationem, Solem, stellasque aliis citius, aliis tardius oriri, & singulis XV. gradibus, horæ vnius spacio variari in terra, & idem in Oceano fieri. Hoc autem fieri non posse nisi maris superficies continuaretur. Ad rem nihil facit. Quis enim negat, terrarum & maris superficiem continuari? Continuitatis autem, rotunditatem minime facit. Quo vero Ad poli altitudinem, quod subnectitur, nauigantibus e Lusitania ad Canarias, altitudinem poli, singulos gradus deprimi.



Si concedatur esse verum, non tamen probatur, aquæ rotunditas. Idem enim etiam in plano accidit. Figura hæc, id ostendit. Quis enim non videt, Polum A. maxime eleuari iis qui sunt in B. Ad perpendiculū. u. & ad angulos rectos eis superstare? Quāto vero a B, discedūt magis C. D. & reliqui, tāto acutiores fieri angulos visus. Ideoq; polū eis videri depressiorē. Præsertim quia visus, non vltra 40. millia, vt probant optici, rectus procedit. Idq; eo magis euenit, quia plures, atq; plures e mari vapores eleuantur, qui tandē e cōspectu prorsus auferunt. iis qui sub æquatorem nauigando peruenerunt. vltra quem, paulo progressis polus noster occulitur, sicuti antarcticus non cernitur, his qui ad æquatorem non perueniunt. At si vera sic Oceani rotunditas, sub æquatore culmen eius esse videri potest. Is enim visum poli alterius adimit, alterius aperit. At qui sanus oculus concedat, ex altissimo loco, quæ eleuata sunt cerni peius? aut omnino eorum perire visionem? figura id etiam ostendit. sunto A, B, vterque polus. C, esto Oceani culmen. D, E, loca vtrimque decliuiora. Qui in C, sunt, proculdubio vtrumque polum cernent. Qui vero in D. E. alterum tantum. Sed in tanta Oceani latitudine, præceps & vtrinque

sed aliquandiu perduraret. Igitur non illico poli alterius visio ammitteretur. Sed vterque aliquandiu conspiceretur. Sed ammittitur illico trangressis. Alia igitur est huius rei causa quęrenda. & non rotunditas aut



planities Oceani causanda. Nam si planus sub æquatore Oceanus esset vtrumque polum inde conspicerent, non minus, non magis, quàm qui essent in culmine; Eam rem, quam nos in causam referemus? Aliam sane nunc non videmus, quam maximam distantiam, & in ea distantia, vel visus debilitationem, uel maximam vaporum eleuationem inter visum & polum interpositam, vel hasce tres omnes. Quod vero ad conclusionem rationis huius affert, ferri non potest. Aquam eandem cum terra habere superficiem conuexam a Septentrione in Austrum. ita vt neque terra, neque mare magis attollatur.

Quis enim ferat, altissimos Noruegiæ montes. Montem sub polo, Slotum, mundanorum omnium eminentissimum, eiusdem esse cum subiecto mari, superficiei? Aut Lunæ montes, cum subiecto lacu, vnde Nilus exit? Mons Aussero imminens in Liburnia. Cyrna insula, manifesto nobis ostendere, montes superficiei maris super stare. Neque vnam eandemque esse. Eclipsim lunæ præterea Clauius affert. In qua ait,

Vmbram aggregati ex terra & aqua, rotundam esse, in quacumque cœli parte contingat eclipsis. Igitur necesse est, terram & aquam vnum componere globum. Quia lunæ partes quæ nondum sunt eclipsatæ, corniculatę sunt.

Sunto ita. At aggregatum hoc, sine globus, eam corniculationem minime facit. Aqua enim cum non sit opaca, vmbram facere, nequaquam potest. Sed eam facit natura vmbræ, quia sicuti lumen omne, ita & vmbra omnis rotundatur. Est enim vmbra luminis extremum, quod iam antea probauimus. Vmbra ergo sui natura se se in rotundum cogens conum, & non quia a rotundo corpore exeat, illius in luna apparentiæ causa est. Nam si eius rei, aggregati globi rotunditas in causa est, eadem eiusdem globi rotunditas, solem in horizonte, dum vel oritur, vel occidit, corniculatum ostenderet necessario. At hoc minime fit, etiam Clauio fatente, & sensu demonstrante. Sed corpus eius ab horizonte linea recta semper scinditur. Cui rei vt occurreret, ait,

„ Sensum nostrum in hoc mirum in modum falli.

Cur autem fallatur, causam affert ridiculam.

„ Quia terra, sensui maior appareat, quam sol.


Nam, nonne eadem, maior etiam quam luna apparet? In luna corniculatas partes fatetur, cur non easdem etiam in sole, ab eadem causa fatetur? Et visus noster, quo modo in sole fallitur, non fallitur in Luna? Nam sol nonne terra, ex sua astronomia, maior est? Cur ergo dicitur, Propter quantitatem nimiam terræ, recta ea linea videtur? Multo magis eadem nimia terræ quantitas in luna, quæ, quàm terra multo est minor, idem non facit? Neque solis, aut terræ, portiuncula circuli maximi dici potest linea illa, quæ solem recta scindit, primo oriri incipiente, circuli corda dein maiore, denique toto solis diametro. Est enim solis diameter, longe terræ diametro, maior. Quod & ipse probat.

„ Et si uerum est quod subdit, sensum hallucinari; in eo quod cœlum vti furnum credat: cur non etiam hallucinatur in multis aliis astronomorum obseruationibus? & cœlestium apparentiis? Cur non æque in his omnibus, atque in illis errat? Ratio huius fuerat quærenda, & causa reddenda. Sed hæc me hercule, meræ sunt fugæ, & meræ nugæ.

Verum nos, ex hac ipsa solis in horizonte, recta sectione, seu ea fiat, primo oriri incipiente minore corda, dein maiore. denique diametro, & post diametrum corda alia diametro minore, deinde alia minore cum semper a recta linea scindi; conspiciatur, arguimus horizontis planitiem, seu sol e mari cernatur surgere, seu a terra. Idem apparet, in lunæ ortu & occasu, dum est in horizonte, vel in mari nauigantibus, vel iter terra facientibus, vel loco stantibus. Idem quoque ex hac concluditur, terræ, & aquæ superficiem, non esse rotundam, sed vere planam. Nam si rotundæ essent, in ortu & in occasu, tum lunæ, tum solis, ea sectio corniculata appareret; non aliter, atque ab vmbræ rotunditate, in eclipsi, corniculata lunæ pars nondũ eclipsata, visitur, & corporis lunæ rotũditas simul

mul ostenditur. Et in Solis eclipsi, quando non totus eclipsatur, & corniculatus apparet, & rotunditas, tum ipsius, tum lunæ, cernitur manifesta. Ea autem corniculatio efficitur, quia a rotundo corpore ea fit sectio. Quæ si a plano fieret corpore, minime talis appareret. Concludamus partem hanc. Sicuti a rotundo, seu curuo, sectio lunæ, & solis fit corniculata, sic a plano, ac recto, in eis fit sectio, & plana, & recta. At fit ab horizonte, aquæ & terræ separatis, Eadem fit etiam a coniunctis. Igitur, & aqua in se, & terra seorsum, planam, & non sphæricam habent suam quæque superficiem. & simul vnum corpus si efficiant, aut vt vnum considerentur, id aggregatum, globum vnius, eiusdemque superficiei non formabunt. Atque ita Astronomorum, & apparentiæ, & Geographorum rationes, prorsus euaserunt nullæ.

Finis Vigesimi sexti Libri Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS
LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS.



DE MARIS VNIVERSI MOTIBVS.



Nius corporis simplicis, vnum esse naturalem motum, & credidit, & tradidit Aristoteles. Et aquam, quæ elementum simplex sit, naturali motu ad decliuia ferri tantum. Atque ideo mare, quod aquæ locum occupasse scribit, a septentrionum altiore terra, ad decliuia fluere. Meotim scilicet in Pontum. Pontum in Aegæum. Hoc in Siculum, Sardonicum, & Tyrrhenum. Quę sint omnium profundissima. Hunc vnicum, tam magnus magister, naturalem mari assignauit motum. Alium, deinde, non vniuerso, sed ei qui sit in fretis inter duas terras, angustis tribuit. Qualis est Euripus Chalcidicus, qui septies in die currat, atque recurrat. Eum nec naturalem, nec violentum appellauit. Nam cum eius motus causam, vti ferunt, in exilio diu esset contemplatus, nec eam inueniret, præ fastidio ac mœrore, se præcipitem in eum coniecit. Dubius sane, si naturalem dixisset, causam dicere se debere, cur toties sibi ipsi contrarius esset. Si violentum, causa erat dicenda, cur perpetuus esset. Sed næ, Aristoteles, qui ignorantiam atque ignauiam veteribus philosophis omnibus, vt solus sapere videretur, obiicere numquam destitit, de multis aliis maris motibus, solos hosce duos ipse cognouit, reliquos ignorauit omnes. Nam nec si qui alij in mediterraneo essent, cognouit, & de Oceani motibus, ne verbum quidem fecit. Vel potius, fluxum cognouit & refluxum maris, non est tamen ausus eius rei causam vestigare, vel eam scribere est oblitus. Neque .n. dici potest eam non cognouisse, quando mentionem eius aperte faciat in his verbis, quæ scripta sunt libro II. Meteoro cap. VIII.

Ὡσϛ εἴσω γίγνεται πάλιν ἡ ῥύσις, ὥσπερ ἄμπωτις εἰς τοὐναντίον, τῆς ἔξωθεν πλημμυρίδος.

» Ita intrò fit rursus fluxio, sicuti refluxus
» in contrarium fluxui ab extra.

Sed Aristotelem ommittamus. Viderunt posteri maris motus quosdam. Sed neoterici, mediterraneis omnibus, & toto Oceano obnauigatis, multos & varios agnouerunt. Hos omnes annitamur nos colligere, & cum effectibus causas coniungere tentemus. Itaque primo dicimus, maris huius nostri Mediterranei plures esse motus, eosque varios. Et in Oceano, alios esse non paucos, partim ab his diuersos, partim genere eosdem. Eos omnes, ante omnia bifariam diuidamus. In uiolentos motus, & in naturales. Vtrorumque iterum dicimus, alios esse incertos, atque inordinatos, alios vero statos, & certis temporibus ordine recurrentes. Violentos prius expediamus, notioresque ignotioribus præponamus. Violenti sunt omnes maris, atque Oceani motus, qui a ventis excitantur. Ventus enim, cum vel aer sit motus, vel sit in aere, extrinseca a mari causa est. Et quia extrinseca etiam violenta. Horum violentorum ij inordinati sunt, qui nullis anni statis temporibus, mare commouent. Sed modo Boreas, modo Auster, modo Eurus, modo Corus, modo hic, vel alius ille, hoc vel illo loco; vel per se solus, vel cum aliis, non tato etiam contrariis, vel e partibus diuersis mare perflant, & in vndas tollunt. De qua re Virgilius.

Vna,

Vnà, Eurus, Notusque ruunt, creberq; procellis Africus. Horum alij tantum.

Vastos voluunt ad littora fluctus. Quod fit sæpissime. Alij vero, quod rarius fit, etiam mare inflant, atque extollunt, vt solitas excedant metas, & terras inundent. Quod Veneti sciũt optime, & nos ibi non semel vidimus, Euro flante, mare ita excreuisse, vt superscausis in vrbe canalium ripis, & per plateas, & per vias omnes, Cymbis sit nauigatum. Cisternæ omnes salsæ factæ, & merces præciosæ multæ, in terraneis apothecis & cellis corruptæ.

In Belgico vero, historiis est proditum, Coruum interdum tam flauisse vehementer, ac diu, & Oceanum inflauisse, vt argiuibus ad mare, omnibus vel disruptis, vel superatis, vrbium magnum numerum, præsertim in Selandia, & Holandia, cũ multis mortaliũ millibus absorbisse. Quarum vestigia etiã quædã tranquillo mari conspici narrant. Id euenisse etiam in Baltico mari, in historiis eius regionis legimus. Quod & alibi euenire est rationi consonum. Ex hisce ac prioribus illis maris commotionibus, motus alius maris, circa promontoria surgit. Quem nos in mediterraneo nauigantes, sæpius vidimus, & nautæ quotidie fere experiuntur, quas vocant correntias, alias simplices, quando iam cessante vento, fluctuque, aquæ impetus ab eo in fluxum commotus, cum eo qui vltra promontorium quietem egerat, luctatur. Alias vero contrarias, quando venti duo, hinc & inde circa promontorium contrarij spirauerint, & in fluxum vterque mare impulerit. Currentia vtraque hæc, periculosa ex maris lucta est, sed periculosior secunda. Hi quatuor ventorum motus violenti, pro ventorum instabilitate, sunt incerti omnes. Alij vero stati, vel certis anni temporibus, vel certis annorum interuallis. Priores dicti sunt Etesię, quoniam quotannis, certo anni tempore, flant ueuti quidam, qui mare commouent. Noti fuere antiquitus, & nunc etiam sunt, æstate a ponto in Aegæum flantes venti, vsque in Aegyptum pellentes vndas. Fauonij sunt alij, ab occasu, aut a Coro, qui totum mediterraneum, ad Sytię vsque littura conuoluunt, multosque dies æstate perdurant. Quos nautæ, Prouenzas, Ponentales, & Maestrales vocitant. In Oceano, Columbus primus, in littore Lusitanico obseruauit, ventum quendam statis anni temporibus ab alto flare. Vnde coniecturam fecit, eum illinc ab humefacta terra prouenire. In qua sententia tam constanter perstitit, vt nauigia, orbem nouum quæsiturus a variis peteret Regibus, & vix impetrarit. Eumque ingenti totius orbis beneficio, ingentique sua gloria adinuenerit. Statæ etiam annuæ sunt, Persici atque Indici maris tempestates, quas nautæ Lusitani, vocant, Mociones. Persicum quidem, dum Sol Australia percurrit signa fit quotannis tempestosum. Et quando ad Sagittarij finem peruenit ingenti tempestate commouetur. Indicum e contra, dum Persicum agitatur, quiescit. Illo acquiescente ipsum maximas patitur commotiones, præsertim cum sol Cancrum petit proximum. Sunt & alij maris violenti motus, qui libello de mundo recensentur in hanc sententiam. Strabo namque in hæc verba scribit.

Καὶ γὰρ κατακλυσμοὶ, ϗ σεισμοὶ, ϗ ἀναφυσήματα καὶ ἀνοιδήσεις τῆς ὑφάλου γῆς μετεωρίζουσι, καὶ τὴν θάλατταν, αἱ δὲ συνιζήσεις ταπεινοῦσιν αὐτήν.

" Etenim diluuia, & terræmotus, flatuum
" eruptiones, & tumores subiti terræ, quæ
" subest mari, ipsum extollunt, quando ve-
" ro subsident terræ eædem, mare depri-
" mitur.

Hoc autem toto mari, vbique locorum fieri potest. sicuti iam olim magna eius parte, Atlantica illa ingens insula, subsedit tota. Rem hanc eandem testatus est Aristoteles libro de Mundo in hanc sententiam. Fieri in mari quoque hyatus & Chasmata, & recessus locorum, & vndarum incursiones sicuti in Helice & Bura contigit, & ignis in mari spiramenta, & fontium emanationes, & fluminum eruptiones & arborum enascentiæ, & fluxus, & vortices, similes iis qui a ventis fiunt, aliàs in pelago medio, aliàs in Euripis, & in fretis, multas quoque repulsiones, & eleuationes, per lunæ certa atque ordinata tempora. Et hi omnes inter uiolentos maris motus sunt connumerandi.

Aliæ vero sunt Marium turbationes, quæ aliquot annis interpositis recurrunt. vt in Narbonensi singulo septennio tempestas maxima regreditur, quam superioris ætatis Veneti nautæ. Mar de baga appellitabant. Recentes e Prouincia nautæ, & Hispani, obseruationis annos videntur ommisisse; mare tamen ipsis magna parare naufragia non est oblitum. Hæ omnes maris turbationes, ab externa mari causa sine dubio fiunt, a vi scilicet ventorum. Quare non recte, a quodam nostræ ætatis de maris fluxu scriptore, causa reiecta est in Persici, & Indici maris crassitudinem. Hæc enim nec se ipsam facile, aut multum commouet, nec uentorum rabiem concitat, sed eam sustinere satis habet. Est alius non annuus, sed horarius maris motus, in Euripis, quem Talantosin videntur Græci veteres appellasse. Cuius causa in ipso mari esse partim, mari esse externa. Videturque reuera is motus mistus quidam, ex naturali atque violento. Sed effe-

ctus

ctus prius discendus, causa postea vestiganda. Non in omnibus fretis, aut Euripis is motus fieri videtur. Fretum appellamus inter proximas vtrinque terras, per augustum interfluens mare. Quæ tamen angustiæ latiusculæ pateant. Euripum autem eum dicimus, qui angustior magis, ac magis sit. Qualis est ad Thracium Bosporum, cuius D. passuum tantum est latitudo. Apud Abydum maior est, septem uimirum stadia. Ad Chalcidē uero Eubœę, vtrumque littus ponte iungitur. Fretum vero latius est, quale Siculum X I I I I. vt aiunt Pass. M. latum. Herculeum vero, M. Pass. VII. Magellanicum vbi minimum sex. At neque in Thracio, neque in Abydeno, nulla in Herculeo, nulla item in Magellanico, fit maris ταλαντῶσις seu libratio. Fit tamen in Chalcidico, fit in Siculo, sed varie. Nam in Siculo, bis tantum in die reciprocare dicitur mare. In illo vero septies. In Liburnia vero ad Ausserum oppidum, angustissimus est Euripus, isque manufactus, ideoque caua appellatus. In quo plusquam vicies mare conspeximus quotidie reciprocare, dum ibi aliquando per plures dies, obseruandæ huius rei causa, ociosi sederemus. Est autem longitudo eius circiter passuum quinquaginta, latitudo x. passus non attingit, profunditas pedum circiter v i i. Reciprocationis huius atque librationis causam, quam Aristoteles in Chalcidico, diutius speculando, & non inueniendo, mortem sponte opetijt, nos minore longe, & speculatione, & desperatione reperire, non desperire, non desperamus. Mare ad ora Euripi cuiusque vtrinque latius panditur. In ea latitudine, profunditas maris quoque maior quàm in Euripo, & maior aque moles. In mole maiore, maior etiam virtus. Hæc virtus in calore est, mari innato. Calidum vero mare esse etiam Aristoteles fatetur. Itaque mare suapte natura calidum & humidum non feruere non potest. Feruendo spiritus in se generat. Spiritus vapores tollit. Vapores dum attolluntur, aquam etiam attollunt. Quæ res Lebethis ad ignem appositi, & bullientis exemplo fit manifestissima. Tumidius, atque altius factum mare, breuem in Euripo fundum incurrit facile. Aqua enim omnis, vti vidimus, e sublimiore, locum petit inferiorem. Indeque in partem alteram excurrit. At ibi alium suo similem feruorem, similesque spiritus, vapores similes, & similem nanciscitur tumorem. Qui ad incursum illius parumper cedit, mox resumptis viribus eum repellit. Repulsus autem retrocedit in Euripum. Ille sequitur, & in alteram excurrit partem. A qua & ipse repellitur. Idque fit non aliter ac duo arietes, qui frontibus se se incursant, & recursant. Aut athletæ duo, dum luctantur, alter alterum per vices, & motat, & suspendit, & librat, non tamen alteri cedit alter. Nam, quam assignauit Aristoteles causam, in maris grauitatem, & lancis similitudinem, ridicula videtur. Mare enim in suo loco, ex suomet dogmate, graue non est. Grauitas ergo cum in mari non sit, librationis maris & ταλαντώσεως causa esse nequit. Modus ergo hic est perpetuæ huius reciprocationis in Euripis. Causa vero, perpetuus feruor, a perpetuo, atque ingenito mari calore. Cur vero Chalcidicus septies tantum in die naturali, Ausserensis vero plusquam vicies currat, atque recurrat, in causa esse remur, quod in illo, mare ab vtroque ostio, & latius sit, & profundius, aut quòd in Euripo altior sit aqua, ita vt tanta moles difficilius & assurgat, & cursu se se cieat, & recursu. In Ausserensi vero, mare vtrinque nec tam latum, nec tam profundum, & in ipso breuissimum sit repeta, vt tam parua mole, facilius, atque ideo sæpius motum cieat. Quando vero ventorum vis fortior, ab vtrauis parte, mare concitat, in vnam tantum, in quam uis impellit, fluit partem. Hæ igitur misti huius motus, & modi sunt, & causæ.

Nunc ad naturales maris pergamus motus. Eorumque historiam primo, deinde causas perquiramus.

Mirabamur olim dum pueri natare disceremus, quid causæ esset, cur dum pedes in prima littoris breuissima aqua, sentiremus placidum quendam ipsius circa pedes circuitum. Et dum stare videretur, accederet tamen, & pedes obtegeret, & iterum recederet, pedesque nudaret. Effectum hunc eundem, multis annis postea, apud Strabonem cum ipsius causa, legimus. Eius verborum, quoniam ad propositam quæstionem pertinent, huc afferamus sententiam, ne semper Græca sine necessitate obtrudamus. Sententia eorum igitur, hæc est, libro primo scripta.

» Sicuti enim animalia continuæ spirant &
» respirant, eodem modo & mare ex se, &
» in se continenter, reciprocum quendam
» mouetur motum. Clarum id fit ei, qui in
» littore stans in vnda, simul mari teguntur
» pedes & nudantur. Iterumque teguntur,
» atque hoc continenter.

Hæc ad nostram puerilem illam admirationem. Maiora ipse addit.

» Huic fluctuationi, & vnda superuenit ac-
» currens, etiamsi sit placidissimum, & ha-
» bet vim quandam maiorem. Nam om-
» ne alienum in terram eijcit, multamque
» extra mare propulit algam. Magis vero
» hoc fit, si flet ventus. Attamen etiam in
» malacia, & spirantibus e terra ventis. Ni-
» hil enim minus ad terram vnda, vento

etiam

» etiam aduerſo, quaſi proprium quendam
» motum,quo ipſum concitetur.Tale illud
» poetæ eſt. Extremaque littora circum.
» Curuum attollitur,ſaleque reſpuit algam.
Iterum quoque.
» Littora reboant,eructante mari extra.

Vndæ ergo acceſſio, vim quandam habet vt aliena expellat. Quam rem purgationem quandam maris eſſe aiunt. Qua & cadauera, & naufragiorum fragmenta in terram efferuntur. At receſſio,tantam vim non habet,vt vel cadauer, vel lignum, vel ſuber leuiſſimum ab vnda eiectum,vnda recurrens ſic ſecum rapiat,quin in terra non remaneat. Et ſi quis e vicinis locis in mare decidat, a fluctu relinquitur & terra egeſta, cum turbida ipſa aqua, etiam grauitate adiuuetur, ut prius ſubſidat, quam ut pelagus protrudi poſſit, fluctu tamen egeritur. Nam & fluuiorum vis ceſſat, ac oſtia eſt egreſſa.

Hæc ſane omnia experimenta, quibus & alia addi poſſent,illud probant,maris vniuerſi, proprias quaſdam eſſe uites,quibus quæcumque aliena (modo ne ſint grauiſſima, aut in altiſſimo iaceant pelago) in eo reperiuntur, extra ſe eijciat. Quæ res non eſt ita pelago propria, vt non ſit aeri, quoque & terræ communis. Aer namque,quidquid in eum aliunde veniat, aut in eo generetur, vel ſuo motu diſſipat,vel eiicit,vel ſinit cadere. Siue ij vapores ſint,ſiue exhalationes. Quas res,quia dum tenues ſunt, in ipſum ſubeuntes, non recipere non poteſt,aut aditum eis negare, cum ſimilitudine ſui, & quadam veluti cognatione ſubeant, attamen eas ſenſim denſiores facit, & in aliam commutat naturam vt facilius, impetu in eas facto,vel accendat,& ardore conſumat, vel in nubes coactas in pluuias ſoluat,& in præceps det. Vel ſi neutrum queat, in furorem ipſe actus, toto ſuo campo in furorem itidem acto, id perſequitur, quod in ſe ferre non ſuſtinet,eumque furorem ventum appellamus. Terra quoque aliena omnia quæ ventrem ſuum aggrauant, modo radices non egerint, ſeu aer illa ſint,ſeu aquæ,ſeu ignes,ita concutit, & ſe ipſam tandiu quatit, quouſque vel ſciſſione ſui, vel elatione, vel hyatibus de ſe, & in ſe factis,omnia ſi poſsit,e ſe eijcit. Verum de aeris & terræ motibus ſuis poſtea locis latius diſſeretur. Ad maris motus redeamus. Mare igitur, hoſce duos primum naturales habet motus, ut leniter, veluti reſpirando ad littora accedat & recedat, idque perpetuo. Se ſe paululum attollendo, & reprimendo, vel exerendo & ſe ſe comprimendo. Et alio, vehementiore, eiuſdem tamen generis, aliena omnia e ſe eiiciendo. Motus hi, actiones duæ eius ſunt; Actiones omnes a viribus veniunt, vires omnes ab eſſentia. Eſſentiales igitur ſunt hæ maris motiones, & ab eſſentia naſcuntur maris. Eſſentia autem eius eſt,vt & humor ſit,& calor ſimul. A primæuis illis, & calore & fluore originem ducentes. Vterque autem & humor & calor,& mouendi, ſe ſe,& a ſe emouendi nocua,vires habet. Humor enim, omnes ſordes & luit, & abluit. Calor quoque & penetrandi, & incidendi, & heterogenea ſeparandi haber vires. Quod bulliente lebete quouis manifeſto apparet. Mare autem humorem eſſe, nemo non videt. Calorem quoque habere innatum, tum quod aqua ſit, tum quod ſit ſalſum indicio certo eſt. Ariſtoteles quoque, vti retulimus, eſſe calidum,clare eſt confeſſus. Quid ergo mirum eſt,ſi mare ſemper ferueat,ac ueluti bulliat, & ſaliat,& reſideat. vt aqua & fluor omnis in lebete bulliens? Quid item mirum, ſi mare ſui natura fluor eſt, fluat & refluat, vel ſenſim & occulto, vel manifeſto? Quid item mirum eſt, ſi feruendo, ſpiritus & vapores in ſe creet? & eos continue, & emittat, & nouos regeneret? quibus genitis attollatur,& emiſsis reſideat. Quos ſpiritus etiam Strabo vidit.

Λοιπὸν οὖν αἰτιᾶσθαι τὸ ἔδαφος, ἢ τὸ τῇ θαλάττῃ ὑποκείμενον ἢ τὸ ἐπικλυζόμενον. Μᾶλλον δὲ τὸ ὕφαλον, πολὺ γὰρ εὐκινητότερον, καὶ μεταβολὰς θάττους δέξασθαι δυνάμενον τὸ ἔνυγρον. καὶ γὰρ τὸ πνευματικόν, τὸ πάντων αἴτιον τῶν τοιούτων πλέον ἐνταῦθα.

» Reliquum ut cauſa dicatur eſſe ſolum,vel
» id quod mari ſubiacet, vel quod inundatur.
» Potius vero id,quod mari ſubeſt. Mul
» to enim mobilius eſt, & mutationes citas
» ſuſcipere poteſt, quod humidum eſt.
» Nam & ſpiritus,qui omnium talium cau-
» ſa eſt,copioſior ibi eſt.

De quo ſpiritu, ante eum, & Polybius, & Poſidonius, & Athenodorus, vt ipſe referr meminerant. Et ante hos omnes Ariſtoteles generalius.

Γίνεται δ' ἐν γῇ, καὶ ἐν ὑγρῷ τὰ ζῶα, καὶ τὰ φυτά. διὰ τὸ μὲν ἐν γῇ ὑπάρχειν ὑγρόν. ἐν δὲ ὕδατι πνεῦμα, ἐν δὲ τούτῳ παντὶ θερμότητα ψυχικήν· ὥστε τρόπον τινὰ πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη.

» Fiunt in terra & in humida, animalia &
» plantæ,eò quòd in terra inexiſtat humor,
» in aqua vero ſpiritus. in hoc vero omni,
» calorem animarium. ita vt quodammo-
» do, omnia anima ſint plena.

Sed & calidum eſſe mare, Aſiſtoteles idem eodem loco.

Ἡ δὲ θάλασσα ὑγρά τε καὶ σωματώδης πολλῷ μᾶλλον τοῦ ποτίμου, καὶ θερμὴ τὴν φύσιν ἐστί, καὶ κεκοινώνηκε πάντων τῶν μορίων, ὑγροῦ καὶ πνεύματος καὶ γῆς.

» Mare vero & humidum eſt & corpulen-
tum,

,, tũ, multo magis quàm aqua potabilis, &
,, calidum natura est, & particeps est om-
,, nium partium, humoris, & spiritus, & ter
,, ræ.

Sed er Strabo maris cognooit calorem, dum scribit.

Πολὺς δ' ὁ καὶ ὁ θύννος συνελαύνεται δεῦρο ἀπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἔξωθεν παλαιᾶς πίων καὶ παχύς.

,, Multus etiam Thunnus compellitur hoc, e
,, calore externi maris veteris, pinguis, &
,, crassus.

Concludamus igitur, vtrumque hunc maris vniuersi motom alterum sensibilem, ac fere insensibilem alterum, esse proprium, & naturalem. Et eorum causam esse, tum soli subditi calorem, tum calorem mari propriom, & essentialem. Qui dum ipsum feruere faciunt, & spiritum in eo generant, per quem atrollitur, & eo exeunre, & euaporante residet. Rursus alio mox generato, iterum eleuatur, iterumque perpetuis vicibus etiam in summa tranquillitate, & residear, & intumescar, & vndam ad littus leniter pellar. Hæc de vniuersi maris moribus duobus, vniuersalibus. Nam & in mediterraneis omnibus, & io roro oceano reperiri pro comperto nostra ætate habemus. Sed sunt quatuor aur etiam quinq; alij, naturales itidem maris motus. Quorum prior diurnus est, alter hebdomadarius, tertius est menstruus. Quartus semestris. Quintus annuus. Quis credat tantam in vno corpore naturaliom motuum varietatem? Apod veteres, referente eodem Strabone, Posidonius quioque horum, motus tres cognonit, diurnum menstruum, annualem. Per qoos inqnit mare, cœli motus imitari. Sympathia quadam quam cum luna habet. Diurnum autem maris motum vocat, eom, qui actus, & receptiore voce, fluxus & refluxus nominatur. De quo, quia multas ambages haber, in sequenrë librum disputationem differamns. Reliqoos hoc libro ordine prosequamur: motom eum quem Posidonius Menstruum appellauerat, nos hebdomadarium nũcupamus, quoniam, per singulas mensis fit hebdomadas, neque totius mensis, moratur absolutionem. Eius sententiam Strabo explicat his verbis.

Τὴν δὲ μηνιαίαν, ὅτι μέγισται μὲν αἱ παλίρροιαι γίγνονται περὶ τὰς συνόδους, εἶτα μειοῦνται μέχρι διχοτόμου. πάλιν δ' αὔξονται μέχρι πανσελήνου. καὶ μειοῦνται πάλιν ἕως διχοτόμου φθινάδος. Εἶτα ἕως τῆς συνόδου αἱ αὐξήσεις, πλεονάζειν, καὶ χρόνῳ, καὶ τάχει τὰς αὐξήσεις.

,, Menstruum vero, quoniam maximi fiunt
,, refluxos, circa coniunctiones, deinde mi
,, nuuntur vsq; ad dimidiatam lunam. Rur
,, sus augentur, vsque ad plenilonium. Ite-
,, rumque minountur, vsque ad secundam
,, dimidiaram. Deinde vsque ad cõuenctio-
,, nem iterom crescunt, & incrementa hæc
,, se se, & tempore, & velocirate, superanr.

Hi antem motus non ram menstrui sunr, quàm hebdomadarij. Fiunt qoidem intra vnũ mensem omnes, sed per hebdomadas diuidũtur. Hoc enim est longis nautarum obseroationibus deprehensum, vt die vna ante lunæ cum sole coitum, & coitus die, & doobus sequentibus, mare in alto pelago maxime intumescit, & maxime detumescit. Et tunc maris fluxus ad terram, & refluxus a terra fiunt velocissimi. Ob hæc tum rumoris, tum cursos incrementa, ijs quatuor diebus, mare viuom appellant. Quarra a coitu die, minus crescit, minusque dectescit. Et fluxus, & refluxus minus sunt celeres. Quinta die omnia minus. Sexta qooque minus omnia. Septima vero, quæ est vna, ante lunæ quadram. Et sequenti octaua, qua fit dimidiata. Et nona quæ est vna post quadram, die. (Quod Plinius in Euripo Euboico tantum annotauit) mare totum, nec intumescit fere, nec detumescit, nec fluit, nec refluit. Ideo nautæ per tres hosce dies, aqnas mortuas esse dicunt. Post quos iterum incrementum suscipit ita, vt decima a coitu die, sextæ respondeat, vndecima respondeat quintę, duodecima quartæ, & incrementis æqualibus, & decrementis, & fluxibus & refluxibus. Tertiadecima vero dies post coitum respondet diei quæ coitum præcessit. Quartadecima in qua est pleniluniom respődet diei coniunctionis. Quintadecima respondet, diei secundæ a coniunctione. Sextadecima tertiæ, in quibus quatuor maxima fiunt iterum incrementa, & decrementa maxima medio io pelago. Et per consequens, ad littora, fluxus maximi, & celerimi refluxus. Ab hoc sextodecimo die, decimus septimus, in dimiootione respondet quartæ a coitione diei. Decimoctaua quintę, Decima nooa sextæ, vigesima septimæ post hanc. 21. 22. 23. qoieti dãtur. Seqoentes quatuor incremento 24. 25. & 26 & 27. Vigesima vero octaua prima iterum est, summi augmenti ante coniunctiooem. Vigesima autem nona dies, dies est cõiunctionis. Aqua, eædem ordine recurrunt vices, ita vt hi maris motus, summa quadam constent harmonia. Nam summæ plenitudini bis quater dantur dies. decremento bis tres, quieti itidẽ bis tres. incremento bis quatuor. Quæ sane vir harmonicus possit, ad harmoniarum reducere rationes diatessaron, diapente, & diapasson replicatas, & per hebdomadas distributas.

Menstruus vero Posidonii motus, non nisi ille est, qui in coniunctione fit, quem ait, & celeritate, & tempore, alios superare. Quod si verum

De maris universi motibus.

si verum sit, motus ille qui circa pleuilunium ijsdem quatuor increscit diebus, & qui quatuor illis coitus respondent, minor aliquanto his fuerit. quamuis sit crescentibus maior. & hic descentibus; & hic itidem quietis, & mortuis sit plenior. Hic ergo ratione, & hebdomadarius, & menstruus maris motus suuto declarati.

Semestrium vero mutuum Posidonius nullam fecit mentionem, neque post ipsum Strabo. Eius tamen Corn. Tacitus meminis his verbis.

„ Mox impulsu Aquilouis simul sideræ æqui „ notij, quo maxime tumescit Oceanus. Duo autem esse æquinotia nemo non nouit, sexque menses alterum ab altero distare. Quã rem a Nautis Oceani obseruatam, confirmauit Ludouicus Guicciardinus. Alius ergo hic a præcedentibus omnibus est maris Semestris motus. De annuo vero, quem tertium uumerauerat Posidonius, Idem Strabo ex eodem scribit.

Τὰς δ' ἐνιαυσίας παρὰ τῶν ἐν Γαδείροις πυθέσθαι φησί, λεγόντων ὡς κατὰ θερινὰς τροπὰς μάλιστα αὔξοιντο, καὶ αἱ ἀναχωρήσεις, καὶ ἐπιβάσεις. Εἰκάζει δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν τροπῶν μειοῦσθαι μὲν ἕως ἰσημερίας. αὔξεσθαι δὲ ἕως χειμερινῶν τροπῶν. εἶτα μειοῦσθαι μέχρι ἐαρινῆς ἰσημερίας. εἶτ' αὔξεσθαι μέχρι θερινῶν τροπῶν.

„ Annuos vero a Gaditanis se audisse ait, qui „ dicerent; quod circa solstitiuum æstiuum „ maxime crescerent, & recessus maris, & „ accessus. Se vero coniectari a solstitio hoc „ minui vsque ad æquinoctium. augeri vero ab eo, vsque ad solsticium hiemale. de„ inde minui vsq; ad æquinoctium vernũ. „ crescere inde, ad solstitium æstiuum.

Quam Posidonij traditionem, quamuis nõ satis probet Strabo, refert tamen ex eodem Seleucum quendam e Rubro oriundum mari tradere, cum luna circa æquinoctialia decurrat signa, æquales hos motus fieri. Cum circa solstitialia inæquales, & quantitate, & celeritate. Sed hic motus annuus iam non est, sed vel semestris, vel etiam trimestris. Sicuti & ille Posidonii. Igitur mare, & diurnum habet motum, & hebdomadarium, & menstruum, & trimestrem, & semestrem. An vero, & annuũ habet aliquem? qui ordine sit sextus? Sane habet. Obseruauimus enim uos, in Liburnia, Mẽse Ianuario, qui circa brumam est, magnam littorum partem denudari solitam, & siceam remanere, magis quam tempore alio vllo. Atque ita, per dies eliquor perstare. Id an ibi tantum fiat, an etiam alibi, aut vbique, compertũ non habemus. Hos ergo vniuersi maris motus sex esse concludamus, diurnum, seu quotidiaum, hebdomadicum, menstruum, trimestrem, semestrem, atque annuum. Et ante hos perpetuos duos quos recensuimus, priorem, respirationi similem, secundum validiorem, & maris purgatorem. Videtur autem hi octo omnes, misti quidam esse, non ex violento, & naturali, vt Euripeæ talantoses. Sed ambobus naturalibus, tumescentia nimirum, & depressione, & cursu simul, & recursu. Dum enim in tumescit, intumescẽdo ad littora currit; dum vero detumescit, a littoribus simul recurrit.

Finis Vigesimi septimi Libri Pancosmiæ.



Re FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER VIGESIMVS OCTAVVS.



DE MARIS AFFLVXVS, ET REFLVXVS VARIETATE.

IN contemplationem nunc veniat, diurnus maris motus, quem in hunc librum, quia multas haberet ambages, & ſummorum philoſophorum, authurumq; plurimorum ingenia torſerit, reiecimus. Fluxum vocant, & refluxum. Nos affluxum, magis proprie dicemus. Fluxus.n. omnibus aquis currentibus nomen eſt commune. Affluxus vero hic vere eſt, quo mare ſenis horis ab alto ad littora affluat. ſenis aliis a littoribus ad mare refluat. Vtrumq; bis horarum 24. ſpacio. Homerus, Timæus hiſtoricus, Plato, Ariſtoteles, Heraclides eum, & cognouerunt, & nominarunt. Sed Ariſtoteles, ſi Plutarcho, Aetio, & Stoboeo credimus, cauſam quoque eius reddere eſt conatus. Eum ſcilicet a ſole fieri, qui plurimos moueat ventos, & circunferat. Ii dum in Atlanticum mare ingruunt, mare impellere, & affluxum eius efficere. ijs ceſsantibus mare deſcendere, qui deſcenſus ſit refluxus. Triplex hic eſt error. Quòd a ſole, quòd a uento, quod in Atlantico tantũ fiat. In lũginquo vidit, quòd in Aegæo, & Athenis fieret, non uidit. Ventus nullus tã ordinate ſpirat ut ſenis horis flet, Senis aliis deflet. Ventus ſepe multis diebus flat inceſsãter, non tamen iis, unus tantum fit affluxus, vnus refluxus. Sol uentos, & comouet ſæpe, & ſæpe nõ commouet, ſed & perpetui, & quotidiani effectus, cur cauſam tum uiolentam, tum non quotidianam attulit philoſophus is, qui uiolentum, nullũ perpetuum eſſe docuit? Si mare, motibus aliis natura ſui mouetur affluxui, & refluxui ſimilibus, qualis Euripeus ille, qui ei mortem uti dicitur, intulit; cur & hũc naturalem eſſe noluit? extrinſecam eius cauſam quæſiuit. Sed eſto, ſuo ſeculo, hiſtoria huius motus, nondum plenè fuit cognita. Et quando iam notior fuit, & nunc, quando eſt iam notiſſima, cur & philoſophi, & Aſtrologi, & nautæ, & ſcriptores eius omnes, in uiolẽtas cauſas, & non in maris naturam; hunc motũ retulerunt? Alios quos cõmemorauimus, quorũ pars noti eis fuere, naturæ tribuerunt? Sed res hæc tota eſt diligenter perquirenda. Perquiri autem non poteſt, niſi prius cognoſcatur. Cognoſci nequit, niſi eius hiſtoria quantum fieri poteſt uniuerſa, prius exponatur. Vt autem exactius exponi poſſit, maria ſunt in ſua quaſi genera partienda. Itaque maris primum genus illud eſt, quod undequaq; terra clauditur, neq; ullum habet exitum. Quale eſt mare Caſpium, Palus Mãtiana, Lacus Aſphaltites; & ſi quod aliud eſt tale. An hæc maria tria affluxũ ſentiant, nec ue authores, nec ueteres, nec recentes tradidere. Secundum marium genus eſt, quod uel introitum, uel egreſſum anguſtum habet unum, ut Mæotis palus, mare Eritheum, uel habet, utrumq; ut Põtus Euxinus, Propontis, quæ ingreſſum, & egreſſum habent anguſtiſſimos. Horum nullum, affluxum, & refluxum pati, authores tradunt præter Erythrei partes duas. Tertium genus, duo habet maria, Mediterraneum noſtrum, & Perſicum, ab Oceano per ampliores fauces intra terras incurrentia. Horum Perſicum affluit, & refluit, quod & noſtrum maiore parte facit: non facit in Tyrrheno, in Liguſtico, in Gallico, & parte Hiſpanici. Quartum mare, eſt ipſe ingens Oceanus, biſariam quaſi diuiſus in Eoum, & Auſtralem. Ille ab Indicis inſulis uſque ad Americæ, & noui orbis continentes. Hic a continente hoc latiſſimus occiduus, ad inſulas uſq; eaſdẽ, extenſus. Per Oceanũ utrũq;, uariis locis uarius fit affluxus, & refluxus. Eos per locorum varietatẽ, modo quo

clariore colligere poterimus, explicemus.

Itaq; extra Herculeum, & Gaditanum fretum, si ad dexteram, & ad Arctos te volueris per totam Hispaniæ Oram, perq; Gallicam, & Belgicam, & Britannicam, & Germanicam vsque ad Baltici maris fauces, magnus ad littora fit affluxus, plerisq; locis non minor pedũ 15. In Belgico littore pedum plerũq;. 18. Vbi vero arctas fauces ingreditur, multo etiã plus attollitur. Nam in Britannia ad Bristolum pedes extollitur 60. in Gallia vero ad S. Michaelem, & S. Malon, etiam 90. Quantum vero per Noruegiæ littora occidua, aut arctoa, & mare Scythicum attollatur, est nobis ignotum. Sicuti etiam, an omnino fiat pariter ignoramus. Neque enim regionum illarum descriptores littoris id mandarunt. Ab eisdem Herculis columnis ad occasum exiens, si per Africæ occidua littora iter torseris, Oceanum inuenies quorundam sententia, affluxum eadem altitudine vsque ad caput Viride habere quanta est in littore Lusitano. Sed Lusitanus quidam sine nomine Nauta (Pilotum vocant) qui vt videtur satis accurate, iter suum ad insulam vsque S. Thomæ descripsit, narrat, a freto Herculeo, secus Africæ oram, vsq; ad Cancri tropicum, fere insensibile esse maris incrementum. A quo Tropico vsque ad Nigiris, aut Senegæ fluuij ostia, quæ vltra caput Viride 11. gradibus citra æquinoctialem sunt, Oceani incrementa sentiri. In ostiis vero fluuij, maiora esse. Nam & in se recurrit fluuius, & affluxus similis est Lusitano. Aloisius vero Cademustus refert, ad eiusdem fluminis oram, fluxum vehementissimum esse ita, vt quatuor horis fluat, octonis vero refluat. Ad insulam vero S. Thomæ inquit ille, non maiorem quam Venetijs esse, pedibus nimirum quatuor minorem. Aliis nauigationum relationibus constat tota Australi Guineæ, & Africæ ora, Oceani incrementa esse parua. Incapite Bonæ Spei qualia sint, compertum nõ habemus. Petrus Martinez Sacerdos Iesuita, in syrtibus quæ in medio pelago, inter fere Medagascar, & Cafreriæ cõtinentem sunt, vocanturq; Bassi del Iudeo, vbi ipse naufragium est passus narrat, affluxũ, vsque ad hominis vmbilicum esse. In continẽte vero e regione posito, altiorem homine nõ esse. Vbi ait, dum affluxu accedit mare, inter saxa rumpi. dum vero recedit non rumpi. Ex Lusitanorum relationibus scimus, hic vsq; ad fretum sinus Arabici, esse fluxum, & refluxũ, sed qua altitudine nescimus. Neque enim, id perscripserunt. In faucibus vero eius sinus, maior est quàm toto eo mari reliquo, sed quantũ vtrobique attollatur, Io: Barros, qui diligentissime illud mare videri voluit describsisse, nullam eius rei mentionem fecit. Sicuti apud neminem legimus quantum in Arabiæ littoribus ad meridiẽ versis crescat. In sinu vero Persico, Nicolaus Comes Venetus, ait nõ esse maiorem quàm Venetijs. Sed in Indico mari circa Calecutium, iam talis est, qualis in Lusitania. Circa Cambaiam vero tantus, vt dum refluit, 12. & 15. miliaria fundũ maris denudet. Ad Taprobanem tam altus est, quã altus circa Britãniam. Eadẽ altitudine, & in sinu maximo Bengalico, & circa Malacam, est, & per Sinarũ littora vsque ad Giaponas. Hæc sunt, quæ de affluxu, & refluxu in orbe vetere, tum intra, tũ extra in Oceano, nobis in notitiam venerunt, quãtacumq; ea potuimus diligentia vestigare. Quæ tam varia sunt, vt nõ sine magna possint legi admiratione.

In orbe vero nouo, varietas est non minor. Eam a locis Arctico polo subiectis initio sumpto percenseamus. Supra Groenlandiam, Normoriam, Biarmiamq;, vbi polus non amplius, quam 10. gradibus eleuatur, vt in Mercatoris, & Postelli Geographicis tabulis est videre, noua quædã terra, ab Anglis anno 1550. est inuenta, quam incolæ Suetam Zemgliam, hoc est sanctam terram nominant, In tres insulas, & vnam Chersonensam, quasi circulo dispertita. In quarũ prima ad orientẽ est mõs nomine Stolpus, mundanorum, vti tradunt, montium altissimus, ideoq; ab indigenis mũdi columna appellatus. Insulæ hæ tres, & chersonesus, ab octuagesimo latitudinis gradu vsque ad 87. versus polum protendũtur, & quatuor maximis vel fretis, vel Euripis, uel maris fluminibus separantur, qui in perpetuo sunt, sex horarũ fluxu, & refluxu. Quod vero latitudinis reliquis tribus, vsq; 90. gradibus continetur, mare occupat veluti circuli quædã area, & quasi est Euriporũ quoddam receptaculum. In cuius cẽtro, montẽ esse aiunt altissimũ, rotundũ, & quasi in pyramidẽ cõformatũ, ad perpendiculũ suppositũ, totũq; e magnete cõstantẽ. Circa quem tota ea maris circulari area gurgitẽ esse dicunt incredibilẽ, qui per Euripos, influentes aquas totas ab sorbeat atq; in gurgiter, & post horas sex regurgitet atq; euomat, & per eosdẽ impetu rapidissimo reddat. Quorũ vnus in fretũ Auianicũ qui Asiam a nouo orbe disterminat rectà ferè vsq; ad Giaponas, q freto Herculeo videtur esse antipodes, effluat. Alter ad meridiẽ nostrũ uersus Groenlandiæ summũ caput ferit, vbi oppidum est S. Tho. & inter Islandiam, & Noruaica littora al Farem, ad Helandiam, & Orcadas recta fluxu suo tendit, & Scotiam, & Angliam totam mediam intercipit. Atque efficit, vt bifariam fluxus hic diuisus, orientalior, Daniæ, & Frisiæ littoribus rursus, in occidentem cursum suũ flectat, Altera uero occidentalior eius pars,

Hebridas, & Hyberniam intercipiens Gallicis,& Hispanicis ea plaga littoribus impeditus,in canalē qui inter Angliam, & Belgiom est, retorqueatur, atque ita socio ab ortu venienti,supra Hollandiam occurrat contrario, vbi in occursu aliquandiu loctati,vterque vnde venerat regreditur. Euripos vero tertius qui occidentem versus oceanum illabitur supra occiduum Groelandiæ caput, terram quā recentes nautæ, Cortereal is appellant, incurrit. A cuius littoribus repercussus in occidentem cursus eius vertitur, & tum supra,tum citer, tum etiam infra insulas Laboratoris,Bacalaos, Terræ nouæ,& Canadæ, labitur,& inde per Norumbergæ,& nouæ Franciæ, & Floridæ longissima littora,vsque in intimum. Mexicanum ingentem sinum discurrit.In quo toto tractu,ex Ioannis Verrazzani Florentini,& Iacobi Carterij relatu locus quidā est sine vllo vel fluxu, vel refluxu. Ad insulā vero Brionē valde magnos vterque. Ad caput itidem S. Aloisii, magnus, vbi sub latitudinis gradibus circiter.L. fluxus alius in Borream,fert, alius in occasum. Et inter eas multas insulas, magni,varii sunt,& inconstantes, quatuor pedū altitudine. Ad sanguenai vero fluuium tam altus,quantus est in Armonico littore ad Galliæ Burdegalliam. Et in flumine ipso ad sex pedes.Toto vero eo quem diximus vsque in Mexicanum sinum tractu, non maior est quā cubito. Circa Hispaniolam mare non crescit, neque in sinu quem vocant Catiai. Circa vero Cubam, & omnes illius sinus insulas idem fere contingit.& in medio eius pelago ad Syrtes Alacranas vbi Alonsus Zuazus naufragium fecit,vsque ad hominis vmbilicum ascēdit. In intimo vero sinu vsque ad Floridam cubito nō est maior. Ad Vrabam vero,ad S. Martam,ad Pariam, tota Brasilica ora vsq; ad Magillanicum fretum. æstus, quidē esse dicitur, sed exiguus,& qualis ad Barcinonem.In freto vero ipso,dixere quidam continuum esse fluxum ab ortu in occasum,nullum esse refluxū. Sed id falsum esse experientia docuit. Nauis enim Aloari Mesehitæ, postquam fretum fuerat ingressa,a refluxu bis in altum est retracta narrante Maximiliano, qui iter illud littoris commendauit. At inuenere, ibi maiora esse maris incrementa quam decrementa, quod impossibile videtur. Vltra quod fretum in altera Oceani parte, quam mare del Sur vocitant,quodque vsque ad Eoas extenditur insulas,non vnusmodi est.Nam si id fretum egressus ad dexteram flexeris,& Peruana littora legeris,vsq; ad mare aliud illud, quod Vermeium seu rubrum Hispani appellant,ingentem fieri narrant accessum maris,& recessum. At ab eo rubro, ad Borream nullum. Ad vrbem vero Temistitanum, quæ in medio est Mexicani regni continente, duo lacus sunt, alter dulcium aquarum, alter salsus, atque hic fluxum habet & refluxum, alter ille non habet. Hæc Marini æstus tam varij, notitia a centum circa circiter annis per nauigationes innotuit.Quæ eum & Homero, & Timæo, & Platoni,& Aristoteli, & Heraclidæ ignota fuerit, & post eos Pytheæ, & Posidonio, & Athenodoto,& Plinio, & Auenroi, & Albumassari, frustraneo satis labore causas affluxus,& refluxus conati sunt peruestigare. Sed præcedenti historiæ, obseruatorum recentiorum etiam aliam addamus. Biennio ante nos natos Federicus Chrysogonus, vt videtur primus librū de fluxu,& refluxu maris edidit,eiusque causas conatus est reddere. Sed nos historiam prius colligamus, deinde causas perpendemos. Ait is vir, Sole,& Luna cōiunctis, duos maximos maris tumores vna die fieri, alterū sub luminaribus,alterum in opposita ipsis parte, quæ Nadir luminarium est vocata. Locis vero per 90. gradus a luminaribus, & Nadiro,distantibus, duas maximas maris ea die fieri depressiones.Et præter hæc cerni, aliàs mare velocissime fluere,aliàs tardius pro locorū, ac temporum ratione. Nam a coniunctionis die vsq; ad septimam,minus, & attolli,& lentius quotidie fluere octaua vero,& nona die, motum maris esse insensibilem. Rursus augeri vsque ad oppositionem. Inde minui vsque ad Lunæ quartam secundam. Iterum inde augeri ad aliam vsq; oppositionem. Addit 15. a coniunctione diebus fluxum paulatim crescere,15. aliis iterum decrescere.Superaddit,quā do sol in signis a Cācro in Capricornum est, mare per sex menses ab Austro in Septentrionem fluit.Refluit autem a Septētrione in Austrum sex mensibus aliis, Sole a Capricorno ad Cancrum redeunte. Quam rem, & Annibal Raimundus asserit.

Post hunc, Federicus Delfinus Mathematicus de fluxu eodē scripsit,& refluxu. Et Chrysogoni historiæ subscripsit nihil de suo addidit in historia,addidit in causis, de quibus postea Iulius Cæsar Scaliger, Augustinus Cæsareus,Io: Maria Benedictus,Hieronimus Borrus, Annibal Raimundus, & pleriq; omnes qui de hoc æstu aliquid scripserunt, ab hac historia non recedūt. Neq; ab ea recedunt nautæ,sed specialiora quædam addunt.Qui quoniam noua nomina vētis dederunt,in re nautica,nominibus nauticis, nobis quoq; liceat vti. Qui igitur veteribus venti fuere, subsolanus,Circius,Aquilo,Caurus,ij nautis sūt,Leuantes,Græcus,Tramōtana,Maestrus. Qui uero olim Eurus fuit,nūc est Siroccus. q. Auster Ostro,q. Africus,ē Garbin*,q. deniq; Fauonius, modo

modo Ponentes appellatur, singulis his ventis diei naturalis, tres horas tribuunt nautæ. His notitiæ gratia positis, nautarum obseruationes perstringamus. Petrus igitur de Medina, docet. Tum mare incipere suum tumorem cum a Nouilunio, luna fuerit in Græco & in Grabino. Esse autem lunam in Græco ante eius ortum horis tribus, & tunc mare in summo esse incremento. Tribus aliis ab ortu horis mare pergit decrescere, donec luna in Sirocum venerit. Exinde per tres horas intumescit. & cum luna ad meridianum, seu Ostrum peruenerit, erit mare in dimidio incremento, donec in Garbinum veniat vsque ad summū, increscet. Decrescere deinde incipit, donec per tres horas vsque in Ponentem luna descender in dimidia mare erit diminutione. Et tribus horis aliis minui pergit. Et cum peruenit in Maestrum in imo est decremento. Inde discedens per tres horas in tramontanam venit. Et mare tunc ad dimidium increuit. Tribus horis aliis, illa ad Græcum accedit, & mare in summo est tumore. Addit idem author, fluxum quotidie, quatuor horæ quintis partibus accessum suum postponere. Ita vt si hodie venit hora prima, cras veniet eadem hora prima, & quatuor quintis horæ sequentis, quatuor quinta, die qualibet, usque ad dies XXX. addendo.

Nicolaus vero Sagrus, omnium vt videtur nautarum diligentissimus, addit. Die coniunctionis post mediam noctem horis tribus luna erit in Græco. & mare plenum. Die sequenti quatuor quinta postponet, vt in Græcum veniat. & mare sit plenum. Atque ita singulis diebus, si quatuor quintas horæ partes addamus, mare erit plenum. Sed hæc tota historia, tum a Medina, tum a Sagro in mari Oceano tantum, & ab Herculeo freto, circa Hispanias & Gallica littora & Belgica, vsque in Selandiam est obseruata. A Sagro quidem in hunc modum.

In die coniunctionis Lunæ cum Sole, post medinoctium hora vna cum dimidia in freto Herculeo fluxus erit. & a Tariffa quæ finis freti est ad dexteram in sinum voluendo vsque ad Ruttam, eadem hora ueniet. A Rutta ad caput S. Mariæ accedet hora secunda cum quarto. A capite hoc, ad caput S. Vincentij, & ad dexteram flectendo toto Lusitano littore ad caput finis terræ, & inde ad Orientem per totam Cantabricam oram, & etiam Gallicam, vsque ad tegis Insulam. tribus post medinoctium horis mare erit plenum. Ab hac vsque ad insulā Hechas in mari medio ad decimum fere milliarium, quod nautæ uocant derotam, mare erit plenum hora tertia, cum tribus quartis. Sed in littoribus, hora quarta cum dimidia. Ad Hebas usque ad ingressum Canalis Anglici, a qua plena, hora quinta, & quarto vno in derotta. In littoribus hora sexta cum tribus quartis. Toto vero littore Normandico, vsque ad Caletum, & Neuportum aqua plena hora nona. In derota horæ VIII tribus quartis. in Canali vero medio hora duodecima in eadem lunæ coniunctione. Horarum hæc varietas stuporem nobis incutit, qua ratione, in eodem mari, eodemque canali, eodemque coniunctionis tempore, aliter ad littora, aliter a littoribus miliari decimo, aliter medio in Canali accidat affluxus. Quo fit ut fluxus, quisex horarum est tantum, vbi nona hora accedit iu decem millium distantia, duabus horis cum quarto vno iam defluxerit. A Calete vero ad Grauelingen extra Canalem Anglicum, in derotta plenum fit post mediam noctem, vna hora cum dimidia, qua plenum erat vti vidimus ad Ruttam, hæc in gradu longitudinis est nouo, Grauelinge uero in gradu XXIIII. vt distent gradibus XV. Ab hac vero vsque ad Selandiam quæ in XXVI. longitudinis gradu, est, mare plenum ad littora hora tertia est. qua eadem vidimus mare plenum fuisse toto Lusitano littore, quod in gradu est VI.

Itaque in eadem Lunæ coniunctione, eadem hora tertia plenum est in duabus regionibus, quæ XX. gradibus in longitudine inter se absunt. Sed & illud adnotat Sagrus non minus mirum. Si a Selandia quis ad caput Angliæ Dobla, nauiget mare plenum erit a medinoctio tertia quidem hora, sed eodem itinere, fluxus aquæ obuius fier, per horas duas cum dimidia, donec flacescat, quod nautę dicunt aquam fieri stancam.

In qua re contrarietas est magna, crescit enim ibidem mare & decrescit tempore eodem. Quod simile videtur fluminibus. Quæ affluxu maris obuio, turgescunt simul ita ut retro fluant, & nihilominus in mare fluere pergunt. Simile & illud, quod Venetiis obseruatunt multi, dum ad vrbem, & toto stagno adhuc affluxus crescit, ad duo tamen castella, inter quæ mare in stagnum influit, plus semipede decreuit.

Adnotat idem Sagrus & alij, in mari & Oceano alto fluxum & refluxum fieri nautas non negare. Sed non cognosci aiunt. Cognosci vero ad littora, qualiacumque ea sint, seu portus, seu golfi & sinus, seu freta, seu canales. Duo illa ex itum non habent duo hæc fretum quod angustius est, & canalem qui est latior, & ingressum habent & egressum, & ab vtraque parte mare. In hæc duo, obseruauit Sagrus, a quacumque parte apertius mare sit, & mole maiore ab ea affluxum ingredi; ab oppo sita incipere refluxum. Si vero ab vtraque parte

te mare æquali sit mole, ab vtraque affluxum influere, & in medio valde crescere. deinde ab vtraque æque etiam refluere. Sed quod addit, admirationem magnã pariat, in freto Herculeo, fluxum a mediterraneo incipere, decrementum uero incipere ab Oceano. Quæ res contraria priori est. Nam si a maiore maris mole affluxus in freta incipit fluere, ab Oceano influere deberet, qui longe maior mediterraneo est. In quo vt in opposita parte & angustiore, & mole minore, initium refluxus capere deberet. Addit his Augustinus Cæsareus. In Oceano plenum mare esse quando luna est in Græco & in Garbino. & quando est in Siroco & Maestro esse uacuum. E contra in Mediterraneo, in his luna existente esse plenum, in illis esse vacuum.

Hæc vniuersa summatim est maris affluxus & refluxus, ex nautarum obseruationibus collecta historia. Huic modo annectamus historiam aliam breuiter, de affluxus & refluxus causis, ex sententia, & dogmatibus philosophorum & ex nautarum traditionibus. Pytheas igitur, vt videtur primus in lunam huius æstus causam retulit.

Quem & Posidonius & Plinius inter vetustiores, & Auen Rois, & Albumassar, inter medios: & Albertus Magnus, & Rubertus Lynconiensis inter recentes, sententiarum tamen inter se aliqua diuersitate, sunt secuti. Pytheas equidem, dum luna lumine impleretur, affluxum maris ad littora fieri putauit, luminis minutione, a littoribus refluxum. Retulit id Strabo, sicuti & hoc. Posidonium sensisse, quando luna signo Zodiaci vno, supra horizontem attolleretur, mare intumescere quousque ad cœli medium perueniret. Inde ea declinante, mare paulatim abscedere, donec vno ab occasu signo distaret, tunc motum eius sisti. Atque hunc esse diurnum marini æstus circuitum, Plinius noui hoc attulit, æstum triduo in mense sisti, septima, octaua, nonaque luna. Auen Rois, lunam, motu ac lumine suo, mare calefacere, & eo calore, exhalationes in eo generare. Quæ si, dum luna ad cœli culmen ascẽdit, generabatur, fluxum fieri, si dum a culmine descenderet, fieri refluxum. Hanc sententiam latini nominis duo illi sunt amplexati, sed Albumasar, eam irrisit, aliam intulit ipse. Quando Luna ab Orientis puncto ad meridiem scandit per sex, & paulo amplius horas, ipsa mare extollit. Inde dum descendit ad occasum vim maris attollendi ammittit. Idemq; fieri in hemisphærio inferiore. Alpetragius Arabs & ipse, motui primi mobilis maris æstum ascripsit. Alij soli tribuerunt, qui radiis suis mare bullire faceret, atque ita attolleret. Fuere inter ueteres qui dicerent, mũdum magnũ animal esse, dum respirat fluxum facere, dum inspirat refluxum, Alij, quia mare fluxibile sit, dum in vnam impetum cępit partem fluxum facere, cum repellitur refluxum.

Quidam, quia luna humori omni dominetur, dum est Oceano ad perpendiculum fluxu eum commouere scripserunt. Alij lunæ motui tribuerunt, quia ad eius motum cresceret mare, & decresceret, atque hos motus variaret ex aspectuum suorum cum sole diuersitate. Singularum harum sententiarum falsitatem, non est animus confutando persequi; Per se enim ex sequentibus patebit. Hæ de causis fluxuum & refluxuum fuere opiniones, antequam per nauigationes eorum varietas esset cognita. Post uero cognitam, in lunam eandem, quos recensuimus omnes, Chrysogonus, Delfinus, Cesareus, Benedictus, Medina, Guicciardinus, & Raimundus, & Bortus. Sed aliter atque aliter retulerunt. Et adhuc nautæ omnes referũt. Tres aliæ inter recentissimos fuere sententiæ quæ cum his non consentiunt. Prior Gonzali de Ouiedo est, nihil hic lunæ tribuit, causam varietatis fluxuum, fundi ac littorum situm ac figuram esse ait; nihil de situ hoc amplius aperuit. Secũda est Iulij Cæsaris Scaligeri. Qui ait, ducem Oceani lunam, dum ab ortu in occasum fertur, Oceanus secutus decurrit. Et quandiu nullus est obex, sequitur. At si obiectu littorum, retunditur, cogitur inde regredi. Sex horis inquit luna secum ducit aquas, totidem maris ponderi esse datas. Quo repulsum a terra, se ipsum premendo, recumbit in sedes priores.

Paucos ante menses editus est liber, titulo Causa æstus maris, magno sane apparatu, sed causæ redditu vt uidetur & exitu ridiculo. Ait, omnes aquas ad quaslibet fauces naturali cursu properare, Oceanum, a Laboratoris terra, ad Magellanicas fauces decurrere. Tum etiam ab Oriente easdem ad fauces accurrere. Per quas cum transire nequeat omnis, inde retro regurgitat, & æstum, in Africæ, atque Hispaniæ littoribus excitat: aqua, aquam proximam impellente; & ea palpitatione in opposita parte intumescente. Sed quot nam horis, aut diebus, aut hebdomadibus, aut etiam mensibus ea palpitatio retrocedat? Cur item in proxima, faucibus illis Brasiliæ ora, tam parum facit incrementum? tam magnum autem facit, in longinquissimis, Lusitano. & auuersis etiam Gallico, Britannico, ac Belgico? Sed cur etiam Sardoum, Cyrnicumque pelagus ad fauces Herculeas ingruens non regurgitat, & in Narbonensi & in Ligustico, fluxum non facit? Si duæ hæ insulæ arctis sunt faucibus vicinæ cur Tyrrhenum, cur Siculum mare ab eis, & palpitationem retro agens, æstum ad

earum littora uno coocitat? Nullæ toto mari anguſtiores ſunt fauces, quàm ad Bizantium Boſporum; Pontus io eas ingruit. oullum tamen fluxum aut refluxum ſeotit, nullum Propontis, quæ ad Abydum per anguſtiſſimum fretum, io Aegæum exoneratur. Hoc vero, cum Ionio tnto latiſsime fuſa ſentiunt. Sentit & Adriaticum, nullo coanguſtatum freto. Nugæ igitur hæ ſunt. Sed & cauſa illa altera, mare curſum ſtellarum ab æteroo imitari. atque ideo circa terratum orbem, perpetuo curſu ferri, vera eſto. Sed quæ ſubnectitur, eſt falſiſſima. Nimirum, quia ſol medium terræ globū illuſtret, mare ad partem ſui, a ſole exinanitā, depreſſioremque factam accurrere, & damnū reſarcire. Damnom autem cum per ordinem curſus ſolaris fiat, per eundem ordinem, damnum reſarciri fuiſſe oeceſſarium. Per iter vero ſi impediatur in fluxum & refluxum coocitatur. Ridicula & hæc ſunt. Sol enim io eodem terræ hemiſphærio dimidio, cur damoum nō facit, Pnoto, Pnpoontidi, Tyrrheno, Liguſtico, Narbooenſi; cur ooo Hircano & mortuo, idē damoum infert?

Sed de Scaligeri, viri vti creditur, magoi, magnique aliorum irriſoris, Ariſtotelis ſolius admiratoris ſententia, quid dicendum? Maris fluxus plures, eum coofuudere, & eos dum recenſet, etiam igoorare. Ait oamque Mares ab India in Occidentem fluere, atque ob id naues xx. diebus ab Iodia ad Madagaſcarem peruenire. Inde autem non regredi, niſi tribus menſibus. At hic fluxus, præter quàm quod falſum eſſe nauigationes variæ conſcriptæ con uiocuot, oon eſt is ſex horarum fluxus, de quo modo diſquirimus. Hic vnus error. Secuodus, in mediterraneo aſſerit, ſecundum Africæ littora Orientem uerſus pene perpetuum eſſe fluxum. Id tametſi vnus ſcripſerit, nautæ omnes negent, attamen hunc cum eo de quo agitur permiſcet, & cum eo qui a Ponto fluit perpetuo. Quem itidem cum fluxu atque refluxu commiſcet. Sed & in aliis verſatur erroribus. Quis enim ferat hunc irriſorem, affirmantem, meridianum Venetiarum eſſe Tripolim? Nam Venetiæ in gradu longitudinis xxxij, cum dimidio ſuot ſitæ. Tripolis, vero Africana in gradu xxxviij. Syriaca in gradu lxviij. Quis item ferat duos illos mediterranei quos receſſuir fluxus, ab alterū ab ortu, occaſu alterū, in concurſu, facete aquarum cumulum ad lunæ perpendiculum. Id ſi verum eſſet, in medio vtriuſque itinere, circa Melitam & Siciliam is fieret cumulus, at eum nautarum nemo vmquam vidit, authorum nemo ſcripſit. At quo modo a Syria ſex tantū hotis. M.cccc. milliaria ad Melitam vſque decurrat mare? totidemque retro recurrat. Idemque faciat is, qui ab Herculeo freto, a luoa, vt loquitur, auehitur fluxus. Hæc euim diſtantia, M.cccc. Paſſ.M. io ſex horas diſtributa, cuilibet horæ, ccxxxiij. aſſignata forent decurtenda. At & qoa acutie dictum eſt? hunc aquarum cumulum, ad lunę fieri perpeodiculum? Mediterraneum namq; totum, citra Cancri tropicum pluſquā gradibus xj. iacet. Looa autem, eius tropici limitem, excedit numquam. Sed non minus acuta philoſophatur, cum ſcribit, Suam ducem lunam, ſuoſque amores, ſecutus Oceanus decurrit. Et quaodiu obex oullus eſt, ſequitur. Vbi retunditur obiectu littorum, cogitur inde regredi. Flectitur autem maxime, ab eo littore quod penè orbem ſecat, a terra deductum Laboratoris, ad fretum vſque Magellanicum. Hanc ſententiam nos ita perpendimus. Aqua a Luſitana ora, a ſua duce luna fluxum ad littora noui orbis horis ſex decurrit. Poſt quasab eis reflexa, aliis ſex horis cogitur in Luſitaoiā regredi. At ſpacium hoc, millium eſt quater millium ducentorum. Qualibet ergo hora aqua illa cntrens atque recurrens. M.Paſſ. conficiet DCC. Quæ ridenda, & deridenda verus hic irriſor, in ſuis labyrinthis conſarcinauit, quis ei amplius fidem præſtet, in cauſis affloxus & refluxus aſſignandis? Sed & illud non minus irrideudum, dum aſſerit, Africaoa littora ooſtris eſſe depreſſiora. Cur enim ab Italiæ tota ad meridiem ora, a Galliæ, & a parte Hiſpaniæ, mare Tyrrheoum, Gallicumque illuc non confluit, noſtraque littora non denudat? quāuis etiam ab eo credantur profundiſsima. Sed has inſanias (ita ipſe hic irriſor loquitur) miſſas faciamus.

Rorrus porrò, Maris fluxum, lunæ ortum ſequi ait, vſque ad ſemicœlium. Iode vero ea ad occaſum tendente, mari refluere. Sed cur ſub horizonte eodem ordioe fluxus fiat, cauſam refert in cœli partem, lunæ oppoſitam. Quæ cum nullo lunæ tangatur lumine, eādem tamen cum luna marium mouendorum vim habere aſſerit. Id vero minime omnium eſt probabile. Nam ſi lunæ id muous proptium eſſe docuit, qua ratione, rem a luna longe diuerſam, & pene contrariam, & cum ea habentem commune oihil, & ab ea loco diſtantem longiſſime, eaſdem cum ea vires habere poteſt aſſerere? Sed & nullus eſt io cœlo locus, qui ſecundum lunæ curſum, noo fit aliquando lunæ oppoſitus. Totum ergo cœlum eaſdē cum luna habebit vires? Teleſius vir ingens, qui proprii viribus ingenii nouam cudere eſt auſus philoſophiam, quem ea de re, oos maxime admiramur, quæſtionem etiam hanc, omnium optime videtur perſecutus. Mare inquit ſui natura calidum, pronum eſt in motū, quo & ſeruetur, & oblectetur. Et quo ſolis actionē fugiat,

fugiat, ne ab eo insto plus soluatur in vapores. Pars prior verissima est. Secunda hæc non placet. Cur enim omnia maria, ea fuga non cientur? Cur aquæ dulces nullæ? cum & tenuiores sint, & solutu faciliores. Sed & causa hæc communis motibus maris omnibus est. Fluxus vero & refluxus propriam dicit esse, quia sol in mari ingeneret vapores, qui egressum moliētes, a mari superposito prohibiti, ipsum attollunt, & agitant. Idque vere & Autumno maxime. quia medius sol, plurimos crassioresque educit vapores. Sed causam reddat, cur in Aremoricis, & Belgicis, quæ a medio sole longe distant, par æstus fit, ac in Taprobana, quæ æquinoctiali & medio soli est subiecta? Et cur ibi tam magnus, ad S. vero Thomę insulam, quæ eidem æquinoctiali subiacet, nō maior fit quam Venetiis? Aestate inquit, minor fit, quia sol tenuissimos vapores gignit qui facile elabuntur, & ipsum non attollunt. At & æstate, æstus hic æque attollitur, atque aliàs. Hieme item, inquit minus, quia sol languidissimus perpaucos ingeneret, qui sint mare attollere impotentes. At & hoc falsum est, hieme æqualem aliis temporibus, æstum non fieri.

In Pleniluniis, inquit, maior, quia multa a luna resiliens lux, multos educit vapores. At quæ nam lunæ lux resilit, in nostra maria, cum luna est apud antipodas? In nouiluniis, ait, quia refrigerato aere, internus maris calor, se se colligens, valentior factus, plures facit vapores, & emittit. Sed si a superposito mari prohibiti egressu ipsum attollant, quo modo eos emittit? Et si emittit, quo modo egressu prohibentur, & attollant? In lunæ quadratis, addit, non multa a luna resiliente luce, nec proprio maris calore in se collecto, minime attolitur. At cur non saltem dimidio attollitur, vt & lux ei est dimidiata a plenilunio? & calore dimidiate in se collecto? Hæ fluxus ei viro causæ sunt. Refluxus vero hæ aliæ. Nimirum, quia vaporum copia elapsa, mare resideat, non aliter, ac lebeti subtracto igne aqua bulliens in se residet. Idque in mari æquali tempore euenire, quia in parte alia, vapores illi dum generantur in parte alia euapotant. At idem mare quod ad littora ascendit dum altum perstat, a vaporibus sustinetur. Et dum sustinetur, illi non euaporant; & si euaporant, non alia in parte, sed eadem euaporant, & eadem, & ibidem, mare residet. Subdit. In fretis celer est motus, quia ab eo, quod ingredi nequit, impellitur id quod præcedit. Hanc verissimam, ni & nos fallimur, protulit causam. Infert. Non æque autem vniuersum attollitur mare, quia a non æque reflexa luce, non æque vniuersum incalescit. Atque ideo alibi plures, alibi pauciores, & tenuiores, & crassiores generat vapores. Atque ita magis hoc loco, minus alio attollitur. Sed esto luna in æquinoctiali, & quidem plena, medio inter Taprobanem, & S. Thomam itinere, æqua ab vtraque reflectetur lux, cur igitur non æquus vtrobique æstus attollitur? Cur in Belgico ubi lux eadem sed non æque vt ibi reflexa, fluxui S. Thomæ maior, æquus Taprobanæ fit fluxui? lumen ergo lunæ, aut eius reflexio, nullo modo fluxum causare posse appater. Addit insuper, vbi mare breuius est, a cuius fundo robustior resiliat lux plures vapores gignit, vbi profundius pauciores. vbi quoque crassius plures, pauciores vbi tenuius. Sed cur in Britannico canali, vbi mare plerumque pedes altum est CLXX. & attollitur pedes XVIII. in Adriatico vero vbi multo breuius est, attollitur non plus IV. In Mexicano vero, vbi mare crassius est, quàm in Lusitania, cur non, aut vix attollitur, in Lusitania vero vbi tenuius, pedes XV. intumescit? Harum ergo differentiarum, aliæ quærendæ sunt causæ, sicuti forte, & æstus huius vniuersi prius.

Finis Vigesimi octaui Libri Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS
LIBER VIGESIMVS NONVS.



DE CAVSIS AFFLVXVS, ET REFLVXVS MARIS.



Causas quidem cur mare afluat, & refluat, anteriore libro, ex aliorum sententiis recensuimus. Nunc eas breuiter in summam colligamus. Fuere autem Sol, Venti, fundi, ac littorum situs, & figurationes. Oceani decursus, obices, refractio, in cumulum concursus, reflexio aquæ, palpitatio, regurgitatio, calefactio, frigefactio, cœli in circuitum imitatio, cœli partes lunæ oppositæ, lunæ cursus, lunæ radii, luminis resilitio, vapores, lunę aquarū ductio, lunæ tractio, lunæ auectio. Lunæ ortus, lunæ per ventos decursus, lunæ ad meridiem ascensus, lunæ descensus ad occasum. In tanta, & rei ipsius, & in tanta sententiarum diuersitate, quid nos audebimus, vel afferre, vel proferre? Ita primo pronunciamus. Neque omnes quas retulimus fluxus causas, esse omnino veras, neque omnes, prorsus esse falsas. Secundo, in quæstionem hanc ita descendamus. A non causa, a non causis, affluxum marium, ram variarum, & a se discordem, nequaquam fieri dicimus. Omne enim quod fit, ex confessis iam, & concessis, fit a causa aliqua efficiente. Efficiens causa omnis essentia est aliqua. & proprias habet in essentia, & ab essentia vires, quas tum in se, tum extra se in actiones profert. Itaque, & affluxus marini, & refluxus ab essentia aliqua, per vires eius, perque eius actiones veniet. Causa hæc, & essentia necessario, vel in æthere est, vel in aere, vel in mari, vel in terra. Si in æthere est, vel æther ipse est, vel astra, vel Sol, vel Luna, vel horum plura vno, vel pars maior, vel omnia. Non negamus quod prius docuimus, mundi partes omnes inter se συγγένειαν cognationemque habere, & conspirationem, & sympathiam, tum quia ab vno fonte sunt, ab vnitate vna, ab vna essentia, ab vna vita, ab vna mente, ab animo vno, ab vnoque spiritu, ab vna natura. Ignem, & calorem, & fluorem primæuos a summo, ad centrum vsque penetrare. Atque ita cuncta entia, cuncta corpora, uno vinculo esse colligata. Sed hæ omnes, vniuersales sunt causæ, nos vero, præsenti indagatione affluxus, & refluxus marini propriam, seu proprias si plures sint, quærimus causas. Sicuti ergo vniuersales illas libenter profitemur, solemque generalem quandam esse causam confitemur, sed solam lunam proprie huius rei causam esse non fatemur quin etiam diffitemur. Hanc negationem rationibus fulciamus. Si luna, vti aiunt, dux aquarum esset omnes aquas æque duceret, non aliter ac ignis, omnia combureret vstilia. Sol omnes discutit tenebras, luna ipsa omnia maria, omnes lacus, stagna omnia, amnes omnes, quando lucet, suo collustrat lumine, at non omnes ducit aquas. Nullas enim dulces ducit, nullos fontes, nullos lacus, palustres nullas. Non est ergo aquarum omnium dux, nō tractrix omnium, non auectrix. Hæc prima nostræ negationis confirmatio. Hæc secunda. Aient, marinarum ducem esse aquarum. Si ita esset, omnes marinas æque duceret aquas. At non omnes ducit, non omnia trahit maria, non omnia auehit. Cur nō Hyrcanum ducit? Non Mantianum, non Mortuum. Non Moeotim, non Pontum, non Propontidem, non Tyrrhenum, non Ligusticum, non Narbonense? Non quod reperit Verrazzanus? Non Rubrum in sui plusquam dimidio. Maria hæc vndecim, magna, ingentiaque suo lumini exposita. Postremum suo etiam cur-

sui, intra Cancrum, suoque corpori suppositum ad perpendiculum cur non ducit? Hæc tertia confirmatio. Si luna marinarum dux esset aquarum, ea maria quæ mouet affluxu, atque refluxu, cur non tota mouet? mouet partes? Rubrum quod diximus, initio, & fine af fluit, & refluit, plusquam dimidio, in medio hoc æstu abstinet. Mediterraneum, continuatum, atq; vnum mare, in Africis littoribus æstuat omnibus, Africani fratres vterini, eique coniuncti, nulla re ab eo seiuncti Tyrrhenū, Ligusticum, Gallicum, pars Hispanici, illius æstus, nihil sentiunt. Quarta hæc comprobatio. Si luna marinarum dux esset aquarum, ea maria quæ tota mouere dicitur, cur non ęquè omnia affluxu attollit? Sed hoc altius, depressius illud? Adriaticum intimo in sinu ad Venetias, ad quatuor vsq; pedes intumescit, reliquū maiore parte, ad spithamas nō amplius duas. Qua mensura, & Ægæum sua incrementa capit, & Ionium, & Creticum, & Cyprium, & Syriacum, & Ægyptium, & Africum, ad Gerbas, vsque & Portum Farinæ. Sed a mōte pulcro, (Nauticis vtimur nominib. & quia notiora, & quia vetera obsoleuerunt) vsq; ad Herculeum fretrum, ad duos, & amplius pedes crescit. Extra fretrum vero hoc, vnus idemque Oceanus, per Lusitana littora, per Cantabrica, perq; Gallica ad 15. vsque pedes inflatur. Per Belgica, & Britānica ad pedes vsq; 18. In finib. Bristoli illinc ad 60. hic S. Michaelis ad 90. Per littora vero Atlātica, & Æthiopica vsque ad Manicongū, non altius fit quam in Adriatico. Ad insulas vero Maderæ, Canarias, S. Tho. ad Venetam ascendit altitudinem. In orbis vero noui, citeriore ripa, a florida, & sinu Mexicano, & Pariana, & Brasiliana ora, per leucas plusquā tres mille, ad Magellanicū vsq; fretrū quod & diximus iam, ad duos circiter palmos crescit. In vlteriore vero ad Panamam, & totis Maris Australis littoribus ingētes attollit fluxus, quod & in Cābaico, & Indico, & Taprobanico fieri diximus maribus. Hæc probatio quinta. Si luna marinarum dux esset aquarū, & Mediterraneū, & Oceanū, suo per ventos cursu, eodē, moueret vtrūq; affluxu atq; refluxu, in ventis iisdē. At id nō facit. Mediterraneum nāq; vbi æstuat, in Adriatico, Ionico, Siculo, & cęteris, æstus ad terram affluit quādo luna est in Sirocco, & in Maestro. refluit vero quando ea est in Græco atq; Garbino. Et contra Oceanus turget quādo luna in Græco est, atq; Garbino. deturget vero, quando eadē per Siroccū decurrit, atq; Maestrū. Confirmatio sexta. Si luna marinarum dux esset aquarum, omnibus in locis, iisdem horis fluxus cieretur, aliis iisdem cieretur refluxus. At vidimus ex Sagri relatione, eadem a medinoctio hora cum dimidia, & tertia hora, loca littorū intèr se 15. & 20. gradibus distantia affluxu inundari. Intermediis vero horū graduū locis, semper horas cognouimus variare. Septima methodus. Si luna marinarū dux esset aquarum, eadem aquæ superficies, eadē a luna duceretur hora. At obseruationibus nautarū constat ad littora Normādicia, & Picardicia, Caletū vsq; afflu xū accedere hora a medinoctio nona. Decima vero a littore millario, non plena hora. Vigesimo vero, & sexto inde milliario, in medio scilicet canali, & sub eodē meridiano, hora 12. Methodus probationū octaua. Si luna, marinarū dux esset aquarū, affluxus eodē tēpore, ęqualibuiq; horis cresceret, æqualib. decresceret. At Venetiis, aliquādo septenis, atq; octonis accedit; plerumq; senis, totidēq; recedit. Circa Senegæ fluminis orā in Atlantico quaternis in littora influit, octonis desluit. Idē circa Garūnæ ostia septenis accedit, nonis recedit authore Scaligero. Nona confirmationis methodus. Si luna marinarū dux esset aquarū, lumine suo, eas duceret, traheret, aueheret. Lumine. n. eas cōtingit, & actio oīs fit per contactū. Lumine suo tātum ea maria in ęstum, de quo loquimur, concitaret rū, cū ea lumine tan geret. At in medinoctio, cum maxime a mari bus nostris lumē eius est auuersum, maria no non minus æstuant, quàm si id eis sit præsens. Et a medinoctio, ante ortum, quando nōdum ea suo ferit lumine æstuant aquæ, ac postquā ea ferire cœpit. Idem lumen, dum hæc nostra collustrat, Antipodum maria, quæ nondū collustrat, in æstum excitantur, non minus quàm si eis præsens esset. Methodus decima. Si luna marinarum dux esset aquarum, eodē lumine pręsente, eodem actore agente, vnum eundēq; produceret effectū. At cōtrarios duos producit. In ascensu ad meridianū, affluxū attolit. paululū a meridiano digressa, defluxum ciet, & depressionem efficit. Methodus confir mādi vndecima. Si luna, marinarū dux esset aquarum, & lumine eas duceret, quando ea nō lucet, nec lumen emittit, non eas duceret. Contrariæ enim causæ, contrarios producūt effectus. At iidem effectus affluxus, & refluxus, in lunæ coniunctione, quando maria nul lum eius aspiciunt lumen, efficiuntur, ac in plenilunio, quando plenissimo eam spectant lumine. Vtroq; enim tempore maria in tumorem maximum citatissime feruntur. Duodecima probandi methodus. Si luna, marinarum amor esset aquarum, lumine, veluti semine suo, maria vterum gestarent, quando eam vel cornuta, vel dimidia, vel ferè tota luceret facie. At tunc minus maribus, & Oceano, turget venter, quàm cum ab eis tota auuersa, cum sole solo, suos exercet amores.

Addamus

Addamus hisce, si luna 39. pars est terræ, facies eius 19. pars esset vultus aquæ, quæ dimidiam terræ obuelat faciem. Qua ergo ratione in minore quanto, maior est virtus, quàm in maiore? Alia & hæc. Quando luna, australia percurrit Zodiaci signa, & iis qui sub arcto habitant, paululum supra horizontem accensus, & horrendus apparet carbo; & nullis radiis septentrionalem percutit Oceanum; sed eum ii quasi præterlambunt, & transuolant, cur maria ea æstuant? Adiungamus. Si luna amor esset Oceani, & lumine suo cum eo coit, & pregnantem facit, & tota sua mensis lunatione cum eo amores suos agitat; cur quatuor mensis diebus, Oceanus ociosus residet, & lunæ agitationi continuæ, suo agitatu non respondet? Tanta varietas ab vna profectò causa non venit. Vna eademque vniformisque causa, vnum, & eundem, vniformemque, in vno, eodemque & vniformi subiecto, effectum parere debuit luna; si Oceani esset dux, & amor, At non parit eundem; Luna ergo sola, tam variorum effectum non est causa. Eadem absurda consequentur eos, qui in vnum solem tot æstuum causam retulerunt; aut in motum primi mobilis, aut in cœli quartas, aut in cœli partem lunæ oppositam. Quã ergo aliam lunæ causam vti sociã addemus? An forte solem? Ita sanè solem. Sol enim calore suo, radiorum suorum, luminisq; calore, calores omnes rebus nostratib. inditos primæuos, tum cõseruat, tum uiuificat, tum excitat, tũ in opus deducit. Calore viuificato, & viuificãte, omnia ad motũ, idonea reddũtur, & reddita cientur motu, quasi vita altera ab interna; in exteriorẽ prodeunt vitam. Sicuti enim primaria vita, in essentia motio, & actio fuit ostensa, & secundaria vita, motio, & actio ab essentia ad extera, ita maris calor primæuus, a solis calore fotus, & excitatus in motum fert Oceanum, & in exteriorem quandam vitam. Luna vero, quam terram, & aquam alterã æthercam, esse demonstrauimus, humores omnes hos terrenos, tum fouet, tum seruat, tũ viuificat, tum nutrit, tum in motionem excitat, & concitat. Et sicut ipsa solem variis aspectib. quasi amores suos indies, in horas intuetur, & ab eo seminibus æthereis, superisque incorporis, & idealibus, grauida redditur, sic ipsa Oceanum, amores suos aspectibus variis inq; horas, inq; dies contuetur, ipsamq; reliquosque humores hosce terrenos, iisdem, quibus a sole grauida est facta seminibus, grauidos se cunsquedo facit. Id autem sine sui motione, sine luminis diffusione, sine influxuum seminumque effusione nequaquam fiat. Igitur ad lunæ motum, ad lunæ cum sole, cum terra, cum Oceano aspectus, ad eius lumen, ad eius etiam tenebras, quas minimum esse lumen, iam ante ostendimus, ad seminum influxus, humores nostrates omnes fœcundantur, vitam concipiunt, uentrem gerunt, parturiunt, fructus pariunt, eosque alunt, & ad uitam, & motionem concitantur. Et commouentur, & alterantur. Hæc autem omnia similitudine ætherreæ terræ, & aquæ, quæ luna est, ad terrenam lunam, & aquam, quæ terrestris hic, & aqueus seu globus sit, seu corpus qualecumque, necesse est fieri. Similitudinem [illegible] sequitur, & cognatio, & quædam veluti consanguinitas. Ab his oritur sympathia, a sympathia fauor, fouotque mutuus, & fotio. Ab his actio, & commotio, humorum omnium. Si ita est, ubicumque in terra sint humores, & quidem qualescumque, lunæ subditi sunt; luna summum in eos habet imperiũ. Dulces, amaros, acres, acidos; austeros, salsos, aliosq; oẽs imperio premit. Non tamen omnes eius imperio æque parent, æque cõmouentur. Neq; enim omnes eadem sunt substãtiæ consistentia, aut æquali vel raritate, vel dẽsitate. Neq; eodem omnes sunt calore, aut æquali. Experimenta id docent innumera, & philosophis in confesso est omnibus, aquas dulces, fontium, fluuiorum, lacuũ, tenniores, rarioresq; esse, minusq; corpulentas, quã sint salsæ aquæ, quam sint marinæ, quam sit totum ipsum mare. totusque Oceanus. Itaq; has facilius nauium pondera sufferre, illas his sepissime supernatare. Si ita est, & luna in omnes aquas imperium habet, cur non omnes æque cõmouet? Quia omnes æq; ei parere non sunt paratæ. Cur nullæ dulces, tot motibus, tamq; variis cientur, quot cientur maria. Differentia hæc non a lunæ solius est imperio, non a solis concitatione, quæ vniuersales quædam sunt causæ. Sed particulariores sunt, & inquirendæ, & adinueniendæ causæ, cur salsæ cieantur, dulces cieantur minime. Sed quid vetat maris propriæ naturæ hoc tribuere? Nam sicuti stellas propria natura, ab intellectu, ab animo, a spiritu, in æthere ferri docuimus, planetas quoque eisdem causis ferri, solemque lunamque, & sub eis aerem, quid miraculi est, mare, quoque pluribus natura sua, non aliter, ac planetæ motibus cieri? inter quos & affluxus sit, & refluxus? Ab intellectu nimirum, ab animo, a spiritu suo: Sed cur, & dulces aquæ eisdem non mouentur? Et hæ suos motus habent, & his carere possunt. Neque opus fuit iisdem eas moueri, quando essentia quæq; proprias habet vires, & a propriis viribus proprias actiones, a reliquis omnibus diuersas. Neque enim in æthere, sol, & luna eosdem habent motus, & planetæ singuli, suos habent proprios, qui-

bus,& ipsi conseruarentur, & mundi harmoniam concinarent,eāq; seruarent. Motus tot talesque mari,easdem ob causas fuere necessarij, tum quia rerum pater, iuxta Orphei sententiā,futurus erat Oceanus. Nihil enim sine sale fit. Sal sine mari nō fit, & dulces aquę,dū in eo sunt,cum eo simul agitantur. Quæ vero per terras,ab eo secretæ vagantur,ab eo ortæ sunt, & eius sunt proles. sed degeneres, sicuti, & quæ alios induerūt sapores. Oceanus ergo ad rerum generationem,est a summo Conditore destinatus, vt patebit postea. Dulces aquæ,ad earum nutritiones, & augumenta. Vtrasque ergo has aquas,proprios motus habere fuit necesse. Dulces,suos, mare quoque suos. tot, quot recensuimus, perpetuum, diurnum, & horarium de quo agimus, hebdomadarium, semestrem, menstrum,semiannuum, atq; annuum,nec non alios quos explicabimus. Sed proprietas hæc, tot motibus moueri, vnde nā est præter dictas? A causis duabus. Altera communi omnibus, fluiditate, a fluore primæuo orta. Altera propriissima mari,salsedine,a primæuo calore originem ducente, sibique insito. Salsedo igitur proprijssima est causa, nulli alij communis naturæ, cur mare tot motibus agitetur. nulla enim dulcis, nulla alterius saporis aqua,tot agitatur;nulla affluxum, & refluxum, de quo agitumus patitur, præter vnā salsam. Salsitudo ergo motuum marinorum proxima,& interna,& propriissima est causa. At hæc quo nam suo merito, qua ve ratione? Vti ne est salsedo? aut qualitate alia, qua sit prædita? Vtroque. Nam vti salsedo, calorem in se habet maiorem, quàm dulces habeant. Et quamuis in omni humore insit spiritus, vt ostendetur postea, & copiosior, & potentior, in salso est humore. A spiritu ergo hoc, mari salso inexistente, vti a proximo instrumento, & intimo,mare tot motib. agitur. Inter quos, vnus est affluxus eius,& refluxus. Per hos motus,mare,quasi terrenus quidam æther, æthereos stellarum imitatur motus. Idque merito. Siderum enim variis motionibus, in solem, vires, seminaque rerum vti ante docuimus, veluti confluunt. A sole in lunam defluunt; a luna in aerem, inque Oceanum influunt. Nā & aer,a sole,a luna,suos habet motus. Oriente namque sole,in aurora, lenis quædam aura spirare solet,veluti solis nuncia,& præcursor. Orto eo,eadem ad cœli plagas videtur eum vel præcurrere, vel sequi ad meridiem vsque, in eo, quasi requiescens aliquandiu sistitur; deinde resurgit. Et solem vsque ad occasum comitatur. Quam rem nautæ familiarissimo norunt obseruatu. Quod & nos sæpissime notauimus,cœlo sereno, & ventis maioribus trāquillis. quorum plagas, situsque mundanos, in gyrum aura illa circuit. In Narbonensi,noctu,auram eandem lunam sequi obseruatimus. Imperium enim noctu luna, sol habet interdiu. A luna ergo, & a sole in mare astrorum motus veluti imprimuntur, tum eorum quę perpetuo,vniformique circumeunt mundum motu,tum eorum,quæ variis multiplicibusque feruntur.qualibus,& maria feruntur; & Oceanus. Sed suo modo. Nam illos quidē non assequitur,sed emulatur. Planetarum quā vocantur,directiones,velocitates,retrogradationes tarditates. Stationes, stationibus quatuor dierum,suis apogeos, eleuatione, perigeos depressione. Horario solis horas;Diurno eiusdem circuitum. Hebdomadario, planetas emulatur, semestri, plenilunia, menstruo nouilunia, semiannuo,solis per signa sex decursionem, perpetuo inerrantium stellarum imitatur motiones. Inesse autem plures salsedini spiritus, multa docent experimenta. Dina do nec turbida fuerint,semper bulliunt. Fece residente requiescunt. Fex autem salsa est. Sal vbi coquitur,plus alia aqua feruet. Salina ad Cythium in Cypro, pluuiali aqua repleta non monetur. Sole per æstatem,fundum incalescēte,bullas attollit,& in salem vertitur. Sed maxime omnium id confirmant lacus duo qui ad Temistitanum sunt, alter dulcis, alter salsus,a dulci deriuatus. Qui a fūdo salsus factus, fluxum patitur, & refluxum, alter quiescit. Sed si salsedo, propria est marinorum motuū affluxus,& refluxus causa. Cur non omnia maria,hosce motus duos sentiunt? Hanc quęstionem persequamur. Mare Caspium, si verum sit nō intumescere affluxu,& refluxu detumescere, quod tamen in incerto est, ob duas id fuerit causas. Ob minorem scilicet aquæ salsedinem, & ob ingentem eius profunditatē. Hāc secundam Ambrosius Cōtarenus refert. Illam priorem, 80. flumina,quæ in illud,cum quinque lacubus non paruis exonerantur, faciunt. Inter quæ ingentia, Ochus, Oxus ab oriente, ab occidente Cyrus, Araxes, qui 40. ostiis in id influit, ab Aquilonibus Volga qui 72. ostiis,testante eodem Contareno,id mare ingreditur. A quibus tot, & tam magnis necesse est ipsum dulcius reddi. Cui rei fidem facit quòd ī eo Sturio, & Murena quæ dulces amant aquas,magna copia capitur. & quòd ad littus quoddam in salem sponte concrescit; Qui sal, dulcibus admistis aquis facilius cogitur. Probat id salina ad Cythium quam diximus,ex aquis pluuiis,& fundo salso. & vbi salsa aqua admista dulci, coquitur. Profunditas autem in causa est, vt noui spiritus, & vapores,cum solis radii, & lunæ ad fundum nō pertingant, vel nihil, vel minore copia,& viribus generantur, ij magna mole pressi, neq;

se,neq;

se, neq; mare superpositum queunt attollere. Mantiana vero palus si non affluat, & refluat (nihil enim hac de re, a quoquam traditur) duæ hæ forte causæ fuerint in causa. Vel tertia etiam hæc, quæ in Asphaltitæ certo comperitur, aquæ crassitudo nimia. Quæ nihil in se mergi patitur. & ob eius crassitiei grauitatem attolli nequit. Adde quod & bituminosa est. Et ob id non amplius salsa, sed amara. Nos autem salsedinem causabamur, & in Rubri maris sinu intimo, fit affluxus ob fundi salsitatē. In faucibus uero ab Oceani est influxu. In medio uero, si non fiat, (nam & hoc quoque in dubio est) ab aquæ eius tenuitate, accidet, contraria, proxime dictæ, causa. Scribit enim Io. Barros, ex Io. de Castro experimentis, eius aquam longe esse repertam tenuiorem, & Crystallo similiorem quam ea sit, quæ extra eius fauces, in Oceano hauriebatur. Quam tenuitatem etiam eius perspicuitas ostendit, Totō enim fere eo mari fundus clarissime conspicitur. Tenuitas autem hæc, & paucos, & debiles tum vapores, tum spiritus gignit. qui uel inde expirát, vel impotentes sunt eam aquā sustollere. Mœotis autem, & Pontus, & Propontis, cur affluxum & refluxum non patiuntur? Vel fluxum quidem patiuntur perpetuum, refluxum non patiuntur. Fluit enim Mœotis in Pontum perenniter, ex altiore loco in depressiorem; Pontus itidem in Propontidem. & hęc in Ægeum eadem de causa. Quod & Aristoteles est contestatus. Refluunt vero numquam, aut hæc in Pontum, aut Pontus in Mœotim. Ab inferiore scilicet loco in superiorem, aquę non fluere habent necesse. Ad hanc causam, addimus Mœotim a Tanai, atque aliis fluuiis effectam, necessario esse salsam minus. Signo id probamus. Quod Sturionum, & Murenarū est feracissima. Hæc autem dulciores vti dictum amant aquas. Pontus uero & ipse tales habet. Nam ex Arriani descriptione magna flumina recipit L II. inter quę, Istrum, Hypanim, Beristhenem, Thanain, Phasim ingentes amnes, quibus eum dulcesсere est necesse. vel salsedinem eius ita temperari, vt ea spiritus de se dare nequeat, quibus mare intumescat, & qui forte gignantur, altitudine aquæ ita premantur, vt etiam opprimantur. Straro quoque dulcissimam esse aquam est attestatus. Esse autem Pontum profundissimum, testimonio sunt Bathea, veteribus Plinioque cognita, vadis numquam repertis. & quod nunc habet agnomen Nigri maris. Nigredo autem maris a profunditate nautis est, sicuti viriditas a breuitate. Propontis cum suas a Ponto habeat aquas, eodem dulcore necesse est, esse præditas, & a propriis aucto amnibus. Si verum sit quod dicunt, Balticum cum sociis Linonico, Finonico, Botnico, non affluere & refluere, profunditatem in causam afferremus vnam, quam testatur Olaus esse immensam. Et præterea, quia in ea maria, lacus exonerantur dulcium aquarum LXXX. flumina vero plusquam L X. Quibus dulciora necesse est fieri, & facilius frigoribus conglaciantur, vt glacie quoque pressa, attolli nequeant, Ac forte, bituminosa in fundo sunt, quod succinum bituminis speciem, magna copia in littora fluctibus conuoluant. Sed mirius multo est, cur Tyrrhenum, Ligusticum, Narbonense, non increscāt, neque decrescant. cum & continua sint Africo affluenti & refluenti: neque magni in ea amnes præter vnum Rhodanum, neque multi excurrant. Quia tamen confessione omnium sunt profundissima, quàm vlla alia maria, hæc sola fuerit causa, cur non æstuent. Hæc de maribus quæ non æstuant, cur non æstuent dicta sunto. Sed ea quæ æstuant, cur alia magis, alia attolluntur minus. Quatuor sunt, maria quæ omnium maximæ attollantur. Vnum, quod Europam ab Herculeo freto in extera parte circunfluit. Quod Lusitanum, Cantabricum, Aremoricum, & Gallicum, & Belgicum & Britannicum, & Germanicum, per littorum partes nuncupant. In orbe vero nono Australis Oceanus esto secundus. Cambaicus, & Indicus, quia continuati, esto tertius. Quartus is qui Taprobanam circuit. Vt a postremo incipiamus, refert Plinius circa eam insulam mare intereſſe vadosum, senis non amplius altitudinis passibus, esseque peruiride & arboribus fruticosum, vt iubas earum, gubernacula deterant. Et recentes authores aiunt, ob vada breuia, quotidie dilatare fines, mari recedente. Quę res ex Io. Barro fit clara. Ex qua historia & superiore, colligimus, sicuti quę maria ob profunditatem non intumescunt, ita quę breuissima habeant vada, maxime omnium intumescere. A contrariis enim causis, recta ratione, contrarij proueniunt effectus. Illud addamus quod experientia docet, quocumq; in loco, vel aqua, vel mare in canalibus, in syrtibus incurrens, iis impeditur, quasi ita ardentius factum concitatur, & citatius, & velocius fertur. ea velocitate maiorem aquę vim secū trahit, & ea magis attollitur. Hac eadem de causa maximopere turgescit, in Cambaico littore quia vada ita breuia sunt & impedita vt in refluxu mare multa milliaria retrocedat, & fundus denudetur. Hoc ipsum, & in Indico fit. Id ipsum referunt fieri ad Panamam in Australi Oceano. vbi recurren te mari per duas leucas, & littora, & insulę quędam denudantur, & syrtes. Igitur ex tribus hisce littoribus vadosis, certum fit mare plusquam alibi crescere in aperto. Idem eadem de causa fieri existiman-


stimandum in Europeo quem diximus Oceano. In quo constat, breuia esse littora, quamuis minus, quam tribus illis, ideoque minus quàm illa attollitur. Sed in Anglico canali, vbi profunditas minor CXLIII. est pedum in medio, cur tantopere intumescit? Certe in Belgio ex Sagri, aliorumque relatione, multa sunt breuia, multæque Syrtes. Quod ad rem confirmandam facit. At si in medio, vt in littoribus attollitur in causa fuerit, quòd canalem magno impetu citatissimeque ingreditur, & obiectu ab vtraque parte littorum, cum dilatari nequeat, in altitudinem crescere habet necesse. Hic ergo præter vada, duæ causæ sunt aliæ, impetus ab aperto iogens, & littorum angustia. Eædem hæ causæ sunt, cur in arctis Selandiæ & Hollandiæ canalibus, & finibus tres etiam pedes altius attollatur, quia celeritate maiore, maiore copia ingressum, necessario assorgit magis. Ad Bristolum in Cornubia, ob easdem angustias maiores, & breuia, & maiorem impetum, & molem Oceani insequentis maiorem, ad sexaginta vsque pedes intumescit. Et in Armorico, ad S. Malò, vbi apertæ fauces in angustissimos canales desinunt, & defluxui tecto Oceani ingentis obiectos, etiam ad pedes increscit XC. Experimenta igitur hæc altitudinis æstus docent, tres verissimas præter salsedinem, esse causas, vada breuia, & impetus Oceani ab aperto, & littorum coarctatio, vbi sit profundior obseruarunt nautæ, vbi mare syrtibus, & canalibus cæcis, & quos vocant bancos fundi assurgentis, tum & velocius currere, & altius insurgere, quia ipsis quasi superequitat. Vbi vero inter littora eminentiora & angusta arctatur, velocitatem quidem intendit, sed non valde assurgit. Id in causa esse, cur in fretis, Magellanico, Herculeo, Siculo, Euboico, currat velocissime, sed attollat parum: Quod & nos in Ausserensi obseruauimus. At vero in Adriatico, in Ionio, in Aegeo, toto ferè Asiatico, parum intumescit, intumescit tamen. Id nimirum fit ad littorum, tum profunditatis, tum æqualitatis proportionem. Nam sicuti profunditas magna in causa est, cur non affluat, breuitas & inæqualitas cur magni fiant affluxus, ita mediocris altitudo, & æqualis, in causa necessario est cur fiant mediocres. Idemque fiat, toto citeriore mundi noui littore. Sed in Mexicano sinu etiam aquæ crassitudo, & grauitas, coadiuuat, vt parum tumeat. Traduot enim, aquam totam quę eo sinu continetur reliquis esse crasiorem. Sed affluxus & refluxus quo nam fit modo? Nautæ omnes aiunt, eum a mari ad littora venire, refluxum a littoribus ad mare. Horum vter prior? Nisi enim ad littora flueret, non reflueret. & nisi reflueret non afflueret. An hæc, quæstioni similis est, ei quæ de ouo, & gallina quæritur, vtrum prius? Sane videtur. Nam si modus refluxus consideretur, quem nos in multis littoribus studiose spectauimus, non videbitur quæstio cætere ratione. Namque tranquillo mari, motu eo, quem perpetuam quasi eius respirationem appellauimus, continue, & fluere, & refluere ad plana littora, tempore eodem conspicitur. Parti enim eius recurrenti, & ad humiliora refluenti, pars alia altior superuenit, & priorem illam obruit, eique superequitat, & super eam in littus currit. Illa, quasi timida, salutem sibi quærens, in ventrem se obruentis, conditur, & se ipsa grauidam eam reddit, & altiorem facit. Hæc altior facta, citatior ad littora affluit. Eodem igitur tempore, affluxus fit & refluxus. Sed hic prior videtur recurrere, ille superuenire, postea hunc absorbere, altiorque fieri suo quasi capite, ventre vero & cauda, depressiore. Euidentior hæc res cernitur, si vndarum fluctus ad littus ingruant. Subinde enim, vnda quæ accurrit, a recurrente prægnantior facta, eminentior fit & tanto citior accurrit. Idem videntur pati flumina, quæ quamuis vndas occursiores habeant, eas nihilominus sorbent, & in mare labuntur, quæ res facilius visu, quàm verbis vllis, aut rationibus persuadeatur. Et si recte, rem totam hanc concipiamus, nullo motu mare, seu perpetuo, seu horario, seu diurno, seu hebdomadario, seu semestri, seu menstruo, seu semiannuo, aut annuo commouetur, qui affluxus ab alto ad littora. & a littoribus in altum non sit refluxus. Affluxus igitur, & refluxus, est omnis maris motus, a se ipso non nisi maiore atque minore differens, & horarum, & temporum interuallis. Hic autem motus omnis cum duplex sit, & quamuis coniuncti etiam contrarius est alter alteri, a contrariis duabus necesse est vtrumque fieri causis. sicuti contrarij sunt affectus, tumor & depressio. affluxus enim non sine tumore aquæ fieri potest, refluxus, non sine aquæ detumescentia. Dum ergo intumescit, altior aqua fit. dum detumescit, aqua fit demissior. At qua causa, quęue ratione, aqua altior fieri, & attolli potest? Ea nimirum, quam quotidie experientia ostendit, ad focum dum ollę, lebetesq; bulliunt. Bulliunt autem quia feruent. Feruent

tent quoque a calore suppositi, vel appositi ignis. Et nisi calerent, non feruerent, nec bullirent, nec attollerentur. Dum vero bulliunt, & attolluntur, necessario rarescunt. Per ergo rarefactionem, quæ attolluntur aquæ, altiores se ipsis fiunt. Rarefactio autem, non nisi vacui atomis, quæ omni (vti ostensum antea est) insunt aquæ dilatatis, & maioribus redditis. A calore nimirum in vapores partes aquæ soluta. Eodem hoc modo, (nullum enim aliud, experientia ostendit vlla) necesse est mare intumescere, ob poros eius rarefactos, & in vapores aquæ parte acta, ab insito maris calore, a Sole interdiu, a Luna etiam noctu, sideribusque concalefacto. Per quem calorem quasi animi sui, spiritusque, instrumentum viuens, quiescere, neque scit, neque vult, neque potest. Cumque planum iaceat, & sit æquor, & aqua eius æqua, quo nam motum suum rendat, non habet, præter quam in se ipsum, & in littora, vel circumstantia, vel adstantia, vel supposita. In supposita inquam. Nam plurimis in locis in fundo maris sunt voragines ingentes, quæ maris ingentem vim, tum absorbent, tum regurgitant. Vt quas diximus sub polo ostro, quatuor sorbere Euripos, & eosdem iterum reuomere. Talem aliam Olaus voraginem in Oceano Noruagico supra Hegalandiam esse scribit. Aliam Iouius supra Hirtam. Aliam narrant esse in Oceano Gothico, in quo, affluxu intumescit mare, curritque fluminis ad instar rapidissimi. Cum tefluit in horrendas, horrendo cum sonitu, mergitur voragines, & nauigia interdum secum absorbet. Tales voragines in immenso Oceano, cur non sit verisimile, esse plurimas? quæ mare sorbeant & reddant. Cur non talis sit ad Caribdin? ad Euboicum Euripum? Si id sit uerum, ad rarefactionem alia addetur causa, materies addita ad affluxum, & ad refluxum iterum retracta. Sed rarefactioni, quia sit vniuersalior, totique communis mari, primas damus, rarefactionem calori primigenio, & spiritui mari innato, qui in calore viuit, in humore habitat, in eo, & ex eo, nutritur & augetur, & conseruatur, & sui quod perit reficit, tum a calore proprio, tum a Solis calore eum viuificante, & humore a Luna proxime, cæterisque stellis viuificato. Cumque omnibus in maribus vbi calor hic & spiritus concitantur, & mare rarius reddunt, & in omnibus maris partibus raritatem operentur, necessario, inflantur omnes, & altiores factæ, impetum quo possunt capiuor, & se se inuicem tum cnadiuuant, & impediunt, & eo conflictu varie agitantur, neque omnes hora eadem. Atque hinc est varietas illa horarum affluxus ad littora, a littoribusque parum distans, aut distans magis, prout retulimus ex Sagro. Sed cur statis horis sex, affluxus de quo agimus accedit, totidemque recedit. Nimirum, quia omnis motus fit in tempore. Neque tamen maior causa est, aut vrgentior, cur de hoc potius quæratur, cur senis horis fiat, quàm si quæreretur, cur alij illi motus diebus vij. fiant, alij semestri, alij menstruo tempore, & semianno & annuo. Hic enim ordo, a mente pendet per animum, per spiritum, per huius instrumenta calorem, rarefactionemque & densationem neque est cum philosophis dicendum, ascendente Luna ab ortu ad meridiem, affluxum descendente ab eo fieri refluxum. Hanc enim rationem per nauticam Græci & Garbini aliorumque ventorum historiam, falsam esse ostendimus. Sed causam esse dicimus quoniam eædem vires, quæ affluxum operantur rarefactione, nulla re vel diminuta, vel impedita, operantur & refluxum, densatione. Et quia illa sex horis inflat mare, horis sex aliis æqualibus, eadem illa deflat. Seu potius quod sex horis a proprio loco abierat vigentibus iisdem viribus, locum eum repetit, & quasi in circuitum mare se se in se circumuoluit. Nam dum altius factum, in decliuiora currit, retro interim quasi se ipso exiorarum deprimitur. & dum adhuc crescit, a tergo decrescit, vti ad castella Veneta ostendimus. & fit demissius. Eam uero decliuitatem replere est necessarium, Eo igitur mare necesse est recurrere. At non recurrit, quod adhuc ad littus currit, ad littus enim currere adhuc cernitur. & duos contrarios habere motus tempore eodem. Recurrit ergo eius ea pars, quæ a littore impetum cepit refluendi, & quam diximus a superueniente iogurgitari, & altitudinem eius subterlabere, quemadmodum in fluminibus ostendimus. Quod si ita fieri, rationabilius sit, quàm lunæ lumini, vel impedito, vel non illuminante, effectum hunc tribuere, iam mare, per affluxum manifestum & modo manifestum refluxum, cœlestes imitando ignes in circulum, duodenis mouebitur horis, eumque diurnum, nocturnumque Solis Lunæque decursu bis repetet sicuti motibus aliis, motus planetarum omnes imitari mare demonstrauimus. Et sicuti. Imitatur quoque perpetuo suo motu, perpetuum siderum circuitum. Et annualem Solis, & menstruum Lunæ, & semestri illius nouilunia & plenilunia. Oportuit etiam horarium mari inesse motum, vt pleue æthereos eiusdem originis, & cognationis fluores, ardoresque in motibus omnibus imitaretur, & similitudinem aliquam inde, & illuc referet.

Id

id autem prouidentiæ iam est opus, & intellectus, & animi ratione præditi. Sed cur in nouilunio, & plenilunio, velocius currit, & altius inflatur, in diesque vtrumque minus facit. In quartis vero lunæ, quietem habet, & fore mortuum videtur? Sane extrema & contraria omnia motum habent & faciunt magnum, vt calor, vt frigus, vt cætera contraria. Plenilunium autem & nouilunium luminis lunæ, & carentia & plenitudine contrariorum ratione æstus magnos in mari facit, ab his, quia minus sunt contraria, faciunt minores, & quanto ad minorem contrarietatem pergunt, tanto minorantur & æstus. In quartis autem quia ad æqualitatem venerunt, pugnamque omnino remiserunt, quiescunt æstus, nulla parte alteram superante. Eadem ratio est cur luna in nostro hemisphærio existente, luce cum tenebris contraria, & nostra maria, & ea quæ in altero sunt apud antipodas hemisphærio, iisdem æqualibusq; motibus commouet. Sed cur ad Sinegam in Atlantico, quaternis horis in littus ascendit affluxus, Octonis descendit? tres remur esse causas, Oceani ab aperto impetum, littorum decliuitatem, vadorum circum circa breuitatem & inæqualitatem. priore causa rapidissime scandit, tertia facile superscandit. Secunda copiosior recipitur. In reditu, idem impetus obstat, eadem littorum decliuitas, quę diuitius aquas retinet, & fundi inęqualitas impediens maris defluxum. Hæc autem manifesta est in Venetis, & littore, & stagnis. Similes quoque putandę sunt causæ cur ad Garumnam, septenis accedat affluxus, quinis defluxus recedat.

Finis Vigesimi noni Libri Pancosmiæ.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER TRIGESIMVS.



OCEANI, ET MEDITERRANEI MOTVS ALII.

OCeanus rerum patet, non ijs solum, quos explicauiuimus, motibus cieri satis habet, sed & alios tum vniuersaliores, tum vniuersales minus, habet, quos operæ precium non est præterire. sicuti neque eos qui sibi cum mediterraneis sunt communes. Et eos qui nostro videntur esse proprii. Vt vero ab Oceano patre, cuius mediterranea maria sunt progenies, initium sumamus, ita dicimus. Oceanus, vniuersam terram, quam in tres ingentes diuidimus insulas, & circum, & extra, & intra, amplectitur vndequaque. Insularum prima est vniuersa Asia cum Europa atque Africa sibi annexis, secunda vniuersus nouus orbis qui duobus fretis, Anianico, & Magellanico, cum Oceano circumfluo terminatur. Tertia ignota adhuc quæ sub Antarctico polo iacet. Cuius littora Orientalia, quia Marcus Polus nostratium hominum primus omnium cognouit, eiusque notitiam aliquam scriptis suis ad posteros transmisit, tum quia sub polo est, Policam, & quia sub Antarctico est, Antipolicam libet cognominare. Inter & extra hasce tres, tum maiores, tum minores, tum etiam minimæ, innumeræ iacent insulę, tum Oceano, tum Mediterraneis, eminentes, & circumfluæ terræ. Sunt & aliæ sub maris superficiæ, & mole, terræ, solum scilicet ipsius maris, & fundus, quem nautæ lastrum solent nominare. Quod quatuor est generum, vel enim est petrosum, vel sabulosum, vel lutosum, vel herbitum, & algosum. Neque vero id æquale, & planum est vbique: sed alibi eminet, alibi deprimitur, est vbi in colles, vel altiores, vel humiliores, est & vbi in montes altissimos assurgit, & in profundissimas dehiscit valles. Si montes ij maris superficiem excedant, tunc insulæ fiunt, & scopuli, mari imminentes, & circumflui. Si vero ferè ad superficiem accedunt, nō tamen eā supereminéant, Syrtes, & cautes ueteres dixere, recentes nautæ (liceat nauticis uti nominibus) seccas in alto, & seccagnas ad littora nuncupant. si sint petrosæ. Si uero sint sabulosæ eminentiæ, scagnos, & bancos, & bassos uocitāt. Horum aliqua semper sub æquore latent, aliqua refluxu denudandur, affluxu iterū cooperiuntur. Petrosæ semper sunt nautis fugiendæ, & abominandæ. Ad eas enim naues si impingant, in frustra abeunt, cum nauigantium, uel morte certa, uel periculo magno. Minus timendę sunt si sint harenosę si lutosę minus: minime oium si sint algosæ. Nā & alga sub mari in cumulos collesq; componitur. & nauis, secunda nostra in Cyprum nauigatione, ad caput Cythium in algæ montem insedit. Lutosos omnino, quia lutum facile ab undis diluitur, & dispergitur, aut colles, aut montes sub mari; nautæ non uidentur deprehendisse. nisi sint ad fluminū exitus, delati eorū decursu limi, cōtinuo auctu, coagmētati, & duriores facti, uel cū sabulo comisti, & alga, uel petris, & cautibus intermisti. Ad instar fundi, littora quoq; quatuor uidētur esse generū, uel enim circa fluuiorū fauces, & stagnorū, & paludū, sunt lutosa. Vel in superficie prima algosa, uel arenosa, uel saxea, & petrosa. Hæc uero postrema, triū sunt specierū, uel enim in petras minores, & non continuatas, fluctus allabitur, uel in cautes cōtinuas insilit, easq; omni terra spoliat, & albicantes reddit, uel in prærupta mōtium incurrit, & gemens retrocedit. Tres illas priores, & placidiores littorum species,

præsertim arenosam, spiaggias vocant nautæ. Tres posteriores costas brauas, & asperas nominare solent. Littora hæc qualiacumque sint, triplici denominantur appellatione, vel enim pars eorum aliqua, in pelagus, plus reliquis procurrit. Hæc promontoria veteres dixeres recentes, capita, & puntas vocant. Vel in tra terras hinc inde duas, mare se se insinuat. Si ore angusto potius, si lato sinus, & Græco quasi nomine Golfos seu colpos nuncupant. Longitudinem vero littorum qualiumcumque, appellant costas. Hæc operæ pretium fuit adnotare, vt facilior motuum marinorum, vel iam explicatorum, vel explicandorum cognitio haberetur. Nunc ad motus accedamus. Oceani duplicem propium, Scaliger motum esse tradidit. Alterum ab Oriente, quem dicunt, Solis circuitum imitari. Alterū a terra Laboratoris, quæ est ad Septentrionem, fluereque in meridiem, quod iam commemorauimus. Sed fluxus Oceani quem nautico receptoque nomine, currentiam appellabimus, non solum duplex hic est, sed multiplex, & varius, & sæpe duobus his contrarius. Hanc rem demonstremus. Sicuti antea demonstrauimus virum hunc acutum, confudisse affluxum & refluxum, cum aliis maris fluxibus. Sed non minus in hoc fallitur, quem perpetuum ait esse, & a Malabare ad Madagascarem X X. diebus naues ferre; ab hac vero illuc, non minus mensibus tribus. Si quis enim Lusitanorum nauigationes satis multas, quæ scriptæ sunt, inueniet non paucas, a Mozambico, vbi earum statio est, e regione Madagascaris in continente posita, & X X V I I I. & X X X. & X X X V. diebus in Malabarem peruenisse. Quod tempus multo minus est, tribus illis suis mensibus. Quæ res videtur potius esse argumento, fluxum hunc de quo agimus, ab Occidente ad Orientem tendere. Quod & ratio suadet ante posita, mare in canales ingredi ab ea parte vbi latius est. nulli aūt tabularum Geographicarum perito, dubium est, Oceanum ad eum canalem ab occasu multo latiorem esse, & minus impeditum, quàm ab ortu. Sed & nautica experimenta id comprobant non vna. Scribit enim Io. Empolius in sua nauigatione dum vellent a portu S. Blasij qui est vltra caput bonæ spei paulum, Melindem, quæ inde versus Indiam est, tendere nunquam potuere, quia currentes aquæ, eos vsque ad oppidum Pate, quod vltra Melindem versus Indiam est, inuitos abstulit. Et vtitur, his verbis. *Et l'acque ci trasportarono tanto abbasso, che fummo a tenere Patti.* Vox illa Abbasso, decliuiora significat loca. Aqua autem omnis ad decliuia currit. Quod testimonio esse potest, eum Oceanum, versus Indiam suum tenere cursum, a promotorio eo quod vocant *Capo delle correnti*, quod in faucibus huius canalis est in continente. Eadem voce Abbasso vtitur Petrus Martinezius, qui in iisdem canalis faucibus, ad Gindei Syrtes naufragium fecit. dum scribit. *Altrimenti calando vela in tal sito, era metterci à rischio, che le correnti ci tirassero al basso, come ferono alla naue San Pietro, &c.* Et repetit in Syrtibus iisdem currentes magno impetu decurrere. & versus Sofalam ferre, quæ iis Syrtibus est Orientalior. Thomas quoque Lopezius, dum a capite bonæ spei nauigarent, & a capite iam dicto, currentum, irent versus Indiam, ait eò quod magnæ currentes essent quamuis vento prospero currerent, multas vndas, a puppi nimirum in nauim insilisse. His omnibus testimoniis non esse verum probamus, Oceanum ab Oriente in occasum tendere vbiq;. Sed Scaligero quid facias, qui audeat asserere, Madagascarem sub octauo esse parallelo, cum sub secundo iaceat & tertio, & Capricorni tropico? An vero a Moluccis, & reliquis Orientis Archipelagi insulis, currentes Oceani ad Occidentem tendant, neque negare, neque affirmare audemus, nemo enim id iter peregit. Sed si Victoriæ nauis reditum consideremus, ad negationem magis animus inclinabit. Ea enim a Tidore soluens, non nisi X V I. mense in Hispaniam appulit. Hoc autem iter ex testimonio Io. Gaietani, a Tidore ad caput bonę spei continet leucas D L. quæ sunt milliaria M.DCL. Ab hoc vero ad insulam S. Helenæ ex relatione alterius sine nomine Piloti, sunt M.CCCC. milliaria. Aqua ad Æquinoctialem mill. sunt M.DC. A quo ad Hispaniam ratione graduum non plura sunt 2520. mill. Quorum summa est 7114. milliariorum. Sed e xvj. mensibus si auferas dies X L I X. quibus e regione capitis bonæ spei, huc, modo illuc, quod nautę dicunt, volteggiarunt, & lxx. dies alios quibus in ora Guineæ in malacia steterunt superest integer annus in itinere cōsumptus. Quos dies si in milliaria illa partiaris, 7114. cuilibet diei nō amplius quàm milliaria 19. tribuetis. Quæ res ostendit breuissimum ratione celeritatis nauigationum, illud iter esse. Si vero Oceanus, ad S. Helenam vsque, in Occidentem suas currentes tenderet, quia currentes, secum nauim ferant, longe minore tempore iter confecissent. Sed tardissime confecerunt. Igitur currentes Oceani illius, ab ortu non ferūtur in occasum, vt & Scaliger, & Anania falso tradiderūt. Ille rationibus, quas falsas esse ostēdimus,

Hic

Hic vero argumento ducto, quod in freto Magellanico crediderit, semper ab Oriente in Occidentem fluxum ferri. Quam rem ex naui Aluari Meschitæ a refluxu bis retro relata falsam esse ostendimus. Sed quis mnis constet, tota Guineæ costa, currentes magnas esse, quam vero partē versus, nemo tradat, duobus firmissimis experimentis docemur, non esse ab ortu in occasum. Nam Io: Empolius narrat suam nauem in ea costa, in malaciam, quam calmam vocant, incidisse, & 54. diebus in ea perstitisse, totoque eo tempore, minus quam sex leucas confecisse. Victoria vero nauis etiam 70. dies in ea perstitit, & itineris fere nihil processit. Hæc autem ostendunt currentes, eas naues antrorsus non tulisse. Ferūt autem semper in eam partem nauim, quo fluxus hic intenditur. Id multis experimentis constat. Nam si malacia fit, proiecto in mari vel subere, vel ligno alio, vel panis bucella, videas ea a currente ferri. Et nos experti sumus id esse verissimum. Nam priore, e Cypro reditu, e Papho soluentes, placido Euro per biduum sumus lati. Destituit deinde nos in alto, vnde nullius terræ nobis erat prospectus. Calma vt vocant per sex dies mare tenuit. Neq; nauigationis magister quem Pilotum vocant, quamuis quotidie, vti dicunt car tizaret, & suos in carta nauigatoria calculos subduceret, diuinare poterat in quo vel meridiano, vel parallelo essemus. Sub vesperum tamen sexti diei iterum Eurus lenis inflauit vela. At ante solis ortum iterum etiam nos destituit. Quo tempore nos nebula illa densissima, de qua diximus, obtexit. Cum vero circa meridiem, mons ille altissimus nobis se se ostendere cœpisset, cœpimus nos, Pilotum, & Nauclerum, & peritiores nautas alios interrogare, quæ nam terra illa esset. Alius esse Rhodum, alius Casun, alius Carpathon dicebant. Cum vero caligo euanuisset, & Gambellam montem, qui in medio est Cretæ ad meridiem, agnouimus, ridiculi tunc diuinatores illi euasere. Namque a Rhodo plusquàm 200. itineris milliaria con feceramus, quàm illi putarant. Id autem non alia ratione euenerat, quam quod occultus ille Syriaci maris fluxus, eò vsque nauim euexerat. Quo etiam illud amplius collegimus fluxum illum, non tantum littora legere, verum medio quoq; ferri pelago. Quod si hoc fit pelago, cur non in Oceano etiam fiat, & naues quas vento vehit, fluxu quoq; vehat. Franciscus Vlloa narrat in Oceano Australi, die vna dum erat in calma, & malacia, 10. leucas confecisse vsq; ad noctem. Quæ res indicat, currentes aquas eum vexisse. Qui fluxus sicuti si secundus sit iter adiuuat, ita si sit aduersus, retardat iter. Ille autem in Magellanico freto fluxus, quem putant esse perpetuum a nostrate Oceano in pacificum, præter id quod de Aluari Meschitæ naui retulimus, ratio dictat, ex axiomate illo nautico, in canalem, si ab vno ore magnum sit mare, illac ingredi, si ab vtroque, ingredi ab vtrisque, & ab vtrisque egredi, constat, & ab Oceano hoc, & a Pacifico, currentem in Magellanicum, incurrere, & in medio, sibi occurrentes iterum in sua retrocedere regna. Idem Vlloa narrat, in eodem Oceano Australi, se se in mari albo, & rubro, magnam inuenisse currentem. Et Fernandus Alarchonus idem se inuenisse scribit. Idem fieri refert Petrus Cieca in littore a Panama ad Magellanicum, vbi & caput aliud ab effectu vt putamus, delle correnti nominat. Hanc autem currentem contrariam esse ijs qui a Panama in Peruanam nauigant, ex Benzone patet. Qui eam semper versus Leuantem currere affirmat. & sæpe retro naues retrahere ait. Sed ad nostratem Oceanum redeamus, quem libet interiorem appellare. In quo sane, experimenta nauigationum docuerunt, eos qui accurate a Fortunatarum magna Canaria, seu Ferro, discedunt, & nauigia dirigunt ad eam insulam quæ inter Antiglias noui orbis Desiata dicitur, secunda maris currente, XXV. diebus iter peragunt, quod est Leucarum DCCL. si uero non accurate id obseruent eædem currentes, nauem ferent in Lucaios, aut ad Cubam, quod Columbo prima sua nauigatione accidit XXXIII. aut amplius diebus. Quæ experimenta docent, has currentes, ab Africa, & ab insulis capitis viridis venire, quæ ad rectam lineam ab Oriente sunt oppositæ ipsi Desiatæ quæ in Occidente est. Vnde autem hæ currentes ad virides veniant, aut in id pelagus quod inter eas, & Desiatam est, certi nihil habeo dicere. præter hæc duo. Alterum currentes has a littore Africo viridibus adiacente initium non capere. Alterum rationi esse consonum, eas inter duo capita, Viride scilicet, & Sancti Augustini, quod est ad Brsiliæ initia quæ distantia non maior est quam mille millia, ab alto Oceano ingredi. & a Garbino, in Maestrum Tramontanam iter suum tendere. Experimenta, & rationes id comprobant. Accidit enim Aluaro Cabrali Lusitano, dum post Vascum Gamam, Indiam classe peteret, quo facilius caput Bonæ Spei obnauigaret, vt nescius ad caput Sancti Augustini iter dirigeret, in quo vti nautæ vocant Paraggio, currentes semper habuit contrarias. Sicuti contrarias eas experiuntur, quicumq;

ab Antiglis fortunatas eodem quo venerant itinere petunt,atq; ob id tres,& amplius menses in reditu consumunt, cum prius id spaciū diebus 25. confecissent. secundis scilicet hi, contrariis,& renitentibus illi,currentibus. At vnde inter hæc duo capita veteris,& noui orbis hæ currentes ingruunt? Vnde nam aliunde, quam ab altissimo, atque latissimo Oceano, qui inter Indicas insulas, & caput bonæ Spei, & terram Antipolicam,& Brasiliana littora interiacet. Ita sane est. Sed vnde nam Oceanus hic vastus, impetum hunc capit, qui partim per Magellanicum, partim inter duo hæc capita, veluti exoneratur? Sane necessariū videtur, impetum hunc vel ab Indicis insulis innumerabilibus initium sumere, vel in vastissimo suo ventre eū parere,& de se dare. Vtrūque ex demonstratis ratio dictat, fieri posse. Nam quia mare salsum sit, est etiam calidum, & quia calidum, est & spirituosum. Et quia spirituosum in motu est perpetuo,& quiescere nescium,& impotens. vbicumque sit locorum. Sed in latioribus locis, & in amplo pelago, minus sentiunt nautæ has currentes. Motus enim omnis, & in stabili fit re, & in stabilis comparatione magis cognoscitur. Contraria namque, stabile,& mobile, vti alia omnia contraria iuxta se posita, magis elucescunt. Et testantur Hispani, quando in patriam redeunt,dum prope Antiglias quascunque versantur,currentes illas facile sentiunt. Cum in altum sunt progressi, eas non animaduertūt. Sed aduersas tamen experiuntur. temporis longitudine in regressu. Sunt ergo in alio Oceano,antipolico, a se ipso genitæ currentes. Sed & ab Indicis insulis impetū etiam capiūt; Quæ cum satis angustis fretis, iisque innumeris uariisque sint inter se dissitæ, nullum est inter eas fretum, quod suas non habeat currētes. Itaque miris modis perpetuo mare illud agitatur, modo in hanc, modo in illam currēs & recurrens partem. Ita ut & ab Oceano magno impetum accipiat,& in eundem Oceanū, eundem impetum restituat. iuxta axioma illud, in canales, a maiore mari,fit influxus. Sed & in eandem partem etiam refluit. QuodHerculeum fretum nobis declarauit ante. Itaque currentes hæ,cum inter insulas Indicas ab Oceano magno fiant, in eundem etiam recurrunt,& ipsum commouent, & impetum eius innatum magnopere coadiuuāt. Antipolicus quidem Oceanus,a Iaua maiore, minore, Sumattra, aliisq; circumcirca positis aliquē impetum recipit. A Gilolo vero, a Vendenao, a Moluccis, ab S. Lazari Archipelago. in mare Cinicum impetus idem fertur, vsque ad Iaponas,& fretum Anianicum. Feruet autem multo magis, in angustis fretis mare, tum quia parua eius moles, calore & spiritu facilius agitatur, tum quia vicinas quas lambit terras, veluti contrarias fugit. Sunt autem inter se contraria, liquidum, vt est ipsum. & durum, vt est terra, & calidius ipsum a terra fugit frigidiore. Itaque omnis eius agitatio, per fugam fit a contrario. & dum contrarium fugere semper nititur, a contrario numquā fugit. Continua ergo fuga, & continua non fuga angitur, & premitur, & agitatur perpetuo,& libens in alta maria se se in preceps dat, vt in homogeneo latoque quiescat magis. Itaque ab Indicis insulis bifariam in altos Oceanos duos, hinc, & inde, mare capit impetum altero ad nos, altero ad Iaponas, sed nostrum nobis notiorem prius peragamus. Currentes ergo a medio Oceano antipolico, inter duo viride, & S. Augustini capita ingressæ, ab hoc per littora, in arctos extenduntur, donec ad Os Draconis veniāt, Inde in ponentem tanto impetu precipitantur, vt nullus torrens, tam cito feratur. Quia nimirum angustias octo tantū millium inter Margaritam insulam,& Cumanæ continentem ingreditur; quas ratione fugæ suæ a contrario maximopere, horrēs, in latius intro pelagus præcipitatur,in magnum scilicet Mexicanum sinum. Cui cum ab Oriente prætensæ veluti quædam perforata sepes, sint Antiliç omnes, inter quasque duas, eædem currentes in occasum inter Hispaniolæ littora, & continentem ruunt. tanto impetu, vt Columbus cum redire vellet diebus 40. vix 70. leucas cōfecerit. Ac rota ea tam magni sinus longitudine vsque ad caput Iguerum, & Cotumelum insulam penetrant. Et cum finem nullum eius fluxus faciant, & exitus non cernatur, multi existimarunt, per subterraneas cauernas, eas aquas in Australem Oceanum pertransire. Verum tādem compertum est, in sinu intimo in Iucatana, vbi Campecce est, & Cotocce, & caput Iucatanum, a quo ad caput S. Io: Baptistæ in insula Cuba non plura sunt quàm millia 45. tanta velocitate ad Arcton ferri aquas, vt nullus fluuius tam rapidus reperiatur. Cumque in littora opposita, spiritus Sancti,& Culatæ incurrant, nec ad occasum exitum inueniant, necesse habent in Orientem regredi. & inter fauces quæ inter Cubam sunt, & caput Floridæ, egredi. Atque inde fit, vt qui a veræ Crucis portu, qui ex hac parte in sinu est occidentalis maxime, in Hispaniam sunt redituri, oporteat eos recta uersus Orientem, insulā Bahanam tendere, ut secundas habeant currētes,& possint Bermudam petere, quam etiam petunt ii, qui ex Hispaniola redituri solunt. A qua Bermuda, plerumque 55. diebus in Hispaniam appellunt. Quod iter mense longius est, quàm a Canariis ad Desiatam, quod 25.

conficitur

conficitur diebus. Id autem euenire est existi mandum. Quod Canarias inter, & Desiatam, & secundiores, & validiores sint currentes, A Bermuda vero, sint debiliores duplici de causa; tum quia, itineris longitudine sint, vt nautica voce vtar, magis ftanche, tum quia, ea cur rentia quæ a Laboratore venit hanc transuer sim fertur, & eam retardet. Id autem esse non procul a vero, ostendit iter quod tardius Alfonsus Nunius, testante Petro Martire 60. confecit diebus ob æquæ currentes, quæ nauim, in occasum propellebant. Diximus autē præcedentibus libris, a laboratore fluxum venire, & per Canadæ, & Norumbegæ Littora, ad Floridam, & sinum descendere Mexicanū. Ex quibus apparet a Bermuda citra versus Meridiem currentes esse ab Oceano Antipolico; alias vero contrarias inter Bermudam, & littora nouæ Franciæ currere in occasum. Ex qua currentiarum diuersitate, constat falsum esse id quod Scaliger, cum autore libri, Causa æstus maris, tradiderunt, Oceanum ab Oriē te, solis sequendo cursum, perpetuo in occidentē ferri. Sed mirum magis est, (vt bonum culum hunc secundum ommittamus) Scaligerum virum apprime doctum, & acutū, id protulisse, vt mox sibi contradiceret. Ait namque in sinu Arctico, secundum littora, quæ Scythiam claudunt, omnino motum esse Orientem versus, contrario fluxu, Oceano Æthiopico. Sed tamen eodem quo ille motu. Nam quo modo, si totus Oceanus solem sequendo, ab ortu in occasum fluit, idem contra solē cursum tendat ab occasu ad ortum? Tum in Scythico, vt ipse ait; tum in Mexicano a Iucatano ad Floridam, inde ad Bermudam, & vltra multo? Item quo modo, solis cursum imitatur is Oceanus qui a terra Laboratoris, quæ sub Aquilone est, vsque ad Aremorica, & Germanica descendit littora, quæ ad Meridiem sunt Laboratorii & Grœlandiæ, & Euripis illis Arcticis vende venit. Et e contra quo modo a faucibus Magellanicis, in Oceano Pacifico, a meridie, per littora Peruana, Nicaraguana, Guatimalana, vsque in rubrum mare, septemtriones versus indesinenter currit? sicut & in Mexicano, per fauces Cubæ, & Iucatani, conti nue ab austro in Aquilonem transit? Hoc sane non est solem sectari, aut imitari. Sed soli obuiam ire, & cursum eius medium secare. Neque magis soli obtemperant tot ille currētes, quas Oceanus Arctous, sub polo, per quatuor illos exercet Euripos. Quorum non nisi duo, dum in receptaculum illud, circa magneteū montem, incurrunt, ab Oriente, in Occidentē currunt. Sed iidem duo, ab Occidente in Orientem iterum recurrunt. Duo vero reliqui, Aquilonem spectant alter, meridiem alter. Et dum ille in aream fertur, in meridiem fertur. & dum recurrit, in Aquilonem currit. Alter vero e contra, quando in aream ingruit, in Aquilonem vergit. quando vero egreditur in meridiem regreditur. Quid vero tot illæ currentes, & recurrentes quas supra Baccalaos, tū Verrazzanus, tum Cartierus, circa Brionem, S. Aloisium, Sangnenaium, & innumeras illas insulas, inuenere, alias in Circium, alias in Aquilonem, alias in Corum ferentes? Sed num quid hi solis amatores, non viderunt, aut non perpenderunt. Mœotim a Septentrionibus in Pontum. Pontum in Propontidem, Propontidē in Aegæum, versus Austrum fluere, vsque quo Cretam pertingant? A qua, pars maris eius, superata Doride, versus Rhodon, & versus Cyprum in Orientem fertur. Cypro circūuoluta, per Syriaca littora, in meridiem quousque in Aegyptum veniat, labitur. Inde in occasum vertitur. Pars altera ab Aegæo, inter Creten, & Cytheram præter fluens, & Pelopo nesi littora prçteriens, sinum Adriaticum semper in occasum petit. Sed in eo intimo, a Septentrione in meridiem voluitur. Deinde per Italiæ oram ad Hydrunti, vsque promontorium in Orientem currit. Ab eo promontorio rursus vertitur ad meridiem, vsque quo Siciliam pertranseat, dein pars per fretum, pars reliqua inter Melitam, & Siciliam, tandem in occasum ad fretum Herculeum perlabitur. Ommittimus, ingressus, flexus, & egressus, quos Aegæum, per sinus Strymonicum, Singiticum, Thermaicum, deinde per Saronicū, & Corinthiacum facit, diuersos semper, sæpeque contrarios. Non igitur, hæc tot maris motuum, ac tāta diuersitas, solis motum semper imitatur, aut sequitur. Sed diuersitatis huius, littorum positus, & canales, & freta, & Euripi sunt causa. & maris ipsius fuga a contrario, natura sibi, perpetuoque insita. Sed magna apud veteres fuit, & anceps quæstio, vtrū mare hoc nostrum Mediterraneum a Ponto sit effectum, in ipsum per Byzantium Bosporū defluente, an vero potius ab Oceano, per Herculeum fretum indecliuia Sardoi Siculique decurreute. Strato quidem Physicus Peripati alumnus, existimauit Pontum aliquando exitu caruisse. Sed fluminum multitudine ita auctum, ut vi exitum, qui est ad Byzantium sibi parauerit, & in Propontidem, & Hellespontum, eruperit, & id mare effecerit. Et hoc iterum aucto, in Aegæum aquam defluxisse, vsq; in profundissima Creticum, Siculum, Sardoū. Sed videtur sibi contraria dicere, dum ait, ab externo mari, ab Oceano nimirum, apud columnas Herculis fretum porrupisse. Causam vero affert, quòd externi maris aliud sit solū, quàm interni. Quod Strabo ex Stratone retulit.

lit. Plinius autem mare hoc nostrum ab Oceano ortum esse ait. Scribit enim ita.

„ Origo ab occasu solis, & Gaditano freto,
„ quam irrumpens Oceanus Atlanticus, in
„ maria interiora diffunditur.

Et alio loco, aliorum recitat opinionem.

„ Non est ommittenda multorum opinio,
„ priusquam digrediamur a Ponto. Qui ma
„ ria omnia interiora, illo capite nasci, non
„ Gaditano freto existimauere, haud impro
„ babili argumento, quoniam æstus semper
„ a Ponto profluens, nunquã reciprocetur.

Solinus vero priorem sententiam est secutus, Atlanticum æstum, in nostrum mare dissidium immittere dicens dum a solis irrumpit occasu. Dissidium hoc qua nos conciliabimus ratione? Propontidem, & Hellespontiũ, & Pontum, & Mœotim, nullo modo effici ab Oceano potuisse, cum tamen inter mediterranea maria videantur numeranda. Quoniam nec Ægæum, nec mare aliud, per Abydenas fauces, in Hellespontum ascendat. Hæc auté in inferiora, Ionium, Siculum, Sardoumque cum descendant, rationi est consonum hæc a Ponto fuisse deriuata, vsque ad loca maxime decliuia. Rursus cum Oceani fundus altior mediterraneo sit, rationi itidem consentaneũ est, ab Oceano in decliuiora Sardoi, Siculiq; maris, aquas confluisse. Sardoum itaque, & Siculum, & a Ponto, & ab Oceano, sunt effecta, non ab alterutro, sed ab vtroque. Totumque interius mare, aquis vtrorumque in eundem locum confluentibus, fuisse in superficie complanatum. Si vero verum sit, quod iam retulimus, & quod Gaspar Contarenus Cardinalis retulit, mare quod a Ponto fluit, ea quam descripsimus littorum circuitione, per Africana, & Hispanica littora in Oceanũ exit. & quod Gonzalus de Ouiedo, scripsit, Oceani aquas, per Gaditanum fretum ingruẽtes, vsq; ad Alexandriam Ægypti per eadem Africana littora procurrere, necesse fuerit, nautarum obseruationibus quæstionem hãc permittere dirimendam. Nam si prior illa vera sit, falsa erit hæc secunda, si vera fuerit hæc, falsa videatur prior. Non videntur enim contrario fluxu vtræque posse esse veræ. Vel si veræ sint, alteram necesse erit littora proxime lambere, alteram vero a littoribus procul magis, illi non occursare, sed proxime attingendo, itinere contrario eam præterire. Neque vero id est impossibile. Mare enim, præter eas, quas recensuimus currentes, quæ omnes ei a natura videntur insitæ, etiam alias habet, partim etiam ex vtroque commistas. Quas huc conferre, a re pr[o]posita non fuerit alienum.

Nam inter eas vel syrtes, vel seccas, vel scagnos, vel bancos, vel freta, vel canales, & promontoria mare varios edit motus, vel enim sunt incursus tantum, vel incursus, & recursus. Vel sunt currentes, vel sunt quas vocant trauersias, vel sunt vortices, seu vertigines. Hæc explicemus.

Incursus tantum ille est, quando mare, intrat tantum, non etiam iterum exit. Qualem dixere esse in Magellanico ab Oriente, in pelagus Pacificum.


Et Petrus Martyr, narrat, Columbum, in ore Draconis, incursum maris in occasum sensisse rapidissimum, nullum tamen illi recessum. Incurrit autem, & rursus recurrit mare in lacunas quasdam, quæ littoribus sunt proximæ. Id autem fit, æstu affluxus, atque refluxus, vel tempestatibus. Quod etiam in fluminum faucibus, ferè semper accidit, causis iisdem. Incursus quoque in plana littora quas spiaggias a nautis diximus appellari, iisdem fit de causis. Et si magnos venti ad littora volnant fluctus, non sine magno fiunt naufragorum periculo. Nam vnda incurrente ad littus feruntur, eadem recurrente in mare referuntur. Et alia superueniente, operiuntur, & opprimuntur vnda.

Trauersias vero vocant nautæ, quæ maris motione incerta est, & cuius causa ignoratur, & vnde veniat, & vsquequo decurrat. Et quam modo per hunc locum transiens reperias. regrediens eodem loco, non reperias. Quæ magno impetu plerumque, ab vno in alium mutatur locum etiam in alio. Quas nautæ etiam, filones aquæ nominant, fierique plerumque in fluuum inarcationibus credunt. Sunt, & secundi generis trauersiæ, circa promontoria. Quando scilicet duo venti inter se contrarii hinc inde occurrunt, & mare commouent ita, vt & ipsum sibi occurset, & fluctus tollat, & frangatur. Quales multas Io. Barros scribit, mirabili quodam, atque horrendo modo, circa caput Bonæ Spei sepenumero euenire, cum maximo nauium discrimine. Accidere enim inquit, vt sæpe nauis plenis velis eat. Cumque in dromon, aut paragium, vt vocant, capitis illius, aut alterius proximi, peruenerit, posterius velum vno vento pleoum sit, anterius vero, contrario repente inflentur. Atque ita periculosissima in mari fiat trauersia. Sed & ad alia quoque promontoria eædem fiunt trauersiæ, & contratiæ curreotiæ, non a contrariis ventis concitatæ, sed a contrariis maris motibus. Qualem perpetuam esse, narrant, circa caput, quod in Atlantico, vocant Boiadorem. Vltra quod transisse,

ante

ante CC. annos ne in cogitationem quidem veniebat nautis. Et quales multas Cartierus refert in suis ad Canadam nauigationibus sibi occurrisse. Sed fiunt, & aliæ tales trauersiæ a fluuiorum aquis, cum currente maris luctantibus. Qualem Columbum vltra Os Draconis referunt inuenisse, dulcium aquarum in mare ingruentium. Qua nullam horribiliorem esse ferunt.

Finis Trigesimi Libri Pancosmiæ.



FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS

LIBER TRIGESIMVS PRIMVS.



DE PROPRIO TERRAE LOCO.



A Supremis per gradus ordine naturæ positos tertio labore, ad infima peruenimus: a summis ad ima, ab incorporeis, ad corpulentissima, a tenuissimis, ad crassissima, a purissimis, ad retumomo ium feces, ad tertam nimirum ipsam. De cuius essentia, viribus, actionibus, passionibus, qualitatibus, quaotitate, loco, est agendum. Sed ante omnia, quod postremum est propositum, de loco eius proprio dicendũ. Iuniores enim quidam Astronomi, vt cœlestium phænomenon rationem reddere possent, eam in orbe lunæ collocarunt. Peripatus autem sicuti supremo cœlo, sic terræ nullum assignarunt locum, sed diuersa, ac fere contraria ratiooe. Cœlo quidem, quia nullã habebat extimam superficiem, qua ambiretur terræ vero, quia in indiuisibili puncto, vniuersi centro eã collocarunt. Dum.n. aiunt terram in centro esse, centrum autem, nec corpus, nec superficies, oec linea sit, tertam ambire quę corpus sit, minime posse, nemo est qui oõ videat. Attamen, sicut cœlum per partes io loco esse dicuot, quia omoes se se inuicem cótineaot, ita partes terræ quia centro iocumbũt æque, & ad ipsum nituotur, se se inuicem sustinere est necesse. Itaque duobus mundi extremis, & contrariis & similibus rationibus locum, & abnegaruut, & coocesserunt. Intet vero sapientes, vetustissimus Zoroaster in vniuersi mundi medio, eam collocauit, dum ita canit.

Γῆν δ' ἐν μέσῳ τιθεὶς, ὕδωρ δ' ἐν γαίας κόλποις
Ἠέρα δ' ἄνωθεν τούτων.

,, Terram io medio ponens, aquam vero in
,, terræ sinibus Aeremque desuper basce.

Hermes autem Trimegistus in hunc modum loquitur.

Διεχωρίσθη δ' ἀπ' ἀλλήλων ἥτε γῆ, καὶ τὸ ὕδωρ, καθὼς ἠθέλησεν ὁ νοῦς.

,, Separatæ vero ab innicem sunt, terra, &
,, aqua ptout voluit mens.

Sed hæc verba, non tam loci differeotiam, aut identitatem designant, quàm naturę diuersitatem. Zoroaster vero, clarissime, in medio terram statuit, & in eius cauitatibus aquam. Locum vero ambarum simul esse, aerem, vtrasque ambientem. Neque videtur, a rei veritate, vlla in parte, discessisse Zoroaster, quandoquidem philosophantium nemine dissentiente, terram ingentes habere specus constet, & vt Aristoteles vocat chasmata; iu quæ omnia, aqua, & spiritus, & venti, incurrant, eaque repleant, vt quasi terra, fornicata habitacula tribus hisce habitatoribus sempiternè præbeat. Quod cum ita sit, si vera est Peripati sententia terram esse in ceutro, aqua quoque in ceotro erit. At si in ceotro esse, oon est, esse in loco. Aqua etiam oõ erit io loco. An vero, etiãsi terra in loco non sit, aqua nihilominus in loco erit, in terræ nimirum concauis, atq; speluncis. Cum autem ita inter se sint compositæ, aqua in loco erit, terra locum noo habebit. At si natura vtræque sunt intet se diuersę, & mole etiam differuot, & seiunctæ locis sint, ita vt altera omoino sit in loco, altera omnino noo sit io loco, quæ uam earum vniuersi centrum obtinebit? Hæc namque res, apud recentiores in magnam est cõttouersiam deducta.

Aiunt

Aiunt enim, aquam, & terram, grauia corpora esse, graue autem omne, ad centrum tendere. Vtraq; ergo ad centrum tendet; eiq; coniungi appetet natura. Quæ nam ergo magis centro proximabit? Quid prohibet vtraq; cētro æque esse proximas? Si enim oīa grauia centrum petūt, qua grauis aqua, qua grauis terra, nulla ratione altera centro propinquior, altera longinquior ab eo erit. Si vero dicatur, terram esse grauiorem, ideoq; prius centrum petiisse, locūq; in eo occupasse, iam de maiore, & minore, nō aūt de grauitate simpliciter quęstio erit. Concedunt pleriq; omnes, terram aqua esse grauiorem. Inde sequitur, non æquo tempore, si ab aere demittantur vtraq; ad centrum peruenire posse. sed terrā futuram ibi priorem. Aqua ergo ad centrum vniuersi nō perueniet, sed terræ supernatabit. Ergo moles aquæ, a terræ mole erit diuersa. Et quia aquæ partes, & ipsæ, vti graues centrum appetunt; non possunt aūt ad ipsum, obstante terra, peruenire, saltem in ipsam, tota aqua conglobabitur, & proprium sibi efficiet centrum, circa quod, ipsa vnus globus efficiatur, qui sit a terræ globo, longe alius. Itaq; aquæ centrū, cum vniuersi centro, nō erit idem. At cum & terræ tota partium grauitate, & cētri appetitu, se ipsam, & ipsa conglobetur, in globū vnū, & ipsa conuoluetur. At videmus ipsam mōtibus, vallibus ingentibus, planiciebusq; admodum distinctā. Non ergo oēs eius partes æque ad centrū vniuersi tetenderunt. Aqua quoq; vt & ipsa grauis est, & cētrū appetens, rationabile est, oē quod potuit impedimentū abstulisse, ne terra, vniuersi centrū occuparet sola. Itaq; terra, grauitatis partiū inæqualitate, & aquæ impedimento, potius circa proprium suæ molis cētrū est circūuoluta, quā circa vniuersi centrū. Ex quibus sequitur necessario terra esse in mūdi medio centra. Duo, aquæ, & terræ inter se distantia. & vniuersi centrū ab vtrisq; distans. Quod si concedatur, verum quoq; erit, grauia quæq;, non tam vniuersi cētrum petere, quā proprii globi centrū. Itaq; respectu vniuersi, eiusq; centri, nec terra, nec aqua, nec earū partes vllæ erunt graues, vt pote quæ vniuersi cētrum minime petant. Quæ, cū istis disputatoribus absurdissima videantur, ad id cōfugiunt, vt dicant, ex tota aqua, & tota terra vnum cōflati globū, cuius vnū quoq; fiat cētrum, quod idem sit cū vniuersi centro. Atq; ita non tria, non duo, sed vnū & terræ, & aquę, & elemētorū reliquorum esse, & vniuersi deniq; cētrū.

At vero dogma hoc peribit vniuersum, si terræ grauitas, si grauitas aquæ de medio tollatur. Cur enim potius, grauitas partium duarum sit ea, quæ mundi cētrum constituat, quā leuitas longe maioris partis, aeris nimirum? de quo dicitur, eum quia leuis sit a medio ferri, sursum. Quod si id admittatur, vt rationi consonantius, quia maior mundi pars præstātior, & dignior in eo est, putanda, grauitas indigniorū partiem nullam habebit in cētro mūdi constituendo, aut authoritatem, aut potestatē. Quod si omnino, omnis & grauitas & leuitas tollatur ex vniuerso, quod Plato fecit, quod fecit Aristoteles, ridenda erunt, quæcūque de grauitate, aut leuitate terræ, aquæ, & aeris, centrisq; tum eorum, tum vniuersi sunt disputata. De sententia autem Platonis, qua omnem grauitatem, & oēm leuitatem de mūdo sustulit, nulli dubium esse potest. Eandem quoq; fuisse Aristotelis sententiam, sui oēs in dubiū sunt vocaturi, nisi apertius significetur. Id itaq; ostendamus. Vno contrario in natura posito, ponitur, & alterum. Ergo & e contra vno contrario sublato, auferetur & aliud. Sed in natura nihil leue est. Ergo nihil graue. Nihil autem leue esse, Aristoteles docuit, præter ignē. Ignis aūt nullus leuis est. Ergo nulla leuitas, ergo nulla grauitas. Tria genera ignium Aristot. posuit. Ignis sphęrā, ignes aereos. Ignē hunc nostratem. Ignem sphæricū nullum esse sub luna, iam est a nobis demonstratum. At esto, sit ibi ignis sphæra, ibi certe leuis nō est.
„ nō enim πρὸς τὸ ἔσχατον τοῦ παντὸς; ad ex-
„ tremum vniuersi fertur. Sed suum locum nactus, vel quietē agit, uel fertur circulo, neutro modo leuis est dicēdus. neutro enim modo ad extremum fertur, & si ferretur, non natura, sed vi ferretur, non aliter ac dicit ipse.
Ἄνω δ᾽ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς, ἀναιρουμένου τοῦ πυρὸς οὐκ οἰσθήσεται ὁ ἀὴρ, ἀλλ᾽ ἢ βίᾳ.
„ Sursus uero, in ignis (regionē) sublato igne
„ non feretur aer, nisi vi.
Itaq; si ille sphæralis ignis in æthera feratur, vi ferretur, & nō natura. Ille ergo sphęralis ignis nullo modo leuis est. At nec ignes aerei, stellæ cadentes, nubes, candelæ, capræ, cometæ, tales alii, sursum non feruntur, sed uel in latus, uel ēt deorsum. ergo aerei ignes nō sunt leues. De igne vero hoc nostrate, q duplex est, anthrax, & flāma, alter sine dubio sursū nō fertur. Flamma uero, nullū propriū hēt motū. sed & in latera, & deorsū, & sursū, fumū semper sequitur. Non ergo p se sursum fertur, cū nec ad sui totalitatē, nec ad mūdi extremū nnquā pueniat. nō est ergo dicēda esse leuis. Et si maxime leuis sit, nihil ad rē nostrā Nō est. n. cū elemētis cōparāda flāma, de quorū leuitate, & grauitate disputamus. Nullus ergo ignis sui natura leuis est. At nec aer leuis est, Aristotele docēte.
Ἐν τῇ αὐτοῦ γὰρ χώρᾳ πάντα βάρος ἔχει, πλὴν πυρὸς καὶ ὁ ἀήρ.
„ In sua enim regione, omnia grauitatem ha
„ bent, præter ignem, & aer.

Probat antem hoc euidenti experimento. *Σημεῖον δ' ὅτι ἕλκει πλεῖον ὁ πεφυσημένος ἀσκὸς, τοῦ κενοῦ.*

,, Signum autem est, quod plus ponderat in-
,, flatus vter, quàm vacuus.

Non est ergo aer leuis. At in his duobus leuitas omnis continebatur. Nulla ergo est in vniuerso leuitas. Ergo & grauitas omnis tollitur, contrario suo e medio sublato. Amplius, Neque aqua grauis vllo modo est, in sua regione, vrinantes enim, & pisces, & homines nullam supra se sentiunt grauitatem. At sentirēt, si grauis esset, & grauitas tactu, aut pōdere cognosceretur. Quod si aqua grauis non est, in sua regione cur terra in sua regione erit grauis dicenda? Neq; enim in sua regione pondus vllū habet. Si enim haberet, nec caterno sa esset, in sua chasmata, ac speluncas, tota caderet: nec saxa tantum virium haberent, vt tātum pondus sustinere possent. Nullus aer, nulla aqua in cauitatibus subterraneis, reliqua aut esset, aut per meatus permearet. Sed in se non cadit, ergo in suo loco non est grauis. At partes videntur graues, quia cadunt. Verum est, sed cadunt a non proprio in proprium locum. vt toti scilicet suo vniantur, & cum eo reintegrentur, non autem vlla id faciunt grauitate. exemplum autem illud.

Οὐ γὰρ ἐὰν τὶς μεταθῇ τὴν γῆν, οὗ νῦν ἡ σελήνη, οἰσθήσεται τῶν μορίων ἕκαστον πρὸς αὐτὴν, ἀλλ' ὅπου περ καὶ νῦν.

,, Neque enim si quis transponat terram, vbi
,, nunc est luna, ferretur vnaquæque pars

ad ipsam, sed eò, quò & nunc.

At quo modo id probat Aristoteles philosophus ingenio tam acri? Nulla ibi adest probatio. Et si quæ est, circularis est. subnectit enim.

Ολως ὑπὸ οὖν τοῖς ὁμοίοις, καὶ ἀδιαφόροις, ὑπὸ τῆς αὐτῆς κινήσεως, ἀνάγκη τοῦτο συμβαίνειν ὥστε ὅπου πέφυκεν ἓν τί φέρεσθαι μόριον, καὶ τὸ πᾶν.

,, Omnino in similibus, & indifferentibus, ab
,, eodē motu, necesse est hoc accidere. Itaq;
,, vbi nata est, vna aliqua pars ferri; & totū.

Quò pars mouetur, eodem mouetur, & totum. & quo totum mouetur, eodem & pars mouetur. Non ne hæc circularis est demonstratio. Sed quid nam rationi consonantius est, partes ne ad totius moueri motum? an vero totum ad motum partium? Quod cæci vidissent, Aristoteles non vidit. Aer sibi similis est, & a se ipso indifferens. suprema eius pars circulo, vt aiunt sui, mouetur, ergo & media, & quæ supra montes, proxima infimæ est, rotabitur. Quæ est hæc falsitas, & absurditas? Flumen sibi simile est, vna eius pars aggeres scandit. totum ergo flumen illuc curret. nihilque ad mare alueo decurret? Oceanus Britannicus æstu ingenti currit ad littora. Cur & Narbonensi, & Ligusticum in tra columnas non idem facit. Quando ergo Aristoteles nullam probationem adducit, si terra apud lunam esset, partes eius non ad totum, sed huc ad medium ferrentur, & quas profert, vel dignitates, vel argumentationes, partim sint circulares, partim falsæ. tota eius & sane prolixa de graui, & leui disputatio, & falsa, & frustratoria est, & terræ partium descensus, non grauitatis ratione vlla fit, sed similis appetitu, & partium cum toto desiderio redintegrationis. Ergo & Geographorum rationes omnes, quę hinc desumptæ sunt, frustraneæ, & vanæ sunt, & inefficaces, ad terræ, aut aquæ rotunditatem adstruendam. Nos vero de vniuersi centro sermonem prosequamur. Vnum est vniuersi centrum, a quo lineæ quantum possunt productæ, omnes inter se sunt æquales. Ita enim ante alios omnes, vetustissimus docuit Zoroaster.

Κέντρον ἀφ' οὗ πᾶσαι μέχρις ἂν τύχον ἴσαι ἔασιν.

,, Centrum a quo omnes vsque quo contin-
,, gat, æquales fuerint.

Possunt autem lineæ, ex Geometrarum concessionibus protrahi in infinitum. Omnes ergo quaqua versus, a centro in infinitum, productæ lineæ, inter se erunt, æquales. In quo sane infinito spacio medium, centrum est. In hoc medio terram, vti vidimus, Conditorem collocasse docuit idem Zoroaster.

Τὴν δ' ἐν μέσῳ τιθεὶς. Terram in medio ponens. Quod medium etiam terræ centrum appellauit.

Ἄνωθεν διήκοντος δὲ ἀμπὰξ ἐπὶ τὸ κατ' ἀντικρὺ διὰ τοῦ κέντρου τῆς γῆς.

,, Desuper penetrantis transuersim, in oppo-
,, situm. Per centrum terræ.

Itaque vniuersi medium, & centrum eius, & terræ centrum eadem res, sunt. At terra non grauitate sua ad centrum a principio defluxit. Sed a conditore eo loci posita est. *Τὴν δ' ἐν μέσῳ τιθεὶς.* Terram in medio ponens, nulla grauitatis coactus necessitate. Sed ut Hermes ait.

Καθὼς ἠθέλησεν ὁ νοῦς. Sicuti voluit intellectus, nimirum Conditor ille primarius. At cur in medio posuit totius vniuersi. Quia fæcem rerum longissime esse voluit a purissimis. Cum enim omnes vniuersi integrales, & partiales partes ex primo illo fluore sint constitutæ, Omnis aut fluor, & purissimam habet partem, & mediam, & fœculentam, quæ duabus illis subsideat, Empyrei mundi feces,

Conditor,

Conditor, non in vnum effudit locum, sed huc, & illuc toto dispersit cœlo. De cuius fecis partibus sunt, eæ stellæ omnes, quas veteres Astronomi, & obscuras, & nebulosas nominauere; & eæ quas recentes nautæ Americus Vespucius, circa Antarcticum polum obseruauit, quem magnum canopum vocat, sed fuscum; & nubeculæ illæ duæ quas circa polum continue volui Andreas Corsalius annotauit. Et maculæ illæ in eadem cœli parte quas supra commemorauimus. Quæ quia crassiores cœli substantiæ nimirum, a priore illa empyria declinantis, & nigriores lucentes minus remanserunt. Ætheris autem, sub cœlo positi, quia, & ipse fluor sit, & purissimas suæ naturæ habet partes, & medias, & fecosas, feces Conditor, non effudit, non dispersit, sed in vnam redegit lunæ molem. Quæ tum densa, tum obscura, nigraque maiore sui parte, nec ipsa luceat, nec lumini transitum præbeat. & si qua parte minus est fecosa, ea vel vix luceat, uel alienum tantum recipiat lumen, seu potius reuerberet. Quia vero, & hylæus mundus suas habet partes alias quantum natura sua patiatur, purissimas, aerem nimirum, alias medias, aquam vniuersam. alias fecosas quæ terra est. Voluit Conditor Deus, hasce hylei mundi feces, vti omnium crassimas, & obscurissimas, longissime a superis omnibus seponere, vti indignissimas, quæ cum aliis, non dico miscerentur, sed quæ puriores essentias, ne tangeret quidem, neque ab eis tangeretur. Itaque terra longissime ab omnibus est seposita, ut lógiquius non potuerit seponi. Atque hæc quidem verissima, vt philosophica ratio dictat, causa est, cur terra in vniuersi medio sit collocata naturæ suæ nimirum spurcicia, non autem vel partium, vel totius vlla grauitate. Cuius partes quamuis nobis, a terra sublatæ graues, quia manum nostram deprimant, videantur. Vniuersæ tamen terræ, graues minime fuerint. Nec grauitate deorsum feruntur vlla, sed redintegrationis, & conseruationis propriæ appetitu, & prouidentiæ ordine, quæ nihil in vniuerso permittit esse violentum. & si fit, non finit esse perpetuum. Nam Aristoteles dixit, si aeris pars aliqua, in locum tolleretur ignis, id vi fieret; & nisi impediretur, ad totum aerem rediret, eius reditus deorsum, sed grauitas nulla, quæ in aere leui vt ipse docuit, ei causa esset, sed propriæ conseruationis amor, & Conditoris obedientiæ qui nihil extra cuiusque locum quem a principio cuique tribuit, durare diu patitur. Si ignis illius Ocelliani, atq; Aristotelici sphæralis particula, in lunæ orbem aut solis, casu aliquo perueniret. (liceat enim, & nobis casus fingere sicuti ipse terram ad lunam sustulit) an putandum est, eam inde, non descensuram? Certe ratio dictat eam descensuram. Sed nulla grauitate, quia leuissimum omnium ignis suo dogmate est. Qua ergo de causa descendet? redintegrationis sui totius, quod ea mancum factum est, conseruationis propriæ, Conditoris obedientiæ vniuersi perfectionis, de causa descendent. Multas ergo causas nos adducimus cur ignis descendat cum Aristoteles nullam adduxerit, cur terra prope lunam posita, eius partes ad medium ferrentur. Terra ergo, cum in vniuersi medio posita sit a Conditore, tamquam fex fœculentissima, huc ablegata, dum in medio habitat, in proprio habitat habitaculo. In eoque, & Conditori obedientiam præstat, & ad vniuersi perfectionem, suas partes facit, & se ipsam, suaque omnia conseruat. At vero vniuersi centrum, cum punctus sit, & indiuisibile quid, quo modo locus tantæ molis esse potest? Qui centrum terræ locum esse dixerunt, nec quid centrum esset intellexerunt, nec quid locus. Terræ locus, non est centrum. Sed terra locum suum circa centrum habet. ambit enim centrum tanto ambitu, quanta ipsa est, & verius centri locus terra est, quàm locus terræ, ipsum centrum. Sed quia centrum indiuisibile est, in loco esse, quod spacium triuum est longum, latum, altum, minime dici potest. Est tamen centrum in terra, non terra in centro, sed circa centrum. At vero, terræ centrum, cum vniuersi centro, eadem ne res sunt, an diuersæ? & a se inuicem distantes. Hanc quæstionem Aristoteles tetigit, sed eam prosequi vt videtur, animus ei defuit. Nobis facilis est solutio. Si terra ita centro vniuersi esset circumposita, vt ab eo, ad vniuersam vndequaque terræ superficiem tractæ lineæ æquales essent, tunc vtraq; centra, vna res essent. Sed non sunt æquales. Non ergo idem erit eorum centrum. Non esse autem æquales eas lineas, sensus simul cum ratione ostendit. Ratio si ad eandem vel circumferentiam circuli, aut sphæræ superficiem eandem non pertingunt, necesse est non esse æquales, sensus autem ostendit, superficiem terræ non esse sphæricam, nec talem qualis est in circulo circumferentia omnibus in partibus sibi similis. Nam cum & Astronomi, & Geographi, & nautæ totius terræ circuitum, dicant esse milliariorũ 22500. Sphæricitatem eius multa impediunt. Peruana enim Planities, quæ a loco, cui nomeo Tũbez est, vsq; ad fretum Magellanicũ per leucas 500. extẽditur: quæ 2000. milliaria cõprehendunt, non ne 11. fere totius circuitus pars est. At tanta superficiei pars, cur respectu totius, insensibilis est dicenda? (Ita

enim solent solnere) si 11. pars est. Montes quoque qui ibidem sunt nomine Andes cum longiore tractu quam plana, protendantur. noo suot insensibiles putandi, toti terræ collati, si totius suut pars ferè decima. Taurus est mons qui supra Rhodum initium sumens, ad extremos totius Asiæ orientales fines extenditur, variis per partes nomioibus insignitus, gradus 120. iu longitudinem occupat quę tertia est totius terræ ambitus pars. Cur non dicetur longitudo hæc respectu totius, & sensibilis, & momenti magni? præsertim si latitudo eius adiiciatur, quæ iuxta Strabonis computum, stadiorum est trium millium, quæ iu 375. milliaria reducuntur. Planities vero tota, quæ ab eo monte ad Scythicum Oceanum spectat, cum a Germaniæ finibus incipiat, etiam ipso mōte longior est, cur non fere dimidia totius longitudinis pars dicatur, continens gradus 150. Si quis vero ab vniuersi cētro ad Scythici Oceani superficiem ad Scythiæ planitiem, ad Tauri cacumina trahat, quis eas dixerit esse æquales. Aliæ tres trahantur ab eodem cētro ad maris, ad plani Peruani, ad Andium superficies, quo modo æquales probabuntur? In Tenarise insula media mons Pichus, est mundanorū montium omnium altissimus qui 72. milia cœlum versus tollitur; circum eum plana sunt, a planis maris superficies depressior quis has lineas tres, æquales esse dixerit? Quæ cum ita sint inæquales, quis sanus dicere audeat vel terram per se solam esse rotundam? vel aquam cum terra vnum pangere globum? Dicunt, non geometricum, & exactum; attamen, quantum fieri potest rotundum. At hoc, quātum fieri potest, nullo modo fieri potest, cum aquæ superficies, quam planissimam esse demonstrauimus plusquam terra in longitudine, ac latitudine pateat. & terra ipsa de sex lōgitudinis partibus quinque plana sit tota, quatuor vero aliis montibus gibbosa. Cuius ergo terra figuræ est, si non est rotunda? Nullius certe regularis, non sphærica, non cubica, non octaedra, non dodecaedra, non icosaedra, non Pyramidalis. Sed multifariam irregularis, καλῶς ἠθέλησε, ὁ δημιουργὸς νοῦς, Qualem eam voluit esse, conditrix Mens. Vt ea varietate, & potentiæ, & sapientiæ iofinita tem in finita re exerceret; & plurimis ea visibus esse posset. Causas ergo erroris huius maximi, terram cum aqua rotunditatem vnā ponere, iam deteximus, inde prouenisse, quod putarent terræ, & aquæ se se partes ita pondere suo quæque præmere versus centrum, vt dum omnes eo æquis viribus festinant, insimul totum conglobetur. Quod nullum globum cum effecerit, vanitas est nō conglobatæ, non sphærice rei, centrum quærere. Multo vero maior vanitas ea est, quærere, an sphæricę rei idem centrum sit, cum vniuersi infiniti centro. Vt ergo tandem tam perplexas ambages soluamus, & rem totam concludamus. dicimus, Vniuersum, quantumuis infinitum, centrum in sui medio habere. circa quod terra sit circumposita, ipsamque vniuersi centrum, continere, ac proprium centrum non habere, quod cum vniuersi centro, nec idem sit, nec diuersum. Hoc itidem, & aquæ voiuersæ, partes per terræ hyatus, & chasmata dispersæ sunt, si non infinitis, certe huc atque illuc innumeris. Ex quibus tot fontes, tot lacus, tot flumina diuersissimis, distantissimisque locis scaturientia, quo modo, uel imaginabili, vnum vel proprium, vel cum vniuersi, ac terræ, commune cētrum habere potest? Itaq; nec sola per se aqua globus est, neque cum terra coniuncta, globum vnum efficit. Neque vtraque iuncta simul, centro, vniuersi, centrum commune habent. Concludamus. Vniuersum, quod infinitum esse demonstrauimus, quodque finitas in se habet partes, Empyreum, ætherem, aerem, aquam, terram, in omnium medio, indiuisibile habere centrum. circa quod terra, & aqua simul, & aeris pars subterranea, locum a Meote conditrice, habent proprium, natura sibi competentem. Circa quod terra consistit, illudq; ambit, & vt amatum complectitur, & circa quod quiescit, & si motum habet, etiam mouetur. Ostensum enim nobis est, antea, terram in circuitum moueri longe esse possibilius, quàm vel stellas, vel firmamentum. Itaque si mouetur, circa medium mouebitur. & quæ in ea, qualicumque mouentur motu, circa medium mouentur. etiamsi ipsa stabilis permaneat. A quo medio loco, nec ipsa per se discedit, nec ab eo diuelli libens patitur. & iu eo conseruatur ipsa, & perficitur, & voiuersi perfectionem implet, & Conditricis Mentis iussis, quæ illuc eam ablegauit, perpetuo obtemperat, nulla sui grauitate pressa. Si quæ vero sui pars ab ea tota diuellatur, cuoseruationis suæ propriæ auida, non ad centrum, sed ad vniuersitatem terræ, quantum poterit citissime redibit. Omnia namque in loco proprio, tamquam in propria forma seruantur, & perficiuntur, & perfecta facta conseruantur. cuius quidem loci amplitudo tanta sit, quanta ipsius terræ moles est. Cuius molem Astronomi firmamenti magnitudini collatam instar puncti esse docuerunt. At multo magis talis appareat, si cum empyreo, si cum infinito ipso conferatur. Sed ad notitiam eius nostram quæ pertineut,

ertinent, non videtur certò sciri eius moles posse, cum tot anfractibus diuisa, tot aquis operta iaceat. Attamen quantacumque simul cum aqua est si in longitudinem, & latitudinem per 360. secetur gradus, gradus autem quilibet, ut ex Lusitanorum nauigationibus est obseruatum, 17. & mediam, leucas contineat, harum autem quælibet quatuor Italicis, miliaribus respondeat, 70. milliaria cuilibet gradui respondebunt. Itaque totus terræ circuitus continebit miliaria 25200. soliditas autem tota quanta sit tunc asignabimus quando Geographi, & Astronomi concordes inter se fuerint. De qua adhuc maximopere altercantur, & id in præsens muneris, non est nostri.

Finis Trigesimi primi Libri Pancosmiæ.



FRAN-

FRANCISCI PATRICII PANCOSMIAS LIBER TRIGESIMVS SECVNDVS.



DE TERRAE SVBSTANTIA.

TErra hæc, quæ in medio infiniti mundi posita, essentiæ, virium, actionumque suarum, conseruationem, & perfectionem eo loci nacta est, cuius nam, & qualis substantiæ ipsa erit? qualium facultatum? qualium operationum? qualesq; patietur passiones? & a quibus actoribus? Hæc enim omnia, sunt de terra consideranda. Primo ergo principem eius essentiam, siue substantiam contemplemur. Sed superflua forte videatur hæc inquisitio: Quis enim terram nobis tam proximam sensibusque expositam omnibus, non cognoscit? Si penitus res hæc introspiciatur, maiorem quã promittat, de se præbebit difficultatem. Re, quod dicimus, comprobemus. Terram esse corpus, nemo dubitat. At quale corpus? Simplex inquiunt Peripatus omnis. At simplex quid nam sit, non omnis inter se conueniunt Namque eorum non pauci, simplex in materia nullum esse asserunt. Quod si eis detur, nulla corpora erũt simplicia. Igitur nec terra. Alij dixere, simplicia ea esse, quæ substantiam suam non mutant. Nulla ergo elementa, quia per partes, in continua sunt substantiæ mutatione, simplicia nõ erunt. Si dicant, partes quidem mutantur. tota non mutantur. Ergo partes, dicemus nos, simplices non sunt, & partes totum constituunt. Ergo nec tota simplicia erunt. In similibus enim, & indifferentibus, docebat Aristoteles, quo motu partes mouentur, mouetur & totum. At partes substantiam transmutant. Et hoc singulæ, & omnes possunt facere. Ergo & tota elementa poterunt substantiam transmutare. At substantiæ transmutatio, corruptio & est, & nuncupatur. Ergo elementa tota corruptibilia sua natura sunt, quæ tamen Peripatus æterna esse maxime uoluerat? At & cœlum mundi elemẽtum est, & vocatur a magistro; ergo & cœlum erit corruptibile. Ergo & mundus: pro cuius æternitate tantopere magister laborauit. tot ambages, cum sophismatibus connexuit. Sed hæc paucula hic obiter inciderunt secuta, simplicitatis immutabilitatem. Ad rem nostram redeamus. Alii dixere, simplex illud esse, quæ vnum tantum est. At terra, at elementa nulla vnum sunt, terra ergo simplex non est. Habent enim elementa omnia, materiã, & formam. Et præterea per eos qualitatum primarũ binas. Alij dixere, simplex illud esse, quod potentia caret. Itaque qui materiam simplicẽ posuere, materiam penitus tollunt, quia ipsa non aliud sit, quam pura potentia. Et potentia caret alia omni. Alii simplex esse aiunt, quod in compositionem alterius venit. At ita, quia elementa simplicia non sunt, corporum naturalium compositionem non ingrediuntur. Atque ita neque elementa erunt, & nulla composita corpora in natura reperientur. Itaque ea schola, quæ elementalia mista corpora omnia, ex elementis constituere est annixa: omnia mista, & composita corpora destruere est annixa: mira quadam, & sibi propria philosophandi methodo. Vt pote quæ plerumque, ea quæ adstruere maxime vult, maxime destruit.

Nos vero quid aiemus? Terram esse corpus quidem,

quidem,minime tamen omnium ſimplex,maxime omnium compoſitum.Neque enim terram eſſe corpus ſimplex, nobis licet aſſerere, qui iam antea, vnum illud ſupremum rerum omnium principtnm, ſolum ſimplex eſſe demóſtrauimus. Qui reliqua entia omnia ab eo prugenita, & procreata, prout vnitatis, ita & ſimplicitatis eſſe partìcipia docuimus. Corporeurum vero entium præter vnnm illud corpus primiſſimum, quod ſpacium appellanimus nulla alia eſſe ſimplicia. Imo vero hoc ipſum non poſſe eſſe omuiuo ſimplex,& tunc aſſeruimus,& modo aſſerimus. Neque enim ſpacium huc per ſe, vlla ſui parte ſtare liberũ poſſe monſtrauimus, ſed fluore ſibi cognato, inde vſque ab iuitio,& lumine, & calore fuiſſe repleium oſtendimus.Quæ tria, & per totũ ſpacium funderentur,& in eo,& cum eo,& inter ſe miſcerentur,& ex ſe reliqua omnia corpura, Empyreum,ætherem,aerem, aquamq; & quæcumque ex eis,& in eis ſunt partes, cõſtituerent.Itaque nullum omnino eſſe corpus ſimplex noſtris dogmatibus eſt iam conſtitutum. Quid ergo concedemus nos terram eſſe ſimplicem, quæ corporum umnium eſt compoſitiſſima? Nun ſolum quo nus dicimus modo,ex ſpacio,fluore, lumine,& calore, neque quo ipſi modo elementa omnia ex materia, & forma eſſe compoſita affirmaut. Nec vt Teleſins verè vir ingens, & ſummis veterum in re phyſica antepunendus, docet, terræ priorẽ hanc partem,a ſularibus radijs,eſſe inuerſam, & in aliud ens actam dicit. Sed eo modo,quo Gaſpar Contarenus Cardinalis,noſtro ſeculo Peripateticus ſummus,demonſtrauit, terram nullibi, nnllaque, ſui parte eſſe ſimplicem, præter quam circa centrum.Cui quoniam reliquus Peripatus non aſſentitur,& in magiſtri inſenſata ferè ſententia, terram eſſe ſimplicẽ perſtat, eſt rogaudus, vt terram nobis incredulis ponant ob oculus,& ſimplicem eſſe cognoſcere nobis faciãt vel inuitis.Si id vel neſciãt, vel nequeanr oſtendere,de philoſophiæ ſcholа ſunt exſibillandi. Quoniam nihil aliud,quã verbis contendant; rerum autem veritatiſue oſtendant nihil.Nos cum eis lenius,quam ipſi nobiſcum, placideque agamus. Oſtendite vos quæſumus terram prius, deinde terram ſimplicem. Non putamus uos,pro terra, ea quæ in terra ſunt oſtenſuros. Lapides nimirũ quibus,totæ muntium moles conſtant. Montes autem, Vniuerſum hunc quem vos terræ globum dicitis,& cingunt multiſariam,& recingunt quaquauerſum. Neque metalla pro terra nobis uſtendetis, non tut marcaſitas,tot ſales,tot ſulphura, tot vitreola, tot alumina, tot arſenica,tot bolos,tot boraces, tor magnetes,tot vitra, tot criſtalla, tot concretos fluores,tot inconcretos, tot aquarum genera.Sapere enim vus,ante alios ſapientes omnes, vobis damns. Itaque hiſce omnibus talibuſque aliis ſemotis, ſolam terram nobis commonſtrate. Non putamus vos dicturos terram eſſe eam, quam dicunt aliqui (neſcimus an de veſtre an de alia ſchola ſint) totam preſſione, & pondere partium lapidem denſiſſimum eſſe factam.Vnam pro tot rebus terram a uobis petimus.

Si præceptoris veſtri: ſiue de eius ſchola viri primarij, ac tertii eius ſucceſſoris Stratonis phyſici ſtetis monitis, album aliquid pro terra nobis afferetis. Ita enim ab eorum altero eſt ſcriptum.

Καὶ ἡ γῆ δὲ φύσει λευκή, παρὰ δὲ τὴν βαφὴν πολύχρους φαίνεται.

„ Et terra quidem natnra alba eſt, obtinctu-
„ ram vero multi color apparet.

Probat id experimento cineris.

Δῆλον δ᾽ ἐπὶ τῆς τέφρας τοῦτό ἐστιν. ἐκκαυθέντος γὰρ τοῦ τὴν βαφὴν πεποιηκότος ὑγροῦ λευκὴ γίνεται. οὐ παντελῶς δέ, διὰ τὸ, καπνῷ βεβάφθαι μέλανι ὄντι.

„ Clarum autem in cinere eſt, exuſto enim
„ eu qui tincturam faciebat humore, alba
„ fit,non omniuo tamen, quia ſumo qui ni
„ ger eſt, intingitur. Addit aliud.

Διὸ καὶ ἡ κονία ξανθὴ γίνεται, τοῦ φλογοειδοῦς καὶ μέλανος ἐπιχρώζοντος τὸ ὕδωρ.

„ Ideo & puluis flana fit, quia quod flam-
„ meũ,& nigrum eſt, colorẽ ei indit aqua.

Itaque cinis terra eſt, puluis terra eſt,ſed neutra tetra ſimplex eſt,tincta euim vtraque eſt. Cinis quidem fumo,qui niger eſt, puluis autem a flammeo, & nigro. Sed hoc ſecundum tam clare dictum eſt, vt diuinatore ſit opus peracuto.Sed eſto. Cinis ergo,& puluis, quia coloratæ ſunt,terræ ſimplices non ſuut.Ergo, & quæcumque aliæ terræ coloratæ fuerint, ſimplices terræ non erunt.Sulæ ergo illæ quæ natnra albæ ſunt, terræ erunt ſimplices. Quatuor tantum terrarum albarum genera nus equidem nouimus.Si quis plura noſcat,veritati augendæ hic adiiciat.Arenam,non quidẽ omnem,qnia fluuialis,& marina, humore tincta eſt,ſed eam,quæ fere totam inter Atlantẽ, & Nigirum, Lybiam operit, quia ſule ex ſiccata alba eſt, & Alexandria ad nos affertur. ſi modo arena omnis, lapilli potius nun ſint quam tetra. Id.n.er magiſter docet in Probl.

ἡ δ᾽ ἄμμος ἐστὶ πέτρα ἐψυγμένη εἰς μικρὰ καὶ ἐλάχιστα μόρια.

Arena eſt petta comminuta in paruas,& minimas particulas.Ceruſa quoque alba eſt, & gypſum, & quam Gallico nomine Marnem appellant, Deus bone ad tam paucum lum terræ, totum terræ elementum, principalis totius Vniuerſi vna pars, reducetur. Sane

si terra elementum est, mistorũ,& compositorum corporum elementum erit. At arena mistum compoonit nullum. gypsum nulli natura li corpori miscetur.Cerusa nihil geoerat.Ergo hæc tria,terræ elemeotum nequaquam erunt. Marne autem,per agros quidem sparsa,eos fœcundat. At eorum,quæ ex ea nascuntur fœcũdatione,matnæ,mistionem non ingreditur.Et si ingreditur, sola Marne,elemeotum erit terræ.At Italia,Germania,Grecia, præter Gallias, tota Europa,tota Asia,tota Africa,totus nouus orbis,quia Marne careot, terræ non erunt;terram non habebunt: terræ elementi, aut eius pars,non dicentur.Cur igitur Geographi, illudeotes nobis,terrarum orbem totum,in Europam diuidunt,in Asiam,in Africam,in Americam,& vt oos, in Antipolicam, cum terra,oon nisi vna Marne,&non nisi in vnis Gallijs reperiatur? Cur Aristoteles,cur Peripatus,tam exiguam rem,vnam de elementis quatuor esse uo luerunt? Esto vt placet. At ex summi magistri dogmate, omnes terræ colore præditæ, cum mistæ sint, elementa esse non possunt,neq; debent.Alioquin,quòd contendũt,elementũ terræ esse simplex,locum in ueritate oon haberet. Simplices ergo terræ quæ suot,eæ elemeotum terræ nõ sunt eæ aũt sunt,quæ albe suot. At ex quatuor albis,tres.elemeotum non sunt. Sola marne elementum erit.At in solis Gallijs marne in vsu est.in terris alijs, totius terrei globi, cum Marne nulla sit in alijs nullis terra elemẽtorum reperietur.Si ex simplicitate terrei elementi,talis philosophia Peripato conflator eã ipse sine inuidia,sibi solus habeat. Nos aliam ingrediamur uiam, qua rerum generationem inuestigemus,& comperiamus.Nouem illa rerum genera,quæ in terra,& fiunt, & habitant. aquæ concretæ,fluores,terræ compactæ, lapides, metalla,plantæ,zoophyta,animalia,homines.Si dicamus ex terra fieri, id erit comprobãdom. Antequam comprobetur,terra necessario fuerit cognoscenda. Terra ergo quidnam est? Nam terram simplicem,nos quidem, neq; cognoscimus, neque agnoscimus cum eã nullibi reperiamus.Nam & Marne ipsa,& gypsũ, & cerusa,non carẽt humore, quo sunt conglutinate. Quid ergo arena illa alba, sola ne, quia gluten non habet,terra erit? Nos ooo tam pauperem terram cõspicere sustinemus. Sit nobis terra(si modo arena noo sit lapillus minutissimus)& arena,& marne,& cerusa.(nam gypsũ forte lapis natus est)si omnis etiam colorata,& incolor terra;terra suoto.Omnia hæc terra cõplectatur.At taodem terra sui essentia quid nã est? Id nimirum totum quod & durũ & molle simul est siue cum glutine,siue sine glutine sit vllo.Durum autem id appello, quod tactui resistit molle uero;quod tactui cedit.Quod ergo tactui resistit, & tactui noo resistit, terram esse statuimus. quodque impressionis tactus vestigium,& recipere,& seruare possit. Quod tamen a sui primordio,tale sit factum a natura, & non sit ex alio confectum,ut cera,vt caseus, vt caro,vt alia quædam talia non pauca. Summatim terra est, quod natura sua primæua, tactui cedit,& non cedit. At talis terræ essentia, fluoris ne illius primæui, pars est vlla? An & ipsa fluore illo constat? Statutum enim iam est, vnum e corporum principijs fluorem esse? At terra fluere nequaquam visitur, vt aqua, & aer fluunt.Quoniam ergo terra non fluit,fluor oõ est.Terra ergo corporum omnium,sola inuertit ordinem. quandoquidem omnia fluores sunt,ipsa sola fluor non est. At & ipsa fluor est compactus.In fluorẽ enim uertitur calore.Docet id magister ipse Meteoro.4.cap.6. Τήκεται δ' ὁ πηλὸς καὶ γῆ.Funditur vero,& lutum,& terra. At uideodum utrum omnia corpora adhuc sint fluores,an vero a principio tãtum fuerint? Profecto, alia adhuc fluores suot,alia ex fluoribus sunt confecta.Nam & stellæ omnes & ipse sol & luna,ex fluoribus quidem densatæ & coocretæ sunt:fluores tamen adhuc oon permanent.Sic de terra dicendum;& ipsam a principio fluorem extitisse,nunc uero non amplius esse. Fex enim illa per aerem,& aquam, in minutissimas atque atomas concisa partes, quaqua uersum volitabit,noo aliter ac in vino oo uo,fecosum quod est, per totum cursitat. Et quæ vel reliquiæ illorum sunt corpuscula atoma,quæ per solis radios volitare ceroimus,vel ab hac fece sint modo secreta, certe in aere videmus motu inconstantissimo habitare,& cursitare.Nec minus,in aquis,quantumuis purissimis, ac limpidissimis, ea uidemus inesse & quæ si quiescat aqua, in fundo residere ceroimus.Talis ergo,in elementis aere,& aqua,a primordio fex minutatim volitans,Verbo mentis conditricis,in unum est postea redacta locum ex qua omni,est terra cõstituta.Dum ergo elementorum fex,in atomis adhuc esset,pars fluoris erat.Et cum eo insimul,& ipsa fluebat. At postquam Conditoris iussu in vnum est redacta locum,fluere desijt.& in se deosata coostitit.Non tameo primæuæ suæ originis, memoriam penitus aboleuit.Nam,si qua data porta, etiam num fluit.Nemo nescit lateres e terra,& aqua conflari.Ij in fornacibus ut durentur, excoquuntur. Eorum qui igni proxima sunt, non solum aquam quæ eis inest, ut reliqui omnes in fumum agunt, sed etiam soluuntur, & liquefiunt, & fluunt.Quæ res quotidiano con stat experimento.Cinis,Aristotele docente, terra est.is cinis vitrarijs fornacibus iniectus, prius fluor fit, deinde vitrum. Quæ res testimonio suot,terram omnes vehementi igne, in fluorem

rem posse verti. Terra ergo omnis, si nō fluor est, fluxilis tamen est, quia e fluore primæuo est cōstituta, & in fluorem funditur. Et si actu semper fluor non est, semper tamen potentia fluor est. Nam cum lateribus illis, si arena si puluis adsit, etiam fluit. Hæc experimenta ostendunt euidentissime terræ essentiam ex fluore esse, ab initio constitutam, & fluorem, eam esse compactum; & in floorem solui posse. neque vnquam vel intus, vel extra seiungitur a fluore. Semper enim pars eius quæq; vel aquæ, vel aeri, vel fluori alicui in ea geoito, est coniuncta. Idque a Conditore suo, sapientissime est factum. Nimirum, vt aqua quę fluor semper esset, semper etiam flueret, neq; a suo munere vnquam desisteret, numquam tamen difflueret e se ipsa. Et ideo cum suis nō posset, alienis coercetur terminis: & terra quia fex erat prius dispersa, ne iterum disperge retur, & in nihilum fere rediret, glutine opus habuit, quo in se contineretur, & consisteret. Tum etiam quia fex erat crassa, & iners & nihili vt aliquid posset ex se proferre, fluoribus suis, & intus immisceri; & extra operiri, opus habuit. Vt mutuo videlicet complexu, munia sua omnia, a Conditore sibi iniuncta, obire posset. sunt autem eius munia, quæ ab eius essentia, ac viribus eius prouenire possunt. Vt nimirum ea omnia, & agere, & pati possit, quæ tali competunt essentiæ. Fex enim cum sit, densa est, & crassa. Vt vero talis lumini non est peruia, luminis tamen capax, & hac ratione multicolor, atq; etiam obscura, & vmbrosa. & densitatis merito, & crassitiei dura, & alieno loco grauis, & grauitatis ratione tum difficile mobilis, tum stabilis, & duritiei causa, resistens, & non facile suscipiens, & suscepta retinens, & seruans. Hæc ergo omnes, & vires, & qualitates, & opera terram consequuntur, quatenus imperfectissimorum corporum, elementorum scilicet fex est, & fecium postrema. Patitur autem a cœlo maxime, ab astris videlicet, a planetis, a sole, a luna; patitur & ab aere, & ab aqua. Ab illis quidem tria maxime, duo indubia lumen, & calorem: tertium autem minus notum, influxus nimirum quosdam occultos, cœlestium æthe rearumque impressionum. Cum. n. ipsa per se iners sit, & in efficax. cernantur autem in ea, opera quædam, quæ a rerum seminibus proximis, oriri non videantur posse, necesse est, aliunde in eam qualitates illas miras influi, & infundi. De quibus, quando de ijs quæ in terra fiunt, perquiremus, aptior erit differendi locus. Sed modo inter terræ qualitates, nō ne est, & siccitas, & frigiditas adnumerāda?

Siccitas quidem, si duritiam dicit, terra, & sicca erit, & non sicca. dum enim pressioni resistit dura est, & sicca. dum aut pressioni etiam cedit, nec dura est, nec sicca. At siccitas non videtur duritiem tantum significare. quia & glacies, & grando, duræ sunt, sed non sunt siccę. Siccitas ergo, si nihil aliud sibi velit, quàm omni carere humore, terræ, siccitas non videtur conuenire. Nam & ipsa ex fluore est, & fluor est, & fluor fit. Neque terra vlla sui parte, humore caret. Nam & quæ maxime videatur a calore exsiccata, cinis, puluis, arena, ad alium ignem funditur, & fluit, igitur humor ei non deest. Et quæ glutinosa est, nullam secum habet siccitatem. Gluten enim omne ab humore est. Eadem autem hac glutinis ratione, terra sui natura, necessario ē calida. Omne enim gluten ab humore. humor autem omnis, & a calore est, & calidus est. Nam si a primæuo illo fluore fit humor, iam calori iunctus omnis humor natura sua fuerit necessario. Neque humor sine fluore; neque fluor sine calore essentiam suam habebit. Sin vero humor is qui gluten terræ facit, ab aere fuerit vel ab aqua, cum aer Peripati cōfessu calidus sit, aqua, nostra demonstratione calida sit probata. nullus humor frigidus erit: nullumque gluten erit a frigore. Cumque terra glutinosa sui natura sit, id a calore habebit, non a frigore vllo. Atque ita terra nequaquam frigida erit dicenda. Et quamuis, Ocellus, Hippocrates, Aristoteles, Peripatus vniuersus, Galenique omnis secta, terræ tribuerit frigiditatem, secundus, & tertius in sententia non perstiterunt. Hippocrates namque, terram calidam esse hisce verbis scripsit.

Απελείφθη τ θερμοῦ πουλὺ ἐν τῇ γῇ.

„ Relictus est calor multus in terra.

Ab æthere scilicet, quem verè calorem esse existimat, causamque reddit, quia ponderosa esset, & in se constipata. Id autem experimenta multa comprobant. Omnis enim quarumcumque rerum, constipatio calorem generat. Si enim ligna aliquo in loco, seu in naui, seu domi cōstipaueris in aceruum: si lapides, si metalla, lapidibus, metallisq; superponas, calorem inde exire senties. Quod in lignis, nos nō semel sumus experti. Si de sale, de frumento, de farina idem feceris, idem quoque experieris. Naues multæ in Cypro Bombicę in Hispania, in Britannia, lanam constipabāt, & etiānum arcte constipant. Euenit aliquando, vt tantum calorem ex eo conceperint, vt exardescerent, & comburerentur. Quod Naui, Maffei Bernardi, nobis pueris, in portu iam, quem prope Venetias, Malemauchi vocant, meminimus contigisse. Metallorum, lapidumque, & salium fossores idem sub terra continue sentiunt, calorem scilicet, eumque non exiguum. Hæc eadem forte ratio quoq.

 fuit,

uit, cur Aristoteles, nō vno in loco calorem hunc subterraneum est apertissime confessus. Semel quando ita scripsit.

Ὑπάρχει δ' ἐν τῇ γῇ πολὺ πῦρ καὶ πολλὴ θερμότης.

» Inest autem, & terræ multus ignis, & mul-
» ta caliditas.

Paulo vero post.

Καὶ τὴν ἐν τῇ γῇ θερμότητα ταῦτα ποιεῖν, οὐ μόνον δυνατὸν, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον ἐστί.

» Et eum qui in terra est calorem, hæc facere
» non solū est possibile, sed etiam necessariū.

Iterum idem r epetit.

Ὑπάρχει γὰρ ἡ γῆ, καθ' αὑτὴν μὲν ξηρὰ, διὰ δὲ τοὺς ὄμβρους ἔχουσα ἐν αὑτῇ νοτίδα πολλήν. ὥσθ' ὑπό τε τοῦ ἡλίου, καὶ τοῦ ἐν αὑτῇ πυρὸς θερμαινομένης, πολὺ μὲν ἔξω, πολὺ δὲ ἐντὸς γίνεσθαι τὸ πνεῦμα.

» Existit vero terra, per se quidem sicca, ob
» imbres autem, habens in se humorem
» multum. Itaque & a sole, & ab eo qui in
» ipsa est igne, calefacta, multus sane extra,
» multus quoque intra fit spiritus.

Nequis autem putaret se de non naturali sed de aduentitio quodam terræ calore loqui, se se & hunc cognouisse ostendit.

Καὶ γὰρ δὴ τοῦ γιγνομένου πυρὸς ἐν τῇ γῇ αὐτὴν οἰητέον ταύτην αἰτίαν, ὅταν κοπτόμενον ἐκπρησθῇ πρῶτον εἰς μικρὰ κερματισθέντος τοῦ ἀέρος.

» Namque sane, eius qui gignitur ignis in
» terra, hanc putandum esse causam, quan-
» do primum minutatim sectus aer, incen-
» ditur.

Itaque hic alius est sub terra, accenso aere genitus ignis, ab eo quem toties subterraneum ignem, & calorem nominauit. Quid ergo? si terra, si aqua, si aer, non sunt natura frigida. Quod nam aliud erit frigidum corpus? Vnde frigus erit? Quod hieme sentimus frigus, vnde ad nos perueniet? Hoc sane iam, & quæ ad hæc consequuntur, quarto labore erunt prosequenda. Hæc vero de integralibus mundi corporibus sunto satis.

Tribus his laboribus, centum dierum horis matutinis finis est impositus.

ANNO M. D. LXXXIX. V. AVGVSTI.

Cuius rei ergo.

SVMMO DEO, SVMMA GLORIA ESTO

Sed quia obtrectatorum & superstitiosorum omnia sunt plena, audiant, quæ R. P. Dominicus Bannes Prædicatorum ordinis, 1. parte S. Thomæ. q. A. 8. dub. 5. in hæc verba scribit.

Argumentum deductum in rebus fidei ex auctoritate plurium Sanctorum, reliquis licet paucioribus in contrarium stantibus. Et in rebus quæ ad fidem non attinent, concors omnium consensus probabilitatem affert, non tamen firmitatem.



AVTORVM QVI HOC NOVÆ philosophiæ opere citantur catalogus.

A

Adrastus Cycizenus.
Aetius.
Albertus magnus.
Albumasar.
Alexāder Aphrodiseus.
Aloisius Cadamustus.
Alpetragius.
D.Ambrosius.
Ambrosius Contarenus.
Americus Vespucius.
Anaxagoras.
Anaximander.
Anaximenes.
Andreas Corsalius.
Annibal Raimundus.
Antipho.
Apollo Delphicus.
Archelaus.
Archicas senior.
Architas Iunior.
Aristarchus samius.
Aristoteles.
Atheoodorus.
Auenrois.
Aureolus.
D.Augustinus.
Augustinus Cæsareus.

B

D.Basilius.
Berosus.
S.Biblia

C

Cabalistæ.
Caietanus.
Callippus.
Castor Sistericus.
Chaldæi.
Cleanthes.
Christophorus Clauius.
Chrysippus.
Crate philosophus.
Cyrillus.

D

Damascius.
Daniel propheta.
Diodorus Siculus.
Diogenes Apolliniates.
Diogenes Laertius.
Dion Neapolita.
Dionysius Afer.
Dionysius Areopagita.

E

Empedocles.
Epicurus.
Euclides.
Eudoxus.
Euripides.
Eusebius.
Eustathius episcopus Antiochenus.
Ezechiel propheta.

F

Federicus Chrysogonus.
Federicus Delphinus.

G

Galenus.
Gaspar Contarenus.
Genzalus de Ouiedo.
Gregorius Nazianzenus.
Gulielmus Postellus.

H

Hebræi.
Hecateus.
Heraclides.
Hermes Trismegistus.
Heraclitus.
Hermias.
Hesychius.
D.Hieronymus.
Hieronymus Borrus.
Hieronymus Fracastorius.
Hipparchus.
Hippocrates.
Homerus.

I

D.Iacobus Apostolus.
Iacobus Cartierus.
Iamblichus.
Io Baptista Turrius.
Io.Barros.
Io.Chrysostomus.
D.Io.Euang.
Io Gaetanus.
Io Maria Benedictus.
Io.Picus.
Io Verrazzanus.
Ion.
Iosaphatus Barbarus.
Iuliaous Cæsar.
Iustinus martyr.

L

Lactantius.
Laurentius Ananias.
Leucippus.
Lodouicus Guicciardinus.

M

Magi.
Malchus Porphyrius.
Marcus Polus.
Marcus Varro.
Marsilius Ficinus.
Martianus Capella.
Mathematici
Maximilianus Transiluanus.
Mercator Geographus.
Metrodorus Chius.
Moses.

N

Nicolaus Comes.
Nicolaus Sagrus.

O

Ocellus Lucanus.
Ocetes Pythagoreus.
Olaus Magnus.
Origenes.
Orpheus.
Optici.

P

Parmenides.
D.Paulus Apost.
Paulus Diaconus.
Paulus Iouius.
D.Petr. Apost.
Petrus Martinezius.
Petrus Medina.
Petrus Messia.
Philo Iudeus.
Philolaus.
Philoponus.
Piloti duo anonymi.
Plato.
Pletho Gemistus.
Plinius.
Plotinus.
Plutarchus.
Polybius.
Pomponius Mela.
Posidonius.
Proclus.
Procopius Gazæus.
Psellus.
Ptolemeus.
Pythagoras.
Pythagorei.
Pythias Massiliensis.

R

Rubertus Linconiensis.

S

Seleucus erythreus.
Seleucus Mathematicus.
Sibylla.
Simplicius.
Solinus.
Solomon.
Sosigenes.
Stoici.
Strabo.
Strato Physicus.
Syrianus.

T

Telesius.
Thales.
Theodoretus.
Telesius.
Theophrastus.
Theophylactus.
Timæus historicus.
Timæus Locrus.
D.Thomas.
Thomas Lopezius.
Tychon Brae.

V

Virgilius.
Vitellio.

X

Xenocrates.
Xenophanes.

Z

Zeno Citieus.
Zeno Elates.
Zoroaster.

TABELLA ERRORVM QVÆ

OPERARVM OPERA OBREPSERVNT

PRIOR NVMERVS PAGINAM, SECVNDVS COLVMNVLAM INDICAT.

In Panaugia.

9.	4.	Inoprus.	Propins.
10.	3.	proprus.	propius.
15.	1.	fortc folis.	forte folis.
14.	4.	Pauxille.	pufillæ.
16.	4.	quis in aerę aer.	quis in aere æther.
17.	2.	fe fe permeant.	permeant:
		& ∫ nofter.	& nofter.
18.	4.	ennftare.	enflare.
19.	2.	Quæ parentheſi includunzur Vtroque.	
21.	1.	loco, iuſſu P. Reuiforis funt intepofita.	
22.	1.	ab aſtris aèri.	ab aſtris ateri.
	4.	vincta.	euncta.

In Panarchia.

3.	3.	eſt factum.	eſt facturum.
4.	3.	vniuerfitatem.	vniuerfitatem inuexit.
6.	3.	inzellectio.	intellectione:
10.	3.	fi monàs.	& monas.
11.	1.	par eſt.	par &.
25.	1.	genere dictare.	genere diſtare.
26.	1.	Parentbeſi incluſa eodē iuſſu ſunt iteriecta.	
32.	4	habez	quod.
51.	1.	indigemus.	indagemus.
	3.	fuleris, ipſum.	fuleris ipſum egerer.
	4.	zegeret.	redigeret.
54.	3.	metaboricam leges	contra leges ſuas me-
		ſua.	taphoricam.
57.	3.	oratione creat.	oratinne careat.
	4.	opportet Peripatus.	opponet Peripatus.
58.	1.	habenz pecudes	balenz pecudes
		nullis animantum.	nullis ne animanzum.
	3.	alia in ventrib.	animi in ventribus.
61.	3.	in hominea.	in homine a capize.
69.	2.	punctum.	puncti.
	3.	in ſpacin primum.	in ſpacio minimum.
28.	3.	propriam fluxionem.	propria fluxionē ommi-
85.	4.	falſus eſt.	ſaſſus eſt. (ſit.
84.	3.	In oris genitis.	In eis genitis.
85.	1.	qui ideo ſpberi-	qui ideo ſphæricus eſt a
		cus.	quo aer item ſphæricus.
	2.	fiz ceſſimus.	ſicciſſimus.
94.	2.	conciderunt,	coinciderunt.
		quieſanze.	quos ante.
		aſſezurabant.	aſſeuerabant;
		recti.	necti.
	3.	connexis.	connexis.
95.	4.	habenz eſſentia.	habenz eſſentialem.
98.	1.	ferreas cadenzes.	ferreas candenzes.
101.	1.	circulari viz.	curculares viæ.
106.	2.	buctæ.	humectæ.
	4.	quam prius.	quam propius.
111.	2.	eſt hominibus.	& feminibus.
	3.	poſt ferè brennium.	deleatur.
118.	1	ex conſuetudine	ex zonſuetudine ignis
		ignis	vocetur.
	2.	cenzies quam aqua.	ignis eenties quā aqua.
120.	1.	pro cœlo.	ſub cœlo.
122.	4.	& aqua humidus fri-	& aqua humida & fri-
		gidus.	gida.
	4.	tenuitas a ceſſione.	zenuitas, hęc a ceſſione.
126.	1.	varie	varie.
129.	4.	reliquis tribus.	reliquis.
		P	E
		ferentia.	circumferentia.
130.	1.	tore fi	tereti.
		cerni poſſe	cerni non poſſe.
135.	2.	mari eſſe partim ma-	mari eſſe partim, par-
		ri eſſe.	tim mari eſſe externa.
	3.	non deſperire	deleatur.
137.	1.	deſcentibus	decreſcentibus.
138.	1.	littoris	litteris.
	3.	Norumbergæ	Norumbegæ.
		Aremonieo	Aremorieo.
140.	1.	matres	maria.
141.	1.	variarum	varium.
	4.	Normandia & Picar-	Normandica & Picar-
		dieia	dica.
145.	3.	quæ ſcriptæ ſunt.	quæ ſcriptæ sūt plegat.
150.	3.	Tauri eacumina tra-	Tauri eacumina tres li-
		haz.	neas trahaz.
152.	3.	terra elementorum	terra elementum,

In Hermete.

10.	1.	πεσρόντες	ἐςὶν.
10.	2.	Cognoſcens enim	Cognoſcens.n.& bonus
		& pius, iā eſt diuinus	& pius iam eſt & diuin⁹

In Myſtica.

2.	1.	eam diuiſionem.	eam diuiſionem in agro
			phis fuiſſe factam.



FRANCISCI PATRICII, HERMES TRISMEGISTVS.





Ermetem Triſmegiſtum, virum apud Aegyprios ſapientia maximum fuiſſe, viri multi ac magni, multis iã ſeculis habuere perſuaſum. Primus poſt tot ſecula. Io. Goropius Becanus Hermetem hunc, neminem hominum fuiſſe, auſus eſt affirmare: & alijs etiam perſuadere, multis ingenij, atque erudirionis plenis argumentis, eſt conatns. Quę fere omnia pendent, ex Theuti nomine: Etymo deducto ab Heer, & hoot, quod Cimmeria quadam ſua lingua, e Cimmerijs tenebris nuper eruta, caput ſignificer. Idem quod Aegyptia Thot, Thoyt, & Theut olim dici eſſe ſignificatum. Cui rei vt fidem faceret, Hermas ſtatuas illas fuiſſe dictas addit, quibus humani nil aliud erat, præter caput, & ptidenda: In quibus præcepta vitæ, & ab Aegyptiis inſculpebantur. Idque viri magni Iamblichi, authoritate confirmat. Qui ſcribat Mercurio Deo, multa librorum Aegyptiacorum millia fuiſſe adſcripta. Somniaſſeque Græcos, & Latinos omnes, qui crediderint, hominem eum aliquem fuiſſe, ante Pharaonis ætatem, qui litterarum, artiumque liberalium author extiterit; neſcientes quid nomen Thoot, Hermetis, Mercurij ue ſignificaret. Quod de Cimmeria ſua lingua, vir hic ſcribit, non eſt animus perpendere. Eius etymi fides, apud eum, eamque eſto. Hoot, ac Thoot caput ſignificari, verum eſto. An ideo, nemo vmquam virorum, nomine hoc Thoot, ſeu Theut, proprio, inſignitus fuit? Apud Græcos caput eſt κεφαλή. An ideo Cephalus, ſenex ille in Platonis Repub. nullus fuit? Aegypria lingua aqua dicebatur, μῶ. Υσης is, qui ex aqua ſeruatus eſſet. Quo duplici nomine in vnum iuncto, Moyſi nomen Pharaonis filia impoſuit, (id Ioſephus refert) An quia multi ex aqua ſunt ſeruati, nullus vmquam vir, Moyſes fuit? Ariſtocles apud Græcos, optima gloria. Ariſtoteles optimus finis, ſonant. An ergo nullus Ariſtocles, quod Platoni proprium nomen fuit? nullus Ariſtocles fuerunt vmquam? Qualis hæc Argumentatio. Thoot caput ſignificat. Ergo nemo hominum vmquam Thoot eſt vocatus? Scimus ex Platonis Hipparcho, ex Plutarchi Alcibiade, ex alijs quoque magnis authoribus, Hermas tales lapides fuiſſe, quales Goropius deſcribit. An ideo, nullus vmquam homo, Hermes eſt vocatus? Iamblichum ait dicere, multa librorum millia Mercurio Deo fuiſſe inſcripta. Eſto. An ideo Mercurius, nullus vmquam hominum, nomen habuit? An neſcimus quoſcumque antiquitas, & Græca, & Aegypta pro Dijs, coluit eos hominis fuiſſe. Oſiris, Iſis, frater ac ſoror Saturni Iunioris filij: quod Diodorus teſtatur, idemque maritus, & vxore, in

B Deos

Deos sunt relati. Horum a consilijs, & multarum scientiarum institutor Hermes fuit. Et Sanchoniaton Berythius, qui paulo, post Mosen vixit, Phenicumque historiam scripsit, fidem fecit, eum, qui apud Phenices Thaantus diceretur, apud Aegyptios Thoot, & Thoyt fuisse vocatum. Eumque Saturni scribam fuisse narrat Hic quoque in Deos est relatus. Is literas inuenit. Multa circa Deorum honores, & sacra, & Astrologiam, & Musicam, & Naturam primus obseruauit. Palæstram, & choream, & Lyram reperit. Græcos etiam eloquentiam docuit. A quibus ob eam causam dictus est Hermes. Quæ omnia Diodorus narrat. Cicero vero, Clemens, Arnobius, alij quoque, apud Græcos, Hermetas seu Mercurios quinque, fuisse perhibent. Inter quo duos fuisse Aegyptios, alterum Nili filium, cuius nomen Aegyptia gens horrebat, & reuerebatur exprimere. Alterum, qui Argum in Græcia occidisset, profugium in Aegyptum delatum, Aegyptios literas docuisse, eisque leges dedisse. An vero Hermes ille, qui Osiridi, atque Isidi a consilijs fuit, sit is idem qui Argum occiderit, nullo antiquitatis, vel indicio, vel testimonio, aut affirmare, aut negare possum. Sed si Diodoro alijsque non paucis credamus, Orpheum primo, alios deinde Græcos, quæ Aegyptiorum erant ad suos transtulisse, literarum inuentionem, non Mercurio Argi occisori, sed Theuto Aegyptio, quod Plato, vir animo candidiore, fatetur, tribuere debemus. Sed an Theutus hic, seu Hermes inuentor literarum, idem fuerit cum Hermete Trismegisto, in dubium verti potest; Illud certum est, Osiridis, & Isidis temporibus fuisse. Quando Isis, vti Diodorus scripsit, in columna sui sepulchri inscripserit, se fuisse ab Hermete edoctam.

Ἐγώ Ἶσις, εἰμὶ ἡ βασίλισσα πάσης χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπ' Ἑρμοῦ.

Ego Isis sum. Regina totius regionis. sui ab Hermete edocta. Et in libro sacro Hermetis, vbi colloquium est inter Isidem, & Horum filium, multa fit de Hermete mentio. Eiusque verba sæpe refert. Et eum vniuersi etiam, appellat Mentem Fingitque aliquando Deum vniuersi principem cum Hermete loquentem, eumque animæ suæ, animam vocantem atque ipsi hominum formationem assignantem. Item.

Βουλῆς δ' ὁ πατὴρ πάντων, καὶ καθηγητὴς ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς.

„ Consilij pater omnium, & magister Trismegistus Hermes. Ex quo loco videatur, eum Hermeten, qui a consilijs Isidi fuerat, eundem fuisse Trismegistum. Rursus Trismegistum Hermetem, non fuisse eundem cum Isidis consiliario, videtur posse elici, ex eo Trismegisti dialogo, cui nomen est Asclepius, quem Apuleius Latinum fecit. In quo versus finem hæc sunt verba.

„ Hermes, cuius auitum mihi nomen est,
„ non ne in sibi cognomini patria con-
„ sistens, omnes mortales, vndique ve-
„ nientes adiuuuat, atque conseruat.

In eo autem toto dialogo, sicuti in Pœmandro, in Catholico, in Claue, & reliquis Trismegisti nomen, veluti & authoris, & interlocutoris insertum est. Et is qui illa profert verba Trismegistus est. Alius igitur, est hic Hermes Trismegistus, ab Hermete Trismegisto eo, qui Isidis consiliator, & inuentor literarum fuit. Itaque quem Goropius, neminem fuisse ait; quem multi magni viri pro vno acceperunt, nos in duos distinguimus. eiusdem nominis, & cognominis, aliorum alterius nepotem. Quod, & D. Augustinus libro de ciuitate Dei VIII. Sentit, & sæpe alibi Mercurij aui, & nepotis, mentionem facit. Sed nomine, & cognomine eodem, vnum atque eundem, creditum apparet. Priorem quidem Osiridis atque Isidis temporibus floruisse satis, ex Diodoro constitit, & satis etiam ex Hermetis sermone sacro constat, & ex Sanchoniatone, qui eum dicit Saturni fuisse scribam. Saturnus autem fuit Osiridis pater, qui vt Chronici colligunt, fuit Chamesenuus, seu Chami filius, qui dictus est Saturnus Iunior. Ideoq; in Isidis epitaphio scriptum est.

Ἐγώ εἰμι, ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου θεοῦ, θυγάτηρ πρεσβυτάτη.

Ego sum Iunioris Saturni Dei filia natu maxima.

Quod etiam ex libro sacro videtur posse dici, scilicet ex nomine Chamephes, ita enim in eo scriptum est.

Πρόσεχε τέκνον Ὧρε. Κρυπτῆς γὰρ ἐπακούεις θεωρίας ἧς ὁ μὲν προπάτωρ Καμήφης ἔτυχεν ἐπακούσας παρὰ Ἑρμοῦ τοῦ πάντων ἔργων ὑπομνηματογράφου, παρὰ τοῦ πάντων προσβυτέρου Καμήφεως.

„ Mentem adhibe o Hore fili: occultam
„ enim audis contemplationem, quam
„ auus Camephes audijt ab Hermete,
„ qui omnium rerum commentaria scri-
„ psit ab omnium progenitore, Came-
„ phe.

Horus quidem cum esset Osiridis filius. Osiris autem Chusi, hic vero Chami id est Camephes, Chamus Hori proauus fuit, Chamephis

-mephis autē progenitor, iam Noachus est, qui dictus est Saturnus senior. Cuius sermones Hermes audierat, & ab Hermete Iunior Camephes, qui videtur esse Chusus Chami filius: Itaque videtur Hermes hic primus, videtur chami, vel chusi preceptor fuisse Noachi autem auditor. Sed cum in eodem libro sacro non longe a principio hæc sint scripta.

Ἀλλ' ἦν αὐτοῦ διάδοχος ὁ Τάτ, υἱὸς ὁμοῦ καὶ παραλήπτωρ τῶν μαθημάτων τούτων, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ, καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἰμούθης αὐτοῦ, καὶ Ἡφαιστοβούλης, ἄλλοι τε.

„ Sed fuit ei successor Tat, filius simul & di-
„ scipulus horum dogmatum; & non mul-
„ to post Asclepius Imuthes, & Hephesto-
„ bulus, & alij.

Deinde versus finem, ea quæ attulimus.

Βουλῆς δ' ὁ πατὴρ πάντων, καὶ καθηγητὴς ὁ τρισμέγιστος Ἑρμῆς. ἰατρικῆς δ' ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἡφαίστου. Ἰσχύος τε καὶ ῥώμης πάλιν Ὄσιρις, μεθ' ὃν ὦ τέκνον αὐτὸς σύ. φιλοσοφίας δὲ Ἀρνεβασκηνίς. ποιητικῆς δὲ πάλιν ὁ Ἀσκληπιὸς, ὁ Ἰμούθης.

„ Consilij quidem pater omniū ac magister
„ Termaximus Hermes. Medicinæ vero
„ Asclepius Vulcani filius. Virium vero, &
„ roboris rursus Osiris. Post quos tu fili. Phi
„ losophiæ uero Arnebascenis. Poetices au-
„ tem rursus Asclepius Imuthes.

Ex horum priore loco in dubium ueniat quis, quod prius diximus, Hermetas duos fuisse. Proauum, & nepotem. Quia & hic antiqoior videtur filium Tatum habuisse, & Asclepium auditorem, quod nō videtur temporibus coosonare. Sed ex hoc posteriore loco, & alio illo ex fine Dialogi Asclepij soluitur omnis difficultas. Nam hoc loco noo vnus Asclepius, sed duo nomioantur. Alter Volcani filius, medicinæ inuentor, Alter Imuthis filios poetices repertor. Atq; hi ambo Isidis, & Osiridis ętate. In dialogo autem illo ita scribitur.

„ Auus enim tuus o Asclepi, medicinę pri-
„ mus inuentor, cui templum consecratum
„ est in monte Lybiæ.

Ex quibus verbis patet Asclepium medicine inuentorem, auum fuisse Asclepij huius iunioris. Auoqoe iam mortuo templum fuisse coosecratum. Deinde subuectitur.

„ Hermes cuius auitum mihi nomen est, nō
„ ne in sibi coguomine patria consisteos,
„ omnes mortales vndique veoieotes ad-
„ iuat, atque conseruat.

Eodem scilicet modo, quo Asclepius iam vita functus, ille in monte Lybiæ, hic vero in patria sibi cognomine, in Hermopoli nimirū, cuius nomioi ea vrbs sacrata fuerat. Author enim est Diodorus, multas vrbes Dijs qui eas ædificarantur cognomines fuisse. Diospolis Ioui, Heliopolis Soli, Hermopolis Mercurio Panopolis Pani, & sic de alijs multis. De Iside quoque iam defuncta scribit.

„ Isin vero, vxorem Osiris, quàm multa bo-
„ na præstare, propitiam? Quantis obesse
„ scimus iratam? Et mox.
„ Vnde contingit ab Ægyptiis, hæc cuncta
„ animalia nuncupari, colique per singulas
„ ciuitates eorum animas, qui ea consecra-
„ uere vioeotes.

Et quibus sane omnibus recte perceptis cō star ni fallimur, Isin & Hermetē, & Asclepium contemporaneos, fuisse vita exutos tempore Asclepij, & Hermetis iuniorum. Quod si hi, nomina auorum tulerunt, quid mirum, Hermetis prioris filium, nomine fuisse Tatum? & filium etiam secundi Hermetis, qui prioris nepos, ex Tato fuit. Tatū fuisse nominatum? Quandoquidem in eadem familia, & apud Romanos, & apud Græcos, & apud alias nationes, nostro quoque tempore, iisdem nominibus, & filij patrum, & nepotes auorum, & proauorum nominentur. Non est ergo mirum, si apud priscos etiam Aegyptios in eadem prosapiæ linea, idem contigerit. Et auus Hermes, seu Theut fuerit, filius Tat, & huius filius Hermes, & huius iterum Tatus. Neque mirum etiam est, ob admirabilem vtriusque sapientiam, vtrumque Trismegistum fuisse cognominatum. Non equidem, quia vt quidam crediderunt, primus de Trinitate disseruerit, Nam ante eum, & Abramus, vt videtur eam cognouit & Zoroaster, vt est palam, de ea est locutus. Nec quia, & sacerdos, & philosophus, & rex fuerit. Sed more illo, & Græcorum, & Latinorum, quo dictum est, Terque quaterque beati. Quod etiam Gallicæ etiam linguæ modo videtur in vsu, vt illud ter, aut tre, sepe in initio vocum apponant, indeque eam componant, & quoniam secundus a primo, sicut nomen, ita & cognomen traxit. Vterque autem floruit ante Mosem, atque eius contemporaneos Pharaones duos, Achorim, & Chenchrem. Nam priorem illum Osiridis coetaneum fuisse constitit. Occisus autem est Osiris a Typone fratre anno post diluuium 568. A quo tempore, vsque ad Mosis natiuitatem, quæ fuit aono 717. a diluuio anni intercurreruut 149. Sed annis 15 antequam Moses moreretur, Eusebius tradit, Tatum (quem ipse nominat Chui) Trismegisti filium floruisse. Itaque ab Osiridis nece vsque ad hanc Tati ætatem anni intersunt. ccu 1 r. Cui auoorum supputationi, non videtur dissona, quatuor vnius post alium virorum sapientum ætas, quando legimus

iisdem temporibus, Mosem vnum, 120. annis uixisse. Quod ne nostris quidem admodum mirum fuerit. Scripsit autem vterque libros. Nam de auo, ita nepos, sub Isidis persona in libro sacro narrat. Eum antequàm è vita discederet, libros suos in Osiridis adyta reposuisse. Eosque ita allocutum.

„ O sacri libri, imputrescibiles toto tem-
„ pore manete, atque incorrupti. Et quę
„ ibi referuntur.

Neque uerum est, quod multi crediderunt, nullas alias literas Aegyptios habuisse quàm Hieroglyphicas, neque aliud scribendi genus, quam in columnis. Quod videtur Goropius credidisse. Nam & in colomnas insculpserunt, & libros scripserunt. Sed hos in archanis habuerunt, illa populo proponebant. Quod satis ex eodem libro sacro apparet. Nam auus Hermes de Osiride, & Iside ita inducitur loquens.

Οὗτοι τὰ κρυπτὰ, φησὶν Ἑρμῆς, τῶν ἡμῶν ἐπιγνώσονται γραμμάτων πάντων, καὶ διακρινοῦσι, καὶ τινὰ μὲν αὐτοὶ κατέχωσιν, ἃ δὲ καὶ πρὸς εὐεργεσίας θνητῶν φθάνει, στήλαις καὶ ὀβελίσκοις χαράξουσιν.

„ Isti, Archana, ait Hermes, meorū scriptorū
„ omnium agnoscent, & discernent, & ali-
„ qua ipsi continebunt. Quæ vero ad mor-
„ talium beneficium tendunt, columnis at-
„ que Obeliscis insculpent.

Quæ autem ipsi continebunt libri, sunt ea de quibus, quod in archanis essent, ita in eodem est scriptum.

Ὦ ἱεραὶ βίβλοι τῶν ἀφθάρτων, αἳ τετεύχατε μοῦ χεῖρας τῆς ἀφθαρσίας φαρμάκῳ χρίσας ἐπικρατῶ, ἀσαπεῖς παντὸς αἰῶνος καὶ ἄφθαρτοι διαμείνατε χρόνους, καὶ ἀθεώρητοι, ἀνερεύνητοι γινόμεναι παντὶ τῷ ταύτῃ παροδεύειν μέλλοντι παιδείᾳ.

„ O sacri libri rerum incorruptibilium, qui
„ sortiti estis a me deteriora dona, quàm
„ incorruptionis Pharmacum, immarcessi-
„ biles toto tempore, & incorruptibiles per-
„ manere, inconspicui, atque incomperti,
„ ab omni qui hanc disciplinam transgres-
„ surus fuerit.

Huic rei consonat, quod de Orpheo, Solone, Pythagora, Thalete, Democrito, Platoneque narratur. Eos scilicet in Aegyptum, profectos, non a Columnis, quæ populo omni expositæ erant, sed a sacerdotibus disciplinas per colloquia, & sobrietatem, & sacra didicisse. De Columnis Proclus commentario suo primo in Timæum scribit.

Αἰγυπτίοις δ' ἔτι, καὶ τὰ γεγονότα διὰ τῆς μνήμης ἀεὶ νέα πάρεστιν. Ἡ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἱστορίας. Αὕτη δ' ἀπὸ τῶν στηλῶν, ἐν αἷς ἀπογράφονται τὰ παράδοξα, καὶ τὰ θαύματος ἄξια, εἴτ' ἐν πράξεσιν, εἴτ' ἐν εὑρέσεσιν.

„ Aegyptijs, quoque & iam facta, per me-
„ moriam, semper noua adsunt. Memoria
„ vero est per historiam. Hæc vero a co-
„ lumnis, in quibus describebantur parado-
„ xa, & quæ admiratione essent digna, siue
„ in actionibus, siue in inuentionibus.

Nec vero, quod Iamblichus narrat, ob id verum non est. Pythagoram, & Platonem didicisse philosophiam ex columnis Mercurij. Eam scilicet philosophiam, quæ populo profutura erat, ciuilem, & moralem. Sed Physica, & Mathemata, & Theologica a sacerdotibus apprehenderunt. Quod idem Iamblichus his verbis testatur.

„ Neque enim par fieret Pythagoram, & Pla-
„ tonem, & Democritum, & Eudoxum,
„ compluresque alios ueterum Græcorum,
„ nactos esse doctrinam congruam ab his,
„ quæ per ipsos condebantur sacris scri-
„ ptis.

Qui Iamblichus quamquam initio dicat.

„ Eorum maiores, suæ sapientiæ inuenta
„ Mercurio dedicabant, Mercurij titulo
„ omnia commentaria inscribentes.

Non tamen dicit eos proprium eorum nomen tacuisse. Quod si dixisset, contrarij conuinceretur ab Asclepio iuniore, qui libello suo, proprium nomen adscripsit. Idem fecere vetustissimi eorum Astrologi Anubis, Petosyris, Necepso, Enichmus. Dein & Horus Apollo, & Manethus, & alij. Horum duobus prioribus ait Firmicus, a Mercurij numine Astrologiæ secreta, fuisse commissa. Ac librum, cui nomen fuit Myriogenesis, a Mercurio fuisse Aesculapio intimatum, idque ab hoc ipso, dicit fuisse assertum. Vtrumque ergo, & Mercurij nomen & proprium libris suis adscripserunt. Qui mos etiam videtur apud Hebræos fuisse. Qui Prophetias suas, Deo summo tribuentes nomen proprium non ommiserunt. Sicuti, & Sibyllis in more fuit. Quibus ex rebus, magna illa Goropij argumenta nullius ponderis euadunt. Sed aiet aliquis, Aegyptia lingua, longe alia a Græca fuit. Vero que est simile, Aegyptios scriptores, & Hermetas istos, sua lingua scripsisse. Quo ergo modo libelli Trismegisti, & Asclepij eius auditoris, Græcè leguntur? Facilis est solutio, ex iisdem Asclepio, & Iamblicho. Nam ille libello suo diffinitionum, in hæc verba scribit.

Καὶ ἔτι ἀσαφεστάτη, τῶν Ἑλλήνων ὕστερον βουληθέντων τὴν ἡμετέραν διάλεκτον εἰς τὴν ἰδίαν μεθερμηνεῦσαι.

„ Et etiam obscurissima; cum postea Græci
„ voluerint nostram dialectū, in propriam
„ interpretari.

Nec vero mirum uideri debet, tam antiquo

quo tempore, Mosis scilicet, cuius ætate vidimus, Tatum Iuniorem floruisse, id cœptum fuerit a Græcis. Cuius Tati discipulus, simul, & patris, hic Asclepius fuit. Scimus enim ex Philone, Mosem Græcis disciplinis fuisse imbutum, doctoribus, e Græcia magnis præmiis a Pharaonis filia euocatis. Iamblichus autem de his Mercurij libris, & alijs, in hunc modum loquitur.

„ His ergo ita discussis, dilucida, & plana
„ solutio est modorum, io qoos ais incidisse
„ se te, ex Mercurij libris. Quæ enim cir-
„ cumferuntur Mercurij titulo, Mercuria-
„ les sententias complectuntur. Tametsi
„ lingua philosophorum sæpe vtantor. Eò
„ quod fuere transcripti ab Aegyptio idio-
„ mate, a viris philosophiæ non impe-
„ ritis.

Deinde non multo post, virum eum nominat, qui id fecerit.

„ Hanc sane viam Deificam, & Anagogi-
„ cam, Mercurius docuit, & disseruit. Ex-
„ planauit autem, & eodem interpreta-
„ tus est Bytis propheta, Ammoni Regi,
„ qoam inuenit in Adytis descriptam litte-
„ ris Hieroglyphicis, in vrbe Aegyptia quā
„ Saio appellant. Et rursus fine libri.
„ Quam sententiam Bytis, ex Mercu-
„ rii commeotariis, interpretando tran-
stulit.

Quod vero dixit, Ammoni Regi eum fuisse eos interpretatom, Cui etiam Asclepius suū libellom scripsit, indicio est manifesto, Bytrio, & Asclepium eodem vixisse tempore. paulo post Hermete. De numero vero Mercurii librorum, idem Iamblichus ita scripsit.

Sane vniuersalia principia Hermes Termaximus descripsit duabus voluminum Myriadibus, authore Seleuco. Sed tribus Myriadibus sexque Chiliadibus simul quingentis atque quinque vigintique libris, refert Manethus, Mercurium cuncta complexum ad vnguem ostendisse.


De tanto vero oumero, soli supersunt, ex Ficini sententia duo, Poemander Græce, & Asclepius Latine, ab Apuleio iamdiu uersus. Quod & Vergicius, & Flussas Candalla, senserunt, qoi Græcom illū imprimi curarūt. Sed nostra sententia Poemander ille a Ficino in 14. capita dissectus, noo vnus liber est, sed toridem libelli per se a Poemandro, separarari. Coi solos primus debetur. Reliqui com nullam Poemaodri mentionem faciant, nec ab eo pendeant, aut ordine dogmatum, aot connexione ulla, Poemandri partes dici noo possunt. Esse autem eos ab illo diuersos, & quæ modo diximus, & Personæ aliæ Tatus, & Asclepius, & tituli ab illo, alij Clauis, Crateris & reliqoi libris addito, satis clarum faciunt. Sed extat, & alios titulo sacri libri, quem nos in Cypro in monasterio cui nomen Enclistra, simul cum reliquis inoenimus. Et quem Ioan. Stobæus Eclogis suis Physicis inseruit, cum Fragmentis alijs, & libellis etiam non paucis, partim extantium, partim etiam non extantium. Quæ omnia nos in voom contulimus volumen, simul cum iis pauculis, quæ tum apud Cyrillum, libris contra Iulianum, tum apud Suidam reperimus, & iuxta nostra illa exemplaria, plusquam mille quadraginta loca, tum in Ficinianis, tum in Stobæanis, & Candallianis emendauimus. Quæ lectionum varietas necessitatem nobis imposuit; vt omnes nouo labore, vetteremos. Sed & ordinem libellorom mutauimus ita, vt materierum sequella, magis fit coonexa, & scientifica magis appateat. Atqoe hæc quidem de Mercurio Termaximo, siue Hermete Trismegisto eiusque libris, ex Cimmeriis noo linguis, sed antiquitatis tenebris quantum viribus sufficimus a nobis eruta, in lucem prodeant. Quibus hæc paucula ab eo in eius obitu prolata addaotur, quæ a Calcidio referuntur, loquente ipso Hermete.

„ Hactenus fili pulsus a patria vixi peregri-
„ nus, & exul. Nunc incolumis patriam
„ repeto. Cumque post paulum a vobis
„ corporeis vinculis absolutus discessero,
„ videro te, ne me, quasi mortuum lugea-
„ tis. Nam ad illā optimam, beatamque ci-
„ uitatem regrediot. ad quam vniuersi ci-
„ ues, mortis conditione venturi sunt.
„ Ibi namque solus Deus, est summos prin-
„ ceps, qui ciues suos replebit suauita-
„ te mirifica. Quo hæc, quam multi vitam
„ existimant, mors est potius dicenda,
„ quam vita.

Videtur aūt Hermes hic Trismegistus, coetaneus, quidē fuisse Mosy. sed paulo senior. Scribit. n. Eusebius io Chronico; Aono Armei Ægypti regis primo, Cath filium Trismegisti floruisse. Is autem annus ante Mosis obitum vigesimus circiter fuit. Apparebit autem ex hisce Hermetis, tom libellis, tum fragmentis, pia quædam erga Deum philosophia, fidei dogmatibus, vt plurimum consona. Apparebit, quoque, Græcas philosophias omnes; Pythagoream, Platonicam in diuinis, ac morom dogmatibus Aristotelicam autem, & Stoicam io Physicis, & medicinæ etiam prima principia, & ex his, & ex alijs, qui periere eius libris fuisse desumptas. Quamobrem, longe satius, & christiaois hominibus consultius

ſultius, & vtilius longe futurum eſſe, ſi Hermetis dogmata, potius quam Ariſtotelica, quæ vbiq; magna ſcatent impietate, in ſcholis publicis, & monachorum Ariſtoteli nimium addictorum cœnobijs, aliquando legantur. Quod vt comodius fieri queat libellos iuxta materierum, vti diximus ſequellam ac ſeriem, in ordinem redegimus. Sicuti &. Platonis dialogos, qui ſparſi ac fere vt hi, diſperſi legebantur, ordine ſcientifico, vt poſt hoſce apparebit, diſpoſuimus. Vti difficultate maxima, quę ex eorum confuſione oriebatur remota, certo ac facili admodum ordine, in poſterum legãtur. Et ex ea facilitate, amor ac ſtudium vere philoſophantium erga diuinas haſce vtraſque philoſophias excitetur.

FINIS.



HERME-

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ.

ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ, καὶ φιλοσοφίας.

HERMETIS TRISMEGISTI,

DE PIETATE, & Philosophia.



ΒΥΒΛΙΟΝ Α.



ΕΓΩ᾽ ὦ τέκνον καὶ τῆς φιλανθρωπίας ἕνεκα, καὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβείας πρῶτον τόδε συγγράφω. Οὐδεμία γὰρ ἂν γένοιτο δικαιοτέρα εὐσέβεια, ἢ τὸ νοῆσαι τὰ ὄντα, καὶ χάριν τῷ ποιήσαντι ὑπὲρ τούτων ὁμολογῆσαι, ὅπερ διατελῶν οὐ παύσομαι. Τί οὖν ἄν τις πράττων ὦ πάτερ, εἰ μηδὲν ἐστὶν ἀληθὲς ἐνθάδε, καλῶς διαγάγῃ τὸν βίον; Εὐσέβει ὦ τέκνον. ὁ δ᾽ εὐσεβῶν ἄκρως φιλοσοφεῖ. χωρὶς γὰρ φιλοσοφίας ἄκρως εὐσεβῆσαι ἀδύνατον. Ὁ δὲ μαθὼν οἷά ἐστι καὶ πῶς διατέτακται, καὶ ὑπὸ τινὸς, καὶ ἕνεκεν τίνος, χάριν τῷ δημιουργῷ ὡς πατρὶ ἀγαθῷ, καὶ τροφεῖ χρηστῷ, καὶ ἐπιτρόπῳ πιστῷ, ὁμολογήσει. Ὁ δὲ χάριν ὁμολογῶν εὐσεβήσει. Ὁ δ᾽ εὐσεβῶν εἴσεται καὶ ποῦ ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, καὶ τίς ἐστιν ἐκείνη. καὶ μαθὼν, ἔτι μᾶλλον εὐσεβέστερος ἔσται. Οὐδέποτε γὰρ ὦ τέκνον, ψυχὴ ἐν σώματι οὖσα, καὶ κουφίσασα ἑαυτὴν ἐπὶ τὴν κατάληψιν τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ, καὶ ἀληθοῦς, ὀλισθῆσαι δύναται ἐπὶ τὸ ἐναντίον. Δεινὸν γὰρ ἔρωτα ἴσχει, καὶ λήθην πάντων τῶν κακῶν ψυχὴ μαθοῦσα ἑαυτῆς τὸν προπάτορα, καὶ οὐκέτι ἀποστῆναι τοῦ ἀγαθοῦ δύναται. Τὸ τὸ, τέκνον, τοῦτο εὐσεβείας ἔστω τέλος. ἐφ᾽ ὃ ἀφικνούμενος καὶ καλῶς βιώσῃ, καὶ εὐδαιμόνως τεθνήξῃ: τῆς ψυχῆς σου μὴ ἀγνοούσης ποῦ αὐτὴν δεῖ ἀναπτῆναι. Αὕτη γὰρ μόνη ἐστὶν, ὦ τέκνον, ἡ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁδὸς, ἣν καὶ οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι ὥδευσαν, καὶ ὁδεύσαντες ἔτυχον τοῦ ἀγαθοῦ,

LIBER I.



EGO, o fili, & humanitatis gratia, & erga Deum pietatis, primum hoc conscribo. Nulla. n. fuerit iustior pietas, quàm intelligere entia, & gratias factori de eis confiteri. quod facere non cessabo. Quid ergo faciens quis, o pater, si nihil hic uerum est, rectè traducat uitam. Pius esto, o fili, qui uero pius est, summe philosophatur. Namque sine philosophia, summe pium esse, est impossibile. Sed qui didiscit, qualia sint entia, & quo modo sint disposita, & a quo, & cuius gratia, conditori, ut patri bono, & nutritori probo, & curatori fido, gratias habebit. Et qui gratias agit, pius erit. Qui uero pius est, sciet ubi sit ueritas, & quæ nam sit illa. Et sciens, etiam magis erit pius. Numquam enim o fili, anima in corpore existens, & leuior facta, attollit se ipsam ad comprehensionem boni & ueri, labi potest in contrarium. Vehementem enim amorem habet, & obliuiscitur, omnium malorum anima, quæ didicerit suum authorem. Et non potest amplius a bono discedere. Atque hic o fili, esto pietatis religiose finis. Ad quem cum perueneris, & bene uiues, & feliciter morieris, anima tua non ignorante quo eam oporteat reuolare. Hæc enim sola est, o fili, ad ueritatem uia, qua etiam progenitores nostri ierunt, & iter peragêtes consecuti sunt bonū.

Venera-

Venerabilis hæc eſt uia, & plana. difficilis tamen itu, animæ in corpore exiſtenti. Primo namque oportet eam ſecum pugnare, & diſcenſionem magnam facere, & ab una parte ſuperari. Vnius enim fit ad duo congreſſus. illo fugiente, his vero detinere ſtudentibus. Victoria aũt vtrorumq; nõ eſt ſimilis. Illud.n. ad bonũ feſtinat, hęc vero prope mala habitãt. Et illud liberari cupit. hęc vero ſeruitutẽ amãt Quod ſi vincatur duæ partes, manent ſibi etiã principe priuatæ, Si vero una illa ſupata fuerit, a duabus illis ducitur ac fertur ad pœnam, iudicis qui hic eſt. Iſte eſt, o fili uiæ quæ illuc eſt, ductor. Oportet.n. te o fili, pio, corpus ante finẽ reliquere, & vincere agonẽ vitæ, & victor factus redire. Nũc vero o fili, entia tibi per capita percurrã. Intelliges.n. quę dicã, memoria tenẽs, quæ audiuiſti. Omnia entia mouẽtur. Solũ nõ ens, immobile. Omne corpus mutabile. Nõ omne corpus diſſolubile. Quædã corporũ ſunt ſolubilia. Nõ omne animal, mortalẽ. Non omne animal, immortale. Diſſolubile eſt, quod corruptibile. Quod manet, immutabile. Quod immutabile, æternum. Quod ſemper fit, ſẽper ẽt corrũpitur. Quod ſemel factũ eſt, nunquam corrũpitur, neq; aliud quid fit Primũ Deus ſecundũ mũdus, tertium homo. Mũdus propter hominem. Homo vero propter Deum. Animę, quod ſenſitiuũ eſt, corruptibile. Quod uero rationale, immortale. Omnis eſsẽtia immortalis. Omnis eſſentia non mutabilis. Omne ens duplex. Nullum entiũ ſtat. Nõ omnia, anima mouentur. Omne ens, anima mouetur. Omne patiẽs, ſentit. Omne ſentiẽs patitur. Omne dolẽs & gaudẽs animal mortale. Nõ omne gaudens, & dolens, animal æternũ. Non omne corpus ægrotat. Omne corpus ægrotãs, diſſolubile. Mens in Deo, ratiocinatio in homine, ratio in mente. Mens, impaſſibilis. Nihil in corpore uerum. In incorporeo, totum, ſine mendacio. Omne, quod generatur, corruptibile. Nullum bonum ſuper terra, nullum malũ in cœlo. Deus bonus. Homo malus. Bonum, voluntarium, malum inuoluntariũ. Dij bona eligũt vt bona. Bona lex magni, bona lex. Bona lex, lex. Diuinum, tẽpus. Lex humana. Malitia, mundi alimentum. Tempus hominis corruptio. Omne in cœlo immutabile, omne in terra mutabile. Nihil in cœlo ſeruũ. Nihil in terra liberum. Nihil ignotum in cœlo, nihil notum in terra. Nõ cõmunicant terrena, cum cœleſtibus. Omnia in cœlo, ſine reprehẽſione. Omnia terrena reprehenſibilia. Immortale, nõ mortale. Mortale, nõ imortale. Seminatũ, nõ omnino gignitur. Genitum vero, omnino & ſeminatũ. Diſſolubilis corporis, duo tẽpora, alterũ a ſeminatione ad genitutã, alterũ a genitura vſq; ad mortẽ. Æterni corporis, tẽpus vnum ex genitura.

Σεμνὴ αὕτη ὁδὸς καὶ λεία, χαλεπὸν δὲ ψυχῇ ὁδεῦσαι ἐν σώματι οὔσῃ. Πρώτην μὲν γὰρ αὐτὴν ἑαυτῇ πολεμῆσαι δεῖ. καὶ διάστασιν μεγάλην ποιῆσαι καὶ ὑπὸ τοῦ ἑνὸς μέρους πλεονεκτηθῆναι. Ἑνὸς γὰρ γίνεται πρὸς δύο ἡ σύστασις. Τοῦ μὲν φυγόντος, τῶν δὲ κατέχειν πειρωμένων. Ἡ δὲ νίκη ἀμφοτέρων, οὐχ ὁμοία. Τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπεύδει, τὰ δὲ πρὸς τὰ κακὰ κατοικεῖ. καὶ τὸ μὲν ἐλευθερωθῆναι ποθεῖ· τὰ δὲ τὴν δουλείαν ἀγαπᾷ. Κἂν μὲν νικηθῇ, τὰ δύο μέρη μεμένηκεν ἑαυτῶν ἔρημα καὶ τοῦ ἄρχοντος. Ἐὰν δὲ τὸ ἓν ἡττηθῇ, ὑπὸ τῶν δυοῖν ἄγεται, καὶ φέρεται τιμωρούμενον τῇ ἐνθάδε διαίτῃ. Οὗτος ἐστὶν, ὦ τέκνον, ὁ τῆς ἐκεῖσε ὁδοῦ ἀγωγός. Δεῖ γάρ σε ὦ τέκνον, πρῶτον τὸ σῶμα πρὸ τοῦ τέλους ἐγκαταλεῖψαι, καὶ νικῆσαι τὸν ἐναγώνιον βίον, καὶ νικήσαντα οὕτως ἀνελθεῖν. Νῦν δ᾽ ὦ τέκνον, κεφαλαίοις τὰ ὄντα διεξελεύσομαι. Νοήσεις γὰρ τὰ λεγόμενα, μεμνημένος ὧν ἤκουσας. Πάντα τὰ ὄντα κινεῖται. Μόνον τὸ μὴ ὂν, ἀκίνητον. Πᾶν σῶμα, μεταβλητόν. Οὐ πᾶν σῶμα, διαλυτόν. Ἔνια τῶν σωμάτων διαλυτά. Οὐ πᾶν ζῶον θνητόν. Οὐ πᾶν ζῶον ἀθάνατον. Διαλυτὸν τὸ φθαρτόν. Τὸ μένον, ἀμετάβλητον. Τὸ ἀμετάβλητον, ἀΐδιον. Τὸ ἀεὶ γιγνόμενον, ἀεὶ καὶ φθείρεται. τὸ δ᾽ ἅπαξ γιγνόμενον, οὐδέποτε φθείρεται, οὐδ᾽ ἄλλο τι γίγνεται. Πρῶτον ὁ θεὸς, δεύτερον ὁ κόσμος, τρίτον ὁ ἄνθρωπος. Ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δ᾽ ἄνθρωπος διὰ τὸν θεόν. Ψυχῆς, τὸ μὲν αἰσθητὸν, θνητόν. τὸ δὲ λογικὸν ἀθάνατον. Πᾶσα οὐσία, ἀθάνατος. Πᾶσα οὐσία οὐ μεταβλητή. Πᾶν τὸ ὂν, διττόν. Οὐδὲν τῶν ὄντων ἕστηκεν. Οὐ πάντα, ψυχῇ κινεῖται. Πᾶν δὲ ὂν, ψυχῇ κινεῖται. Πᾶν τὸ πάσχον αἰσθάνεται. Πᾶν τὸ αἰσθανόμενον πάσχει. Πᾶν τὸ λυπούμενον, καὶ ἥδεται, ζῶον θνητόν. Οὐ πᾶν τὸ ἡδόμενον λυπεῖται, ζῶον ἀΐδιον. Οὐ πᾶν σῶμα νοσεῖ. Πᾶν σῶμα νοσοῦν, διαλυτόν. Ὁ νοῦς, ἐν τῷ θεῷ. Ὁ λογισμὸς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Ὁ λόγος ἐν τῷ νοΐ. Ὁ νοῦς ἀπαθής. Οὐδὲν ἐν σώματι ἀληθές. Ἐν ἀσωμάτῳ τὸ πᾶν, ἀψευδές. Πᾶν τὸ γενόμενον φθαρτόν. Οὐδὲν ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς γῆς· οὐδὲν κακὸν ἐν τῷ οὐρανῷ. Ὁ θεὸς ἀγαθός. Ὁ ἄνθρωπος κακός. Τὸ ἀγαθὸν ἑκούσιον. Τὸ κακὸν, ἀκούσιον. Οἱ θεοὶ τὰ ἀγαθὰ αἱροῦνται, ὡς ἀγαθά. Ἡ εὐνομία μεγάλου, εὐνομία. Ἡ εὐνομία ὁ νόμος. θεῖον χρόνος. νόμος ἀνθρώπινος. Κακία κόσμου τροφή. χρόνος ἀνθρώπου φθορά. Πᾶν ἐν οὐρανῷ ἀμετάθετον. Πᾶν τὸ ἐπὶ γῆς, μετάθετον. Οὐδὲν ἐν οὐρανῷ δοῦλον, οὐδὲ ἐπὶ γῆς ἐλεύθερον. Οὐδὲν ἄγνωστον ἐν οὐρανῷ. οὐδὲν γνώριμον, ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐ κοινωνεῖ τὰ ἐπὶ γῆς, τοῖς ἐν οὐρανῷ. Πάντα ἐν οὐρανῷ ἄμωμα. πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἐπίμωμα. Τὸ ἀθάνατον οὐ θνητόν. τὸ θνητὸν, οὐκ ἀθάνατον. Τὸ σπαρὸν, οὐ πάντως γεννητόν. τὸ δὲ γεννητὸν πάντως, καὶ σπαρόν. Διαλυτοῦ σώματος δύο χρόνοι. ὁ ἀπὸ τῆς σπορᾶς μέχρι τῆς γενέσεως. καὶ ὁ ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τοῦ θανάτου. Τοῦ ἀϊδίου σώματος, χρόνος ἐκ τῆς γενέσεως μόνος.

Τὰ

Τὰ διαλυτὰ σώματα αὔξεται, καὶ μειοῦται. Ἡ διαλυτὴ ὕλη, εἰς τὰ ἐναντία ἐναλλοιοῦται φθορὰν καὶ γένεσιν. Ἡ δ' ἀΐδιος εἰς αὐτὴν, ἢ εἰς τὰ ὅμοια. Γένεσις ἀνθρώπου, φθορά. Φθορὰ ἀνθρώπου, γενέσεως ἀρχή. Τὸ ἀπογιγνόμενον, καὶ ἀπογίγνεται. Τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἐν σώμασιν εἰσὶν, τὰ δ' ἐν ἰδέαις. Τὰ δ' ἐνεργείας, ἐν σώματι ἐστὶν. Τὸ ἀθάνατον οὐ μετέχει τοῦ θνητοῦ. Τὸ δὲ θνητὸν, τοῦ ἀθανάτου μετέχει. Τὸ δὲ θνητὸν, εἰς ἀθάνατον σῶμα οὐκ ἔρχεται. Τὸ δ' ἀθάνατον εἰς θνητὸν παραγίνεται. Αἱ ἐνέργειαι οὐκ εἰσὶν ἀνωφερεῖς, ἀλλὰ κατωφερεῖς. Οὐδὲν ὠφελεῖ τὰ ἐπὶ γῆς, τὰ ἐν οὐρανῷ. Τὰ δ' ἐν οὐρανῷ πάντα ὠφελεῖ τὰ ἐπὶ γῆς. Οὐρανὸς σωμάτων ἀϊδίων δεκτικός. Ἡ γῆ σωμάτων φθαρτῶν δεκτική. Ἡ γῆ ἄλογος. Ὁ οὐρανὸς λογικός. Τὰ ἐν οὐρανῷ ὑπόκειται. Τὰ ἐπὶ γῆς τῇ γῇ ἐπίκειται. Ὁ οὐρανὸς πρῶτον στοιχεῖον. Πρόνοια, θεία τάξις. Ἀνάγκη, προνοίας ὑπηρέτις. Τύχη φορὰ ἀτάκτου, ἐνεργείας εἴδωλον, δόξα ψευδής. Τί θεός; ἄτρεπτον ἀγαθόν. Τί ἄνθρωπος, ἄτρεπτον κακόν. Τούτων τῶν κεφαλαίων, μεμνημένος, καὶ ὧν σοι διὰ πλειόνων λόγων διεξῆλθον, εὐκόλως ἀναμνησθήσῃ. Ταῦτα γὰρ ἐκείνων εἰσὶ περιοχαί. Τὰς μέντοι πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁμιλίας παραιτοῦ. Φθονεῖν μὲν γάρ σε οὐ βούλομαι. Μᾶλλον δὲ ὅτι τοῖς πολλοῖς δόξῃς καταγέλαστος εἶναι. Τὸ γὰρ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον παραλαμβάνεται. Ἀνόμοιος δὲ ἀνομοίῳ οὐδέποτε φίλος. Οὗτοι δὲ οἱ λόγοι ὀλίγους παντελῶς ἀκροατὰς ἔχουσιν, ἢ τάχα τοὺς ὀλίγους ἕξουσι. Ἔχουσι δέ τι καὶ ἴδιον ἐν ἑαυτοῖς. Τοὺς κακοὺς μᾶλλον παροξύνουσι πρὸς τὴν κακίαν. Διὸ χρὴ τοὺς πολλοὺς φυλάττεσθαι, μὴ νοοῦντας τῶν λεγομένων τὴν ἀρετήν. Πῶς εἶπας ὦ πάτερ; οὕτως ὦ τέκνον. Πᾶν τὸ ζῶον τῶν ἀνθρώπων ἐπιρρεπέστερον ἐστὶν εἰς τὴν κακίαν, καὶ ταύτῃ σύντροφον γίνεται. Διὸ καὶ ἥδεται αὐτῇ. Τοῦτο δὲ τὸ ζῶον, ἐὰν μάθῃ ὅτι γενητὸς ὁ κόσμος, καὶ πάντα κατὰ πρόνοιαν, καὶ ἀνάγκην γίγνεται, εἱμαρμένης πάντων ἀρχούσης, οὐ πολλῷ ἑαυτοῦ χεῖρον ἔσται. Καταφρονήσας μὲν τοῦ παντὸς ὡς γενητοῦ. Τὰς δὲ αἰτίας τοῦ κακοῦ τῇ εἱμαρμένῃ ἀναφέρων οὐκ ἀφέξεται ποτὲ παντὸς ἔργου κακοῦ. Διὸ φυλακτέον αὐτοὺς, ὅπως ἐν ἀγνοίᾳ ὄντες ἔλαττον ὦσι κακοὶ φόβῳ τοῦ ἀδήλου.

ΤΕΛΟΣ.

Dissolubilia corpora augentur,& minonntur. Dissolubilis materia, in contrarias alteratur corruptionem,& generationem. Aeterna vero in seipsam, & in similia. Generatio hominis,corruptio. Corruptio hominis,generationis principium. Quod abit, etiam desinit esse. Entium,alia in corporibus sunt, alia in Ideis. Quæ energiæ sunt,in corpore sunt. Immortale non participat immortalis. Mortale,io immortale corpus non uenit. Immortale vero in mortale aduenit. Energiæ non sursom feruntur. sed deorsum. Terrena nihil iuuant, cœlestia. Cœlestia uero iuuant omnia terrena. Cœlum corporum æternorum est susceptor. Terra corporum corruptibilium est susceptrix. Terra, irrationalis. Cœlum rationale. Quę in cœlo sunt,subiacent. Quæ in terra, terræ supersstant. Cœlū primum elementum. Prouidentia, diuinus ordo, necessitas prouidentiæ ministra. Fortuna, latio ioordinati, energiæ idolum. opinio falsa. Quid Deos? Immutabile bonom. Quid bomo? immutabile malum. Hæc capita, si memoria tenebis,& ea quæ ploribus uerbis tibi exposui, recordaberis. Hæc enim illorum sunt periochæ. Cum vulgo conuersationes uita, Nolo enim te inuidum esse. vel potius, quia plebi videberis esse ridiculos. Simile enim simili depræheoditur. Dissimilis vero dissimili numquā amicus. Isti uero sermone paocos omnioo auditores habent, & forte paucos habebont. Habent tamen quid pecoliare in se ipsis. Malos magis acuunt ad malitiam. Ideo oportet vulgum deuitare,quia non intelligit, eorū quæ dicuotur, virtutem. Quo modo dixisti o pater? In hunc modum,o fili. Omne aoimal, propēsius est hominibus, in malitiam. At huic conuiua fit. Et ideo gaudet illa. At hoc animal, si didicerit, quod generabilis sit muodus, & qood omnia per prouideotiam,& necessitatem fiunt, imperante cunctis fato, non multo deterius se ipso erit. spernēs vniuersum vt genitū. Causas autē mali in fatum referet, ounquam abstinebit ab omni opere malo: Ideo, cauendum ab ipsis, vt in ignoratiooe perseuerantes minus fint mali præ timore occolti.

FINIS.

HERMETIS TRISMEGISTI,

POEMANDER.

LIBER II.



Vm aliquando cogitarem circa entia, & eleuata mente, valde sopitis mei corporis sensibus, veluti qui somno sunt grauati ex cibi satietate, uel corpoeis labore, oisus tum uidere quendam permagnum mensura indefinita, uocare meum nomen, & mihi dicere. Quid ois audire, & inspicere? Et quid mente concipiens, discere, & cognoscere? Aio ego. Tu uero quis es? Ego equidem, inquit, sum Poemander, mens eius qoi dominus est. Nooi quid uelis. Et tecum sum ubiqoe. Dico ego. Discere uolo entia, & intelligere eorum naturam, & cognoscere Deum. Quomodo? Dixi, andire uolo. Inquit, Me rursus habe mente tua. Quæcunque uis discere, ego te docebo. Cum hoc dixisset, mutatus est forma; Et illico cuncta mihi aperta sunt momento, & cerno spectaculum indefinitum. & lucem omnia facta, suauem, & hilarem. Et lætatus sum ea visa. Et paulo post, tenebræ deorsum latæ, in parte factæ, horribiles, & tristes, oblique terminatæ; vt imaginarer me uidere, mutari tenebras in humidam quandam naturam ineffabiliter turbatam, & fumum eeddentem tamquam ab igne, & sonum qoendam resonantem indicibilem, lugubrem. Inde [uox ex ipsa inatticulata emittebatur, ur suspicarer uocem esse locis.] Ex luce uero, uerbum quoddam sanctum conscendit ipsam naturam. Et ignis sincerus exilijt ex humida natura sursum in sublime. Leuis autem erat, & acutus atque efficax. Et aer, & ipse leuis, secutus est spiritum. Ascenditque usque ad ignem a terra, & aqua, ut videretur suspendi super ipso. Terra uero, & aqua remanserunt in se commista, vt non cerneretur ab aqua. Mouebaoturq;, ob illatū spiritoale uerbum. Tunc Poemander ad me. Intellexisti ne spectaculum, quid sibi uelit? Et cognoscam inquam ego. Lux illa, inquit, ego sum, Mens tuus Deus. Qui est ante humidam naturam, quæ ex tenebris, apparuit.

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ.

ΠΟΙΜΑΝΔΡΗΣ.

ΒΙΒΛΙΟΝ Β.



Ννοίας μοί ποτε γινομένης περὶ τῶν ὄντων, καὶ μετεωρισθείσης μου τῆς διανοίας, σφόδρα κατεχθεισῶν μου τῶν σωματικῶν αἰσθήσεων, ὥσπερ οἱ ἐν ὕπνῳ βεβαρημένοι, ἐκ κόρου τροφῆς, ἢ ἐκ κόπου σώματος, ἔδοξα τινὰ ἰδεῖν ὑπερμεγέθη μέτρῳ ἀπεριορίστῳ τυγχάνοντα, καλεῖν μου τὸ ὄνομα, καὶ λέγοντα μοι. Τί βούλει ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι; καὶ τί νοήσας μαθεῖν καὶ γνῶναι; φημὶ ἐγὼ, σὺ γὰρ τίς εἶ? Ἐγὼ μὲν, φησὶν, εἰμὶ ὁ Ποιμάνδρης. ὁ τῆς αὐθεντίας νοῦς. Οἶδα ὃ βούλει, καὶ συνειμί σοὶ πανταχοῦ. Φημὶ ἐγὼ, μαθεῖν θέλω τὰ ὄντα. Καὶ νοῆσαι τὴν τούτων φυσιν, καὶ γνῶναι τὸν θεόν. Πῶς? Ἔφην ἀκοῦσαι βούλομαι. Φησὶν, ἐμὲ πάλιν ἔχε νῷ σῷ. Ὅσα θέλεις μαθεῖν, ἐγώ σε διδάξω. Τοῦτο εἰπὼν, ἠλλάγη τῇ ἰδέᾳ, καὶ εὐθέως πάντα μοὶ ἤνοικτο ῥοπῇ. Καὶ ὁρῶ θέαν ἀόριστον. Φῶς δὲ πάντα γεγενημένα ἤδιον τε, καὶ ἱλαρὸν. καὶ ἠράσθην ἰδὼν, καὶ μετ' ὀλίγον, σκότος κατωφερὲς ἦν ἐν μέρει γεγενημένον, φοβερόν τε καὶ στυγνὸν, σκολιῶς πεπειραμένον, ὥς εἰκάσαι με ἰδόντα μεταβαλλόμενον τὸ σκότος εἰς ὑγράν τινὰ φυσιν ἀφάτως τεταραγμένην. καὶ καπνὸν ἀποδιδοῦσαν ὡς ἀπὸ πυρὸς, καὶ τινὰ ἦχον ἀποτελοῦσαν ἀνεκλάλητον, γοώδη. Εἶτα [βοὴ ἐξ αὐτῆς ἀσυνάρθρως ἐξεπέμπετο, ὡς εἰκάσαι φωνὴν φωτὸς.] ἐκ τοῦ φωτὸς τὶς λόγος ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει, καὶ πῦρ ἄκρατον ἐξεπήδησεν, ἐκ τῆς ὑγρᾶς φυσεως ἄνω εἰς ὕψος. Κοῦφον δὲ ἦν, καὶ ὀξὺ δραστικόν τε ἅμα. Καὶ ὁ ἀὴρ ἐλαφρὸς ὢν ἠκολούθησε τῷ πνεύματι. Ἀναβαίνοντος αὐτοῦ μέχρι τοῦ πυρὸς, ἀπὸ γῆς, καὶ ὕδατος, ὡς δοκεῖν κρεμᾶσθαι αὐτὸν ἐπ' αὐτοῦ, γῆ τε, καὶ ὕδωρ ἔμενε κατ' ἑαυτὰ συμμεμιγμένα, ὡς μὴ θεωρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Κινούμενα τε ἦν, διὰ τὸν ἐπιφερόμενον πνευματικὸν λόγον. Ὁ δὲ Ποιμάνδρης ἐμοί. Ἐνόησας φησὶ, τὴν θέαν ταύτην, ὅτι καὶ βούλεται? Καὶ γνώσομαι ἔφην ἐγώ. Τὸ φῶς ἐκεῖνο ἔφη ἐγὼ εἰμὶ, Νοῦς ὁ σὸς θεὸς, ὁ πρὸ φύσεως ὑγρᾶς, τῆς ἐκ σκότους, φανείσης.

Ὁ δὲ

ὁ δ' ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος υἱὸς θεοῦ. Τί οὖν φημί; Οὕτω γνῶθι, τὸ ἐν σοὶ βλέπον, καὶ ἀκοῦον, λόγος κυρίου, ὁ δὲ νοῦς πατὴρ θεὸς, οὐ διΐστανται ἀπ' ἀλλήλων. ἕνωσις γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ ζωή. Εὐχαριστῶ σοι ἔφην ἐγώ. ἀλλὰ δὴ νόει τὸ φῶς, καὶ γνώριζε τοῦτο. Εἰπόντος ταῦτα, ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀντωπησάμεθα, ὥστε με τρέμειν αὐτοῦ τὴν ἰδέαν. Ἀνανεύσαντος δὲ, θεωρῶ ἐν τῷ νοΐ μου τὸ φῶς ἐν δυνάμεσιν ἀναριθμήτοις ὂν, καὶ κόσμον ἀπεριόριστον ὄντως, καὶ περιίσχεσθαι τὸ πῦρ δυνάμει μεγίστῃ καὶ στάσιν ἐσχηκέναι κρατούμενον. Ταῦτα δὲ ἐγὼ διενοήθην, ὁρῶν τὸν τοῦ Ποιμάνδρου λόγον. ὡς δὲ ἐν ἐκπλήξει μου ὄντος, φησὶ πάλιν ἐμοί. εἶδες ἐν τῷ νῷ τὸ ἀρχέτυπον εἶδος, τὸ προϋπάρχον τῆς ἀρχῆς τῆς ἀπεράντου; Ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης ἐμοί. Τὰ οὖν, ἐγώ φημι, στοιχεῖα τῆς φύσεως, πόθεν ὑπέστη; Πάλιν ἐκεῖνος πρὸς ταῦτα. Ἐκ βουλῆς θεοῦ, ἥ τις λαβοῦσα τὸν λόγον, καὶ ἰδοῦσα τὸν καλὸν κόσμον ἐμιμήσατο κοσμοποιηθεῖσα διὰ τῶν ἑαυτῆς στοιχείων καὶ γεννημάτων ψυχῶν. Ὁ δὲ νοῦς ὁ θεὸς, ἀρρενόθηλυς ὢν, ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων, ἀπεκύησε λόγῳ ἕτερον νοῦν δημιουργόν. ὃς θεὸς τοῦ πυρὸς, καὶ πνεύματος ὢν ἐδημιούργησε διοικητάς τινας ἑπτὰ, ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον, καὶ ἡ διοίκησις αὐτῶν, εἱμαρμένη καλεῖται. ἐπήδησεν εὐθὺς ἐκ τῶν κατωφερῶν στοιχείων τοῦ θεοῦ, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος εἰς τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως δημιούργημα. καὶ ἡνώθη τῷ δημιουργῷ νῷ, ὁμοούσιος γὰρ ἦν, καὶ κατελείφθη τὰ ἄλογα, τὰ κατωφερῆ τῆς φύσεως στοιχεῖα, ὡς εἶναι ὕλην μόνην. Ὁ δὲ δημιουργὸς νοῦς σὺν τῷ λόγῳ, ὁ περιίσχων τοὺς κύκλους, καὶ δινῶν ῥοίζῳ ἔστρεψε τὰ ἑαυτοῦ δημιουργήματα. καὶ εἴασε στρέφεσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀορίστου, εἰς ἀπέραντον τέλος· ἄρχεται γὰρ ἀεὶ, οὗ λήγει. Ἡ δὲ τούτων περιφορὰ καθὼς θέλει ὁ νοῦς, ἐκ τῶν κατωφερῶν στοιχείων ζῶα ἤνεγκεν ἄλογα. οὐ γὰρ ἐπεῖχε τὸν λόγον. ἀὴρ δὲ πετεινὰ ἤνεγκε, καὶ τὸ ὕδωρ νηκτά. διακεχώρισται δ' ἀπ' ἀλλήλων ἥτε γῆ καὶ τὸ ὕδωρ καθὼς ἠθέλησεν ὁ νοῦς. καὶ ἡ γῆ ἐξήνεγκεν ἀπ' αὐτῆς ἃ εἶχε ζῶα τετράποδα, ἑρπετὰ, θηρία ἄγρια, καὶ ἥμερα. Ὁ δὲ πάντων πατὴρ νοῦς, ὢν ζωὴ καὶ φῶς, ἀπεκύησε τὸν ἄνθρωπον αὐτῷ ὅμοιον, οὗ ἠράσθη ὡς ἰδίου τέκου, περικαλλὴς γὰρ ἦν, τὴν τοῦ πατρὸς εἰκόνα ἔχων. Ὄντως γὰρ καὶ ὁ θεὸς ἠράσθη τῆς ἰδίας μορφῆς, καὶ αὐτῷ παρέδωκε τὰ ἑαυτοῦ πάντα δημιουργήματα. Κατανοήσας δὲ τὴν τοῦ δημιουργοῦ κτίσιν ἐν τῷ παντὶ ἠβουλήθη, καὶ αὐτὸς δημιουργεῖν. Καὶ ἀπεχωρίσθη ἀπὸ τοῦ πατρὸς, γενόμενος ἐν τῇ δημιουργικῇ σφαίρᾳ. Ἔχων τὴν πᾶσαν ἐξουσίαν, κατενόησε τῶν ἑπτὰ τὰ δημιουργήματα. οἱ δ' ἠράσθησαν αὐτοῦ, ἕκαστος δὲ μετεδίδου τῆς ἰδίας τάξεως. Καὶ καταμαθὼν τὴν τούτων οὐσίαν, καὶ μεταλαβὼν τῆς ἑαυτῶν φύσεως, ἠβουλήθη ἀναρρῆξαι τὴν περιφέρειαν τῶν κύκλων, καὶ τὸ κράτος τοῦ ἐπικειμένου ἐπὶ τοῦ πυρὸς

Illud uero ex meote lucidum uerbum, filius Dei. Quid ergo, ioquam? Sic nosce. Quod in te uidet, & audit, uerbum domini. Mens uero Deus pater, non distant a se inuicem. Vnio enim horum est vita. Gratias tibi ago, inquam ego. Sed mente concipe lucem, & cognosce ipsam. Sic effatus, diu aduersi nos iotuebamur, ita ut tremerem eius formam. Aduerso autem eo, conspicio in mente mea lucem in uiribus innumeris esse. & muodom indefioitum verè, & cohiberi igoem virtute maxima, & statom esse adeptum, coactum. Hæc ego comprehendi, uidens Poemaodri uerbum. Itaque cum in stupore essem, ait ad me rursus Vidistin in mẽte, archetypam formam quæ ante principium est principij intermioati? Hęc Poemaoder mihi. Inquam ego, Elementa oaturæ, vnde suot constituta? Rursus ille ad hęc. Ex cousilio Dei. Qui accipiens uerbum, & uidens pulchrum muudum, imitatus est, mundum efficieos per eius elementa. & germina animarum. Mens vero Deus, mas fœmina existens, uita & lux cũ sit parturijt uerbo, aliam mentem opificem. Quæ Deus ignis, & spiritus existens effecit rectores quosdam septem, in circulis contioentes sensibilem mundum. Et regimen illorum fatum uocatur. Exilijt statim ex deorsum latis elementis Dei uerbum, in porum naturæ opificium, & vnitum est opifici menti. Consubstantialis enim erat. & relicta suut ratione careotia, deorsum lata naturæ elemeota, ut essent materia tantum. Mens uero opifex simul cum uerbo, quæ complectens circulos, & uersaos impetu, reuoluit sua opificia, permisit, ut reuoluerentur, a principio indefinito, in interminatum finem. Incipiunt enim semper ubi desinoũt. Horum vero circulatio, prout uult mens, ex deorsum latis elementis animalia protulit irrationalia. noo enim habebant rationem. Aer uero uolatilia tulit, aqua uero natantia. Et segregata sunt ab inuicem, terra, & aqua prout uoluit ipsa Meos. Et terra produxit a se, quæ habebat animalia quadrupeda, serpentia, bestias feras ac cicures. Omnium uero pater Meos, cum esset uita & lux, parturijt hominẽ sibi similem, Quem adamauit, ut proprium partum. Perpulcher. n. erat, patris imaginem habens. Reuera. n. etiam Deus dilexit propriã formam. Eique tradidit omnia sua opificia. Cumq; mẽte cõprehẽdisset opificis facturã io uouerso, uoluit, & ipse cõdere. Et segregatus est a patre, relictus io opificiali sphęra. Habẽs vero omnẽ potestatẽ cõsiderauit septẽ rectorũ opificia. Ipsi vero eũ dilexerũt, & singuli participẽ sui ordinis fecerũt. Cũque intellexisset horũ essentiã, & particeps factus eorũ naturæ, voluit perrũpere circũferentiã circulorũ, & potentiã eius qui igni insidet intelli-

intelligere. Et is mortalium mundi animaliū, & irrationaliom, habeos omnem potestatem, per harmoniam introspexit, irrumpens, potētiam circulorum, & ostendit deorsum latā naturam, pulchram Dei imaginem. Quam cum conspexisset, insatiabilē pulchritudinē, & omnem efficaciā in se habentē septē rectorum, & imaginum Dei subrisit præ amore. utpote pulcherrimæ imaginis, hominis formam, quasi in aqua vidisset, vmbrā vero in terra. Ille uero uidens similē sibi imaginē in se ipso, existentem aqua, dilexit. & voluit ei cohabitare. Ac statim hoc cōsilio factū est opus, & parturijt irrationalē imaginē. Natura vero suscipiēs amatum circūplexa ei est tota, & cōmisti sunt. Se se. n. amabāt. Et ob id præter omnia terrena animalia, duplex est homo. mortalis quidē corpore, immortalis vero ob substātialē hominē. Nam cū immortalis sit, & omniū potestatē habeat. mortalia tñ patitur, subiecta fato. Et cū sit harmonia superior, harmooicus fuit seruus. Et cum sit masfœmina ex marifœmina patre, & insomnis, ab insomni dominatur. Et post hæc, Meos mea. Nam & ipse amo sermonē. Poemander vero dixit. Hoc est archanū mysteriū, vsque ad hanc diem. Natura namq; commista homini, protulit quoddam miraculum ad mirabilissimum. Habens. n. ipse harmoniæ septem rectorum naturā, quē dixi tibi, ex igne & spiritu nō mansit natura. Sed illico parturijt septē homines; ad naturam septem rectorum marifœminas, & sublimes. Et pōst hæc o Poemander, in magnum. n. desiderium veni, & cupio audire, ne excurras. Et Poemāder dixit. Sed sile, non enim adhuc explicaui primum sermonem. Ecce sileo, dixi ego. Facta igitur, vt dixi, septem horum genitura tali modo. Fœmineus. n. aer, aqua salax ex igne maturitatem, ex æthere vero Spiritum, accepit. Et protulit natura, corpora ad formam hominis. Homo uero ex uita, & luce, factus est in animam, & mētem. Ex vita quidem animam, ex luce vero mentem. Et remanserunt ita omnia membra sensibilis mūdi, vsque ad periodi finem dominans, & generans. Audi tandem, quem cupis sermonem audire. Completa periodo, solutum est uniuersorum vinculum ex consilio Dei. Omnia namque animalia cum sint marifœmina, soluebantur simul cum homine. & facta sunt partim mascula, & partim fœminea similiter, Deus uero statim dixit sancto uerbo: Crescite incremento, & multiplicamini multitudine, omnia condita, & opificia. Et recognoscat, qui mente est præditus se ipsum immortalem, & causam mortis, amorem corporis, & omnia entia. Hoc cum dixisset, prouidentia per fatum & harmoniam, mistiones effecit, & generationes constituit.

Ὃν καὶ σέβομαι, καὶ προσκυνῶ αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν, καὶ μετὰ τὸν ἕνα καὶ πρῶτον, τοῦτον δημιουργὸν γνωρίζω. Τί οὖν ἂν εἶναι λέγεις, τὴν πρώτην ἀλήθειαν πάτερ; Ἕνα καὶ μόνον, ὦ Τάτ, τὸν μὴ ἐξ ὕλης. τὸν μὴ ἐν σώματι, τὸν ἀχρώματον, τὸν ἀσχημάτιστον τὸν ἄτρεπτον, τὸν μὴ ἀλλοιούμενον, τὸν ἀεὶ ὄντα. τὸ δὲ ψεῦδος ὦ τέκνον φθείρεται. Πάντα δὲ ἐπὶ γῆς φθορὰ κατέλαβε, καὶ ἐμπεριέχει, καὶ ἐμπεριέξει ἡ τοῦ ἀληθοῦς πρόνοια. Χωρὶς γὰρ φθορᾶς οὔτε γένεσις δύναται συστῆναι. Πάσῃ δὲ γενέσει φθορὰ ἕπεται, ἵνα πάλιν γένηται. Τὰ γὰρ γιγνόμενα, ἐκ τῶν φθειρομένων ἀνάγκη γίγνεσθαι. Φθείρεσθαι δὲ τὰ γινόμενα ἀνάγκη, ἵνα μὴ στῇ ἡ γένεσις τῶν ὄντων. Πρῶτον οὖν τὸν δημιουργὸν γνώριζε εἰς τὴν γένεσιν τῶν ὄντων. Τὰ οὖν ἐκ φθορᾶς γενόμενα ψευδῆ ἂν εἴη, ὡς ποτὲ μὲν ἄλλα, ποτὲ δὲ ἄλλα γενόμενα. Τὰ γὰρ αὐτὰ γίνεσθαι, ἀδύνατον. Τὸ δὲ μὴ αὐτὸ, πῶς ἀληθὲς εἴη; Φαντασίας οὖν καλεῖν δεῖ τοῦτο, ὦ τέκνον, εἴγε ὀρθῶς προσαγορεύομεν τὸν ἄνθρωπον ἀνθρωπότητος φαντασίαν. Τὸ δὲ παιδίον παιδίου φαντασίαν. Τὸν δὲ γέροντα γέροντος φαντασίαν. Τὸν δὲ νεανίσκον, νεανίσκου φαντασίαν; Τὸν δ' ἄνδρα, ἀνδρὸς φαντασίαν. Οὔτε γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος, οὔτε τὸ παιδίον, παιδίον, οὔτε ὁ ἀνὴρ, ἀνήρ. οὔτε ὁ γέρων, γέρων. μεταβαλλόμενα δὲ ψεύδεται καὶ τὰ προόντα, καὶ τὰ ὄντα. Ταῦτα μέντοι οὕτω νόει ὦ τέκνον, ὡς καὶ τῶν ψευδῶν τούτων ἐνεργειῶν ἄνωθεν ἠρτημένων ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, τὸ ψεῦδος φημὶ τῆς ἀληθείας ἐνέργημα εἶναι.

FINIS.

ΤΕΛΟΣ.

SCHOLION.

Quando soli tribuit opificium. Intelligas quo ad generationem, & quo ad virtutem quam sol efficit in hęc inferiora.



ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ,

ΟΤΙ ΟΥΔΕΝ ΤΩΝ ὄντων ἀπόλλυται.

HERMETIS TRISMEGISTI,

QVOD NVLLVM Entium pereat.



ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΘ.



Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ὦ παῖ νῦν λεκτέον, τρόπῳ μὲν ποίῳ ἀθάνατος ἡ ψυχή. ἐνέργεια δὲ ποταπή ἐστι συστάσεως σώματος καὶ διαλύσεως. Περὶ οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ὁ θάνατος, ἀλλὰ νόημά ἐστιν θανάτου προσηγορίας, ἢ κενὸν ἔργον, ἢ κατὰ στέρησιν τοῦ πρώτου γράμματος λεγόμενος θάνατος ἀντὶ τοῦ ἀθάνατος. ὁ γὰρ θάνατος ἀπωλείας ἐστίν. οὐδὲν δὲ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀπόλλυται. εἰ γὰρ δεύτερος θεὸς ὁ κόσμος καὶ ζῷον ἀθάνατον, ἀδύνατον ἐστὶ τοῦ ἀθανάτου ζῴου μέρος τι ἀποθανεῖν. πάντα δὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ μέλη ἐστὶ τοῦ κόσμου, μάλιστα δὲ ὁ ἄνθρωπος τὸ λογικὸν ζῷον. Πρῶτος γὰρ πάντων, καὶ ἀΐδιος, καὶ ἀγέννητος, καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων θεός. δεύτερος δὲ ὁ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ὁ κόσμος ὑπ' αὐτοῦ γενόμενος, καὶ ὑπ' αὐτοῦ συνεχόμενος, καὶ τρεφόμενος, καὶ ἀθανατιζόμενος, ὡς ὑπὸ ἰδίου πατρὸς ἀεὶ ζῶν. ὡς ἀθάνατος ἐστὶ μὲν ἀεὶ ζῶν, καὶ ἀεὶ ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεὶ ζῶν, τοῦ ἀϊδίου διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ ἑτέρου οὐκ ἐγένετο. εἰ δὲ καὶ ἐγένετο, ὑφ' ἑαυτοῦ ποτὲ ἐγένετο καὶ οὐχ ὑπ' ἄλλου ἢ ἀλλ' ἀεὶ γίνεται. Τὸ γὰρ ἀΐδιον ᾗ ἀΐδιον ἐστὶ, τὸ πᾶν. ὁ δὲ πατὴρ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἀΐδιος. ὁ δὲ κόσμος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀεὶ ζῶν, καὶ ἀθάνατος γέγονε, καὶ ὅσον ἦν τῆς ὕλης ὑποκείμενον ὑπ' αὐτὸν, τὸ πᾶν ὁ πατὴρ σωματοποιήσας, καὶ ὀγκώσας ἐποίησε σφαιροειδὲς τοῦτο, αὐτῇ τὸ ποιὸν περιθεὶς, οὖσαν καὶ αὐτὴν ἀθάνατον καὶ ἔχουσαν ἀΐδιον τὴν ὑλότητα. Πλήρης δὲ τῶν ἰδεῶν τὰ ποιὰ ὁ πατὴρ ἐγκατασπείρας τῇ σφαίρᾳ, ὥσπερ ἐν κύκλῳ κατέκλεισε πάσῃ ποιότητι, κοσμῆσαι βουλόμενος τὸ μετ' αὐτοῦ ποιόν. τῇ δὲ ἀθανασίᾳ περιβαλὼν τὸ πᾶν σῶμα ἵνα μὴ ὕλη τῆς τούτου συστάσεως θελήσασα ἀποστῆναι διαλυθῇ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἀταξίαν. ὅτε γὰρ ἦν ἀσώματος ἡ ὕλη ὦ τέκνον, ἄτακτος ἦν. ἔχει δὲ καὶ

LIBER XVIII.



DE anima & corpore o fili, nunc est dicendũ. Quomodo nempe anima sit immortalis. Actio vero vnde sit, constitutionis corporis, & solutionis. Circa namq; horum nullum, mors est. Sed conceptio est appellationis mortis, vel vanum opus, vel per priuationem primæ literæ dicta est θάνατος, mors, pro ἀθάνατος, immortalis. Mors.n. perditionis est, nullum autem eorum, quæ in mũdo sunt, perit. Nã si secundus Deus est mundus, & animal immortale, impossibile est; immortalis animalis partem aliquam interire. Omnes vero in mundo, partes sunt mũdi. maxime vero homo, rationale animal. Primus .n. omnium est, & æternus, & ingenitus, & opifex vniuersorũ Deus. Secundus vero qui per imaginem eius, Mundus ab eo factus. Et ab ipso contentus, & nutritus, & immortalitate donatus. vtpote ab æterno Deo semper viuens vt immortalis. Nam semper viuens ab æterno differt. Nam alter ab alio non est factus. Quod si & factus est, a seipso aliqñ est factus, & nõ ab alio. Sed semper fit. Aeternum.n. qua æternum est, vniuersum. Pater vero ipse, se ipso æternus. Mũdus vero a patre æternus & immortalis factus est, & quanũ materiæ erat sepositum sibi ipsi, pater vniuersum in corpus faciens, & in molem, sphæricum fecit; qualitatem ipsi circumponens, quæ & ipsa erat immortalis, & æternam habebat materietatem. Et amplius idearũ qualitates pater, inseminãs sphæræ, tamquam in antro inclusit omni qualitate, ornare volẽs, quod post ipsũ erat quale. Immortalitate circũdans totũ corpus, vt ne materia ab eius cõstitutione volens secedere; dissolueretur in eius confusionem. Quando.n. incorporea erat materia, o fili, inordinata erat. Habet vero &

hic

hic circa alia parua qualia eandem reuolutam confusionem, ea quæ dicitur accretio, & diminutio, & quam homines, mortem vocant. Hæc vero inordinatio circa terrena fit animalia. Nam cœlestium corpora, vnum habent ordinem; quem a patre sunt sortita a principio. Seruatur autem hic a cuiusque instauratione indissolutus. Restauratio autem terrenorum corporum constitutio est. Dissolutio vero hęc restauratio, in corpora, quæ non dissoluuntur, hoc est immortalia. Atque ita priuatio fit constitutionis, non autem perditio corporum. Tertium vero animal, homo ipse ad imaginem mundi factus. mentem, ex voluntate patris habens præter alia terrena animalia. non solum ad secundum Deum sympathiam habet, sed & intelligentiam primi. Nam illud quidem sentit, vt corpus. Illius vero intelligentiam recipit, vt incorporei, & mentem boni. Hoc ergo animal, non perit. Bene omina re o fili, & intellige, quid Deus, quid mundus. qui animal immortale, quid animal dissolubile, & intellige, quòd mundus a Deo, & in Deo. Homo vero a mundo, & in mundo. Principium vero, & comprehensio, & constitutio omnium Deus.


FINIS.

ἐνθάδε ἡ περὶ τὰ ἄλλα μικρὰ ποιὰ εἰλουμένην, τό τῆς αὐξήσεως, καὶ τὸ τῆς μειώσεως, ὃν θάνατον οἱ ἄνθρωποι καλοῦσιν, αὕτη δ' ἡ ἀταξία περὶ τὰ ἐπίγεια ζῶα γίνεται. τῶν γὰρ οὐρανίων τὰ σώματα μίαν τάξιν ἔχει. ἣν εἴληχεν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχήν. τηρεῖται δὲ αὕτη ὑπὸ τῆς ἑκάστου ἀποκαταστάσεως ἀδιάλυτος. ἡ δὲ ἀποκατάστασις τῶν ἐπιγείων σωμάτων συστάσις. ἡ δὲ διάλυσις αὕτη, ἀποκαθίσταται εἰς τὰ ἀδιάλυτα σώματα, τουτέστι τὰ ἀθάνατα. Καὶ οὕτω στέρησις γίνεται τῆς αἰσθήσεως, οὐκ ἀπώλεια τῶν σωμάτων. Τὸ δὲ τρίτον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, κατ' εἰκόνα τοῦ κόσμου γενόμενος οὐ κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς ἔχων παρὰ τὰ ἄλλα ἐπίγεια ζῶα, οὐ μόνον πρὸς τὸν δεύτερον θεὸν συμπάθειαν ἔχων, ἀλλὰ καὶ ἔννοιαν τοῦ πρώτου. τοῦ μὲν γὰρ αἰσθάνεται ὡς σώματος, τοῦ δὲ ἔννοιαν λαμβάνει ὡς ἀσωμάτου, καὶ νοῦ τοῦ ἀγαθοῦ. Τοῦτο οὖν οὐκ ἀπόλλυται τὸ ζῶον; Εὐφήμησον ὦ τέκνον, καὶ νόησον τί θεὸς, τί κόσμος, τί ζῶον ἀθάνατον, τί ζῶον διαλυτόν. καὶ νόησον, ὅτι ὁ μὲν κόσμος ὑπὸ τοῦ θεοῦ. καὶ ἐν τῷ θεῷ. Ὁ δ' ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ κόσμου, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ. Ἀρχὴ δὲ, καὶ περιοχὴ, καὶ σύστασις ἁπάντων ὁ θεός.

ΤΕΛΟΣ.

SCHOLION.

Quando ait. Mundus est in Deo & a Deo; homo vero a Mundo. Intelligendum sano modo, vt homo sit a mundo quoad generationem corporalem.



ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ,

ΑΣΚΛΗΠΙΩ

εὖ φρονεῖν.

HERMETIS TRISMEGISTI,

ASCLEPIO

recte sapere.



ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΘ.



Πεὶ ὁ υἱός μου Τὰτ, ἀπόντος σοῦ τὴν τῶν ὄντων ἠθέλησε φύσιν μαθεῖν, ὑπερθέσθαι δὲ μοὶ οὐκ ἐπέτρεπεν, ὡς νεώτερος ἄρτι παρελθὼν ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν περὶ ἑνὸς ἑκάστου, ἠναγκάσθην πλείονα εἰπεῖν, ὅπως εὐπαρακολούθητος αὐτῷ γένηται ἡ θεωρία. Σοὶ δ᾽ ἐγὼ τῶν λεχθέντων τὰ κυριώτατα κεφάλαια ἐκλεξάμενος, δι᾽ ὀλίγων ἠθέλησα ἐπιστεῖλαι, μυστικώτερον αὐτὰ ἑρμηνεύσας, ὡς ἂν τηλικούτῳ καὶ ἐπιστήμονι τῆς φύσεως. Τὰ φαινόμενα πάντα γέγονε καὶ γίνεται. τὰ δὲ γεννητὰ, οὐχ ὑφ᾽ ἑαυτῶν, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρου γίνεται. Πολλὰ δὲ γεννητά. Μᾶλλον δὲ πάντα τὰ φαινόμενα. καὶ πάντα τὰ διάφορα καὶ οὐχ ὅμοια. Γίνεται δ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρου τὰ γινόμενα. Ἐστὶ τὶς ὁ ταῦτα ποιῶν. καὶ οὗτος ἀγέννητος καὶ πρεσβύτερος τῶν γεννητῶν. Τὰ γὰρ γεννητὰ φημὶ ὑφ᾽ ἑτέρου γίνεσθαι. τῶν δὲ γεννητῶν ὄντων, ἀδύνατον τὶ πρεσβύτερον πάντων εἶναι, ἢ μόνον τὸ ἀγέννητον. Οὗτος δὲ κρείττων, καὶ εἷς, καὶ μόνος ὄντως σοφὸς τὰ πάντα. ὡς μὴ ἔχων μηδὲν πρεσβύτερον. Ἄρχει γὰρ καὶ τῷ πλήθει, καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ διαφορᾷ τῶν γινομένων. καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς ποιήσεως, καὶ τῇ ἐνεργείᾳ. Ἔπειτα δὲ τὰ γεννητὰ, ὁρώμενα ἐστίν. ἐκεῖνος δὲ ἀόρατος. Διὰ τοῦτο γὰρ ποιεῖ, ἵνα ὁρατὸς ᾖ. ἀεὶ οὖν ποιεῖ. Οὕτως ἄξιον ἐστὶ νοῆσαι, καὶ νοήσαντα θαυμάσαι, καὶ θαυμάσαντα ἑαυτὸν μακαρίσαι, τὸν γνήσιον πατέρα γνωρίσαντα. Τί γὰρ γλυκύτερον πατρὸς γνησίου; Τίς οὖν ἐστὶν οὗτος; καὶ πῶς αὐτὸν γνωρίσομεν; Ἢ τούτῳ, τὴν τοῦ θεοῦ προσηγορίαν μόνῳ δίκαιον ἀνακεῖσθαι; ἢ τὴν τοῦ ποιητοῦ; ἢ τὴν τοῦ πατρός; ἢ καὶ τὰς τρεῖς; Θεὸν μὲν διὰ τὴν δύναμιν. ποιητὴν δὲ διὰ τὴν ἐνέργειαν. Πατέρα δὲ διὰ τὸ ἀγαθόν. Δύναμις γάρ ἐστι διάφορος τῶν γινομένων. Ἐνέργεια δὲ ἐν τῷ πάντα γίνεσθαι. Διὸ τῆς πολυλογίας τε καὶ ματαιολο-

LIBER XIX.



Voniã filios meus Tat, te absēote, entium voluit naturam discere, neque siuit me supersedere, vt iunior, nūc accedens ad notitiã eorum quę circa vnumquodq; coactus sum plura dicere, vt bene sequax ei fieret contemplatio. Tibi vero ego, eorum quæ dixi, principalissima capita seligens, paucis volui mittere, mystice magis ea interpretatus, iam pronecto ætate & sciẽti rerum naturæ. Quæ apparẽt omnia facta sunt & fiunt. Genita vero nõ a se ipsis, sed ab alio fiũt. Multa autem sont genita, vel potius omnia quæ apparent. Et omnia quæ inter se differũt, neque sunt similia. Fiunt aũt ab alio, quæ fiunt. Est ergo aliquis, qui hęc facit. Et iste ingenitus, & senior genitis. Genita.n.aio ab alio gigni. Comque genita sint entia, impossibile est aliquid senius omnibus esse, nisi solum ingenitum. Hic vero potentior, & vnus & solus, reuera sciens cuncta. vt pote qui nihil habeat antiquius. Imperat namque, & multitudini, & magnitudini, & differentiæ genitorum. & continuitati facturæ, & efficaciæ. Deinde, genita quæ sunt, cernuntur. Ille vero inuisibilis est, Ob id enim facit, vt visibilis sit. Semper ergo facit. Ita dignum est intelligere; & postquam intellexerit, admirari, & admirando, se ipsum beatum putare, quòd germanum patrem cognouerit. Quid.n.dulcius patre germano? Quis ergo est is? & quomodo eum cognoscemus? Vel huic Dei cognomen soli iustum est imponere? vel facturis? vel patris? Vel & hæc tria. Deum quidem ob potentiam. Factorem autem, ob actionem. Patrem vero, ob bonum. Potentia namque est differens a genitis. Actio vero, eò quòd omnia fiant. Atque ideo loquacitate & vaniloquen-

tia omni abiecta oportet iutelligere duo hæc; Quod fit, & qui facit. Medium namque horũ nihil, ueque tertium aliquid. Omnia igitur intelligens, duorum horum memorare. Et hæc puta esse cuncta. nihil in dubio ponens non eorum quæ supra, nec eorum qua infra, neque eorum quæ mutantur, nec quę sunt in abdito. Duo namque sunt cuncta, faciens, & factum. & distare aliud ab alio non possunt. Neque.n. Factorem absque eo quod fit possibile est esse. vtrumque.n. ipsorũ hoc ipsum sunt. Ideo non potest alterum ab altero separari. neq; ipsum a se ipso. Nam si factor, nihil aliud est, quàm faciens solum, simplex, incompositus, facere necesse est hoc ipsum sibi ipsi, cui generatio est facientis, Et omne factum, impossibile est a se ipso factum esse. Factum autem, ab alio necesse est gigni. Absque vero factore, genitum neque gignitur, neque est. Alterum.n. absque altero, ammisit propriam naturam alterius priuatione. Si ergo duo confessa sunt, id quod fit, & quod facit vnum sunt vnione. Alterum quidem præcedens, alterum consequens. Præcedens quidem factor Deus, consequens vero, id quod fit, qualecumque fuerit. Neque ob varietatem eorum quæ fiunt caueas, ne humilitatem, & infamiam Deo tribuas timens. Vna enim eius gloria est, facere cuncta. Et hoc est Dei veluti corpus, ipsa factio. Ipsi vero factori, nihil malum, aut turpe, est putandum. Hæ.n. passiones sunt quæ generationem consequuntur, sicuti ærugo, ipsum æs, & fordes ipsum corpus. Sed neque æruginem faber fecit. neq; fordes factor genuit. Neque malum Deus. Sed generationis vicissitudo, veluti effluere facit. Et ob hoc fecit mutationem Deus, quasi purgationem generationis. Præterea eidem pictori licet, & cœlum facere, & Deos, & terram & mare, & homines, & bruta, & inanimata & arbores. Deo autem impossibile est hęc facere? O multam amétiam, & ignorationem eorum quæ Dei sunt. Nam quod omnium maxime est ridiculum patiuntur isti. Cum enim Deum laudare dicant, quia ei non tribuant omnium efficientiam, neque Deum sciunt. Et præterquàm non norunt, etiam maxime in eum sunt impij, passiones ei attribuentes, vel superbiam, vel impotentiam, vel ignorantiam, vel inuidiam. Nam si non facit cuncta: vel superbus est, vel non potens, vel ignorans, vel inuidens. Quod quidem impium est. Deus enim vnam solam passionem habet. ipsum bonum, Qui vero bonus est, neque superbus, neq; impotens, neq, alia. Hoc.n. est Deus. Bonum nãque vniuersa potentia est faciendi omnia. Omne aũt genitum a Deo genitum est. Quod boni est. & potentis cuncta facere. Vide, quomodo ipse quidem facit, & quomodo fiant,


γίας ἀπαλλαγέντας χρὴ νοεῖν δύο ταῦτα, τὸ γινόμενον, καὶ τὸν ποιοῦντα. Μέσον γὰρ τούτων οὐδὲν, οὔτε τρίτον τι. Πάντα οὖν νοῶν. τῶν δύο τούτων μέμνησο.. καὶ ταῦτα εἶναι νόμιζε τὰ πάντα, μηδὲν ἐν ἀπορίᾳ τιθέμενος μὴ τῶν ἄνω, μὴ τῶν κάτω, μὴ τῶν μεταβλητῶν, ἢ τῶν ἐν μυχῷ. Δύο γάρ ἐστι τὰ πάντα, τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ γινόμενον. καὶ διαστῆναι τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου οὐ δύναται. Οὔτε γὰρ τὸν ποιοῦντα χωρὶς τοῦ γινομένου δυνατὸν εἶναι. Ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν, αὐτὸ τοῦτό ἐστι. Διὸ οὐκ ἔστι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου χωρισθῆναι. ὥστε οὐδ᾽ αὐτὸ ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ ὁ ποιῶν, ἄλλο οὐδέν ἐστιν, ἢ τὸ ποιοῦν, μόνον, ἁπλοῦν, ἀσύνθετον, ποιεῖν ἀνάγκη τοῦτο αὐτὸ ἑαυτῷ. ᾧ γένεσίς ἐστι ποιοῦντος. καὶ πᾶν τὸ γινόμενον εἶναι. Γινόμενον δ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρου ἀνάγκη γίνεσθαι. τοῦ δὲ ποιοῦντος ἄνευ, τὸ γεννητὸν οὔτε γίνεται, οὔτε ἐστί. Τὸ γὰρ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἄνευ ἀπώλεσε τὴν ἰδίαν φύσιν, στερήσει τοῦ ἑτέρου. Εἰ τοίνυν δύο ὡμολόγηται τὸ γινόμενον καὶ τὸ ποιοῦν ἕν ἐστι τῇ ἑνώσει. τὸ μὲν προηγούμενον, τὸ δὲ ἑπόμενον. προηγούμενον μὲν ὁ ποιῶν θεός. ἑπόμενον δὲ τὸ γινόμενον ὁποῖον ἂν ᾖ. Καὶ μὴ διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν γινομένων φυλάξῃ φοβούμενος, μὴ ταπεινότητα καὶ ἀδοξίαν τῷ θεῷ περιάψῃς. Μία γάρ ἐστιν αὐτοῦ ἡ δόξα τὸ ποιεῖν τὰ πάντα. καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ θεοῦ ὥσπερ σῶμα, ἡ ποίησις. Αὐτῷ δὲ τῷ ποιοῦντι, οὐδὲν κακὸν οὐδ᾽ αἰσχρὸν νομιζόμενον. Ταῦτα γάρ ἐστι τὰ πάθη τὰ τῇ γενέσει παρεπόμενα, ὥσπερ ἰὸς τῷ χαλκῷ, καὶ ὁ ῥύπος τῷ σώματι. Ἀλλ᾽ οὔτε ἰὸν ὁ χαλκουργὸς ἐποίησεν, οὔτε ῥύπον ὁ ποιητὴς γεγέννηκεν, οὔτε τὴν κακίαν ὁ θεός. Ἡ δὲ τῆς γενέσεως διαμονὴ καθάπερ ἐξανθεῖν ποιεῖ. καὶ διὰ τοῦτο ἐποίησε τὴν μεταβολὴν ὁ θεός, ὥσπερ ἀνακάθαρσιν τῆς γενέσεως. Εἶτα τῷ μὲν αὐτῷ ζωγράφῳ, ἔξεστι καὶ οὐρανὸν ποιῆσαι καὶ θεοὺς καὶ γῆν, καὶ θάλασσαν, καὶ ἀνθρώπους, καὶ τὰ ἄλογα, καὶ τὰ ἄψυχα, καὶ τὰ δένδρα. Τῷ δὲ θεῷ ἀδύνατον ταῦτα ποιεῖν. Ὢ τῆς πολλῆς ἀνοίας καὶ ἀγνωσίας, τῆς περὶ τὸν θεόν. Τὸ γὰρ πάντων γελοιότατον πάσχουσιν οἱ τοιοῦτοι. Τὸν γὰρ θεὸν φάσκοντες εὐλογεῖν, τῷ μὴ τὴν τῶν πάντων ποίησιν αὐτῷ ἀνατιθέναι, οὐδὲ τὸν θεὸν οἴδασι. Πρὸς δὲ τὸ μὴ εἰδέναι, καὶ τὰ μέγιστα εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦσι. πάθη αὐτῷ περιτιθέντες, ὑπερηφανίαν, ἢ ἀδυναμίαν, ἢ ἄγνοιαν, ἢ φθόνον. Εἰ μὴ γὰρ πάντα ποιεῖ, ἢ ὑπερήφανός ἐστιν, ἢ μὴ δυνάμενος, ἢ ἀγνοῶν, ἢ φθονῶν, ὅπερ ἐστὶν ἀσεβές. Ὁ γὰρ θεὸς ἓν μόνον πάθος ἔχει, τὸ ἀγαθόν. Ὁ δ᾽ ἀγαθὸς, οὔτε ὑπερήφανος, οὔτε ἀδύνατος. οὔτε τὰ ἄλλα. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ θεός. Τὸ γὰρ ἀγαθὸν, ἡ πᾶσα δύναμις τοῦ ποιεῖν τὰ πάντα. Πᾶν δὲ τὸ γεννητὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ γέγονεν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ. καὶ τοῦ τὰ πάντα δυναμένου ποιεῖν. Ἰδὲ πῶς μὲν αὐτὸς ποιεῖ πῶς δὲ τὰ γινόμενα

ρμα γίνεται. καὶ εἰ βούλει μαθεῖν, ἔξεστι σοὶ ἰδεῖν εἰκόνα καλλίστην καὶ ὁμοιοτάτην. Ἴδε γεωργὸν σπέρμα καταβάλλοντα εἰς γῆν, ὅπου μὲν πυρὸν, ὅπου δὲ κριθὴν, ὅπου δ᾽ ἄλλο τι τῶν σπερμάτων. Ἴδε τὸν αὐτὸν ἄμπελον φυτεύοντα, καὶ μηλέαν, καὶ συκῆν, καὶ τὰ ἄλλα τῶν δένδρων. Οὕτως ὁ θεὸς, ἐν μὲν οὐρανῷ ἀθανασίαν σπείρει. ἐν δὲ τῇ γῇ μεταβολήν. Ἐν δὲ τῷ παντὶ ζωὴν, καὶ κίνησιν. Ταῦτα δ᾽ οὐ πολλά ἐστι, ἀλλ᾽ ὀλίγα καὶ εὐαρίθμητα. Τὰ γὰρ πάντα τέσσαρα ἐστίν. Αὐτὸς ὁ θεὸς, καὶ ἡ γένεσις, ἐν οἷς τὰ πάντα ἐστί.

ΤΕΛΟΣ.

quæ fiunt, & si vis discere, licet tibi videre imaginem pulcherrimam, & simillimam. Intuere agricolam semen iacientem in terram, alicubi frumentum, alicubi vero hordeum, alicubi aliud e seminibus. Intuere eundem, dum vitem plantat, & malum, & ficulneam & alias arbores. Ita Deus in cœlo quidem immortalitatem seminat. in terra vero mutationem. In vniuerso vero vitam & motum. Hæc autem non multa sunt, sed pauca, & facilia numeratu. Omnia namque sunt quatuor. Ipse Deus, & generatio, in quibus omnia sunt.

FINIS.



HERMETIS TRISMEGISTI, EX III. AD Asclepium.

LIBER XX.



On.n.permittitur,in prophanos, talia mysteria emittere. Sed mente audire. Vna sola erat lux,ante lucem intellectualem. Et fuit, & est semper Mens lucida. Et nihil aliud erat huius vnitas. Semper in se ipsa existens. Semper sua ipsius mente, & luce, & spiritu amplectitur. Extra hanc, non Deus,non Angelus, non Dæmon. Non essentia vlla alia. Omnium namque est Dominus,& Pater,& Deus,& Fons, & Vita,& Potentia,& Lux,& Mens, & Spiritus. Et omnia in ipso, & sub ipso sunt. Verbum.n.eius,e se prodiens,perfectissimum existens, & generator, & opifex, in fœcundam naturam cadēs, in fœcunda aqua,grauidam fecit aquam.

Ex eodem tertio.

Pyramis ergo subiecta naturę, & intellectuali mundo. Habet.n.principem superpositum, opifex verbum, omnium dominum. Quod post illud prima potentia ingenita, interminata.ex illo progressa, & insidet,& imperat ils quę per ipsum sunt condita.Est aūt perfectissimi progenies, & perfectus,& fœcūdus, germanus filius.Tu vero non intellexisti.Natura intellectualis huius verbi.Natura est generatiua, & effectrix. Hoc ipsius est veluti genitura,vel natura, vel mos, vel quod volueris ipsum vocare,voca. hoc solum intelligens, ꝙ perfectus est, in perfecto,& a perfecto,perfecta bona efficit,& condit,& viuificat. Quoniam ergo hāc habet naturam,rectè id nominatur.

Ex eodem tertio.

Nisi prouidētia aliqua esset, vniuersorū dñi, ita vt ego rationē hāc reuelem,neq; vos amor

ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ, ΕΚ ΤΟΥ Γ. ΠΡΟΣ Ἀσκληπιόν.

ΒΙΒΛΙΟΝ Κ.



Οὐ γὰρ ἐοικτόν ἐστιν, εἰς ἀμυήτους τοιαῦτα μυστήρια παρέχειν. Ἀλλὰ τῷ νοῒ ἀκούσατε. Ἓν μόνον ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ. καὶ ἦν, καὶ ἔστιν ἀεὶ νοῦς φωτεινός. καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἡ τούτου ἑνότης. Ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοῒ, καὶ φωτὶ, καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. Ἐκτὸς τούτου οὐ θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐ δαίμων, οὐκ οὐσία τὶς ἄλλη. πάντων γὰρ ἐστὶ κύριος καὶ πατὴρ, καὶ θεὸς, καὶ πηγὴ, καὶ ζωὴ, καὶ δύναμις, καὶ φῶς, καὶ νοῦς, καὶ πνεῦμα. καὶ πάντα ἐν αὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτῷ ἐστίν. Ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθὼν, παντέλειος ὤν, καὶ γονικὸς, καὶ δημιουργὸς, ἐν γονίμῳ φύσει πεσὼν, ἐν γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ τρίτου.

Ἡ οὖν πυραμὶς ὑποκειμένη φύσει, καὶ τῷ νοερῷ κόσμῳ. ἔχει γὰρ ἄρχοντα ἐπικείμενον, τὸν δημιουργὸν λόγον τοῦ πάντων δεσπότου. ὃς μετ' ἐκεῖνον πρώτη δύναμις ἀγέννητος, ἀπέραντος, ἐξ ἐκείνου προκύψασα, καὶ ἐπίκειται καὶ ἄρχει τῶν δι' αὐτοῦ δημιουργηθέντων. Ἐστὶ δὲ τοῦ παντελείου πρόγονος, καὶ τέλειος, καὶ γόνιμος, γνήσιος υἱὸς, σὺ δ' οὐ συνῆκας. Φύσις τοῦ νοεροῦ αὐτοῦ λόγου, φύσις ἐστὶ γεννητικὴ, καὶ δημιουργική. τοῦτο ὥσπερ αὐτοῦ ἡ γέννησις, ἢ φύσις, ἢ ἔθος, ἢ ὃ θέλεις αὐτὸ καλεῖν, κάλει. Τοῦτο μόνον νοῶν, ὅτι τέλειός ἐστιν ἐν τελείῳ, καὶ ἀπὸ τελείου, τέλεια ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ δημιουργεῖ, καὶ ζωοποιεῖ. Ἐπειδὴ οὖν τοιαύτης ἔχεται φύσεως, καλῶς τοῦτο προσηγόρευται.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ τρίτου.

Εἰ μὴ πρόνοια τὶς ἦν τοῦ πάντων κυρίου, ὥστε με τὸν λόγον τοῦτον ἀποκαλύψαι, οὐδὲ ὑμᾶς

SCHOLION.

Quando inquit,opifex verbum omnium dominum. quod post illum prima potentia interminata, ex illo progressa & insidet. Intellige de potentia verbi,qua imperat mundo, illumque gubernat,non autem de patre,qui est potentia. Et quod ibi addit, Natura verbi est generatiua & effectrix. **Intellige,Productrix.**

γαῦ ἔρως τοιοῦτος κατεῖχεν ἵνα περὶ τούτου ζητήσητε. Νῦν δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἀκούετε. τούτου τοῦ πνεύματος, οὗ πολλάκις προεῖπον, πάντα χρήζει. Τὰ πάντα γὰρ βαστάζον κατ' ἀξίαν ζωοποιεῖ καὶ τρέφει. καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας πηγῆς ἐξήρτηται ἐπίκουρον πνεύμασι, καὶ ζώοις ἅπασιν ἀεὶ ὑπάρχον.

Ἐκ τοῦ τελείου λόγου.

Ὁρκίζω σε οὐρανὲ, θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον. ὁρκίζω σε φωνὴ πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἡνίκα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο. Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου, ἐκ τοῦ πατρὸς περιέχοντος πάντα ἵλεως, ἵλεως ἔσο.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ κύριος, καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν, ὁρατόν τε καὶ αἰσθητόν. αἰσθητὸν δὲ φημὶ, οὐ διὰ τὸ αἰσθέσθαι αὐτὸν, (περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι πότερον αὐτὸς αἴσθηται, ἀλλ' ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπτει καὶ νοῦν) ἐπεὶ οὖν ἐποίησε πρῶτον, καὶ μόνον καὶ ἕνα, καλὸς δ' αὐτῷ ἐφάνη, καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν ἠγάπησέ τε πάνυ καὶ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐπεὶ ἂν δὴ ταῦτα οὕτω γένηται, τότε ὁ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεὸς, καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργὸς, ἐπιβλέψας τοῖς γινομένοις, καὶ τῇ αὐτοῦ βουλήσει, τοῖς τοιούτοις τὸ ἀγαθὸν ἀντερείσας τῇ ἀταξίᾳ. καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην καὶ τὴν κακίαν ἐκκαθήρας, πῇ μὲν ὕδατι πολλῷ κατακλύσας, πῇ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ διακαύσας. Ἐνίοτε δὲ πολέμοις, καὶ λοιμοῖς ἐκπιέσας ἤγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀποκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον.

Ἐκ τοῦ πρὸς Τάτ.

Θεὸν μὲν νοῆσαι χαλεπὸν, φράσαι δ' ἀδύνατον. Τὸ γὰρ ἀσώματον σώματι σημῆναι ἀδύνατον. καὶ τὸ ἀΐδιον, τῷ ὀλιγοχρονίῳ συγγενέσθαι δύσκολον. τὸ μὲν γὰρ ἀεὶ ἔστι, τὸ δὲ παρέρχεται. καὶ τὸ μὲν ἀληθείᾳ ἔστι, τὸ δ' ὑπὸ φαντασίας σκιάζεται. τὸ δ' ἀσθενέστερον τοῦ ἰσχυροτέρου, καὶ τὸ ἔλαττον τοῦ κρείττονος διέστηκε τοσοῦτον, ὅσον τὸ θνητὸν τοῦ θείου. Ἡ δὲ μέση τούτων διάστασις ἀμαυροῖ τὴν τοῦ καλοῦ θέαν. Ὀφθαλμοῖς μὲν γὰρ τὰ σώματα θεατὰ, γλώττῃ δὲ τὰ ὁρατὰ, λεκτά. τὸ δὲ ἀσώματον καὶ ἀφανὲς καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ μήτε ἐξ ὕλης ὑποκειμένης ὑπὸ τῶν ἡμετέρων αἰσθήσεων συλληφθῆναι οὐ δύναται. Ἐννοοῦμαι ὦ Τάτ, ἐννοοῦμαι, ὃ ἐξειπεῖν οὐ δυνατόν. τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ θεός. Ἔστι γάρ τις ὦ τέκνον, ἀπόρρητος λόγος σοφίας πάντων, καὶ προνοουμένου κυρίου, ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστιν. αἰτία δὲ τούτου, ἡ τοῦ θείου ἀγαθοῦ βούλησις, ἣ θεὸν προήνεγκεν: οὗ τὸ ὄνομα, οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι.

Ἐν ἄλλῳ.

Μία φυλακὴ εὐσέβεια. Εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου, οὔτε δαίμων κακός. οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. Θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν, εὐσέβεια. Ἡ γὰρ εὐσέβεια

talis teneret. vt de hoc quæratis. Núc vero reliqua sermonis audite. Hoc spiritu, de quo sæpe prædixi, cuncta egent. Omnia namque ferens, pro dignitate viuificat, & nutrit, & a sancto fonte pendet, adiutor spiritibus, & animalibus omnibus semper existens.

Ex sermone perfecto.

Adiuro te cœlũ, Dei magni sapiens opus. Adiuro te vocem patris, quam pronunciauit primá, qñ vniuersum mundũ firmauit. Adiuro te, per vnigenitũ verbũ. ex patre cõplectens cuncta, propitins, propitius esto.

Ex eodem.

Dominus, & omniũ factor, quem Deũ vocare statuimus, postquàm secundũ fecit Deum, visibilẽ & sensibilem. Sensibilem aũt dico, non q͂ sentiat ipse. Nã de hoc non est, vtrum ipse sentiat, sed q͂ in sensum submittit, & in mentem. Postquàm ergo fecit primũ, & solum, & vnum & pulcher ipsi est visus. & plenissimus omniũ bonorum, dilexit valde, & amauit, vt proprium partum.

Ex eodem.

Postquam igitur hæc ita facta fuerint, tunc dominus & parer, & Deus, & primi, & vnius Dei opifex, respiciens ad ea quæ facta erant, & sua voluntate, talibus bonum resistens confusioni, & reuocans errorem & malitiam expurgans. alicubi multa aqua inundãs, alicubi vero igni acutissimo comburens. Aliqñ vero, bellis, pestilẽtiis edomãs, deduxit in antiquum. & restituit eius mundum.

Ex libris ad Tatium.

Deũ quidẽ mente percipere, arduũ est, eloqui aũt impossibile. Namq; incorporeum, corpore significare, impossibile est. & perfectũ imperfecto cõprehẽdere nõ est possibile. & æternũ, cũ eo q͂ parui est tẽporis cõuenire difficile est. Nã illud semper est, hoc vero transit. Et illud vere quidẽ est. hoc aũt phãtasia obũbratur. Imbecillius aut a robustiore, & minus maiore, distat tantũ, quantũ mortale a diuino. Media aũt horũ cõstitutio, obscurat pulchri spectaculũ. Oculis quidẽ corpora spectãtur; lingua vero visibilia declarãtur. Incorporeum vero, & inuisibile, & infiguratũ, & quod ex materia subiecta nõ est factũ a nostris sensibus cõprehendi nequit. Mẽte cõcipio, o Tati, mẽte cõcipio q͂ effari nõ põt. Hoc aũt est De'. Est. n. quidã ineffabilis sapientiæ sermo, omniũ, & prouidente Dño, quẽ nominare supra hominẽ est. Causa aũt hui' est, diuini boni volũtas, q̃ Deũ ꝓtulit. Cui' nomẽ non põt humano ore proferri.

In alio.

Vna est custodia, ipsa pietas. Pium. n. hominem, neq; dæmon, neq; fatum superat. Deus. n. tuetur pium ab omni malo. Vnum enim & solum hominibus bonum est pietas. Pietas. n.

SCHOLION.

1 *Quando ait. Secundum fecit Deum sensibilem. intelligas mundum quoad suam excellentiam.*

2 *Quando ait. Primi & vnius Dei opifex. intelligit mundum ipsum.*

cognitio est Dei. *In alio.*

Est igitur, quod ante ens est, in omnibus entibus. & iis quæ teuera entia sunt, est quod ante ens est. Ens. n. est, per quod essentialitas quæ vniuersaliter dicitur, communis intelligibilium, quæ enter sunt: & entium quæ per se intelligūtur. Cōtraria vero his, ea sunt q̄ alia sunt ab his. Rursus ipsa p se ipsa sunt, natura essentia sensibilis, habēs in se ipsa omnia. Inter hæc vero media, intellectuales & sēsibiles Dij. Hæc quidē participātia intelligibiliū. Illa vero opinabilia, q̄ cōmunicāt cū intellectualibus Diis. Hæ vero imagines sunt mētaliū cōceptuū. Veluti sol, imago est supercœlestis cōditoris Dei. Sicuti. n. ille vniuersū cōdidit. ita sol efficit animalia. & generat plantas. & spiritu um est dñs.

γνῶσις ἐστὶ τοῦ θεοῦ. *Ἐν ἄλλῳ.*

Ἐστὶ τοίνυν, τὸ πρὸ ὄν, ἐπὶ πάντων τῶν ὄντων, καὶ τῶν ὄντως ὄντων πρὸ ὄν. Ὂν γάρ ἐστι, δι' οὗ ἡ οὐσιότης ἡ καθόλου λεγομένη, κοινὴ τῶν νοητῶν, τῶν ὄντως ὄντων, καὶ τῶν ὄντων τῶν καθ' ἑαυτὰ νοουμένων. τὰ δ' ἐναντία τούτοις, κατὰ τὸ ἕτερον. Πάλιν αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ ἐστὶ φύσις οὐσία αἰσθητή. ἐν ἑαυτῇ πάντα. Μεταξὺ δὲ τούτων νοηματικοὶ καὶ αἰσθητικοὶ θεοί. τὰ μὲν μετέχοντα τῶν νοητῶν, τὰ δὲ δοξαστά. τὰ κοινωνοῦντα τῶν νοηματικῶν θεῶν. αὗται δ' εἰκόνες εἰσὶ νοημάτων, οἷον ἥλιος, εἰκών ἐστι τοῦ ἐπουρανίου δημιουργοῦ θεοῦ. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τὸ ὅλον ἐδημιούργησε, καὶ ὁ ἥλιος δημιουργεῖ τὰ ζῶα: καὶ γεννᾷ τὰ φυτά, καὶ τῶν πνευμάτων πρυτανεύει.

Ex Cyrillo continuata ad superiora quia Græca non habuimus.

Proinde si quis incorporeus oculus egrediatur a corpore ad contēplationē pulchri, & subuolet, & contempletur, non figuram, non corpus, nō species intueri quærēs, sed illud quod omnia facere potest, quod quietum, quod tranquillū, quod solidū, quod incōuertibile, quod ipsum omnia, & solū, quod vnū, quod ipsum ex se ipso, ꝙ ipsum in se ipso, quod sibi ipsi simile est, neq; sibi dissimile. Iterum.

Itaq; de illo vno, & solo bono intelligēs nihil impossibile dixeris. Omnis. n. virtus ipse est. Neq; in aliquo ipsum esse cogites. Neq, iterū quasi extra aliquē. Ipse. n. est, q̄ sine termino, omniū est terminus. Et q a nullo cōprenditur, omnia in se cōpræhendit. Quoniā ꝙ discrimē est corporū ad incorporea, & genitorū ad ingenitum: & necessitati subditorum ad libere existēs: vel terrenorū ad cœlestia; & corruptibiliū ad sempiterna? Non quòd aliud quidem existat libere, aliud autem necessitati sit subditum. Quæ autem infra sunt, imperfecta sunt s corruptibilia sunt.

Ex libris ad Tatium.

Et genita est o fili materia. Est. n. vas generationis. Generatio aūt est energia, ingeniti Dei. Semē ergo generationis accipiēs, genita est, & mutabilis facta est, & ideas habuit formata. Supponit. n. illi dū mutatur, artifex mutationis, ideas. In genitura ergo materiæ, informitas erat. Generatio vero, in actionem exit.

Ex primo Diexodicorum.

Solis geniturā vis nobis enarrare, vñ apparuit? Omniū dñs illico clamauit, suo sācto, & intelligibili, & cōditore verbo. Esto sol. Et simul cū dicto, ignis naturæ in sublime ferenti hærens, dico putū, & lucidissimum & efficacissimum, & fœcundissimum attraxit natura suo ipsius spiritu. & sustulit in sublime ab aqua.

Et dixit, inquit, Osiris. Vnde nam o maxime bone dæmon, tota terra, apparuit; Et dixit magnus bonus dæmō, per concretionē, & exsiccationē eorū q̄ dixi. Nam multæ aquæ iussæ sunt a Mente, in seipsas cogi. Et tunc apparuit tota terra, lutosa, & tremula, cū sol iam luceret. & incessanter adureret, & siccaret. terra firmata est in aquis, circūdata ab aqua. Deus aūt statim dixit sancto verbo, crescite in accretione, & multiplicamini in multitudine omnes creaturę & opificia.

FINIS.

Ex τῶν πρὸς Τάτ.

Καὶ γέγονεν ὦ τέκνον ἡ ὕλη. καὶ γὰρ ἀγγεῖον γενέσεως ἐστί. γένεσις δ' ἐνέργεια τοῦ ἀγεννήτου θεοῦ. Τὸ σπέρμα οὖν τῆς γενέσεως λαμβάνουσα, γέγονε. καὶ τρεπτὴ ἐγένετο, καὶ ἰδέας εἶχε μεμορφωμένη. ἐφίστηκε γὰρ αὐτῇ τρεπομένῃ ἡ τεχνιτεύουσα τὰς τῆς τροπῆς ἰδέας. Ἀγεννησία οὖν τῆς ὕλης ἀμορφία ἦν. Ἡ δὲ γένεσις τὸ ἐνεργεῖσθαι.

Ex τοῦ α. διεξοδικῶν.

Ἡλίου γένναν βούλῃ ὑμῖν καταλέξαι πόθεν ἐφάνη; Ὁ δὲ πάντων κύριος, εὐθέως ἐφώνησε τῷ ἑαυτοῦ ἁγίῳ καὶ νοητῷ καὶ δημιουργικῷ λόγῳ. ἔστω ἥλιος. Καὶ ἅμα τῷ φάναι τὸ πῦρ, τὸ φύσεως ἀνωφερoῦς ἐχόμενον. λέγω δὴ τὸ ἄκρατον, καὶ φωτεινότατον, καὶ δραστικώτατον, καὶ γονιμώτατον ἐπεσπάσατο ἡ φύσις τῷ ἑαυτῆς πνεύματι, καὶ ἤγειρεν εἰς ὕψος ἀπ' ὕδατος.

Καὶ εἶπε φησὶν ὁ Ὄσιρις. εἶτα ὦ μέγιστε ἀγαθὲ δαίμων, πῶς ὅλη ἡ γῆ ἐφάνη; καὶ εἶπεν ὁ μέγας ἀγαθὸς δαίμων, κατὰ πῆξιν καὶ ἀναξήρανσιν ὧν εἶπον, καὶ τῶν πολλῶν ὑδάτων κελευσθέντων ὑπὸ τοῦ νοῦ εἰς ἑαυτὰ ἀναχωρῆσαι, ἐφάνη ὅλη ἡ γῆ, ἔμπηλος καὶ τρέμουσα. ἡλίου λοιπὸν ἀναλάμψαντος, καὶ ἀδιαλείπτως ἀνακαίοντος καὶ ξηραίνοντος ἡ γῆ ἐστηρίζετο ἐν τοῖς ὕδασι ἐμπεριεχομένη ὑπὸ τοῦ ὕδατος. Ὁ δὲ θεὸς εὐθὺς εἶπεν ἁγίῳ λόγῳ, αὐξάνεσθε ἐν αὐξήσει, καὶ πληθύνεσθε ἐν πλήθει πάντα τὰ κτίσματα καὶ δημιουργήματα.

ΤΕΛΟΣ.

ASCLEPIVS HERMETIS TRISMEGISTI DIALOGVS A B. APVLEIO MADAVRENSE PLATONICO, IN LATINVM CONVERSVS.



Asclepius iste, pro sole mihi est Deus. Deus te nobis, ô Asclepi, ut diuino sermoni interesses, adduxit, eique tali, qui merito omnium ante a nobis factorum, uel nobis diuino munere inspiratorũ, uideatur esse religiosa pietate diuinior, quem si intelligens videris, eris omnium bonorum, tota mente plenissimus. Sed cum multa sint bona, & non vnum, in quo sunt omnia, alterum enim alterius consentaneum esse dinoscitur, omnia vnius esse, aut vnum esse omnia. Ita enim vnum, alteri connexum, ut separari alterum ab vtroque non possit. Sed de futuro sermone hoc diligenti intentione cognosces. Tu vero, ô Asclepi procede paululum, atque nobis, qui intersit, euoca. Quo ingresso. Asclepius etiam Ammonem interesse suggessit. Trismegistus ait. Nulla inuidia Ammonem prohibet à nobis esse scripta, sicut, & ad amantissimum, & bonum filium, multa de physica, & ex ethica quam plurima. Tractatum hunc autem, tuo ascribam nomini. Pręter Ammonẽ vero, nullum vocat alterum, ne tantę rei religiosissimus sermo multorum interuentu venientiũ pręsentiaq; violetur. Tractatum aũt tota numinis maiestate plenissimum irreligiosę mentis est, multorũ cõscientiæ publicare. Ammone etiam aditũ ingresso, sanctoq; illo, quatuor virorũ religione, & diuino Dei cõplero pręsentia, cõpetenti venerabiliter silentio ex ore Hermes, animis singulorũmentibusq; pendentibus, diuinus Cupido exorsus est dicere. O' Asclepi omnis humana immortalis est anima, sed non vniformiter cunctę, sed alię, alio more, vel tempore. ASCLEP. Non enim ô Trismegiste omnis, vnius qualitatis est anima? TRISME. O' Asclepi, vt celeriter de vera rationis continentia decidisti. Non enim hoc dixi, omnia vnum esse, & vnum omnia, vt pote quia in creatore fuerint omnia, antequam creasset omnia, nec immerito dictus est omnia, cuius membra sunt omnia. Huius itaque qui est, vnus omnia, vel ipse est creator omnium, in hac tota disputatione curato meminisse. De cœlo cuncta descendũt in terram, & in aquam, & in aera. Ignis solum, quod sursum versum fertur, viuificat, quod deorsum ei deseruiens. At vero quicquid de alto descendit, generans est, quod sursum versus emanat, nutriens. Terra sola in seipsam consistens, omnium est receptrix, omniumque generum quę accipit, restitutrix. Hoc ergo totum, sicut meministi, quod est omnium, vel omnia, anima, & mundus à natura comprehensa agitantur, ita omnium multiformi imaginum qualitate variata, ut infinitę qualitatum ex interuallo species esse noscãtur, aduntæ tamẽ ad hoc, vt totũ vnum, & ex uno oĩa esse uideantur. Totus itaq; quibus formatus est mundus, elementa sunt quatuor, scilicet ignis, aqua, terra, aer, mundus unus, anima una, Deus unus. Nunc mihi adesto totus, inquam, quantum mente uales, quantum calles astucia. Diuinitatis etenim ratio, diuina sensus intentione noscenda, torrenti simillima est fluuio, è summo in pronum pręcipiti rapacitate currenti, quo efficitur, ut intentionem nostram non solum audientium, uerum etiam tractantium ipsorum celeri uelocitate prętereat. Cœlum ergo, sensibilis Deus, administrator est omnium corporum, quorum augumenta detrimentaq; sol, & luna sortiti sunt. Cœli vero, & ipsius animæ, & omnium quæ in mundo insunt, ipse gubernator est, qui est omnium effector Deus. A' supradictis enim omnibus, quorum idem gubernator Deus

omnium frequentatio fertur, influens per mundum, & per animam omnium generum, & specierum omnium, perque rerum naturam. Mundus autem præparatus est à Deo, receptaculum omniformium specierum. Naturam autem per species imaginans, mundum per quatuor elementa, ad cœlum vsque perduxit, cuncta Dei visibus placitura. Omnia autem desuper pendentia, in species diuiduntur, hoc quod dicturus sum genere. Genera rerum omnium, suas species sequuntur, vt sit ita, soliditas genus species generis particula. Genus ergo Deorum, dæmonumq; genus, æque & hominum, similiter volucrum, & omnium quæ in se mundus habet, sui similes mundi species generat. Genus est, & aliud animal, genus sine anima quidem, nec carens tamen sensibus. Vnde & beneficijs gaudet, & aduersis minuitur, atque vitiatur. Omnium dico quæ in terra radicum, stirpiumque incolumitate viuiscunt, quorum species per totam terram sparsæ sunt. Ipsum cœlum plenum est Deo. Supra dicta autem genera inhabitant vsque ad loca specierum, quarum omnium rerum immortales sunt species. Species enim generis est, pars, vt homo humanitatis, quam necesse est sequi qualitatem sui generis. Vnde efficitur, vt quamuis omnia, genera sint immortalia, species tamen non omnes immortales. Diuinitatis enim genus, & ipsum, & species immortale sunt. Reliquorum genera, quorum æternitas est genus, quamuis per species occidat, nascendi tamen fœcunditate seruatur, ideoque species mortales sunt, vt homo mortalis sit, immortalis humanitas. Omnibus tamen generibus, omnium generũ species miscentur, quædam quæ ante factæ sunt, quædam quæ de his factæ sunt. Fiunt itaque quæ fiunt, aut à Dijs, aut à dæmonibus, aut ab hominibus, omnes simillimæ generibus suis species. Corpora enim impossibile est conformari sine nutu diuino. Species figurari, sine adiutorio dæmonum. Animalia institui, & coli sine hominibus non possunt. Quicunque igitur dæmonum, à genere suo defluentes, in speciem fortuito coniuncti sunt, alicuius speciei, generis diuini proximitate, & consortio, Dijs similes habentur. Quorum vero dæmonum species, qualitate sui generis perseuerant, hi amantes hominum rationem, dæmones nuncupantur. Similis est enim hominum, aut eo amplior. Multiformis enim, variaque humani generis species, & ipsa à prædicto desuper adueniens consortio, omnium aliarum specierum multas, & prope omnium per necessitatem coniunctiones facit, propter, quod, & prope Deos accedit, qui se mente, qua Dijs iunctus est, diuina religione Dijs iunxerit, & dæmones qui ijs iunctus est. Humani vero qui medietati sui generis contenti sunt, & reliquæ omnium species, ijs similes erunt, quorum se generis speciebus adiunxerunt. Propter hoc, ò Asclepi magnum miraculum, est homo, animal adorandum, & honorandũ. Hoc enim in naturam Dei transit, quasi ipse sit Deus. Hoc dæmonum genus nouit, ut pote qui cum ijsdem ortum se esse cognoscat. Hoc humanæ naturæ partem, in seipso dispicit, alterius partis diuinitate confisus. O' hominum quanta est natura, temperata felicius, ac Dijs cognata diuinitate, coniunctus. Partem sui, qua terrenus est, despicit, cætera omnia quibus se necessarium esse cœlesti dispositione cognoscit, nexu secum caritatis astringit. Sicque suspicit cœlum, sic ergo feliciori loco medietatis est positus, vt quæ infra se sunt, diligat, ipse à superioribus diligatur. Colit terram, elementis velocitate miscetur, accumine mentis, in maris profunda descendit. Omnia illi licent. Non cœlum uidetur altissimum, quasi enim è proximo sagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius nulla aeris caligo confundit, non depressitas terræ, opera eius impedit, non aquæ altitudo profunda, despectum eius obtundit, omnia idem est, & vbique idem est. Horum omnium generum, quæ sunt animalia, desuper, deorsum radices peruenientes habent, animalia de immo in superna viua radice syluescunt. Quædam duplicibus aluntur elementis, quædam autem simplicibus. Alimenta autem sunt bina animæ, & corporis, è quibus animalia constant. Anima mundi, inquieta semper agitatione nutritur. Corpora ex aqua, & terra inferioris mundi, alimentis augescunt. Spiritus quoque plena sunt omnia, permixtus cunctis, cuncta viuificat, sensu addito ad hominis intelligentiam, quæ quinta pars sola homini concessa est ex æthere. Sed de animalibus cunctis, humanos tantum sensus, ad diuinæ rationis intelligentiam exornat, erigit atque sustolit. Sed quoniam de sensu commoneor, paulo post, & huius rationem uobis exponam. est enim sanctissima, & magna, & non minor quam ea, quæ est diuinitatis ipsius. Sed nunc nobis expediam quæ cœperam. Dicebam enim in ipso initio rerum, de coniunctione Deorum, quomodo homines soli eorum dignatione perfruuntur. Quicunque etenim hominum tantum felicitatis adepti sunt, vt illum intelligentiæ diuinũ perciperent sensum, qui sensus est diuinior in solo Deo, & in humana intelligentia ASCLE. Non enim omnium hominum ò Trismegiste vniformis est sensus? TRISMEG. Non omnes, ò Asclepi, intelligentiam ueram adepti sunt, sed imaginem temerario impetu,

nulla

nulla vera ratione inspecta sequentes decipiũtur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimum animal in naturam feræ, nio resque bestiarum. De sensu autem, & de omnibus sensualibus, quando, & de spiritu, tunc totam uobis præstabo rationem. Solum enim animal homo, & eius una pars simplex est, quæ, ut græci aiuut οὐσιώδης, aut quam uocamus diuinæ similitudinis formam. Est autem quadruplex, nos mundanum dicimus, ex quo factum est corpus, quo circuntegitur illud quod in homine diuinum esse iam diximus, in quo mentis diuinitas recta sola cum cognatis suis, id est mentis puræ sensibus secum ipsa conquiescat, tamquam muro corporis septa. ASCLE. Quid ergo oportuit ô Trismegiste hominem in mundo constitui, & non in ea parte, in qua Deus est, eum in summa beatitudiue eligere? TRISM. Recte quæris ô Asclepi. Et nos enim rogamus Deum, vt tribuat nobis facultatem reddendæ rationis istius. Cum enim omnia uoluntate eius dependeat, tum illa, uel maxime quæ de tota summitate tractantur, quam rationem præsenti disputatione conquirimus. Audi ergo Asclepi. Dominus, & omnium conformator, quem recte Deum dicimus, quem à se secundum fecerit, qui videri, & sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo quod ipse sentiat (de hoc enim an ipse sentiat, an non alio dicemus tempore) sed eo quod videntium sensus incurrit. Quoniam ergo hunc fecit ex se primum, & à se secundum, visusque est ei pulcher, ut pote qui sit omnium bonitate plenissimus, amauit eum, vt diuinitatis suæ partem. Ergo tantus, & tam bonus esset, voluit alium, qui illum, quem ex se fecerat, intueri potuisset, simulque, & rationis imitatorem, & diligentiæ, fecit hominem. Voluntas etenim Dei ipsa summa est perfectio, ut pote cum voluisse, & perfecisse. vno eodemque temporis puncto compleat. Cum itaque οὐσιώδη animaduerteret Deus non posse omnium rerum esse diligentem, nisi eum mundano integumento contegeret, texit eum corporea domo, talesque omnes esse præcepit, ex vtraque natura in vnum confundens, miscensque quantum satis esse debuisset. Itaque hominem conformauit ex animi, & corporis, id est ex æterna, & mortali natura, vt animal ita conformatum vtrique origini suæ satisfacere possit, & mirari, atque orare cœlestia, & æterna, incolere atque gubernare terrena. Modo autem dico mortalia non aquam, & terram, quæ duo de quatuor elementis subiecit natura hominibus, sed ea quæ ab hominibus, aut in his, aut de his fiunt, ut ipsius terræ cultus, pascua, ædificatio, portus, nauigationes, communicationes, commodationes alternæ, qui est humanitatis firmissimus nexus, & pars mundi, quæ est aqua, & terra, quæ pars terrena mundi artium disciplinarumque cognitione, atque vsu seruatur, sine quibus mundum Deus noluit esse perfectum. Placitum enim Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus. Neque enim credibile est Deo displiciturum esse, quod placuit, cum & futurum id, & placiturum, multo ante sciuerit. Sed ô Asclepi animaduerto, vt celeri mentis cupiditate festines audire, quomodo homo, cœli, uel quæ in eo sunt, delectum possit habere, uel cultum. Audi itaque ô Asclepi delectus Dei cœli, cum his, quæ insunt omnibus, una est obsequiorum frequẽtatio, hanc aliud animal non fecit, nec diuinorum, nec animalium, nisi solus homo. Hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obsequijs, cœlum, cœlestesque delectantur. Nec immerito in hominum cœtum musarum chorus à summa diuinitate demissus, scilicet ne terrenus mundus videretur incultior, si modulorum dulcedine caruisset, sed potius inusitatis hominum cantilenis concelebraretur, & laudibus, qui solus omnia, aut Pater est omnium, atque ita cœlestibus laudibus. Nec in terris harmoniæ suauitas defuisset. Aliqui autem, ipsique paucissimi pura mente præditi, sortiti sunt cœli suspiciendi venerabilem curam. Quicunque autem ex duplici naturæ suæ confusione interiorem intelligentiam mole corporis resederunt, curandis elementis, hisque inferioribus sunt præpositi. Animal ergo homo, non quidem est minor, quod ex parte mortalis sit, sed eo forte aptius efficaciusq; compositus, ad certam rationem, mortalitate auctus esse videatur, scilicet quoniam vtrumque, ubi ex utraque materia sustinere non potuisset, ex vtraque formatus est, vt & terrenorum cultum, & diuinitatis posset habere delectum. Rationem uero tractatus istius ô Asclepi, non solum sagaci intentione, verum etiam cupio te animi viuacitate percipere. Est enim ratio plurimis incredibilis. Integra autem, & uera percipienda sanctioribus mentibus. Itaque hinc exordiar. Æternitatis dominus Deus primus est. Secundus est mundus. Homo est tertius. Effector mundi Deus, & eorum quæ insunt omnium, simul cuncta gubernando, cum ipso homine gubernatore composita, quod totum suscipiens homo idem curam proprie efficit diligẽtiæ suæ, ut sicut, & ipse mundus vterq; ornamẽto sibi, ut ex hac hominis diuina cõpositione mundus græce rectius κόσμος dictus videatur. Is nouit se, nouit & mundum, ut meminerit, quid partibus conueniat suis, quæ sibi

utenda, quibus sibi inseruiendum sit, recognoscat. Laudes gratesque maximas agens Deo, eius imaginem uenerans, non ignarus te secũdum esse imaginem Dei, cuius sunt imagines duæ, mundus scilicet, & homo. Vnde efficitur, ut quoniam est ipsius vna compago, parte qua ex anima, & sensu, & spiritu, atque ratione diuinus est, uelut ex elementis superioribus ascendere posse uideatur in cœlum. Parte uero mundana, quæ constat, ex igni, & aqua, & aere, mortalis resistat in terram, ne curæ suæ, omnia mandata uidua desertaq; dimittat. Sic enim humanitas ex parte diuina, & ex parte mortalis est effecta, in corpore consistens.

Est autem mensura eius vtriusque, id est hominis, ante omnia religio, quam sequitur bonitas. Ea demum tunc uidetur esse perfecta, si contra cupiditatum omnium alienarum rerũ sit despiciens, virtute munita. Sũt enim ab omnibus diuinæ cognationis partibus, aliena omnia, quæcunque terrena corporali cupiditate possidentur, quæ merito possessionum nomine nuncupantur, quoniam non nata nobiscũ, sed postea à nobis possideri cœperunt. Omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt, etiam corpus, vt & ea quæ appetimus, & illud ex quo appetentię nobis est uitium, despiciamus. Vt enim meum animum rationis ducit intentio, homo hactenus esse debuit, ut contemplatione diuinitatis, partem, quæ ibi iuncta mortalis est, mundi interioris necessitate seruandi despiciat atque contemnat. Nam ut homo ex traque parte possit esse plenissimus, quaternis eum vtrinq; partis elementis animaduerte esse formatum, manibus, & pedibus utriusq; binis, alijsq; corporis membris, quibus inferiori id est terreno mundo deseruiat. Illis vero partibus quatuor sensus animi, memoriæ, atq; prouidentiæ, quarũ ratione cuncta diuina norit, atq; suspiciat. Vnde efficitur, vt rerum diuersitates, qualitates, effectus, quantitates, suspiciosa indagine homo sectetur. Retardatus ergo graui, & nimio corporis vitio, has naturæ rerũ causas, quæ uere sunt propriæ, prouidere non potest. Hunc ergo sic effectum, conformatumque, & tali ministerio obsequioque præpositum, à summo Deo, eumq; competenter mundum seruando, Deum pie colendo, digne, & competenter in vtroque Dei uoluntati parentem, talem quo munere credis esse munerandum? Si quidem cum Dei opera sit mundus, eiusq; pulchritudinem, qui diligentia seruat, atq; auget, operamq; suam cum Dei voluntate coniungit, cum speciem quam ille intentione diuina formauit, adminiculo sui corporis, diuino opere, curaq; componit, quo munere credis esse munerandum? nisi eo quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoque munerari, si fuerit diuinæ pietati complacitum, optamus pijssimis uotis, id est ut emeritos atq, exutos mundana custodia, nexibus mortalibus obsolutos, naturæ superioris partis, id est diuinæ, purosq; restituat. ASCLE. Iuste, & uere dicis ò Trismegiste. Hęc est enim merces pie sub Deo, diligenterq; cum mundo viuentibus, secus enim impieq; qui vixerint, & reditus denegatur in cœlum, & constituitur in corporalia, alia indigna sancto animo, & fœda commigratio, ut iste rationis sermo processit ò Trismegiste, futuræ æternitatis spe animæ in humana vita periclitantur. Sed aliis incredibile, alijs fabulosum, alijs forsitan uideatur esse deridendum. Res enim dulcis est in hac corporali vita, qui capitur de possessionibus fructus. Quare animũ, obtorto vt aiunt, detinet collo, ut in parte sui, quæ mortalis est, inhæreat, nec sinit partem diuinitatis agnoscere, inuidens immortalitati malignitas. Ego enim tibi quasi prædiuinans dixero, nullum post nos habiturum delectum simplicem, qui est philosophiæ, quę sola est in cognoscenda diuinitate frequens obtutus, & sancta religio. Multi etenim eam multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi incomprehensibilem philosophiam afficiunt, aut quem ad modum eam multifaria ratione confundunt?

TRISME. O' Asclepi hoc modo in uarias disciplinas, nec comprehensibiles, eam callida commentatione miscentes, Arithmeticem, Musicem, Geometriam. Puram autem philosophiam, eamque tantum diuina religione pendentem, tantum intendere in reliquas oportebit, ut apocatastasis astrorum stationes præfinitas, cursumq; commutationis, numeris constare miretur. Terrę vero dimensiones, qualitates, quãtitates, maris profunda, & ignis vim, & horum omnium effectus naturam cognoscens, miretur, adoret, atque collaudet artem, diuinamque mentem. Musicé uero nosse nihil aliud est, nisi cunctarum rerum ordinem scire, quęque ratio diuina sortita est. Ordo enim rerum singularum in unum omnium artifici ratione collatus, concentum quendam melo diuino dulcisonum verisimumque conficiet.

ASCLEPIVS. Quid ergo homines post nos erunt? TRIMEG Sophistarum calliditate decepti, à uera, pura, sanctaque philosophia auertentur. Simplici enim mente, & anima diuinitatem colere, eiusque facta uenerari, agere etiam Dei uoluntati gratias, quę est bonitatis sola plenissima, hęc est nulla animi importuna curiositate uiolata philosophia. Et de his sit, hucusque tractatum. De spiritu vero, & de his similibus, hic sumatur exordium. Fuit Deus, & ὕλη, quem Gręce credimus mundum, & mundo comitabatur Spiritus, sed non similiter

similiter vt Deo, nec Deus sunt hęc, de quibus mundus est. Iccirco non erant quando nata non erant, sed in eo iam tunc erant, vnde nasci habuerunt. Non enim ea sola non nata dicuntur, quæ nec dum nata sunt, sed ea quę carent fœcunditate generandi, ita ut ex eis nihil nasci potest. Quæcunque ergo sunt, quibus inest natura generandi, generabilia sunt, de quibus nasci potest, tametsi ea ex se nata sint. Neque enim dubitatur ex his quæ ex se nata sūt, facile nasci posse, de quibus cuncta nascuntur. Deus ergo sempiternus, Deus ęternus, nec nasci potest, nec potuit, hic est, hic fuit semper, hic erit. Hæc ergo est, quę ex se tota est, natura Dei. Hyle autem uel mundi natura, & Spiritus, quamuis nata uideantur à principio, tamen ex se nascendi procreandique uim possident, atque naturam fœcunditatis. Etenim initium in qualitate naturę est, quę conceptus & partus in se possidet, uim, atque materiam. Hęc itaque sine alieno conceptu, est sola generabilis. At vero quę uim solam concipiendi habeant, ex alterius connexione naturę, ita discernenda sunt, ut hic locus mundi cum his, quę in se sunt, uideatur esse non natus, qui vtique in se uim totius naturę habet. Locum autem dico, in quo sunt omnia. Neq; enim hęc omnia esse potuissent, si locus deesset, qui omnia sustinere potuisset. Omnibus enim rebus quæ fuerunt, pręcauendum est loco, nec qualitates etenim, nec quantitates, nec positiones, nec effectus dignosci potuissent earum rerum, quę nusquam sunt. Sic ergo, & mundus quamuis natus non sit, in se tamen omnium naturam habet, ut pote qui omnibus ijs ad concipiendum sinus pręstat fœcundissimos. Hoc ergo est totum qualitatis, materięque creabilis est, tametsi creata non est. Sicut enim in natura materię, qualitas fœcunda est, sic & malignitatis eadem est æque fœcunda. Nec eo dixi o Asclepi, & Ammon, quod à multis dicitur, non poterat Deus incidere atque auertere à rerum natura malitiam, quibus respondendum nihil omnino est. Vnde tamen causa, & id prosequar, quod cœperam, & rationem reddam. Dicunt enim ipsi Deum debuisse omnifariam, mundum à malitia liberare. Ita enim in mundo est, ut quasi membrū ipsius uideatur, esse prouisum, cautumq; quàm rationabiliter à summo Deo, tunc cum disciplina, sensu, intelligentia, mentes hominum est munerare dignatus. Hisce enim rebus quibus cæteris antestamus animalibus, soli possumus malitiæ fraudes, dolos, uitiaque vitare. Ea enim, qui antequam ijs implicitus est, ex aspectu uitarit, is homo est diuina intelligentia, prudentiaq; munitus. Fundamētum enim est disciplinæ in summa bonitate consistens. Spiritu autem ministrantur omnia, & vegetantur in mundo, & quasi organum vel machina, summi Dei voluntati subiectus est. Itaque hactenus intelligatur à nobis, mente sola intelligibilis, summus, qui dicitur Deus rector, gubernatorq;, sensibilis Dei, eius, qui in se complectitur omnem locum, omnem rerum substantiam, totamque gignentium creantiumq; materiam, & omne quicquid est quantumcunque est. Spiritu vero agitatur, seu gubernatur omnis in mundo species, vnaquæque secundum naturā suam à Deo distributam sibi. ὕλη autem vel mūdus, omnium est receptaculum, omniumque agitatio atque frequentatio, quorum Deus gubernator, dispensans omnibus rebus humanis, quantum vnicuiq; necessarium. Spiritus autem implet omnia, cuiuscunq; naturæ qualitas est. Est enim caua mundi rotunditas, in modum sphæræ. Ipsa sibi qualitatis, vel formæ suæ, causa inuisibilis tota. Quippe cum quemcunq; in ea summum, subter despiciendi causa delegeris locum, ex eo in imo quid sit, videre non possis, propter quod multis locis instat, qualitatemque habere creditur. Per formas enim sola specierum, quarum imaginibus uidetur insculpta, quasi visibilis creditur, cum depicta monstratur. Re autem vera, est sibi ipsi inuisibilis semper, ex quo eius vnum, uel pars, locus est in sphæra, græce, ἀειδὴς dicitur. Si quidem ἰδεῖν græce videre dicitur, quo visu primum sphæræ careant, vnde, & ideo dicuntur species quod sint inuisibilis formæ. Ab eo itaque quod visu priuantur, græce ἀειδὴς. ab eo quod in imo sphæræ sunt, latine inferi nuncupantur. Hæc ergo sunt principalia, & antiquiora, & quasi initia, vel capita omnium, quæ sunt in his, aut per hæc, aut de his. ASCLEP. Omnia ergo ipsa, ut dicis, o Trismegiste mundana, ut ita dixerim, specierum omnium, quæ insunt, in vniuscuiusque, sicuti est tota substantia? TRISME. Mundus itaque nutrit corpora, spiritus, animas, sensus autem, quo duno cœlesti sola felix sit humanitas, alit mentem. Neque enim omnes, sed pauci quorum ita mens est, vt tanti beneficij capax esse possit. Vt enim sole mundus, ita mens humana, isto lumine clarescit, & eo amplius. Nam sol quicquid illuminat, aliquando terræ, & lunæ interiectu interueniente nocte, eius priuatur lumine. Sensus autem cum semel fuerit animę commixtus humanę, fit una ex bene coalescente commixtione, materia ita, vt nunquam eiusmodi mentes caliginis impediantur erroribus. Vnde iuste sensus, Deorum animas, esse dixerunt. Ergo nec eorū dico omnium, sed magnorum quoruncunq;, & principalium.

ASCLEP. Quos dicis rerum capita, vel initia

tiæ primordiorum ô Trismegiste? TRISM. Magna tibi pando, & diuina nudo mysteria, cuius rei initium facio ex optato fauore cœlesti. Deorum genera multa sunt, eorumque omnium pars intelligibilis dicitur, alia uero sensibilis. Intelligibilis dicitur, non ideo quod putentur non subiacere sensibus nostris, magis enim sentimus eos, quam quos visibiles nuncupamus, sicut disputatio perdocebit. Sublimis enim ratio, eoque diuinior vltra hominum mentes, intentionesque consistens, si non attentiore aurium obsequio verba loquentium acceperit, transuolabit, & transfluet, aut magis refluet, suique potis liquoribus miscebit se. Sunt ergo omnium specierum principes Dij. Hos sequuntur Dij, quorum est princeps, οὐσία. Hi sensibiles, vtriusque originis suæ consimiles, qui per sensibilem naturam conficiunt omnia, altera per alteram. Vnusquisque opus suum illuminans cœli, vel quicquid est quod eo nomine comprehenditur οὐσιάρχης, est Iuppiter. Per cœlum enim Iuppiter omnibus præbet vitam. Solis οὐσία est lumen. Bonum enim luminis per orbem solis nobis infunditur. XXXVI. quorum vocabulum est Horoscopi, in eodem loco semper de fixorum syderum. Horum οὐσιάρχης, uel princeps est, quem παντόμορφον, vel omniformem uocant, qui diuersis speciebus diuersas formas facit. Septem sphæræ, quæ uocantur. ✱ Habent. ✱ idest sui princeps, quam fortunam dicunt. εἱμαρμένην, quibus imitantur omnia lege naturæ stabilitate firmissima, & sempiterna agitatione variata. Aer vero organum, vel machina omnium, per quam omnia fiunt. Est autem οὐσιάρχης huius secundus mortalibus, & his similia. His ergo ita se habentibus, ab imo ad summum se mouentibus, sic sibi connexa sunt omnia pertinentia ad se naturaliter, vt mortalibus mortalia sensibiliaque sensibilibus annexa sint. Summa vero gubernationis, summo illi domino paret, ut non multa, aut potius vnum, ex vno etenim cuncta pendentia. ex eoque potius defluentia, cum distantia videntur, creduntur esse plurima diuisim, adnnata uero unum, uel duo, vnde fiũt omnia, & à quo fiunt omnia, idest de materia, de qua fiunt, & ex eius voluntate, cuius nutu efficiuntur alia. ASCLE. Hæc iterum ratio quæ est ô Trismegiste? TRISME. Talis ô Asclepi Deus. Etenim uel pater, uel dominus omnium, vel quocunque nomine ab hominibus sanctius, & religiosius nuncupetur, quod inter nos intellectus nostri causa deber esse sacratum, tanti eius numinis contemplatione, nullo ex ijs nominibus eum definite nũcupamus. Si enim vox hæc, est ex aere percussо spiritu sonus declarans omnem hominis voluntatem, vel sensum, quem forte ex sensibus mente perceperit, cuius nominis tota sub stantia paucis composita, syllabis definita, atque circunscripta est, ut esset in homine necessarium vocis, auriumque commertium, simi liter etiam sensus, & spiritus, & aeris, & omnium in his, & per hæc, aut cum his nomen est totum Dei. Non enim spero totius maiestatis effectorem, omniumque rerum Patrem, vel dominum vno posse, quamuis è multis composito nomine, nuncupari. Hunc uero vno nomine, uel potius omni nomine, siquidem sit unus, & omnia, ut sit necesse, aut omnia esse eius nomine, aut ipsum omnium nominibus nuncupari. Hic ergo solus, ut omnia, vtriusque sexus fœcunditate plenissimus, semper voluntatis suæ prægnãs parit semper quicquid voluerit procreare. Voluntas eius est bonitas omnis, hæc eadem bonitas omnium rerum est, ex diuinitate eius natura nata, ut sint omnia sicut, sunt, & fuerunt, & futuris omnibus dehinc, natura ex se nascendi sufficiat. Hęc ergo ratio ô Asclepi tibi sit reddita, quare, & quomodo fiant omnia vtriusque sexus. ASC. Ergo Deum dicis ô Trismegiste? TRISME. Non solum Deum ô Asclepi, sed animalia omnia, & inanimalia. Impossibile enim est aliquid eorum quæ sunt, infœcundum esse. Fœcunditate enim dempta ex omnibus, quæ sũt, impossibile erit, semper esse quæ sunt. Ego enim, & naturam, & sensum, & mundum dico in se continere naturam, & nata omnia cõseruare. Procreatione enim vterque plenus est sexus, & eius vtriusq; connexio, aut quod est verius, veritas incomprehensibilis est, quã siue Cupidinem, siue Venerem, siue vtrumq; poteris recte nuncupare. Hoc ergo omni vero verius, manifestiusque mente percepto quod ex omni illo totius naturæ Deo hoc sit in æternum cunctis procreandi inuentum tributumque ministerium, cui summa charitas, lætitia, hilaritas, & cupiditas, amorque diuinus, innatus est, dicẽdum foret quanta sit eius ministerij vis, atque necessitas, nisi ex sui contemplatione vnicuique ex intimo sensu nota esse potuisset. Si enim illud extremum temporis, quo ex cerebro ad ritum peruenimus, vtraque in vtranque fundat natura progeniem animaduertas, ut altera alterius auide rapiat semen, interiusque recondat. Denique eo tempore ex connexione communi, virtutem marium fœminæ adipiscuntur, & mares fẹmineo corpore lassescunt. Effectus itaque huius tam blandi, necessarijque mysterij, in occulto perpetratur, ne vulgo irridentibus imperitis vtriusque naturæ diuinitas ex commixtione sexus cogatur erubescere, multo magis etiam si visibus irreligiosorum hominum subijciatur.

Sunt

Sunt autem non multi, aut admodum pauci, ita vt numerari etiam in mundo possint religiosi. Vnde contingit in multis remanere malitiam, defectu prudentiæ scientięque rerum omnium quæ sunt. Ex intellectu enim religionis diuinæ, qua constituta sunt omnia, contemptus, medelaque nascitur vitiorum totius mundi. Perseuerante autem imperitia, atque inscitia, vitia omnia conualescunt, & vulnerant animam insanabilem, vitijsque infecta ijsdem, atque vitiata, quasi venenis tumescit, nisi eorum, quorum animarum disciplina, & intellectus summa curatio est. Si ergo solis, & paucis hoc proderit, dignum est hunc prosequi, atq; expedire tractatum. Quare scilicet, solis hominibus intelligentiam, & disciplinam suam diuinitas sit impartiri dignata. Audi itaque. Deus Pater, & dominus, cum post Deos, homines efficeret, ex parte corruptiore mũdi, & ex diuina, pari lance componderans, contigit vitia mundi, corporibus commixta remanere. Et alia, propter cibos, victumque, quem necessario habemus cum omnibus animalibus communem, quibus de rebus necesse est cupiditatum desideria, & reliqua mentis vitia animis humanis insidere. Dijs, uero, vt pote ex parte mundissima naturæ, effectis, & nullis indigentibus rationis disciplinæque adminiculis, quamuis immortalitas, & vnius semper ætatis vigor, ipse sit eis prudentia, & disciplina, tamen propter rationis vnitatem, pro ratione, & intellectu, ne ab his essent alieni, ordinem necessitatis, lege conscriptum, æterna lege constituit, hominem ex animalibus cunctis, de sola ratione disciplinaque cognoscens, per quæ vitia corporum homines auertere, atque abalienare potuissent ipsos ad intentionem spemque immortalitatis prætendens. Denique & bonum hominem, & qui posset immortalis esse, ex utraque natura composuit, diuina atque mortali, & sic compositum per noluntatem Dei, hominem constitutum est, esse meliorem Dijs, qui sunt ex sola immortali natura formati. Et omnium mortalium, propter quod homo, dijs cognatione coniunctus, ipsos religione, & sancta mente veneratur, dijque pio affectu, humana omnia respiciunt, atq; custodiunt. Sed de hominibus paucis istud dictum est pia mente præditis. De vitiosis vero nihil dicendum est, ne sanctissimus sermo, eorum contemplatione violetur. Et quoniam de cognatione, & consortio hominum Deorumque, sermo nobis indicitur, potestatem hominis, ò Asclepi, vimq; cognosce. Dominus & pater, uel quod est summum, Deus, ut effector est Deorum cœlestium, ita homo effector est deorum, qui in templis sunt, humana proximitate coniuncti, & non solum illuminantur, uerum etiam illuminant. Nec solum ad Deum proficit, uerum etiam confirmat Deos. Miraris ò Asclepi, an nunquid diffidis, ut multi? ASCLEP. Confundor ò Trismegiste, sed tuis uerbis libenter assensus, felicissimum hominem iudico, qui sit tanta vi, felicitatem cõsecutus. TRISME. Nec immerito, miraculo enim dignus est, qui maximus est omnium Deorum. Genus enim, omnium confusione manifestum est, de mundissima parte naturæ propagatum, signaque eorum sola pro omnibus esse, quasi capita. Species vero Deorum quas conformat humanitas, ex natura vtraq; conformata est, ex diuina quæ est prior, multoque diuinior, & ex ea, quæ intra homines est, id est ex materia qua fuerunt procreatæ, vel fabricatæ, & non solum capitibus solis, sed membris omnibus, totoque corpore configurantur. Ita humanitas, semper vicina naturæ, & origini suæ, in illa diuinitatis imitatione perseuerat, vt sicut Deus, ac dominus, vt sui similes essent, Deos fecit æternos, ita humanitas Deos suos, ex sui nultus similitudine figuraret. ASCLE. Statuas dicis ò Trismegiste? TRIS. Statuas ò Asclepi, vides ne quatenus tu ipse diffidas, statuas animatas, sensu, & Spiritu plenas, tanta, & talia facientes, statuas, futurorum præscias, easque sorte vates omnes somniis, multisque alijs rebus prædicentes, imbecillitatesque hominibus facientes, easque curantes, tristitiamque pro meritis An ignoras ò Asclepi, quod Aegyptus imago sit cœli, aut quod est verius translatio, & descẽsio omnium, quæ gubernantur, atque exercentur in cœlo? Et si dicendum est verius, terra nostra totius mundi est templum. Et quoniam præscire cuncta prudentes decet, istud vos ignorare fas non est. Futurum tempus est, cũ appareat Aegyptios, incassum, pia mente diuinitatem sedula religione seruasse, & omnis eorum sancta ueneratio, in irritum casura frustrabitur. E terris enim, ad cœlum, est recursura diuinitas, linquetur Ægyptus, terraq; quæ fuit diuinitatis sedes, religione viduata, numinũ præsentia destituetur. Alienigenis enim regionem istam terramque complentibus, non solum neglectus religionum, sed quod est durius, quasi de legibus à religione, pietate, cultuque diuino, statuetur proscripta pœna, prohibitio. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumque plenissima. O Ægypte, Aegypte religionum tuarum sola supererunt verba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus. & inhabitabit Aegyptum, Syrius, aut Indus, aut aliquis talis. Diuinitas enim repetet cœlum, deserti homines toti morientur, atq; ita Aegyptus Deo, & homine viduata deseretur.

tur. Te uero appello sanctissimum flumen, tibique futura prædico, torrenti sanguine plenus ad ripas vsque erumpes, undæque diuinæ non solum polluentur sanguine, sed totæ rum pentur, & viuis multu maior erit nomerus sepultorum, superstites vero qui erit, liogua sola cognoscetur Aegyptius, actibus vero videbitur alieous. Quid fles ô Asclepi? & his amplius, multoque deterius, ipsa Aegyptus suadebitur, imbueturque maioribus malis, quæ sancta quondam, & diuinitatis amantissima, Deorum in terra religiosis suæ meritu, sola seductio sanctitatis, & impietatis magistra, erit maximæ crudelitatis exemplum, & tunc tedio hominum nuo admirandus videbitur mundus, neque adorandus. Hoc tutum bonum, quo melius oec est, nec fuit, nec erit, quod videri possit, periclitabitur. Eritque tædium omnibus, ac per hoc contemnetur, nec diligetur totus hic mondus, Dei opus immutabile, gloriosa coostructio, bonum, multiformi imaginum varietate compositum, machina voluntatis Dei; in suo opere fine inuidia suffragantis, omnium in vnum, quem venerari, laudari, amari denique à videntibus possunt, multiformis aduoata congestio. Nam & tenebræ præponentur lumioi, & mors vita melior iodicabitur, oemo suspiciet cœlum. Religiosus pro insano, irreligiosus putabitur prudens, furiosus, fortis, pro bonu habebitur pessimus. Anima enim, & omnia circum eam, quibus, aut mortalis nata est, aut immortalitatem se consecuturam esse præsumit, secundum quod vobis exposui, non solom risus, sed etiam putabitor uanitas. Sed mihi credite etiam periculum capitale constituetur in eum, qui se mentis religiooi dederit. Noua constituentur iora, lex ooua, nihil sanctum, nihil religiosum, nec cœlu, nec cœlestibus dignum audietur, aut meute credetur. Fit Deorum ab hominibus seccessio dolenda, soli nocentes Angeli remanent, qui humanitati commixti, ad omnia audaciæ mala, miserus, manu iniecta compelleor ad bella, in rapinas, io fraudes, & io omnia quæ sunt animarum naturæ contraria. Tuoc nec terra constabit, nec nauigabitur mare, nec cœlum astrorum cursibus, nec siderŏ cursus coostabit in cœlo. Omnis uox diuina, oecessaria taciturnitate mutescet, fructus terræ corrumpetor, oec fœcunda erit tellus, & aer ipse mœsto torpore languescet. Hæc, & talis senectus veniet mundi, irreligio, & inordinatio, & irrationabilitas bnootum hominum. Com hæc cuncta coorigeriot ô Asclepi, tunc ille dominus, & pater, Deus primipotens, & vous gubernator mundi, iotuens in mores factaque voluntaria, ooluotate sua, quæ est Dei benigoitas, vitijs resistens, & corruptelæ omnium errorem reuocans, malignitatem omnē, vel alluione diluens, vel igne consumens, uel morbis pestilentibus vbique per diuersa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mundum reuocabit, vt & mundus ipse adorandus videatur, & mutandus. Et tanti operis effector, & restitutor Deus, ab omnibus, qui tunc erūt, frequentibus laudom præcooijs benedictioni busque celebretor. Hæc enim mundi genitura, cunctarum reformatio rerum bonarum, & naturæ ipsius, sanctissima, & religiosissima restitutio, peracto temporis cursu, quæ est, & fuit sine initio sempiterna. Voluntas enim Dei, caret initio, quæ eadem est, &, vbique est sempiterna. ASCLE. Dei enim natura consilium, est volontatis bonitas summa, ô Trisme giste? TRISME. O Asclepi voluntas a consilio oascitur, & ipsum velle est, ex uoluntate. Neque enim impense aliquid vult, qui est omnium plenissimus, & ea quæ vult habet. Vult autem omoia bona, & habet omoia quæ vult, omnia aotem bona, & cogitat, & vult, hic autem Deus eius buni imago, mundus. ASCLE. Bonus, ô Trismegiste? TRISMEG. Bonus, ô Asclepi, vt ego te docebo. Sicuti enim Deoa omoibus speciebus, uel generibus, quæ in mundo sunt, distribotor, dispensaturque est booum, idest sensus, animæ, & vitæ, sic & mūdus præstitor est, & tribotor omnium, quæ mortalibus videntur booa, idest alteroatioois partium, temporalium fructuum, natiuitatis, augmeotorum, & maturitatis, & horum similium. Ac per hoc, Deus supra verticem summi cœli consistens, vbique est, omniaque circunspicit. Sic enim vltra cœlum, locus sine stellis ab omnibus rebus corpolentis alieous. dispensator, qui est inter cœlum, & terram, locum obtinet, quem Iooem oocamus. Terræ vero, & mari dominatur Iuppiter Plutonius, & hic nutritor est animantium mortalium, & fructiferarum. Horum omnium viribus fructus, arbusta, & terra vegetantur. Aliorum vero vires, & effectus per omnia quæ suot, distribuuntur, Distribuentor vero, qui terræ dominantur, & collocabuntur in ciuitate, in summo initio Ægypti, quæ à parte solis occidentis cōdetur, Ad quā, terra, mariq; festioabit omne mortale genus. ASCLE. Modo tamen hunc tempore vbi isti sunt, ô Trismegiste? TRISME. Collocati sunt in maxima ciuitate, in moote Libyco, & hęc eousque narrata sint. De immortali vero, & mortali, modo disserendum est. Multos enim spes timorque mortis, verę ratioois igoaros excruciat. Mors igitur efficitur dissolutione corporis labore defessi, & numeri cōpleti, quo corporis membra, in vnam machioā ad vsus vitales aptantur. Moritur eoim corpus quando huminis vitalia ferre posse destiterit.

Huc

Hoc ergo mors, corporis dissolutio,& corporalis sensus interitus. De qua sollicitudo superuacua est. Sed alia necessaria, quam, aut ignorantia,aut incredulitas contemnit humana. Audi ergo ô Asclepi.
Cum fuerit animæ à corpore facta discessio, tunc arbitrium examenque meriti eius transiliet in summã dæmonis potestatem, isque eam cum piam iustamq; prouiderit, in sui competentibus locis,manere permittet. Si autem de lictorum illitam maculis,vitiisque oblitam viderit, desuper ad ima deturbans,procellis, turbinibusq; aeris, ignis, & aquæ, sæpe discordantibus tradet. Atque inter cœlum, & terrã mundanis fluctibus in diuersa semper æternis pœnis agitata raptabitur. Vt in hoc obsit animæ æternitas, quod sit immortali sententia æterno iudicio subiugata. Ergo ne his implicemur, cauendum, venerendum, timendumque esse cognosce. Incredibiles enim post delicta cogentur credere, non uerbis,sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum. ASCLE. Non ergo Trismegiste hominum delicta sola,humana lege puniuntur. TRISM. Primo enim, ô Asclepi terrena omnia quæ sunt, mortalia sunt. Nunc omnia etiam quæ sunt rationi corporali viuentia, & à viuendo eadem corporali lege deficientia, ea omnia pro vitæ meritis, aut delictis,pœnis obnoxia, tanto post mortem sæuioribus subijciuntur, quanto multa forsitan fuerunt celata dum viuerent. Præscia etenim rerum omnium diuinitate reddentur, perinde vt sint pro delictorum qualitatibus pœnæ. ASCEP. Qui sunt digni maioribus pœnis, ô Trismegiste? TRIS. Qui damnati humanis legibus,vitam uiolẽter amittunt,vt non naturæ animam debitam,sed pœnam pro meritis reddidisse videantur. Contra iusto homini in Dei religione, & summa pietate præsidium est. Deus enim tales ab omnibus tutatur malis. Pater enim omnium, & dominus, qui solus est omnia, omnibus se libenter ostendit. Non vbi sit loco, nec qualis qualitate, nec quantus quantitate, sed hominem sola intelligentia,mentis illuminans,qui discussis ab animo errorum tenebris, & veritatis claritate percepta,toto se sensu intelligentiæ diuinæ commiscet, cuius amore à parte naturæ, qua mortalis est, liberatus immortalitatis futuræ concipit fiduciam. Hoc ergo inter bonos,malosque distabit. Vnusquisq; enim pietate, religione,prudentia, cultu, & veneratione Dei clarescit, quasi oculis vera ratione perspecta, & fiducia credulitatis suæ, tantum inter homines præstans, quantum sol cæteris astris lumine suo antestat. Ipse enim sol non tam magnitudine numinis, quàm diuinitate, & sanctitate,cæteras stellas illuminat. Secundum enim Deum hunc crede, ô Asclepi cætera gubernantem, omniaque mundana illuminantem animalia,siue animantia, siue inanimantia. Si enim animal mundus,viuens semper, & fuit. & est, & erit, nihil in mundo mortale est. Viuentis etenim vniuscuiusque partis, quæ in ipso mundo, sicuti in vno eodemque animali semper viuente, nullus est mortalitatis locus. Ergo uitæ æternitatisque Deus ipse esse debet plenissimus, si semper eum viuere necesse est. Sol ergo, sicut mundus sempiternus, sic & ipse semper gubernator vitalium, vel totius uiuacitatis eorum frequentator, & dispensator est. Deus ergo uiuentium, uel uitalium, quæ sunt in mundo sempiternus gubernator est, ipsiusque uitæ dispensator æternus. Semel autem dispensauit æterna lege cunctis uitalibus uitam præstans, hoc more quo dicã. In ipsa uiuacitate æternitatis,mundus agitatur, & ipsa uitali æternitate,locus est mundi, propter quod non corrumpetur aliquando, stabili sempiternitate uiuendi circumuallatus, & quasi constrictus ipse mundus. Est igitur dispensator uitæ omnibus, quæ in se sunt, & est locus omnium, quæ sub sole gubernantur, cuius mundi commotio ex duplici constat effectu. Viuificatur enim ipse extrinsecus ab æternitate, uiuificatque ea quę intra se sũt, omnia differentia, numeris,& temporibus statutis, atque infixis, cuncta per solis effectum, stellarumque discursum, omnia temporalia ratione,diuinaque lege conscripta. Terrenum autem tempus, aeris qualitate,ęstuumque,frigorisque uarietate dinoscitur. Cœleste uero recursionibus syderum ad eadem loca,temporaria conuersione recurrẽtium, & mundus est receptaculum temporis, cuius cursu, & agitatione uegetatur. Tempus autem ordine seruatur. Ordo,& tempus innouatione omnium rerum quę in mundo sunt, per alternationem faciunt. Cunctis ergo ita se habentibus, nihil stabile, nihil fixum, nihil immobile,nec nascẽtium, nec cœlestiũ, nec terrenorũ. Solus enim Deus,& merito solus, ipse in se,& à se, & circum se,totus est plenus atque perfectus, isque sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu, nec loco moueri potest,cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus,nisi aliquis audeat dicere ipsius commotionem in ęternitate esse, sed magis,& ipsa immobilis ęternitas, in quã omnium temporum agitatio reuocat, & ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. Deus igitur stabilis fuit, semperque est, & cum eo similiter æternitas consistit. Mundũ uero non natum, quem recte sensibilem dicimus intra se habet. Huius Dei imago hic mundus effectus est ęternitatis imitator. Habet autem tempus stabilitatis suę uim atque natu-

ram, quamuis semper agitetur, ea ipsa in se reuertendi necessitate. Itaque quamuis sit æternitas, stabilis, immobilis, atque fixa, tamen quoniam, quod mobile est tempus, in æternitatem semper reuocatur agitatio, eaque mobilitas ratione temporis uertitur, efficiturque, vt & ipsa æternitas immobilis quidem sola, per tempus in quo ipsa est, & est in eo, omnis agitatio videatur agitari. Ergo sic efficitur, ut & æternitatis stabilitas moueatur, & temporis stabilis mobilitas fiat, fixa lege currendi. Sic, & Deum agitari credibile est in seipsum eadem mobilitate stabilitatis. In magnitudine enim ipsius est immobilis agitatio. Hoc ergo quod est tale, quod non subijcitur sensibus, infinitum, incomprehensibile, inæstimabile est, nec substineri, nec ferri, nec indagari potest. Vnde enim, & quo, & vbi, aut quomodo, aut quale sit, incertum est. Fertur enim in summa stabilitate, & i ipso stabilitas sua, seu Deus, seu æternitas, seu vterque, seu alter in altero, seu vterque in vtroque sint. Propter quod æternitas sine definitione est temporis. Tempus autem quod definitur, potest vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens, æternum esse. Vtrunque ergo infinitum, vtrumque videtur æternum. Stabilitas enim, vt pote defixa, quo sustinere quæ agitabilia sūt possit, beneficio firmitatis, merito obtinet principatum. Omnium enim quæ sunt, primordium Deus est, & æternitas. Mundus autem, quod sit mobilis, non habet principatum. Præuenit enim mobilitas stabilitatem suam in legem agitationis sempiternæ habendo immobilem firmitatem. Omnis ergo sensus diuinitatis, immobilis, ipse in stabilitate sua se commouet. Sanctus, & incorruptus, & sempiternus est, & siquid melius potest nuncupari, Dei summi ipsa voluntate assistens æternitas plenissimus omnium sensibilium, & totius disciplinæ consistens, ut ita dixerim, cum Deo. Sensus vero mundanus receptaculum est omnium sensibilium, & specierum, & disciplinarum. Humanus uero, ex memoriæ tenacitate, quod memor sit omnium, quas gesserit, rerum. Vsque ad humanum tamen animal sensus diuinitatis descendendo peruenit. Deus enim sensum summum, diuinumque cunctis confundi noluit, ne erubesceret commixtione aliorum animantium. Intelligentia enim sensus humani qualis, aut quanta sit, tota est in memoria præteritorum. Per eam enim memoriæ tenacitatem, gubernator effectus est terræ. Intellectus autem naturæ qualitate, & sensus mundi ex omnibus quę in mundo sensibilia sunt, poterit peruideri. Aeternitas quæ secunda est ex sensibili mundo, sensus datus, qualitasque dinoscitur, at intellectus qualitatis, qualitasque sensus summi Dei, sola veritas est, cuius veritatis in mundo, ne quidem extrema lineę vmbra dinoscitur. Vbi sunt mendacia, vbi genituræ, ubi errores videntur. Vides ergo, ô Asclepi in quibus constituti, quæ tractemus, aut quæ audeamus attingere. Sed tibi Deus summe gratias ago, qui me videndæ diuinitatis tuæ illuminasti lumine, & vos, ô Tati, & Asclepi, & Ammon intra secreta pectoris diuina mysteria silentio tegite, & taciturnitate seruate. Hoc enim differt intellectus à sensu mundi, intelligendam, & dinoscendā mentis præuenit intentionem. Intellectus autem mundi peruenit ad æternitatem, & Deos noscendos, qui supra se sunt, & sic contingit hominibus, vt quasi per caliginem quæ in cœlo sunt, videamus, quantum possibile est per conditionem sensus humani. Hæc autem intētio angustissima est peruidendis tantis bonis. Latissima vero cum viderit felicitate conscientiæ. De inani vero, quod etiam magnum videtur esse quamplurimis, sic sentio. Inane nec esse aliquid, nec esse potuisse, nec futurum vnquam. Omnia enim mundi sunt membra plenissima, ut ipse mundus plenus sit, atque perfectus corporibus, qualitas formaque diuersis speciem suam habentibus, & magnitudinem. Quorum vnum est alio maius, aut alio minus, & valitudine, & tenuitate diuersa. Nam & quædam eorum validiora videntur, si cur & maiora, minora autem, & tenuiora, aut vix, aut omnino videri non possunt, quas solum esse attrectatione cognoscimus. Vnde contingit multis credere hic, non esse corpora, sed inanes locos, quod est impossibile. Sicuti enim quod dicitur est extra mundum, si tamen est aliquid (nec enim istud credo) sic ab eo plenum esse intelligibilium rerum, idest diuinitatis suæ similium. Vt hic etiam sensibilis mundus qui dicitur, plenissimus sit corporum, & animalium, naturæ suæ, & qualitari conuenientium, quorum facies non omnes videmus, sed quasdam vltra modum grandes, quasdam breuissimas, aut propter spatij interiecti longitudinem, aut quod acie sumus obtusa, tales nobis esse videantur, aut omnino, propter nimiam breuitatem à multis non esse credantur. Dico nunc dæmonas, quos credo commorari nobiscum, & heroas, quos inter aeris purissimam partem supra nos, & terram, vbi, nec nebulis locus, nec ex signorum aliquorum agitatione commotio. Propter quod, ô Asclepi inane nihil esse dixeris, nisi cuius rei inane sit. Hoc quod dicis inane, prædixeris, vt inane ab igne, & ab aqua, & ab his similibus. Quod & si contigerit videri, quid inane possit esse a rebus huiuscemodi, quamuis breue sit, uel magnum quod inane videtur, spiritu

titu tamen, & aere uacuum eſſe non posſit. Similiter vero de loco dicendum, quod uocabulũ ſolum intellectu caret. Locus enim, ex eo cuius eſt; quid ſit apparet. Principali etenim nomine dempto, ſignificatio mutatur. Quare aquæ locus, ignis locus, aut his ſimilium recte dicimus. Sicut enim inane eſſe aliquid impoſſibile eſt, ſic, & locus ſolus quid ſit dinoſci non poteſt. Nam ſi poſueris locum ſine eo cuius eſt, inanis uidebitur locus, quem in mundo eſſe non credo. Quod ſi inane nihil eſt, nec per ſe, quid ſit locus apparet, niſi ei, aut longitudines, aut latitudines, aut altitudines addideris, vt corporibus hominum ſigna. His uero ſic ſe habentibus, ò Aſclepi, & vos qui adeſtis, ſcitote intelligibilem mundum, & Deum, qui mentis ſolo obtutu dinoſcitur eſſe incorporalem, nec eius naturæ miſceri poſſe aliquid corporale, ideſt quod poſſit qualitate, quantitate, numeriſq; dinoſci. In ipſo enim nihil tale conſiſtit. Hic ergo mundus, qui dicitur ſenſibilis, receptaculum eſt omnium ſenſibilium ſpecierum, qualitatum, vel corporum, quæ omnia ſine Deo vegetari non poſſunt. Omnia enim Deus, & à Deo omnia, & eius voluntatis omnia. Quod totum eſt bonum, decens, immutabile, & prudens, & ipſi ſoli ſenſibile, atque intelligibile, & ſine hoc, nec fuit aliquid, nec eſt, nec erit, Omnia enim ab eo, & in ipſo, & per ipſum, & multiformes qualitates, & magnæ quantitates, & omnem menſuram excedentes magnitudines, & vniformes ſpecies, quas ſi intellexeris, ò Aſclepi, gratias acturus es Deo. Si totum animaduertes vera ratione, perdiſces mundum ipſum ſenſibilem, & quæ in eo ſunt, omnia à ſuperiore illo mundo, quaſi ex veſtimento eius contecta. Vnum quodq; enim genus animalium, ò Aſclepi, cuiuſcunque, uel mortalis, uel immortalis, uel rationalis, ſiue ſit animans, ſiue ſine anima ſit, prout cuique eſt genus, ſic ſingula ſui generis imagines habent. Et quamuis vnum quodque animalis genus omnem ſui generis poſſideat formam, in eadem tamen ſui forma, ſingula diſſimilia ſunt. Species enim quæ diuina eſt, incorporalis eſt, & quicquid mente comprehenditur. Cum itaq; hæc duo, ex quibus cõſtat forma, & corpus, incorporalia ſint, impoſſibile eſt vnãquanq; formam alteri ſimilimam naſci, horarum, & climatum diſtantibus punctis. Sed immutantur toties quot hora momenta habet circuli circumcurrentis, in quo eſt ille omniformis quem diximus Deus. Species ergo permanet, ex ſe toties, pariens imagines tãtas, tamque diuerſas, quanta habet conuerſio mundi momenta, qui mundus in conuerſione mutatur. Species vero, nec mutatur, nec conuertitur. Sic generum ſingulorum formæ ſunt permanentes, in eadem forma ſua diſſimiles.

ASCLEP. Et mundus ſpeciem mutat, ò Triſmegiſte? TRISME. Vides ergo, ò Aſclepi tibi omnia quaſi dormienti eſſe narrata. Quid eſt enim mundus, aut ex quibus conſtat, niſi ex omnibus natis? Ergo uis dicere de cœlo, & terra, & elementis. Namque alia magis frequenter mutantur in ſpecies, cœlum humeſcens, uel ſordeſcens in una cœli ſpecie, hæ ſunt quæ ſepe alternantur ſpecies. Terra uero ſuæ ſpeciei multas immutationes ſemper habet, & cum parturit fruges, & cum eadem partu nutriat ſuo, tum reddit omnium fructuum uarias diuerſaſque qualitates, & quantitates, ac ſtationes, & curſus ad omnes arborum, florum, baccarum qualitates, odores, ſapores, ſpecies. Ignis etiam facit conuerſiones plurimas, atq; diuerſas. Solis enim, & lunę omniformes imagines. Sunt autem quaſi ſpeculorum noſtrorum ſimiles, imaginum ſimilitudines, æmulo ſplẽdore reddentium. Sed iam de talibus ſint ſatis dicta talia. Iterum ad hominem, rationemq; redeamus, ex quo diuino dono, homo animal dictum eſt rationale. Minus autem miranda, & ſi miranda ſunt quæ de homine dicta ſunt, ſed omnium mirabilium vincit admirationẽ, quod homo potuit inuenire naturam, eamq; efficere. Quoniam ergo proaui noſtri multum errabant contra orationem Deorum increduli, & non animaduertentes ad cultum, religionemq; diuinam, inuenerunt artem qua Deos efficerent, cui inuentæ adiunxerunt virtutem, de mundi natura conuenientem, eáque miſcentes, & quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum, vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus ſuis, diuiniſq; myſteriis, per quas ſola idola, & benefaciendi, & malefaciendi vires habere potuiſſent. Auus enim tuus, ò Aſclepi medicinæ primus inuentor, cui templum conſecratum eſt in monte Libyæ, circa litus crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo, ideſt corpus; reliquus enim, vel potius totus, ſi eſt homo totus in ſenſu vitæ melior, remeauit in cœlum, omnia etiam nũ adiumenta hominibus præſtans infirmos numine ſuo, quæ ante ſolebat medicinæ arte præbere. Hermes, cuius nomine auitum mihi nomen eſt, ſibi cognomen patrium conſiſtens, omnes mortales vndique uenientes adiuuat, atque conſeruat. Iſin vero, Oſirin, quã multa bona præſtare propitios, tantum obeſſe ſcimus iratos. Terrenis enim Diis atque mundanis facile eſt iraſci, ut pote ſint ab hominibus facti, atque compoſiti, extraque naturam. Vnde contingit ab Aegyptijs hæc ſãcta animalia nuncupari, & p ſingulas ciuitates

coli

coli eorum animas, quorum sunt consecratæ viuentes, ita vt eorum legibus incolantur, & eorum nominibus nuncupentur. Per hanc causam, ò Asclepi quæ alijs colenda videntur, atq; veneranda, apud alius dissimiliter habentur, ac propterea bellis se lacessere Aegyptiorum ciuitates solent. ASCLEP. Et horum Trismegiste Deorum, qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas? TRISME. Constat, ò Asclepi de herbis, de lapidibus, & de aromatibus vim diuinitatis naturalem habentibus in se, & propter hanc causam sacrificijs frequentibus oblectantur, hymnis, & laudibus, & dulcissimis sonis in modum cœlestis harmoniæ concinentibus, vt istud, quod est cœlesti vsu, & frequentatione illectum, in idola possit lætum humanitas patiens, longa durare per tempora, sic Deorum actor est homo, & ne putes fortuitos effectus esse terrenorum Deorum, ò Asclepi, Dij cœlestes inhabitant summa cœlestia, vnusquisque per ordinem, quem accipit complens, atq; custodiens. Hi vero nostri sigillatim quædam curantes, quædam præuidentes, quædam sortibus, & diuinatione prædicentes, hic pro modo subuenientes humanis, quasi amica cognatione auxiliantur. ASCLE. Quam ergo partem rationis εἱμαρμένη, vel fata incolunt. O Trismegiste, si cœlestes Dij dominantur, terreni incolunt singula, quam εἱμαρμένη nuncupamus? TRISMEG. O Asclepi ea est necessitas omniũ quæ geruntur, semper sibi catenatis nexibus iuncta. Hæc itaque est, aut effectrix rerum, aut summus Deus, aut ab ipso Deo, qui secundus effectus est Deus, aut omnium cœlestium, terrenarumque rerum, firmata diuinis legibus disciplina. Hæc itaque εἱμαρμένη, & necessitas, ambæ sibi inuicem indiuiduo connexæ sunt glutino; quarum prior εἱμαρμένη rerum omnium parit initia. Necessitas vero cogit ad effectũ, quæ ex illius primordijs dependet. Has ordo consequitur, idest contextus, & distinctio temporis rerum perficiendarum. Nihil est enim, sine ordinis compositione. In omnibus istis mundus iste perfectus est. Ipse enim mundus ordine gestatur, vel totus constat ex ordine. Hæc ergo tria, εἱμαρμένη idest fatum, necessitas, ordo, uel maxime Dei nutu sunt effecta, qui mũdum gubernat sua lege, & ratione diuina. Ab his ergo omne velle, & nolle diuinitus auersum est totum. Nec ira etenim commouẽtur, nec flectuntur gratia, sed seruiunt necessitati rationis æternæ, quæ æternitas inauersibilis, immobilis, insolubilis ẽ. Prima ergo εἱμαρμένη est, quæ uelut iacto semine, futurorum omnium suscipit prolem. Sequitur necessitas, qua ad effectum coguntur omnia. Tertius ordo textũ seruans earum rerum quas εἱμαρμένη necessitasque disponit. Hæc ergo æternitas quæ nec cœpit esse, nec desinet, quæ fixa immutabili lege currendi sempiterna commotione seruatur, oriturque, & occidit alterna sæpe per membra, ita vt variatis temporibus, ijsdem quibus occiderat membris, oriatur. Sic enim, & rotunditatis uolubilis ratio, ut ita sint sibi coarctata cuncta, ut quid sit volubilitatis initium ignores, cum omnia se semper, & præcedere, & sequi videantur. Euentus autem vel sors, insunt omnibus permixta mundanis. Dictum est nobis de singulis, ut humanitas potuit, ut voluit, permisitque diuinitas. Restat hoc solũ nobis, ut benedicentes Deum, orantesque ad curam corporis redeamus. Satis enim de diuinis rebus tractantes, mentem uelut animi pabulis saturauimus.

De adyto vero egressi, cum Deum orare cœpissent, in austrũ respicientes erant. Sole etenim occidente, cum quis Deum orare uoluerit, illuc debet respicere, sicut & sole oriente, in eũ qui subsolanus dicitur. Iam ergo dicentibus præcationem, Asclepius ait, submissa voce orãti suggeramus patri, quod iusserit, vt thure addito, & pigmentis, precem dicamus Deo. Quõ Trismegistus audiens, atque commotus ait, melius, melius ominare, ò Asclepi. Hoc enim sacrilegijs simile est, cum Deum roges, thus atque cætera incendere. Nihil enim deest ei, qui ipse est omnia. Sed nos agentes gratias, adoremus. Hæ enim sunt summæ incensiones Dei, cum aguntur grates à mortalibus.

Gratias tibi agimus summe, & exuperantissime. Tua enim gratia tantum sumus cognitionis tuæ, lumen consecuti. Numen sanctum, & honorandum, nomen vnum, quo solus Deus est benedicendus, religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem, & religionem, & amorem, & quæcunque est dulcior efficacia præbere dignaris, & donas nos sensu, ratione, intelligentia. Sensu, ut te cognoscamus. Ratione, vt te suspicionibus indagemus. Intelligentia, vt te cognitione cognoscẽtes gaudeamus, ac numine saluati tuo gaudeamus, quòd nobis te ostenderis totum gaudeamus, quòd nos in corporibus sitos, æternitate fueris consecrare dignatus. Hæc est enim sola humana gratulatio, cognitio maiestatis tuę. Cognouimus te, & lumen maximum solo intellectu sensibili. Intelleximus te, ò uitæ uera uia, ò natorum omnium fœcunda generatio. Cognouimus te totius naturæ, tuo conceptu plenissime, cognouimus te æterna perseueratio. In omni enim ista oratione, adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, ut nos velis seruare perseuerantes in amore cognitionis tuæ, & nunquam ab hoc genere uitæ separari. Hoc optantes conuertimus nos ad purã, & sine animalibus cœnam.

FINIS.

FRANCISCI PATRICII

Aſclepius.



TRes Aſclepios, videtur Hermes Triſmegiſtus,, in ſuis qui ſuperſunt libellis nominare. In Minerua, Aſclepium Vulcani F. qui medicinæ fuerit inuentor. Ἰατρικῆς δ' ὁ Ἀσκληπιὸς, ὁ Ἡφαίστου. Medicinæ vero Aſclepius vulcani. Ποιητικῆς δὲ πάλιν, ὁ Ἀσκληπιὸς Ἰμούθης. Poetices turſus Aſclepius Imuthes. quem antea etiam ſpanum nominauerat. Καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς, ὁ Ἰμουθὴς σπανός. Et Aſclepius Imuthes ſpanus. Sæpe autem alibi, Aſclepium ſine cognomine ullo, non ſolum nominat, verum etiam interlocutorem, cum filio Tato, ſibi in dialogis interponit, & integros quandoque ad eum dirigit. Et eius nomine aliquos inſcribit. Sicuti & epiſtolam vnam ad eum ſcribit. Duo ſunt præcipue Aſclepij nomine Inſcripti. Alter, cui titulus, ſermo Catholicus, ſiue vniuerſalis. Quem Steuchus, ait, vocari Aſclepium. Candalla, ad Tatium fuiſſe ſcriptum inquit. Sed perperam vtrumque. Nam eius initium quod erat apud Stobœum, & nos ſuo loco reſtituimus, clare ad Aſclepium eſt directum. Sicuti & ille cui titulus. Quod in ſolo Deo bonum. Et alius de Intellectione, & ſenſu. Simul cum eo qui clauis appellatur. Videtur autem Hermes, hunc Aſclepium paulo minus, quam Tatum filium adamaſse. Filio namque, ex iis qui extant, ſeptem dicauit libellos. Aſclepio uero quinque Inter quos ille eſt, quem Apuleius Latinum fecit. Superſunt etiam fragmenta quædam ex libellis ei dicatis, ſicuti alia quoq; ex iis quos Tato inſcripſit, quæ omnia ſunt a uobis in Hermetem, hoc volumiue relata. Videtur autem hic Aſclepius, tertius quidam a duobus illis quos nominauimus eſſe. Nam illorum alterum, Medicinæ; alterum Poetices fuiſſe iuuentores aſſerit. At cum hoc tertio, uuſquam vel de medicina, vel de poetica colloquitur. Sed de ſumma vbique philoſophia. Neque apparet illos Hermetis diſcipulos fuiſſe. Hic autem primo ſuo libello, eius diſcipulum ſe facit. extant autem ſub eius nomine libelli tres. Quos uon videtur Steuchus, ni fallimur, cognouiſſe. Ficinus certe eis caruit. Candalla non niſi primum habuit. Turnebus tres excuſſit. Et calci prioris fragmentum quoddam, ex alio libro, aſſuit, ſine quo eum Candalla edidit. De tribus his libellis, primus quidem & tertius, digni videntur, quibus Hermetis auditor fuerit author. Sed ſecundus, quamuis ab eo tertius pendere videatur, ſuppoſitus poſſit exiſtimari. Neque enim, quod titulo promittit, præſtat, quod tantum virum decere nou videtur. Et præterea Fidias in eo nominatur. Qui ſculptor Periclis tempore fuit Athenis. Cui Hermes, & auditor eius, uon potuit eſſe contemporaneus. Sed quia non vti ſculptor, (quod fuit) ſed vti Muſicus nominatur, veriſimile fuerit, vel alium hunc Fidiam Aegyptium, & Muſicum fuiſſe. Vel nomen hoc, librariorum incuria, in Aegyptii Muſici locum irrepſiſſe. Sed & quod ait, citharedo cuidam contigiſſe dum caneret in agone loco chordæ, quæ ei defuit, cicadam ſuppleſſe cantionem, apud Græcos id eueniſse non pauci ſcribunt. Niſi quis dicat, id prius Aegyptio alicui accidiſse, quod Græci, vt alia multa, ad ſe tranſtulerint. Sed vt cumque id ſit, uon ſatis videtur is libellus tanti viri diſcipulo eſse dignus. Sed primo cur & quomodo titulus, Ὅροι, deffinitioues? congruat, uulla certa ratio videtur reddi poſse. Neque enim quæ ſubdun-

* tut,

tur, deffinitiones sunt. neque his tribus libellis deffinitiones vllæ, aut docentur, aut traduntur. Nisi quis dicat, in libris his, quorum titulos anteponit, deffinitiones, vel traditas ab eo fuisse vel tractatas. Tituli autem sunt hi. De Deo, De diuina essentia. De intelligibili essentia. De materia. De œconomia plenitudinis septem stellarum. De Sole. De Fato. De Homine. De homine qui est secundum imaginem. Non enim sunt hæc in hisce tribus libellis disputata. Sed necesse est, eum hosce titulos præposuisse, vt index quasi esset libellorum aliorum quos scripsisset. Vel eorum ipsorum quos initio primi ait se Ammoni Regi transmisisse. Vel verius, ad eum misisse, magnum vt inquit sermonem, qui esset tamquam summa & commentarium eorum, quos nominat librorum nouem, a se scriptorum. Primus autem tum apud Candallam, tum apud Turnebum proprio caret titulo, seu hypothesi, quam duo sequentes habent. Si quid vero audere in alienis liceat, ex rebus quæ in eo disputantur prolixius. De Sole, & Demonibus, ausi sumus titulum præfigere. Si cui non placeat, pro non posito habeat. Et interpretationem nostram omnium trium, æquo animo, suscipiat.

ASCLE-

ΟΡΟΙ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΠΡΟΣ ΑΜΜΩΝΑ ΒΑΣΙΛΕΑ.

Περὶ ἡλίου, καὶ δαιμόνων.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ΜΕγάν σοι λόγον ὦ βασιλεῦ διεπεμψάμην, πάντων τῶν ἄλλων ὥσπερ κορυφὴν καὶ ὑπόμνημα, οὐ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν συγκείμενον, ἔχοντα δὲ πολλὴν ἐκείνοις ἀντίδειξιν. Φανήσεται γάρ σοι καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐνίοις λόγοις ἀντίφωνος. Ερμῆς μὲν γὰρ ὁ ἐμὸς διδάσκαλος πολλάκις μοι διαλεγόμενος, καὶ ἰδίᾳ, καὶ τοῦ Τὰτ ἐνίοτε παρόντος, ἔλεγεν ὅτι δόξει τοῖς ἐντυγχάνουσί μου τοῖς βιβλίοις ἁπλουστάτη εἶναι ἡ σύνταξις, καὶ σαφής. ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, ἀσαφὴς οὖσα, καὶ κεκρυμμένον τὸν νοῦν τῶν λόγων ἔχουσα· καὶ ἔτι ἀσαφεστάτη, τῶν ἑλλήνων ὕστερον βουληθέντων τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, εἰς τὴν ἰδίαν μεθερμηνεῦσαι, ὅπερ ἔσται τῶν γεγραμμένων μεγίστη διαστροφή τε, καὶ ἀσάφεια. ὁ δὲ λόγος τῇ πατρῴᾳ διαλέκτῳ ἑρμηνευόμενος, ἔχει σαφῆ τὸν τῶν λόγων νοῦν. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ τῆς φωνῆς ποιὸν, καὶ ἡ τῶν αἰγυπτίων ὀνομάτων δύναμις, ἐν ἑαυτῇ ἔχει τὴν ἐνέργειαν τῶν λεγομένων. ὅσον οὖν δυνατόν ἐστί σοι βασιλεῦ, πάντα δὲ δύνασαι, τὸν λόγον διατήρησον ἀνερμήνευτον, ἵνα μήτε εἰς ἕλληνας ἔλθῃ τοιαῦτα μυστήρια, μήτε τῶν ἑλλήνων ὑπερήφανος φράσις, καὶ ἐκλελυμένη, καὶ ὥσπερ κεκαλλωπισμένη, ἐξίτηλον ποιήσῃ τὸ σεμνὸν, καὶ στιβαρὸν, καὶ τὴν ἐνεργητικὴν τῶν ὀνομάτων φράσιν. ἕλληνες γὰρ ὦ βασιλεῦ, λόγους ἔχουσι καινοὺς, ἀποδείξεων ἐνεργητικούς. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἑλλήνων φιλοσοφία, λόγων ψόφος. Ημεῖς δὲ, οὐ λόγοις χρώμεθα, ἀλλὰ φωναῖς μεγίσταις τῶν ἔργων. Ἄρξομαι δὲ τοῦ λόγου ἐνθεῖν, τὸν θεὸν ἐπικαλεσάμενος τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, καὶ ποιητὴν, καὶ πατέρα, καὶ περίβολον, καὶ πάντα ὄντα τὸν ἕνα, καὶ ἕνα ὄντα τὰ πάντα. Τῶν πάντων γὰρ τὸ πλήρωμα, ἕν ἐστι, καὶ ἐν ἑνί, οὐ δευτεροῦντος τοῦ ἑνὸς, ἀλλ' ἀμφοτέρων ἑνὸς ὄντος. Καὶ τοῦτόν μοι τὸν

ASCLEPII AD AMMONEM REGEM.

De Sole, & Dæmonibus.

LIBER I.

MAgnum tibi ſermonem o Rex, tranſmiſi, omnium aliorum, veluti ſummam, & commẽtarium. Non ſecundum vulgi opinionem cõpoſitũ. Sed habentem, multas contra illum demonſtrationes. Videbitur.n.tibi quibuſdam etiam meis ſermonibus cõtradicere. Hermes namque doctor meus, ſepe eſt mecũ collocutus. & ſeparatim, & aliquando Tatio preſente dicebat, quod uidebitur ijs qui meis libris occurrent, & ſimpliciſſima eſſe compoſitio, & clara. Sed e contra, etiam obſcura, & abſconditam ſermonum intelligentiam habere, & præterea obſcurìſsima, cum poſtea Greci voluerint noſtram dialectum, in propriam interpretari. Quæ res erit, eorum quæ ſcripta ſunt, maxima peruerſio, & obſcuritas. Sed ſermo, paterna lingua traditus, habet claram ſermonum intelligentiam. Nam ipſamet vocis qualitas, & Aegyptiorum nominum vis, in ſe ipſa habet, eorum quæ dicuntur euidentiam. Quã tum ergo fieri poſſit, tibi o Rex, omnia autem potes, ſermonem eum ſerua non conuerſum. vt neque ad Græcos talia myſteria perueniãt, neque Græcorum ſuperba phraſis, & ſoluta, & quaſi exornata, nominum noſtrorũ grauitatem, & venerandam efficaciam reddat exilem, & euanidam. Græci namque o Rex, ſermones habent nouos, demonſtrationem effectores. Et hæc eſt Græcotum philoſophia, ſtrepitus. Nos vero, rationibus non vtimur. Sed rerum, & operum vocibus maximis. Incipiam autem hinc ſermonem, Deum prius inuocans vniuerſorum dominum, & factotem, & patrẽ, & cuſtodem. Vnum qui ſit omnia & qui omnia ſit vnus. Omnium enim plenitudo, vnum eſt, & in vno. non ſecundum locum tenente vno, ſed vtroque vnum exiſtente. Et hanc men-

Et quamuis Strato, hic de Aſtrologicis præcipuæ loquatur, vt forte diuinorum ignarus. attamen clarum eſt Platonem 13. annis Aegyptiæ ſapientię ſtuduiſſe. Quam tametſi hierophantæ illi, quibus ſolis commendabatur, & aſſeruabatur in archanis, attamen, obſequiis, ac tempore deuicti, peregrinis etiam communicabant, vt ante ſecula multa Orpheo ſunt communicata, ab Ethimune Sacerdote. Aglaophemo ab Ochlapo. Soloni a Sonche, & a Pſenophæ. Pythagoræ vero a Perenite, & Platoni tandem, a Sachoniato, & a Secnuphide. Quæ partim Plutarchus partim Clemens Alexandrinus tradidere. Obtinuit ergo Plato a præceptoribus hiſce, vt non ſolum uiua uoce, myſtica illorum dogmata, ſibi reuelarentur, ſed etiā Hermetis libri oſtenderentur. A quibus, vt apparet, ea dogmata deſumpſit. Sed & in archanis & habere. ſicuti & hierophātæ illos in archanis aſſeruabant, didicit. Idque in more ipſe poſtea habuit, vt ea, vti vidimus, uel non ſcriberet, vel ſcriberet in ænigmate. Eſſe autē dogmata quæ in hoc libro deſcripſit, Aegyptia, multa in eo ſcripta comprobant. Primum quorum eſt,

„ in præfatione, ubi profitetur, ſe velle con-
„ templari vniuerſum, ſecundum mentem
„ eorum, qui docuerunt per notas figura-
„ rum (intelligit hieroglyphica) adeo occul-
„ tas, quòd non alius poteſt ad ſecreta hu-
„ iuſmodi ſcientię peruenire.

Et ad finem totius operis cap. 14. de eiſdem hieroglyphicis habet.

„ Conceptus animorum acceptos, ſcribe-
„ bant, vti occulata fide accepimus, in
„ lapides per figuras. & quæ ſequuntur.
„ Ibique Aegyptios ſapientes nominat. Sed
„ & Babylonios ſepe nominat, vt hoc eo-
„ dem capite. Sapienteſque Babylonii,
„ Et præcedenti.
„ Atque iccirco ruſus dicimus, quòd Rex
„ Babyloniæ conſpicatus mente, orbem il-
„ lum.
„ Babylon autem vrbs fuit Chaldæorum ca-
„ put, & libro eodem cap. 3. ait.
„ Si quidem in orbe illo ſuperno, non eſt ali-
„ quid ſenſitiuum potentia, vt conuenerūt
„ in hoc Archiſophi Babylonię. Libro quo-
„ que 10. cap. 7. ſcribit.
„ Verbū expreſſum appelatur cauſa cauſarū.
„ Atq; hæc fuit opinio ſapientū Babyloniæ.

Itaque integra huius libri inſcriptio fuerit. Myſtica Aegyptiorum, & Chaldæorum, a Platone voce tradita; ab Ariſtotele vero excepta, & conſcripta philoſophia. Philoſophiā namque & non Theologiam ipſemet Ariſt. vocat libro 4. cap. 5. ita ſcribens.

„ Ex conſequēti, non etiam quærant ſapien-
„ tiam archanam, propter Theorematum
„ ſubtilitatem, qualem nos ſcripſimus in
„ hoc libro tituli. Philoſophiæ Myſticæ
„ Aegyptiorum. Reliquum nos ex eo col-
„ legimus. Et quod deerat ſuppleuimus.

Priorē aūt ex Italico Caſtellanij verſionē q̄uis bar-

barbariusculam retinuimus, quoniam, non tam sumus delicati, vt verba sententijs præfetamus. Quæ quia Iacobo Carpentario non placebat, vt sermo, vt ait, tolerabilior fieret, veluti paraphrastes esse voluit. Puto autem Aristotelem ita hosce libros ex Platonis ore collegisse, prout in dies, ab eo sermo de eis haberetur, & ita eos, vel tunc in aduersaria coniecisse, & postea, nulla habita ordinis ratione perscripsisse. Confusi igitur ob eam causam videntur esse, & in meliorem, & scientificum ordinem, haud multo labore posse digeri. Quod, & fecissemus nisi mordacium hominum reprehensiones vereremur. Idque non sine grauium veterumque authorum exemplo fecissemus. Nam Plato, dialogos suos, sine vllo ordine, varijs occasionibus, & temporibus videtur scripsisse. Quos tamen quidam, vt Laertius refert, in trilogias, & tetralogias collegerunt. Plotini autem libros, nihil sibi fere cohærentes præter paucos, Porphyrius in Eneades suas quasdam, secutus rationes, est partitus. Aristotelis quoque libros, suorũ interpretum alius in alium disposuit ordinem. Id si illis licuit cur idem nobis non liceat, presertim si scientificum ordinem, veluti in Zoroastri oraculis, & Trismegisti libellis, instituamus? Sed forte, quia illa dispersa erant. hi quasi vnus liber esset, in capita 14 a Ficino distributi fuerant, æquiore iure licuit nobis aliquo ordine eos digerere. Sed hi libri 14. nescio, an ab Aristotele, vel ab Arabe interprete, vel a Fauentino, ita videntur, vniti, vt diuelli posse non videantur. Itaque, ne nimis velle putemur. Quo eos ordine reperimus, eo curauimus imprimendos. Illud tamen non reticebimus, nostra sententia, ita eos legendos esse, vt scientialis ordinis aliquid sentiant, nimirum, prout sunt in præfatione, theoremata ab ipso authore proposita optime, (quod tamen non deduxit in opus:) suntque omnibus libris sparsa, & diligenter per capita consectanda, & colligenda. Sunt ergo hi libri. Si libri sunt, & non sapientiæ thesauri ingentes, vt author inquit, philosophiæ compendium quoddam: diuinæ nimirum Aegyptiorum, & Chaldæorum. Platonicæ autem præuium veluti commentarium. Quo in eo dialogis quasi dispersis de diuinitate scripsit, hisce adhibitis longe clarius, & facilius queant intelligi. Atque ita fiet vt his paucis, Babyloniorum, & Aegyptiorum, & Platonis vera, & Aristotelis verior, & mystica philosophia includatur. Vt iure Zoroastri oraculis, & Hermetis Asclepijque libris, proxime postponantur & eis coniungantur. Videntur autem vetustiores Platonici, Taurus, Atticus, Seuerus, Maximus Tyrius, & alij multi eius interpretes, hisce libris caruisse vsq; ad Ammonij Sacci ætatem. In cuius manus, putamus nos, eos peruenisse. Tanta enim ab eo, quasi momẽto effloruit Platonicorũ dogmatum diuinitas, vt veluti tunc nata, maximam sublimium ingeniorum admirationem excitaret. Origenis, Plotini, Amelij, & aliorum plurimorum, qui Ammonium Alexandriæ publice docentem audierunt. Scatent enim Plotini, & Porphyrij, & Iamblichi, & Syriani, & Procli, & Hermiæ, & Damascij, & Olympiodori libri, dogmatibus ijs, quæ in hisce leguntur, & Plotinus inter cætera, ex libri 4. Capite 4. eam similitudinem duorum lapidum, in librum suum de intelligibili pulchritudine transtulit, tanti hosce libros fecit. Platonem ergo, & Aristotelem cur mysticos appellauerimus, hactenus factum est manifestum. Deinceps cur exotericum dixerimus vtrumque, exponemus, & priorem vti seniorem, præferemus Platonem post nimirum mysticam hanc philosophiam.



HERME-

MYSTICA AEGYPTIORVM ET CHALDAEORVM A PLATONE, VOCE TRADITA, AB ARISTOTELE, EXCEPTA ET CONSCRIPTA PHILOSOPHIA, INGENS DIVINÆ SAPIENTIÆ THESAVRVS.

LIBER PRIMVS.

QVAE THEOREMATA TRACTANDA, secundum quos Autores & quo stilo.

CAPVT PRIMVM.

PRincipale quæsitum, ait Philosophus, est finis intentus, qui postremo inuenitur. Atque omnia genita, operantur appetitu naturali ad finem certum. Si quidem constitutum ex concordia sapientum digniorum inter diuinos, Causas mundi antecedentes, & coniunctas esse quatuor, videlicet Materiam, Formam, Agens, & Finem nobiliorem reliquis, secundum quas omnes speculari oportet, & earum accidentia pro dignitate singulorum. Et nos quidem in Methaphysica iam perfecimus sermonem explicantem causas huiusmodi. Et probauimus eas in sermonibus de Anima, & Natura, operationibusque vtriusque, vbi per rationem perfectam, & necessariam declarauimus, quod impossibile est substantias esse absque fine. Sic etiam, si finis a sapiente nō præfigatur, cessabit eius inquisitio. Si quidem huius præsuppositio in scientia, adiuuat multū considerantem. Cum tamen solicitudo, & industria sunt necessariæ ad progrediendum. Igitur nobis quoque, in hoc opere. Quod est compendium Philosophiæ, intentio constitui debet. Quæ est cōtemplari Vniuersum secundum mentem eorum, qui docuerunt per notas figuratum adeo occultas, quod nō alius pōt ad secreta huiusmodi scientiæ peruenire citra difficultatem, quamuis sit ingenii subtilis, & recti, nec vtatur negligentia. Proponamus autem cuncta Theoremata operis, deinde singula tractabimus. Primaria igitur intentio nostra in hoc opere est, contemplari Deum quomodo differt ab aliis. Quodque Mūdus, ac Tempus existunt sub eo. Amplius, quod Deus est autor causarū, quodque creauit omnia pro ratione singulorum. Et quod is illuminat Intelligentias. Per eas autem medias Intellectum. Per Intellectum vero medium, Animam vniuersalem cœlestemque. Et per Animam mediam illustrat Naturam generabilium, corruptibiliumque. Et quod opus sit ab eo sine motu. Ac quod motus omnium rerum est ab eo, & ad eum. Siquidem omnia moeuntur desiderio essentiali, & naturali ab eo, in eo, & ad eum. Postea vero considerabimus, Mundum intellectiuum, referentem bonitatem eius, formasq; diuinas inexistentes. Et quod ab eo fluit bonitas in singula. Siquidem quatenus sunt bona assimilantur ei. Sed propter cortices, expressionem veram eorum non attingimus. Prætetea enarrabimus naturam vniuersalem Cœli, qualiter inest potentia illi ab intellectu. Enarrabimus etiam Sydetū dignitatem, & lucem. Item considerabimus naturam subluna-

lunarem, quomodo virtus Cœli immittitur illi, quæ manifestatur in rebus sensibilibus, materialibus, alterabilibus, & corruptibilibus. Deinde scribemus dispositionem Animarum rationalium in descesu, & ascensu, & reddemus causam vnionis earum, ad corpora. Dicemus etiam de Anima honorabili, quę habet mores intellectiuos, nec submergitur desiderijs mundanis, & sordibus corporis. Similiter narrabimus Animam turpem, coinquinatamque, & deinde speculabimur dispositionē Animæ Sensualis, & Vegetatiuæ necnon qualitatem Animæ Terræ, & ignis, & aliorum Elementorum, atque hæc omnia latentia sicut præfati sumus, declarabimus per figuras proposito sufficientes.

ANNOTATIO IVSSV R. P. M. IACOBI de Lugo apposita.

CVm fides Catholica tenet creare adeo proprium esse Dei, vt hoc nulli creaturæ possit conuenire, neque instrumentaliter, neque ministerialiter, & optime probat D. Thomas receptus prima parte q. 45. artic. 8. allegans D. Augustinum 3. de Trinitate. cap. 8. dicentem. Neque boni neque mali angeli, possunt esse creatores alicui rei. Multo minus igitur alia creatura: apparet Aristotelem in toto hoc libro errasse, cum velit, intellectum primum creatum, creasse animas, & ordine quodam animam creasse inferiora. Ideo o lector, non te offendat Doctrina Arist. quia cum esset alienus a Christi fide, multos errores tenuit.

Quomodo Anima vnitur Corpori. Cap. II.

CVm iam pateat (vt probatum est) in veterum libris, quod Anima non est Corpus, neque mouetur. sed permanet semper. Nunc quæramus, quomodo digressa a mundo intellectuali, ad hunc sensibilem descenderit, & iuncta est huic corpori resolubili. Etenim nulla substantia intellectualis mere, admittit quicquam motus. Sed fixa in mundo intellectuali, non diuellitur ab ipso, neque itē accedit aliò, cum non habeat locum ad quem transferatur. Ad quod dicimus. Quod omnis substantia intellectualis secundaria, in se habet quoddam desiderium alterius. Quando autem Intellectus appetitu concepit aliquid, mouetur ad illud, vt Mulier grauida nititur parere. Sic igitur intellectus concipiens desiderium conatur illud consequi. Intellectus enimuero desiderans statum inferiorem, fit Anima. Vnde Anima est Intellectus desiderans, & appetens desiderio vniuersali. Ac ipsa Anima vniuersalis, non separatur substantia a mundo Intellectuali, sed desiderans particularia sub vniuersali opere, recedit ab illo. Ordinansque eadem, & peccatum accidens moderata secūdum legem causæ propinquæ cœlestis. Anima particularis non est in corpore vt videtur, sed extra. Prius igitur mouetur ad Mundum primarium. Deinde ad secundarium. Postea tertio reuertitur ad primarium, Ac opportune ad eorum unumquemque.

Quod omnis anima, & propter quid, est immortalis. Cap. III.

INtellectus agens, nunquā separatur ab anima, sed cooperator illi semper, oportune ad omnia. Propterea anima quidem operatur iugiter, quia perpetuo existit. Et quamuis animæ aliorum animalium, velut Leonis, peccādo recesserint a mundo superiore, non tamen corrumpuntur secūdum substantiam, sed penes accidentia. Ideoque non simpliciter ac reuertuntur ad illum. Accidētia etenim in hoc mundo sunt diuersa ab anima. Sunt autē connaturalia ipsi animali, si quidem proueniunt a natura ipsius. Similiter autem omnes animæ plantarum, oriūtur ab vno principio, cum vita cōueniant, & sūt substātiæ, non accidētia, atq; incorporeæ nō partibiles. Ideo neq; corrumpuntur: Sed anima hominis habet tres partes, videlicet. Vegetatiuam, Sensualem, & Intellectiuam. Quæ separatur, a corpore soluta. Atq; hæc immunis (utpote non peccando) a coinquinatione corporis, est dissimilis alteri submersa materiæ, quæ facta est ob id, ut habitudo corporalis, accidentibusque corporeis talibus (velut ligamentis) prohibetur ascendere ad alterum mundum, Ad quem neque peruenit nisi difficulter, ablatisque viribus horum accidentium, & purgata a sordibus corporis, reuersa est incorruptibilis. Non enim est, vt aliqui alieni a scientia vere diuina, opinantur aliter. Si quidem ipsa sustinetur a suis authoribus, quanquam separata. Existitque ens verum, & perfectum. Quare anima non moritur, vt pluries diximus.

Quod omnis anima humana, est immortalis.
Cap. IIII.

QVas oportet hic repeti ad illos, qui non credunt aliter, probabiles rationes. Dicamus breui. Statuentes principium id in quo conuenerunt omnes prisci, & iuniores Theologi, Philosophi, Prophetæ, ac populi. Videlicet, quod anima rapta corporis desideriis, sub ingato intellectu, statim iram Domini incurrit. Propterea abstinendum a delictis, & desideria corporalia mouendum. Sic. n. miserebitur dominus. Rursus si maiores non credidissent animæ immortalitatem, non constituissent legem, iuxta dictamen naturæ eam asseuerantem. Cui nemo contradixit, nisi uitiis implicitus. Dixerunt etiam quod multi peccatis non caruerũt ope, animarum a corporibus ad mundum alium reuersarum. Explorãtique veritatem hoc manifestum, est per experimentum relationis, & templorum fabricas ob hęc illis dicatas. Quare palam est, quod anima digressa ab hoc mundo, & assecuta alium non corrumpitur omnino. Ideo autem quoniam creata est perpetua, ob nobilitatem vitę. Atq; hoc idem opinatus est Plato de anima vniuersali, dicens. Ego pluries speculando secundum animam relictis corporis exuuiis, visus sum mihi, frui summo bono cum gaudio admirabili. Vnde restiti quodammodo attonitus. Tum agnoscens me esse partẽ mundi superioris adeptusque vitam æternam sub luce magna inenarrabili, inaudibilique, ac incogitabili. Lassitudine autem delapsus ab ista speculatione intellectus, ad imaginationem, lux illa deseruit, unde remansi tristis. Rursum relicto corpore, reuersus inueni animam luce plenam, & tum corpori influẽtem, tum supra eleuatam. Inquit igitur Plato. Qui conatus mundum supremum ascendere intellexerit, substantias diuinas, causasq; vniuersales: profecto maximum consequetur præmium. Quapropter nemo debet id omittere quanquam sit plurimum laboraturus: Certe etenim in eo adipiscetur tranquillitatem impatibilem perpetuamque, Et cum homo fuerit creatus ad hanc contemplationem ociatur, si ab illa nel per vnicam horã absit, sic etiam perdidit animam, sibique hostis est omnium maximus, cuius in obitu, frustra eum pœnitebit. Atque hoc Platonis documẽtum, est homini exhortatio ad eleuationem Intellectus acquirendam, qualem ipse reperiit. Quod Anticles, quoque dicens animã præextitisse sursum honorabilem, peccato autem commisso decidisse in mundum inferiorem, quæ postea pudens cõsequitur a Deo ueniam. Præterea anima quoque descendit, vt cæteras (quibus Intellectus turbidatur reuocet sursum. Similis est enim anima emersa, homini a præfocatione releuato, sit alte proclamet ad mortales, præcipiens mundum, omnesque eius fallacias despici, facto iudicio reuertenda ad pristini status iucunditatem.

Cur anima descenderit in mundum inferiorem.
Cap. V.

DE anima quidem vniuersali scire oportet, cur descẽderit ad hoc corpus, & an descenderit sponte patendi gratia, an coacte alia de causa. Recipiemus namque iuuamentũ ex scientia animæ, maius quã ex alia. Quãdoquidem ascendemus ab ea, ad intellectum, sed & vsque ad Deum sublimem. Hinc discentes, an Deus creauerit omnia recte, & cum sapientia absolutissima, an per aliam cognitionem. Plato igitur olim dedit animæ plura attributa, quorum nos auriti fuimus testes, sed non scripsit ullum. Alioquin mentem eius, lector deprehendisset. Attributa autem hæc animæ diuersa sunt. Siquidem intellectus vnitur sensui, neque despicit eum ubique, sed corporis ad coniunctionẽ, ligatus & præfocatus in illo. Nam corpus est animæ, ut locus. Sic etiã opinatur Anticles, magis adhuc uocans corpus carcerem. Vnde dixit Plato, quod solutio animæ a vinculis corporis, est causa ascensus illustrationisque, descensio autem obscurationis, quæ nihilominus purgata rursus ascendit. Atque huius descensionis causæ sunt plurime. Quarum prima est peccatum commissum ab aliqua, qua propter descendit ad luendam pœnam, promerendumque aliquid ac leges Dei accipiendas. Aliæ uero descendunt alia de causa, quam non adduxit. Sed colligens, animæ descẽsum execratus est, addiditque quod hic etiam mundus est substantia honorabilis. Quare anima in eo extat Dei iussu, alligato intellectu, queadmodum superiori semper cohabito. Non enim conuenit, quod hic mundus tam magnus, & perfecte cõpositus, intellectu careat. Impossibile est autem hunc mũdum cõsequi intellectum, nisi præhabeat animam. illi connexam. Rationali que animę implicat species alias. Siquidem operationes animæ nequaquam videntur indiuisibiles. Quarum enimuero in Plantis sunt paucæ, in brutis plures, & in homine plurimæ, vt iste mundus sit perfectus, quamuis non æque, sicut superior, quia est effectus ab eo, omnisque item extat corruptionis origo. Quare oportet mundo sensibili, inesse etiam genera animalium, quæ insunt illi intellectuali.

De errore antiquorum, & quod omnebonum est ex Deo. Cap. VI.

RVrsus versemur circa animæ dispnsitiones plutes, vt lucremur aliqnid a Philosnpho. An sit igitur aliqua conuenientia inter animam & corpus. Antiqui quidem altercati sunt, uaria sentientes. Incipiamus autem ab opininne Senis qnem nnuissime adduximus, dicentis, quod respexit veteres physicns in intelligentia entium insensibilium errare: inquirentes ea per inferiorem mundum: vnde opinati sunt, quod entia occulta nnn insinit ei, seponentes intellectum, & prosecuti sensuum. Cnnsiderando per illnm, ex alterabilibus perpetua. Quare cũ animaduertit ens declinare ab itinere veritatis, nb sensum præualentem, misertus reduxit ad illud. Distinxitque intellectum a sensu. Intelligibiliaque a sensibilibus, ponens illa perpetua inuariataque inueniri, hæc autem alterabilia, corruptibiliaque. Snbdens, qnod vtrnrumque vnicus authnr est ens primum, & vernm, videlicet Deus sublimis, effectnr mundorum, & addidit, quod tale primnm agens, est summe bonum: quodque nullnm alterum est, ex se bonum. Sed qund liber est bonum ab illn tãtum. Asseruit etiam quod iste mundus ex materia & Forma cnnstat: & qund formans primam materiam in esse natnræ, est nnbilius illa. Item qnod anima rationalis format primam materiam, propter vim immissam ab intellectu mirabili, & intellectus agens adiuuat animam ad fnrmandum primam materiam per virtutem entis primi. Quod est principiũ omnium trium entium idest intellectus, animæ, & naturæ. Vnde fuerunt sensibilia pulchra, vi primi agentis, per medios, animam & intellectũ. Decenter etiam ens verum, primum. Deus sublimis bonus; simplex, & perfectissimns omnium: inspirat intellectui uitam primu: deinde animę: pnstea naturæ: & fecit intellectnm, & animam, & naturam principia aliorum.

Quod Deus creat sine tempore. Cap. VII.

NOn opnrtet audientem verba Philosophi putare, quod Deus creauerit entia in tempnre: existimando quod omnis prioritas est in tempore, cum impossibile sit, efficiens nnn esse prius effecto, siquidem non est ita, Quia intellectus discernit res sine tempore, & similiter sensus, Vnde mẽs Platonis fuit sequi locutionem veterum, qni describentes generationem, coacti sunt inducere tempus. Creationis autem non est ullum tempus, qnia differt agens primnm altissimum nouans, a secũdo inferiori vmbratili. Ideo si cupias discere an patiens in tempore patiatur, explores an agens eius agat in tempnre. Patiens enim ab agente in tempnte, patitur in tempnre, & patiens ab agente in momento patitur in momento.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM APPOSITVM.

In prio capite supponit animam fuisse antequam infunderetur corpori, ex qua opinione, sequuntur multa falsa in fide, cum anima quando creatur, infundatur corpori, & quando infunditur, creatur. Quod & repetit. 3. cap. exist entiam anima, antequam infundatur. Et propter peccatum commissum decidisse in hunc mundum inferiorem.

In 2. capite supponit animas brutorum recessisse a mundo superiore, quod est falsum. Sicuti falsum est, quod non corrumpantur corrupto corpore. Et de animabus plantarum dicit, quadam falsa.

In 4. cap. Inhęres opinioni supradictæ tenet animam vniri sensui, Si pro sensu intelligat corpus uerum dicit. Si autem velit sensum esse in corpore ante unionem animæ falsum est. sicut falsum est, corpus esse carcerem animæ ob peccatum prius commissum. Et similiter. Quod causa discensus animæ sit peccatum, descenderitque ad luenda peccata.



LIBER SECVNDVS, QVOD ANIMA IN MVNDO INTELLECTVALI NON VTITVR MEMORIA.

CAPVT PRIMVM.

ANima superius collocata intuetur substantiam rerum illic conexistentium, neq; ratiocinatur ibidem vt istic, Sed neq; speculatur hæc infima, quoniam altiora perspicit. Sicut. n. existens inferius pura (ob dignitatem suam) non versatur circa terrena. Ita tanto magis egressa ab hoc Mundo, reuersaque ad nobiliorem, non meminit præteritorum, Sed altiorem illum perpetuo speculans, & amans, nunquam saturatur, omnemque actionem, & cognitionem ad eum reflectit. Quare cum omnis scientia in altiori Mundo habita illiconstans maneat, siquidem habet semper præsens obiectum, non indiget alia memoria illorum. Rursus cum sit aliena ab omni scientia recepta ab his inferioribus, non enim seruauit eorum apprensionem pristinam, neque talia conspicere amplius cupit. Namq; scientia rei alterabilis, accidit substantiæ alterabili, qualis nulla est in mundo Intellectuali. Ideo non etiam licet Animæ memorari quicquam ignobile. Quare contemplatur, quo modo diximus, & perfectissimo pro facultate.

Quod Anima non vtitur reminiscentia. Cap. II.

DIcimus itē quod omnis scientia in Mundo altiore est perpetua. Quicquid enim illic extat, est sine tempore. Propterea Anima, ibidem speculatur formas, sine tempore. Quia permanent illi euidentes, tum supremæ, tum infimæ. Et quod non ab aliquo progreditur ad aliud, discernendo a generibus ad species, & indiuidua, vel a speciebus ad genera, & vniuersalia altiora. Quare nō etiam indiget reminiscentia earum. Et si aliquis iuxta hoc ambigens dicat, quod hæc conditio sit intellectus tātum, quia omnia insunt ei actu simul, & ideo reminiscentia non indiget, Anima autem aliter, videtur se habere, videlicet quod non insunt ei plura actu simul, ut materiæ primæ, sed quod comprendat naturaliter vnum post aliud, & cum fuerit ita, eam reminisci oportet, siue sit in hoc inferiori Mundo, siue in superiori. Huic respondebimus, quod nihil prohibet Animam in Mundo superiori cognoscere plura simul. Siquidem tale aliqd conspicitur etiam, quod cum sit simplex cognoscit multa vnico actu. Vt visus, varios colores. Quare sic etiam anima cognoscit plura simul, sine tempore, quia est supra tempus, vtpote causa illius. At si aliquis dicat, Anima discernit primum atque vltimum, quare unum post aliud partiri uidetur? Cum autem hoc mundo sciat, non igitur simul cognoscit. Dicimus quod Anima discernit Intellectu nō cogitatione. Cum autem faciat hoc intellectu, non intercedit differentia, sed maior subit vnio. Siquidem intellectus discernit sine tempore, nec habet (cum sit simplex) prius, neq; posterius, quia non fluit inter ea successionis spacium medium, Principium enim simul est cum fine. Adhuc si diceretur, notum est quod cum Anima discernit, sit principium, finem, & medium. Dicimus id verū esse, sed cognoscit hæc non cum medio temporario, sed tantum ordinatio. Quod patet in visu, arborem cernē te. Licet namq; radices, & ramos simul cernat, tamen cognoscit radices prius, medio ordine non tempore, quam ramos. Quod si uisus ita noscit, quāto magis intellectus sciet principiū finem, & medium cū ordine sine tempore.

Quo modo Anima habet vires operationesq; plures, qualiterq; intellectus intelligit. C. III.

QVod si dicatur Anima cognoscit simplicia, & composita simul, quomodo habet potentias plures? quarum vna sit prior, & alia posterior? Respondemus quod Anima vnica est & simplex, Sed multiplicantur virtutes eius, ultra substantiam, & si videtur operari plurima simul, eius opera sunt multa ratione patientiū. Siquidem corpora non recipiūt operationes animæ æqualiter, sed pro conditione sua, Ergo pluralitas operationū inest rebus, non animæ. Quare nos dicimus, quod Intellectus

tellectus vnus operatur multa (& formatur specie cogniti, sicut materia prima) Cui actua tus est similis, tãtum differens, quia fit vniuersalis, Appello autem Intellectũ actuatum, habẽtem quęsitum obuium speculationi, & Intellectum sub potentia, carentem quæsito obuio. Et si aliquis obijceret quod Intellectus nunquã habet quæsitum, obuiũ, Hoc proculdubio est maximum mẽdãcium, quia ex natura Intellectus intelligit perpetuo. Siquidem eius esse, est operari, & si perpetuo intelligit habet rem obuiam semper. Quare Intellectus est res omnes, forma vniuersali, quali intelligit, & quali ipse est ex natura sua, vt pluries narrauimus. Intellectus autem substantiam suam respiciens, prospicit res alias, sic est idẽ obiecto, quod est substantia eius speculationi obuia, quæ continet inferiora omnia. Et hoc est, quod dixit sapiens, Deum sublimem creasse intellectum, qui sciat in seipso res pro gressas a se, & ad se regressuras, conniueat in aliis.i.quod seruat formas vniuersales, particularesq; dimittit, nõ enim vniuersale auferetur, cũ suũ particulare auferatur, ut ablatas in diuiduas aialibus, nõ auferetur aĩal, sed ablato vniuersali, auferũtur, omnia sub particularia.

Quod intellectus non est mobilis, & quo modo anima est mobilis. Cap. IIII.

ET si aliquis diceret. Si intellectus obuiam habet speculationi, aliquando substantiã suam, aliquando res, sine dubio alteratur. Diximus autẽ illum esse, inalterabilem, impatibilemq;. Respõdeamus. quod si intellectus habet obuiam speculationi aliquando res, hoc fit in statibus diuersis. Videlicet in mundo intellectuali, habet obuiã speculationi tãtũ substantiã suam. Ideoq. intellectio eius est substantia sua. In altero autem mundo sensibili, speculationi obuias habet, aliquãdo res ipsas, & hoc ratione particularis, cuius essẽntia reuertitur vniuersalis apud eum, impedimento sublato. Si quidẽ particulare habet uim uniuersalis. Suscipit enim predicationẽ eius definitã per illud, tantumq; ab hoc differt quod vniuersali subest. Hoc item fit, ob corpoream dispositionẽ (media anima) impressam. Intellectus namq; inuolutus corpori uehementer, vnitusque sensui, habet obuias res speculationi. Emersus autem paululum, habet obuiam contemplationi etiã substantiam. Quare intellectus nõ variatur nisi modo quo prediximus. Anima autem dicitur moueri discẽdo res, quoniam collocatur in confinio mundi intellectualis. Fit autẽ motus eius reflexus, quia sciẽdo, habet obuiam rem speculationi, deinde reuertitur ad essentiam. Verum dicitur moueri, quia variatur circa rem immobilem. Intellectus autem inuariatus, restat etiam immotus. Impossibile est autem quod anima sit immobilis, quando subijcitur Intellectui. Subiectũ alteri est mobile, alioquin esset predicato idem. Vnum tamen sciendum quod anima in mundo intellectuali, mouetur potius recte, quãm reflexe. Inferiori autem uiceuersa. Quod si obijceret aliquis, quod etiam intellectus mouetur, siquidem uariatur ab aliquo ad aliquid. si autem variatur, mouetur proculdubio. Dicemus, quod intellectus nũquam mouetur nisi uolente authore eius primatio, & tunc mouetur recte incessanterque talis namque motus, est quędam quies. Siquidem intellectus est essẽtia perpetua inoffensibilis, qua propter existit cæteris creaturis dignior. Et si aliqs adhuc reclamauerit inquiens, quod itellectus mouetur speculãdo quãdoq; rẽ, quandoque substantiã eius. Respondebimus, quod si mouetur intellectus, mouetur a seipso, & ad seipsum, non autem aliter, quare non mouetur ad res extra se, & ab eis ad seipsum. cum omnes contineat, contentasque educit ad existentiam. Quando item moueatur, eius motus est æqualis totus, quasique inuariatus. Talis autem est similis quieti. Siquidem motus est ab uno ad aliud, iste autẽ non est ablatiuus partibilis ue, ideo non est alteratio, neque passio. Siquidem intellectus nõ recedit a substantia, nec qualitate pristina. Etenim si intellectus alteraretur, non uere sciret, neque enim firmiter nosset. Sed & intellectus habens obuias res, nihil mouetur, quia continet eas omnes ab se progressas, & ad se regressuras, vt pluries diximus.

Quod anima non mouetur in mundo intellectiuo. Cap. V.

AMplius pariter anima in mundo intellectiuo non alterabitur. Quia illic est pura abstracta ab omnibus corticibus, & cõpositionibus, atque est in actu, cum nihil corporale tunc ei commisceatur, sciatque inferiora uere, & perfecte. Siquidem ibidem coniungitur intellectui sine medio. Hic deorsũ fuerat vnita sensibus, absque morte igitur ulla, sed potius clarior, intellectui iuncta, & ab eo formata. Quomodo enim cogitabile sit quod ipsa moriatur, & aliæ substantiæ sint incorruptibiles. Siquidem ipsa seruat alias, & seruatur ab intellectu. Intellectus autẽ ab authore primo, qui ex se constat, & intellectus est facies animæ, ad quem inclinatur, & cum quo speculatur, quique est prior alijs creaturis sine medio productus, & medio quo producta fuit anima, sicuti media illa producta est natura. Hac autem media corpus, hoc medio iterum generabilia, corruptibiliaq;. Anima igitur

ma igitur in Mundo superiori est omnino inalterabilis, impatibilisque, cognoscit substãtiam suam, & totam vnica scientia, & penitus indifferente, atque hoc propter vnionem suam, siquidem tunc ipsa, & ses, & intellectus sunt vnum quoddam.

Quod anima habet memoriam in mundo sensibili, & qualem. Cap. VI.

Diuertens anima ab intellectu, & ad hunc mundum demissa, speculandoque aliquam rerum vltra intellectum, habet memoriam, neque ideo meminit entium superiorum, alioqnin non descendisset huc, sicuti inferiorum memor, illinc recedens, istuc descendit, sic prius lapsa ad cœlos si memoriam eorũ seruaret, in eis subsisteret. Quare ut hic existens habet solam inferiorum memoriam, sic etiam ascendens ad cęlum, non meminit alterius quam ipsius, & est similis, quasi idem illi. Etenim anima memor aliquarum rerum, eisdem est similis, eademque, alioquin non esset uere memor. Memoria nanque quædam est similis intellectui, alia vero sensui, & substantiarum intellectio est ratio firma. Cogitatio autẽ est infirma, neq; vnica, sed varia, pro rebus cogitatis, terrestribus, siue cœlestibus, quibus (secundũ imitationem) est similis, quasiq; eadem, quę sunt corpora fere defuncta, siquidem secũdaria, vere autem similati vtrisq; minime cogitatio potest, vt intellectio, quia est media inter intellectum, & sensum, & ad vtrosq; pariter inclinata, nec seruat perfecte sine illis aliquid. Patet igitur, quod anima memor, imaginationi rem coniungit nobilem, uel ignobilem. Reuerentes igitur dicamus, quod anima in mundo superiori, nec vetita, desiderat bonum perfectum, intelligitque (medio intellectu præsentante) illud inoccupatum, irrerentumque a quo distat per medium intellectum anima vniuersalis, & rationalis. Auersa enimuero anima, bonum primum, & ad inferiora conuersa, desiderat contenta secundum memoriam. Siquidem non desiderat talia, nisi prius cogitet, & iam præfati sumus, quod cogitatio est memoria quædam.

Quomodo intellectus ignorat superiorem autorem, & inferiores creaturas. Cap. VII.

Qvod si subderet quispiam, quod anima speculatur hunc mundum, antequam ad eum descendat, igitur eadem ratione, ab ipso reuersa ad superiorem, respicit inferiorem, & sic proculdubio meminit. Iam autem dictum est, quod in mundo intellectiuo nil meminit huius mundi. Dicimus, quod anima considerat hunc mundum per intellectionem, antequam inhabitet, hæc uero est, quædam ignorãtia, non scientia, quæ tamen est nobilior omni scientia, & hoc ideo, quia intellectus ignorat superius agens, & inferiora. Et memor inferiorum (medio alio,) descendit ab illo honorabili, ad hunc mundum. Proprerea autem intellectus ignorat superiorem autorem primum, quia non cognoscit eum perfecte, alioqnin esset superior, vt autor eius, & sic effectum, foret efficiens sui efficientis. Quod est falsum, & nimis improbabile. Rursus dicitur ignorare inferiora (vt prædiximus) non quod careat scientia earum, siquidem continet eas, unde causa nostræ ignorantiæ est defectus maximus. Intellectus autem ignorantiæ ratio est, summa perfectio, ac suprema sublimitas. Propterea, quod illas res speculatur, non secundum ipsas, sed altius, cum sit causa ipsarum. Res autẽ est altior in causa sua, quam in se ipsa. Conditor etiam primus, cognoscit eas non pariter intellectui, sed adhuc altius, quãdo ipsas quatenus creat, eas cognoscit. Quare scientia identidem intellectus est ignorantia, quia non est uera, qualis diuina. Ideo etiam diximus, quod intellectus ignorat subiecta. Hæc rursus ignorantia dicitur scientia, siquidem est talium consideratio perfecta, licet non iuxta essentiam eorum, neque indiget earum scientia, quia est causa earum, continens omnes sicut sapiens dixit. Cõditor sublimis seruat omnia in intellectu, quæ eduxit in animam, solo medio intellectu, & in naturam, media anima, & in hunc mundum utroq; medio, ordinate, donec perueniat ad particularia. Cum sit Deus crearit intellectum causam rerum, ex consequenti etiam ipsæ est autor earum, nec indiget earum scientia. Et si intellectus ignorauerit, idcirco est, quia eas non produxit ex nihilo, neq; primo. Sed Deus dicitur sciens, quatenus creauit eas, intellectus autẽ ignorat, iuxta cognitionem in seipsis, sic etiam cognitio intellectus essentiæ suæ, dicitur quædam ignorantia, comparata ad cognitionem Dei. Nam cognitio sui sicut est, non est quædam ignorantia omnino. Quomodo enim ita esset, cum sit aliis scientijs, & scitis, idem, & per eum speculetur anima, ut ante diximus. Nos autem asserimus, quod scientia eius est ignorãtia respectu cõditoris, sic etiam anima ignorat causatum suum, modo quo ante exposuimus, respectu intellectus, alioquin non indigeret autore primo superiore. Quare reuersi sanctiamus, quod anima separata ab hoc habitaculo, existens in altiori, non meminit cuiusquam præcognitorum maxime sensibiliũ, & corruptibilium, sed versatur circa intellecta ex sensibilibus, alioquin reciperet imagines quales hic prius. Quod est

absurdum, etenim cogitaret, cum autem cogitati maginatur, sicot prædocnimus, Quòd si illic Animæ imaginarentur, tales essent ibidē, quales hic prius, A hoc est maximum inconueniens, tantum enim recipiūnr medio inrellectu vnito. Quare anima non imaginatur in mundo intellectiuo. Probatumque antea est, quòd ab illo delapsa, indiget memoria sensibilium, alterabilium, corruptibiliumque, & qualiter sit ignorantia eius, comparatu ad autorē superiorem, & causatum inferius, per sermonem inductiuum.

Quo modo Anima diuisionem admittit. Cap. VIII.

IN præsentiarum dicendum, propter quid diuisio accidit Animæ humanæ, & quid sequitur diuisionem per se. Necesse est autem nosse, vtrum anima diuisionem admittat? & an per se, an ve accidentariam? Dicemos itaque animam corpori coniunctam, diuidi secundum accidēs, corpore diuiso, omne autem indiuisibile diuisibili coniunctum, diuisibile secundum accidens dicitur, Diuisio autem secundum formam vocatur, cum dicatur, quòd imaginatiua est vltra uegetalem, & concupiscibilis præter irascibilem. Dicimus item quòd pars vna corporis primo continet imaginatiuam, alia concupiscibilem, altera vero irascibilem. Anima igitur diuiditur secundum accidens, corpore subiecto diuisio non autem per se. Siquidem substantiæ nullam diuisionem recipit. Item videntes corpora viuentia indigere anima, expansa per omnes partes corporis, vt animal vbique corporis sentiat, asserimus animam diuisibilem esse. Patet autem, quod omne membrum sentit, donec continet animam sensitiuam. Dicimus igitur virtutem illam diuidi, diuiso membro, & quamuis expādatur omnibus membris, ipsa tamen non diuiditur in seipsa, sed est in quolibet perfecta. Quod si diceret aliquis, animam diuidi secundum tactum, sed iuxta alios sensus, dicendum animam non diuidi etiam diuiso tactu, sed minus euidenter, modo quo diximus. Similiter vegetatiua. Appetitiua etiam fugitiuaque, con extensæ in corpus, minus diuiduntur inter se, & sunt quidem sensitiuæ, sed infra alias, ob id magis diuisas. Istæ namque sunt minus in corpore discretæ. Siquidem non operantur per instrumenta locis disterminata, alioquin prohiberentur operari in toto corpore. Quare vires animæ quædam, sunt organis proprijs in corpore differentes, quędam autem sunt in toto corpore commixtæ.

Quod vnus sensus communis, complectitur omnia sentiendi organa. Cap. IX.

VNica virtus sensitiua vnit omnia organa sentiendi, defluens in ea per sensus proprios medios, quorum obiecta cognoscit, ac discernit, atque existit indiuisibilis, neq; operatur per vnum solum instrumentum propter magnam spiritualitatem. Quare omnes sensus terminantnr ad eam, sicut omnes lineæ a circunferentia circuli ad centrum. Et cognoscit simul, ac in momento omnia, in quæ ipsi sensus feruntur. Omnis enim sensus proprius, discernit solum species obiecti proportionari. sicut visus albedinem, & nigredinem, & cæteros colores. auditusque sonom acutum, leuem, grauem, & tardum, & odoratus fœtorē, ac reliquos odores. Gustus dulcedinem, & alios sapores. Tactus asperitatem, & lenitatē, Sed ista virtus spiritalis communis sēsibus, discernit sensibilia eorum, & species singulorū, & refert illa ad imaginatiuain, quæ eadem format, ac componit ad libitum. deinde etiam refert ad memoriam seruantem ad vsom oportunum, quæ adhuc cogitariua trahit. Et sunt omnes hæ virtnes spiritales, & operantur per se, sine organis corporalibus manifestis.

Quod Anima non est in corpore, vt in loco, nec virtus in Organo, vt in loco. Cap. X.

OPortet scire vtrum his virtutibus animæ memoratis aliisq;, adsint loca in corpore, an non? Dicimus enim qnod situs virtutis animæ, cognoscitur esse in ea parte corporis, in qua operatio eius manifestatur. Et virium animę, quædam minime indigent locis. vt inexistant illis, sed potius, vt operationes eductas in eis ostendant, vt receptaculis iduneis, Anima autem est, quæ aptat operationi membrū, & virtutes animæ sunt alteræ, iuxta membrorum alteras dispositiones. Nō autem sunt aliæ simpliciter inter se, neque anima ex illis componitur, sed est simplex, & quas habet vires honorabiles, continuo influxu partibus corporis tribuit, & ob id vires non sunt animæ instrumenta. Sed, & quanto sunt nobiliores, tanto magis sunt in ipsa anima tales, quam in mēbris. Reuersi igitur ad rem primam, dicimus quod si omnis animæ vis careat loco, non differet uis exterior ab interiore, neque fiet pars corporis motiua, diuersa a sensitiua per influxum virtutis inditum, qood nullatenus conuenit. Item sequetur, quod ignoretur, quibus instrumentis, operationes animæ inexistant. Quod si quispiam respondeat uirtutes animæ quasdam, habere loca, illa videlicet

membra

membra in quibus operationes earum apparent. Rursus dicemus, quod si ira foret, non tota anima inesset nobis. Sed pars aliqua extra nos maneret, atque hoc est maximum improbabile. Quapropter narrantes asserimus, quod nulla pars animæ extat in loco, aliqua ratione, siue anima insit corpori, siue non insit. Quoniam locus ambit continetque locatum, & quicquid continetur a loco est corpus, neque anima autem, neque virtus aliqua eius, est corpus. Et quando dicimus uires animę inesse aliquibus membris, non intelligimus, quod sint in illis, ut locis. Sed quod in eis operationes suas ostendant. Aliter enim se habet corpus ad locū, quā anima ad locū. Siquidem anima continet corpus, nō autem continetur ab eo, cum sit causa corporis. Rursus autē dicimus, quod anima non est in corpore, tanquam in loco, alioquin corpus quandoque foret sine anima, atque anima ipsa subiret corpus paulatim, sicut aqua vasculum. Item locus non est in corpore, sed circum corpus, quum sit conceptaculum eius, estque amplior corpore, vt in loco. Dicimus, quod locus eius est superficies extrema circum corpus. Quare anima existet tantum in extrema corporis superficiæ, reliquum vero corpus carebit anima, hoc autem minime decet. Amplius si anima sit in corpore, ut in vase, corpus erit causa motus animæ ipsi, quod non est verum. Sed anima est causa motus corporis, nam uas motum, secum mouet rem vaseatam. Item corrupto corpore, corrumperetur anima. Quod est falsum, imo et anima est firmior, tunc. Si autem quispiam adhuc diceret, quod locus est spacium quoddam, non superficies extrema. Dicimus tanto magis animam non esse in corpore, vt in loco, quia spacium est uacuum, corpus autem non est vacuū, sed in vacuo. Quare etiam anima existens in corpore, ex consequenti existeret in vacuo, Quod est absurdum. neque etiam anima dicitur inesse corpori, ut accidēs subiectō, uerbi gratia color, ac figura corpori sustinenti, accidentia enim non existunt seorsum a subiecto incorrupta. Anima autem separatur à corpore resoluto, sine corruptione sui. Neque item anima corrumpitur corrupto corpore, sicut pars resoluitur resoluto toto, quia anima non est pars corporis. Amplius non est anima in corpore, ut totum in partibus, quoniam est maximum inopinabile, dicere animam esse totum, corpus uero partem eius. Neque etiam anima est in corpore, vt forma in materia prima, quia forma est inseperabilis à materia prima, absque corruptione, anima autem non est huiuscemodi, siquidem sine corruptione seperatur. Materia prima quoque est prius forma. Corpus autem est posterius anima, quæ facit formam in materia prima, ex illisque perficit corpus, quare nō est in corpore, vt forma in materia prima, Non enim agens est in acto, ut inherens illi, alioquin nice uersa efficeretur ab eodem. Iam igitur probatum, quod anima nō est in corpore, ijs modis quos præfati sumus.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM R. P. APPOSITVM.

In primo capite, quod anima non meminit præterita, & alia quæ ibi sequuntur. Fuit error quem errorem repetit cap. 6. & 7. quoniam anima conseruat species hic acceptas.

In 5. cap. nimis tribuit intellectui, dicens eius intellectionem esse substantiam, cum hoc solum modo conueniat primo enti scilicet Deo.



LIBER



LIBER TERTIVS, QVOD ANIMA NON EST CORPVS.



CAPVT PRIMVM.



VM hactenus absoluerimus præponenda de intellectu, & anima vniuersali, rationali, sensitiua, ac vegetatiua, necnon de naturis secũdum ordinem suum, per signa ostendentia veritatem Philosopho. Sollicitantia autem alios ad inquisitionem, speculationemque vtilem facientia. Nunc explicabimus essentiam animæ secũdum stilum priorem. Exordiamur igitur recensentes opinionem credentium animam esse corpus. Item asserentium eam esse compositionem accidentem corpori, partiumque ipsius vnionem. Reprobantes vtrosque, detegentesque illorum in rationibus fallacias. Atque in hoc narrabimus, quicquid ad manus nostras peruenit, ex ijs opinionibus. Dicimus igitur, quod operationes apparentes in corpore, proueniunt a uirtute, quæ agit mirum in modũ, non ab ipso corpore. Quod patet. Quoniam cum in omni corpore sit quãtitas, & qualitas. Quantitas est, alia a qualitate. Impossibile est enim corpus esse sine quantitate, quod etiam illi confitentur, non autem sine qualitate. Itẽ quo modo possibile est, qualitatem esse corpus, & eandem non cadere sub rationem sensibilem. Siquidem omne corpus subijcitur quãtitati, non autem qualitas sensui. Quare cum nulla qualitas sit corpus, opinio, quod anima sit corpus est vana, & falsa. Dicimus etiam sicut antea, quod omne corpus (ablata particula) minuitur, qualitas autem remanet, quoniam magnitudo libræ mellis, non est æqualis magnitudini semilibræ, est tamen æqualis dulcedo. Quod si quis adducat, virtutem augeri, aucta quantitate, minui autem, minuta. Respondemus, quod imo contrarium videtur. scilicet quod corpus est paruum, & virtus fortis, quare qualitas, seu uirtus, non est ipsa quantitas, sed alia ratio quam corpus, uel corpusculorũ congeries, qua non sapit nisi naturam materię corporisque, alioquin qualitas non operaretur. Quod si dicatur a quopiam, animal (sanguine omni spirituque egresso) moti, & si anima sit essentia alia a sanguine spiritque, quare ijs excedentibus animal perit. Respondemus, quod quamuis humores non viuificent animal, sed aliod, tamen animal indiget illis, vt viuat. Et humores se habent ad animal, vt anima ad corpus, anima igitur regit eos, aptatque formæ corporis. Siquidem cum corpus sit resolubile, si anima non restauraret illud per hos humores, non subsisteret diutius. Quare consumptis elementis, non remanente materia animæ pro corpore seruando, animal corrumpitur. Sunt igitur humores materia animalis, anima autem est causa efficiens. Patet adhuc, quoniam animalia quædam carent sanguine, quædam vero etiam spiratione, quibus nihilominus inest talis natura. Impossibile est, enim animal existere, absque anima. Præterea si anima sit corpus, impossibile foret, ipsam diffundi per vniuersum corpus, & omnes partes vnire. Item si anima foret corpus, contemperatum commixtumque ex elementis corporis, anima non esset in actu, sed in potentia, sicut ipsa elementa, & corrumperetur sicut ipsa cõmiscenda corrumpuntur secundum substantiam. Ceu dulcedo quando commiscetur amaritudini, vnom corpus etiam commixtum alteri constituit aliquid maius, anima autem inexistens corpori non reddit ipsum maius. Sed tantundem extat. Item patet, parte corporea disiuncta a corpore fit corpus minus, anima autem a corpore separata corpus augetur tumescens.

melcens. Amplius existente omni corpore resolubili anima non est corruptibilis. Ergo non est corpus. Item corpus unum compositum alteri, non penetrat totum ipsum, anima autem penetrat omnes partes corporis, corpus etiam est diuisibile in infinitum. Anima autem minime. Amplius cum opinantes animam esse corpus, asserant. Omnia agentia esse corporea. quaeritur an quolibet agens sit generabile? & si ita? Igitur vnum genitum est ab alio, & sic in infinitum. Quod est absurdū. Quare est aliquod agens primum, perpetuum, ex consequenti etiam incorporeum, non igitur omnia agentia sunt corporea. Quod si agentia sunt ingenerabilia, incorruptibiliaq;, sic etiam animae formatrices corporum. Ideoq; nō sunt corporeae, alioquin non existerent firmae. Quidam enimuero crediderunt, animam esse corpoream, quia viderunt corpus operari varia, calefacere, frigefacere, animam similiter agere opera diuersa, & miranda, ignorantes, quod corporea operantur non per se, sed per uirtutem inexistentem aliam a corporalitate. Et si corpora etiam agerent ex se, non tamen operationes illorum quales, sunt calefactio, frigefactio sunt similes actionibus animae, quae sunt cogitatio, speculatio, desiderium, obseruatio iustitiae. Vis enim talium effectrix est alia quā substantia corporea. Quare praefatae opinionis autores, adscripserunt corporibus operationes spirituum, spiritusque ipsos ociosos reliquerunt. Adhuc si anima, sit corporea, penetrans corpus, pertransiret partes infinitas, quod est falsum. Siquidem impossibile est partes infinitas esse in actu, aut si non pertranseat omnes corporis partes, non penetrabit ex consequenti totum corpus. Penetrat autem anima totum corpus, cū sit eius causa, ob idque maior, neq; penetrat incidendo singulas partes, cum sit incorporea, sed alia ratione meliore. Et si dicatur, quod anima est spiritus naturalis refrigeratorius, qui ex commixtione elementorum per subtiliationem aliquarum partium resultauit, est magnum mendacium, quoniam calor elementaris, pluribus animalibus dominatur, quibus inest anima absque huiusmodi spiritu refrigeratorio.

Quod anima non est complexio, & qui sit ordo rerum vniuersi.
Cap. II.

SI qui dixerint naturam esse priorem anima, & quod anima fiat ex commixtione naturarum differentium, sequitur maximum inopinabile apud sapientes. Videlicet, quod nobilius sit posterius ignobiliori, quod est falsum, & impossibile. Inter entia creata enim intellectus est primus, deinde anima, postea natura. Atq; omne inferius est ignobilius, omne autem superius appetitum, est nobilius vniuersaliusque. Et si etiam dixerint intellectum esse posteriorem anima, eadem ratione sequitur summum creatorem existere posteriorem intellectu, sed & generabilem corruptibilemque, quod est falsum, neq; enim hic est verus ordo. Alioquin anima, intellectusqs, atq; aliud nō existerent. Ea propter, nos asserimus, Quod Deus creauit intellectū primum, & cōstituit procreatorem rerum aliarum. Creauit autem eum, medio verbo quodammodo. Neque enim inter ipsum, Deum, & intellectum, aliud medium intercidit, nisi verbum. Quod certe etiam fuit coagens intellectus. Intellectus autem fuit causa animae. Anima uero causa naturae. Natura denique principium indiuiduorū generabiliū, vniuscuiusq;, subinde medio agente altero. Deus autem est causarum omnium autor, ratione qua eas produxit ex nihilo, insequtq; intellectui contentas ab illo sub forma vniuersali, quas postea educit pro tempore, aliquando cum medio, secundum illarum captum, ordinemq; nisi quod una extat inter causa alterius. Deus igitur est autor omnibus causis, & quod existāt, & quod causent, tantumque producendo, differentia quaepiam inter illas cadit, quod est autor alicuius causae, sine media alia.

Quid Deus sit, & qualis. Cap. III.

QVod Deus existat, demonstratio memoranda haec est. Quoniam non est aliquid in potentia, quin aliud sit in actu. Aliter enim non exiret ex potentia ad actum. Siquidem potentia non est aliud, quam possibilitas actus, nec potest existere actu ex seipsa, quia non deeet, quod aliud sit agens, suae existentiae. Agens namque est prius actu. Falsum est enim aliquid esse prius, ac posterius seipso, eadem ratione. Quare si potentia ducatur ad actum, necesse est aliquid esse in actu mero. Quoniam non extat aliud, a quo actuetur, atq; hoc est ens necessarium, perpetuum, intrāsmutabile, indiminuibile, inalterabileque. Omnes quoq; actiones proueniunt ab ipso, & quicquid fuit sub potentia conuertitur ad actum praecepto eiusdē. Ipsum quoq; extat inalterabile, quoniā est improductile, atq; hoc, quia existit necessario in actu ex essentia sua. Imo est ens uerum, atque etiam supra ens. Propterea quod, ab eo entitas pendet, & in ipso seruatur, ad illudque reuertitur, nec est imaginabile quod sit in aliqua potētia; alioquin indigeret altero producente ad actum. Et omne aliud ab ipso cogitatur esse in potentia priusquam

 actu.

actu. Nam priuatio est prior entitate, potentia litas necessitate. Est autē indiminuibile, vt pote ens verum absolutissimum, non conuenit alij in aliquo cōmuni. Sed est ens prius quolibet proximo, cum sit agens omnium est necessariū, per quod describitur. Scit omnia præterita, præsentia, ac futura, sub una ratione immotus, quoniam scit illa quatenus est autor eorundem. Res autem sciuntur ab altero, quatenus cernuntur. Item ducit aliquid ex potentia ad actum, cōtemplans seipsum, non aliquid exterius, semper inalteratus, quia est summus actus. Creatura autem est impermanens, quia corruptibilis, tum & retentilis ad potentiam, atq; hoc, quia generabilis. Existens uero actu, est nobilius existente in potentia, namq; extat actu, postquam fuit potentia. Ensq; potentia, non est ens verum, & si huiuscemodi possibile dicatur ens late, non uere appellatur ita. Quare probatum est, quod actus est melior potentia, & vniuersalior, differensq; a natura corporea, ut pote intransmutabilis, quodque intellectus, & anima, sunt priores, quam natura, quoniam hæc est vtriusque opus

Quo ordine qualique ratione res producantur, & quo modo Deus agit. Cap. IIII.

PRæterea sciendum, quod anima existens actu, causata est ab intellectu. Intellectus autē etiam existens actu productus est a principio primo, qui immittit animæ formam potentiamq; receptam ab ipso principio primo inferente illi rerum productibilium vniuersitatem. Anima porro solum operatur circa materiam primam, (media natura cœlesti,) quæ est honorabilis. Intellectus autem circa animā sine medio, idemq; circa naturam media anima. Namq; anima efficit formam in materia prima. Intellectus quoque efficit formā in anima. Omnes autem formę insunt intellectui, cō gestæ a summo illo principio insitæ, concreatæque. Amplius intellectus seruat formas in anima, & anima seruat formas in materia prima, quoniam vterq; operatur illas. Supernus vero eorum conditor, est ens bonum, absolutum, verumq;. Ideo facit res existere. Nouans ipsarum formas, & operatus omnia secundum essentiam (quia existit ens uerum actu) aliquid certe sine medio, aliquid cum medio, nouans autem res, rerumque formas, ut actus verus absolutus, speculatur essentiam suam, agitque momento. Intellectus autem existens actu, cū habeat ipsummet actum superiorem, sumit ab eo vim immissam, ideoque seruat opus suum, vt assimiletur agenti, qui est actus absolutus, idest essentia vera. Intelligensque aliquid, respicit illum actum superiorem, agitque opus perfectum, quia agēs per vim immissam ab eodem, tāquam illemet agit. Anima pariter quoniam sumit influxum virtutis ab intellectu ad agendum, imitata ipsum intellectum, & respiciendo ipsum, operatur, per eumque influit alteri. Agēs namq; verum est actus absolutus, essentia, ac sapientia perfectissima, & tale ens agit contemplans essentiam suam solam, quia nihil existit aliud ab eo, quod non processit ab illo. Hoc vnū existit per se, & producit omnia alia, ac dirigit producta, seruatq; permanētia. Sed, & mouet a se eadem, ad seq;. Hactenus igitur probatū est, quod intellectus est prior quam anima sit. Anima autē prior natura. Natura quoq; est prior generabilibus, corruptibilibusq;. Et deniq; conditor omnibus, principium cuiuslibet agentis actionisq;. Qui prius creat, deinde perficit, unico tamen momento incohat, firmat, terminat. Creauitque uniuersum absque causa altera excitante, præcipiente ve. Cumque omne aliud agens operetur ad aliquid, ex consequenti solus iste est agens verum.

Quo modo anima est in potentia, quodque non est harmonia. Cap. V.

REuertentes ad propositū. Dicimus, quod cum anima sit ens actu, impossibile est eam dici ens potentia, nisi cogitemus ita dici, quoniam est producta, ut prius dictum. Quodque in quolibet producto sunt actus, ac potentia, & quod ens actu, re diminutū est, ipse vero Deus, principium rei translatilis ex potentia ad actum. Intellectus porro atque anima non dicuntur in actu, & potentia, quia producantur etiam mora temporaria, atque alternatim, vt corpora generabilia, & subinde corruptibilia. Siquidē permaneut, per petuoque existit. Vnde etiam hac ratione anima, nō est spiritus, nec corpus aliud quale libet omnino, sicut, & superius probatum, quod quamuis aliter a nōnullis narratum sit, tamen quod nuper a nobis scriptum est, satisfaciat. Quod si adhuc dixerit quispiam, animam esse aliquid vltra naturam corporum. Exploremus, & nos istud, ac quid sit talis compositio corporis per quam anima describitur. Pythagoricæ etenim sectæ quidam dixerunt, quod compositio corporis, est similis compositioni cytharæ. Quandoquidem sicut (chordis cytharæ tectæ, secūdumq; proportionem tensis) cythara admittit harmoniam, cytharedo pulsante. Ita etiā humoribus contemperatis resultat corporis totius cōplexio vera, per quam anima describitur. Hic aūt sermo videtur impossibilis, cuius rationibus (quanquā fortibus, ac euidentibus) respōdebimus abunde improbātes. Etenim aia est prior compositione

compositione corporis, quod & ipsi fatebantur. Siquidem ipsa fecit huiusmodi compositionem sibi aptam. Anima item dominatur corpori, prohibetque operari plura secundum naturam corpoream, compositio neq; dominatur corpori, neq; prohibet operari secundum naturam corpoream. Sed, & anima est substantia, compositio autem non est substantia, accidit enim humoribus contemperatis. Item quando corporis compositio est optima, corpus ex consequenti est sanum, atq; indoleos. Non tamen semper ita se habet, quando anima est optima. Amplius si anima sit cōpositio quum variorum membrorum sint compositiones variæ, vni corpori inerunt plures animæ. Quod est absurdum valde. Adhuc si anima foret compositio corporis, fieret a seipsa, nam compositio partium corporis fit ab anima. Nō enim a seipsis, quom fiat ab aliquo priori. Sicut etiam compositio cordarum quam sequitur concentus organi musici, non fit a seipsa, sed a musico. Cordę siquidem componuntur, non autem se componunt, quæ est operatio ignobilis. Similiter si anima, sit compositio corporis, cū hæc fiat a corpore, sequitur quod anima fiat a non anima, quodque entia sint inter se priora comparatu solo, non producitur autem forma absque anima formatrice, alioquin fieret a casu, quod est impossibile rebus particularibus vniuersalibusque. Anima itaque non est compositio corporis.


Quid sit Anima. Cap. VI.

SI dicatur, quod ueteres Philosophi concorditer asseruerunt animam, esse actum corporis Physici organici, quodque actus nō est substantia, quia inhæret substantiæ, anima igitur non erit substantia? Respondemus, quod oportet huiusmodi rationem examinare. Actum ergo hunc Attici quidam, aliter entellechiam uocauerunt, Philosophique idem dixerunt, quod anima est corpori quadam proportione, sicut forma materiæ, quæ corpus fit, nisi quod anima non est forma corporis, quatenus est corpus tantum. Sed est actus corporis Physici organici, potentia uiuentis. Iamque probatum est, quod actus corporis est substantia, non accidens. Ea propter autem dictum est, corporis physici (distinguendi illud gratia) ab artificiario quale pingitur. item potentia viuentis, ad discernendum ab inanimatis, qualia sunt lapis, & ferrum, & similia, quę quamuis sint corpora physica, tamen non sunt potentia viuentia. Additum etiam organici, idest habentis instrumenta exercendi opera uitæ, qualia sunt cerebrum, cor, iecur, mēbra principalia. Actus quoque est duplex, quidam seperabilis, sicut nauta nauis, atque ęques equi, quidam inseparabilis, sicut caliditas ignis, frigiditas niuis. Actus igitur separabilis non corrumpitur corrupto subiecto, inseparabilis autem corrumpitur. Anima itaque est actus separabilis, corporis physici, non enim corrumpitur corrupto corpore, ut iam ostensum. Actus rursus quidam est, perfectio materiæ suæ, ut caliditas ignis per quam existit, quidam agit perfectionem, ut faber domus, anima est actus corporis physici, non quia sit perfectio eius, sed quoniam agit perfectionem in eo, vt puta sensum, intellectum, imaginationem, & alia opera. Siquidem corpus ante animationem est imperfectum, nō est autem anima perfectio corporalis, alioquin foret diuisibilis corpore diuiso sicut figura statuæ secatur dissecta statua ipsa.

Quod anima est actus separabilis. Cap. VII.

ANima non est perfectio vnius membri, vt visus oculi, quia perfectionem singulorum membrorum agit, & corruptis ijs singulorum membrorum perfectionibus, non est necessarium animam corrumpi. Sed est separabilis actus a subiecto cui inest, nō aūt est corruptibilis, quoniā habet operationes p se, sine organis corporalibus, rectas motum bonorum, contrarias corpori, discernitque sine medio omnia membra eius. Exercet autem operationes inorganicas existens munda, contemplans que res incorporales. Quare essentia animæ proculdubio restat superstes, corrupto corpore, alioquin operationes eius forent nobiliores essentia. Quod est absurdum ualde. Siquidem essentia est causa actionis. Falsum est autem, effectum esse meliorem agente. Anima etiam si sit inseparabilis actus, ut forma naturalis, quo modo in somno eleuatur a corpore sine diuisione, ad suscipiendam prophetiam, reuelationemque? Sic autem quoque in uigilia emergit a corpore, reuersa ad essentiam suam, remotis a se dispositionibus materialibus, sed hoc patet maxime noctu, propter quietem sensuum, cessationemque illorum ab operibus. Rursus si anima sit perfectio corporis per quam est corpus, non moueret illud contra suum imperium, neque cognosceret, quamuisque discernat sensibilia, non tamen est similis sensibus, siquidem cognoscit rem etiam dissimilem, secundum naturę ordinem, sensus ipsi recipiunt simulacra rerum, anima vero discernit. Neque item anima specularetur incorporea, si ipsa foret corporalis forma. Sed, & si anima esset perfectio naturalis, non moueret illud appetitu

ad contraria. Præterea si anima indigeat corpore, ut existat, ac uersa uice anima communi compositione, sicut virtus, & membrum vnum non aduersaretur alteri: olim autem inuentum est, quod anima scientia plena, ac eleuata a corporeis desiderijs: aduersata est corpori, quamuis anima quandoque, bonis moribus instructa communicat eos: perficiens hospitium corporale, liberansque a detrimento, vnde illud animæ parens non odit alterum, neque aliter afficitur praue. Qua ratione etiam anima est perfectio huiusmodi, & potentia corporis, incipit diminui ab anno quadragesimo, virtus autem animæ augeri? Præterea anima hominis, non est perfectio naturalis, vt anima bruti, quandoquidem bruta reguntur instinctu naturali citra scientiam, Homines autem nequaquam tali naturæ ductu: alioquin non incumberent disciplinis. Diriguntur enim uero ab anima doctrina instituta, quæ prius fuerat informis, tantumque apta formari. Sed, & si anima sit perfectio hominis: ut anima bruti, non esset possibile hominem gubernari ab altera substantia, nec illi pareret, vtque bruta ipsa, non inquireret formas alienas a corpore: occultasque speculaturus. Amplius sicut aer recipiens omnem colorem, caret quolibet illo. Etenim si vnum quempiam habeat, non admittat alterum: Pariter aqua. Oculus quoque si contineat vnum colorem: non comprendet reliquos. Sic auditus, odoratus, sensusque alij. Ita etiam anima humana cum recipiat, discernatque omnes formas corporales: non est una quædam ex illis. Neque uero anima recipit cognoscitque formas corporales: vt brutalis communiter, ineuidenterque, sed specialiter discernit: aperteque comprendit per propriam rationem, vt colorem, odoremque definite. Quare satis probatum, quod anima hominis non est forma naturalis, vt bruti, ac præcipue, quoniam si esset talis, obsequeretur corpori inaduersata eius impetui, inclinationique, neque dominaretur illi. Præterea quoque facta corpori impressione, fieret etiam animæ similis, atque homo foret tantum sensitiuus. Siquidem actus corporalis conditio, non excedit sensum, neque vis cogitandi consulendique (quod est discere ignotum ex prænoto, collectione vnius ex altero) insistit corpori. Cumq; hoc præuiderint opinantes corporalitatem animę, coacti dixerunt, quod extat alia anima, aliusque intellectus immortalis, quodque hęc est actus, non vt perfectio naturalis passi. Sed effectrix perfectionis, quæ est anima una, quę recepta dicitur actus corporis physici organici, potentia viuentis. Nos autem dicimus non esse alteram animam supra rationalem, quæ gubernet hominem, & quod philosophi uocarũt istam, actum quia perficit corpus physicum.



LIBER

LIBER QVARTVS, QVALIS DEVS SIT.



CAPVT PRIMVM.

QVi superato corpore, sedauit sensus, affectusque materiales, depurataque imaginatione, reuersus est ad substantiam intellectus, agnosceret dignitatẽ suã, qua est roboratus ad speculandum mundum intellectualem, secundum celsitudinem eius, ideamque eius supremam, quæ est lux lucum. Bonum bonorum, Dignitas dignitatum, atque entitas entium, & ipsum mẽt ens, extra quod, non est aliquod ens, quodque existit desiderium sui ipsius, Est quoque principium, per quod omnia existũt, ac permanet esse appetibile, ad quod omnia naturaliter appetentia mouentur per naturam propriam, quæ est forma imitata. Per motum igitur illum existunt, sicut per impressionem essentiæ receptam producuntur. Iam enim alibi probatum, quod substantia naturalis existit per naturam propriam, cuius firmitas est forma, huius autem firmitas est imitatio sui exẽplaris. Quare omnia appetũt illud. Appetentia mouentur ad ipsum. Mota efficiuntur ab eodem. Quodque est omnino immobile, sed mouẽs omnia, motu per quem existunt, donec perueniant ad motorem unũ, supra quem non est aliquis. Ideo hic primus conditur, est principium omnibus essentiæ, ac permanentiæ, siue quo nihil existeret.

Etiam materia est producta a Deo: quodque moueatur ad illum, & quomodo probetur.
Cap. II.

DIcet forrasse quispiam, quod substantiæ ad quam resoluitur omnis forma naturalis, nõ inest motus talis proprius, quoniam motus fit per desiderium, illi autem nõ inest desiderium. Quare si non est mobilis, non etiam est secundum essentiam producta, sed compositum. Ipsa autem est causa omnis motus. Huic respondebimus, quod ita sentiens errat. Primum enim simplex ad quod resoluuntur omnia alia, nunquam caret omni forma propria, per quam res existũt, alioquin vacuum formis non subsisteret. Sed cum aufertur una forma, succedit altera, quare recipiendo subinde formam a primo motore, efficitur etiam ipsum. Qua propter sapientes adhuc iam dixerunt, quod materia prima mouetur motu, qui est receptio formę, & quod appetit formam, ut imperfectum perfectionem: puta oculi visum, fœmina marem. Ideoque mouetur, quodam motu, qui est appetitus formæ recipiendæ. Et receptiuitas formarum, est ratio per quam illæ est ens. Ita, quod si auferatur talis natura recipiendi, non subsistet, neque intelligetur. Et si dicatur quod subiectum, adhuc resoluitur ad aliam dispositionẽ simpliciorem, erit sermo qualis de resolutione ad mouens infinita. Quare materia etiam existit per motum, qui est actus perfectus. Est autem imaginabilis transmutatione successiua in infinitum: ab vna forma ad aliam, nec nisi cum receptione formæ est principium. Cuius inditii exemplum est, rerum solidarum uaria figuratio ad omne propositum. Quare iam probatum, quod omnis alia substantia habet efficiens in essentia, existentiaque, ac permanentia: Primum agens, quod est mouens primum vniuersale, & quod omne mobile mouetur ad illud, quodque omne factum motu, permanet etiam motu, propterea quod motus est actus entis in potentia, idest perfectio eductioque euntis ad actum.

Rursus qualis est Deus, quodque non est prior tempore alijs. Cap. III.

CONditor primus est author mundi, præcedens in infinitū immobilis. nec enim est quandoque talis, postea, qui non fuerit finis, & principium cuiuslibet entis, prius prioritate agentis ad actum omnimoda, non nisi per quod res fit, ac durat, non autem dicimus eum priorem tempore, alioquin poneremus ignobiliorem entibus quam plurimis. Siquidem vnum non est prius tempore altero, nisi quia sub tempore complectuntur vtraq;, hoc autem est impossibile ipsi, cum sit causa omnium: imo etiam substantiis simplicibus: quāto magis Deo sublimi. Tēpus namque est inferius naturaliter anima, intellectuque atque aliis substantiis simplicibus, quæ sunt causa temporis. Etenim si asseratur, quod mundus aliquando non existit (& quod tunc præfuit tempus infinitum) deinde egressus est ad existentiam, sequitur Deum habuisse authorem socialem, superioremque, excitantem ad productionem mundi. Absit autem adscribere hoc illi. Item si dixerimus, quod mundus habuit non existere tempore infinito, sequitur, vt fuerit aliqua causa altior, quæ prohibuerit productionem mundi. Quod si foret, oporteret esse adhuc aliam causam illis superiorem. Hoc autem tanto magis absurdum est Deo, quanto is intellectu, animaque, est excelsior. Cuius sublimitatem magnitudinemque & si velimus, cunctantes, narrando considerandoque, minime attingere poterimus. Eius certe essentia existentiaque, excedit omnia alia entia sigillata, pendentiaque. Quorū produxit per suam essentiam intellectū primum, sub ipsum animam, & singula generabilia. Ideo potestas humana infima, nequit istum comprehendere, nihilque attributorum eius perscire valet.

Quanta sit dignitas mundi intellectiui, & qua ratione ad illum perueniatur. Cap. IIII.

NArremus mundo paulisper pro facultate nostra dignitatem intellectus, mundique intellectualis nobilitatem, & quale sit ingenium ascendēdi ad illum (secundum essentiam) considerandum. Dicimus itaque, quod intellectus est, sicut inter pūctum circuli, quod continet, quicquid angulorum, costarum, linearum, & superficierum, aliorumq; imaginabilium ipsi, cæterisque figuris inest. Ipsum est indiuisibile ac indimensile, omnesque lineæ circuli sunt reuertiles in idem, ortę ab eo. Ideo vocatur centrū. Nominatur quoque circulus, quod omnes illas intra ortas circumplectitur, seruans vt insitas quaslibet mūdi figuras, subinde ductiles. Quādo autem dicitur, quod intellectus est sicut inter punctum circuli continens alias formas, intelligitur, quod sciētia nostra de illo habetur ab eodem, ac subintrat nos in ortu, cum vocatur indiuisibilis: sensus est, quod essentia eius non illi sufficit ad cognoscendum alia, cum sit animabus nostris appositus. Neque ideo est alterabilis a substantiis subterioribus, sed eius scientia prouenit ab agente primo ac uero. Atq; animæ particularis imago, est signum minimum ad enarrationem, cognitionemue illius, in ipsum reuersam, alioquin non esset vniuersalis, neque hic existit aliquid conueniens illi insitis rationibus, neque extat quicquam quod sit eius expressio. Ideoque non adest nobis iudicium, neque exemplum par ad illud perspiciendum. Ex consequenti qualis erit speculatio nostra illius autoris, qui est essentia ipsissima, plura, plena luce, honore, altitudine, cuius mundus est omnium nobilissimus: Quare intellectus titulos, mūdiq; intellectualis dignitatem, solum pro uiribus ingenii nostri exponemus. Imprimis recitantes rationem, qua eleuamur ad illum contemplandum. Hi mundi itaque sic se habent, quod intellectualis est superior sensibili, vtpote causa eius, virtutemque infundens, ad quod exemplum præseferunt duo lapides, quorum unus sit egregiæ sculptus, alter informis, tunc enim vnus est perfectior altero, non quatenus lapis, siquidem ambo sunt lapides, sed quatenus figuratus, cuius artificium non infuit materiæ, sed menti artificis prius conceptum quam lapidi incisum; artificium, porro inest sculptori, non quatenus est oculatus, manatus, & pedatus, sed quatenus est sculptor peritus artis, per quam iudicat agenda, formæque vniuersales illi insunt, ipse autem singulares facit & pulchras, quæ quidem habent essentiam vnicam, sed fiunt materiebus plures, corrumpunturque, formis vniuersalibus incorruptis Quare artificium est nobilius in artefice: quā in opere, neque eadem secundum essentiam præest in artefice forma, quæ succedit in lapide, sed illa permanet firma in artefice, ab illaque procedit alia in materiam, opera sculptoris infima minusq; pulchra, neque absoluta pro conatu artificis, sed iuxta capacitatem ipsius materiæ, quę plus, minusue, ad imitationem illius etiam uera existit. Forma quoq; in materia est singularis, inseparabilisque: & si transferretur ab vno subiecto ad aliud, adhuc tāto magis diminueretur. Breui ergo colligimus, quod omne agens est nobilis subiecto, hoc

cto, hoc enim superatur, illud superat. Quodlibet etiam exemplum, est melius exemplato, quoniam singulæ formæ bonæ proueniunt ab vniuersalibus prioribus altioribusque: Artificiales quidem ab ea, quæ inest animo artificis, & quæ est melior illa, quæ facta est in marmore. Enimuerò ars ipsa respicit intellectum, siquidem constat perpetua, quoniam æmulatur naturam, quæ adhuc necessario perseuerat similis, quia imitatur alterum videlicet intellectum superiorem. Neque enim artifex operando, solum sequitur artificium factum, sed ascēdens sumit a natura simulacrum, per quod opus reddit pulchrius. Et si forte naturalis forma, quam effingit, sit imperfecta, ipse perficit, imitatione intellectualis, secundū tamen aptitudinem materiæ suscipientis. Vt si artifex velit facere imaginē Iouis, non respicit aliquam formam sensibilem, sed cogitatione supergressus, pingit illum effigie omnium pulcherrima. Vnde si ipsemet Iupiter se visibilem formaret, non alia, quam ea (qua artifex) similitudine exprimeret.

Propter quid, ars naturaque faciunt pulchras formas, & in quo sit pulchritudo.
Caput. V.

Explicandum nobis hic, quo modo ars, atque Natura efficiunt pulchras formas, ultra facultatem suam, potestatemq; materiæ. Imprimis igitur pulchritudo animalium non consistit in sanguine ipso, siquidem hic inuenitur in omnibus eiusdem speciei indiuiduis (quæ sunt proxima) similis. Atq; aliter nemo uisu testari potest. Et nō sunt animalia illa æq; pulchra neque sanguis etiam seruat proportionem in qualibet animalis specie. Quædam enim sunt sanguineæ, quædam vero existunt diuersæ, quomodo igitur sunt omnes pariter pulchræ? nec omnes æque sanguineæ? Pulchritudo item consistit in colore figuraq;, oblectantibus moderatisque, Sanguis autē, qui quom sit simplex: est vt materia animalis, nō figuratur, nec oblectat. Non est igitur ratio pulchritudinis vlla. Porro indutus luce boni recepti, qui nouit speciositatem mulieris fuisse occasionem belli maximi diutinique, inter græcos, & hostes, quodque homines illi sunt formosi, quorum aspectu visus nunquam saturatur, scit postremo, vnde etiam cōstet intellectualium pulchritudo. Etenim fortasse contingit aspici humanam formam inculpabilem inenatrabilemque atque hæc processit ab agēte in subiectum, sicut artificialis ab artifice. Cumque insit, forma artificialis quidem est bona, sed naturalis est melior. Cuius subiectum existit materia prima, atq; illa quæ subsistit in virtute agentis: extat etiam melior. Siquidem huic formæ primæ, non subest materia. Quod autem pulchritudo non proueniat ex subiecto hinc patet, quoniā alioquin tanto maior foret pulchritudo, quanto subiectum est maius. Videmus autem, quod forma parui corporis, quandoque oblectat aspectū æque, & forsan etiā magis, quā magni. Qua propter pulchritudinis non est ratio corpus, sed fulcimentū, cuius argumentum, quod sine illo nequit videri. Cumq; eodem subintrās cognoscitur, subintrat autē nos per visum. Qui cum etiā solum consideret formam, vt iam probatum, Pulchritudo consistit in anima tantum: quā magnitudo paruitasq; subiecti, non prohibent percipi, perceptamq; unà comitantes cognoscuntur. Rursus agēs, aut est nobile, aut ignobile, aut medium, atq; existens medium quidem nō operatur alterum, neutrum enim magis efficit, & si fuerit pulchrum, opus illius fiet pulchrū. Quod si opus naturæ extet pulchrum, intellectum esse pulchriorem oportet. Latet autē nos pulchritudo naturę, quoniam interiora corporū non intuemur, sed tantum exteriora aspicimus, pulchritudinem superficiariam mirantes, quare si nitamur speciositatem intrinseca fiet ignobilis ac despicabilis. Etenim interna mouent, ipsum intellectū natura honorabilem, sicut effigies excitat inspectorem ad authoris absentis cognitionem. Ea propter cum interiora corporum moueāt intellectum, sequitur profecto, quod insit illis pulchritudo a natura, atq; intellectu, Plures etiam formæ incorporales sunt pulchrę, suales Mathematicę figurę, lineares, mulierumq; imagines speculares, ac notiones animæ, quæ certe sunt euidenter pulchræ. Vtpote animæ, indices, & similes. Amplius si hominē tectum extrinsecus tantū circumspicias, non deprendes eius pulchritudinem, & si putaueris eum deformem, errabis citra ueritatem iudicans, quod si eundem medullitus introspicias, merito dices formosum. Nam speciositas uera subest intus. Plures quidem propter ignorantiam prædominantem, intellectumque submersum desiderant pulchritudinem extrinsecam, ideoque non assequuntur illam interiorem; Ex consequenti non etiam quærunt sapientiam archanam: propter Theorematum subtilitatem. Qualem nos scripsimus in hoc libro Tituli Philosophię Mysticæ: quod vulgus ista indignum existat, neque ingenio attingat. Quod si quispiam dicat, pulchritudinem inueniri in corpore: etiam dicimus quòd illa est naturæ; Sed enim pulchritudo Animæ existit melior, ut a qua formositas naturæ procedit.

Quo

Quomodo pulchritudo animæ cognoscatur, & Quod Deus agat per essentiam. Cap. VI.

PVlchritudo Animæ suæ in uiro recto deprendetur; Si is auersus a qualitatibus, materialis, se se ipsum etiam actionibus probus gratisque decorauit. Tunc etenim lux prima infundit ei lumen suum: insignitque eiusdem animam ac illustrat. In quo statu ipsa speciositatem suam agnoscens, (a quo illa peruenerit) discit, neque alia indiget, quæ id exprimat scientia, siquidem noscit per intellectum. Lux autem prima non inexistit illi: verum subsistit in essentia sua: ob id influens animæ per intellectum medium, circunscriptis omnibus attributis aliter, Siquidem omnia agentia, reliqua operantur per attributa inexistentia) non per essentiam. Etenim agens primarium agit non per attributa quæ non insunt ad id neque in illo multiplicantur ullo modo, sed operatur per essentiam. Ideo extat agens principale efficiensque pulchritudinis primariæ, intellectus, atque animæ. Agens namque primum, quod est vnicum, est omnino impurificabile ac in alterabile, nec recipit, quicquam ab alio, & omne aliud impossibile est, quod non recipiat ab illo. Agentia quoque omnia coniuncta alteri, in specie operantur circa alterum. Sed agens primum agit sine subiecto, atque per solam virtutem essentiæ suæ. Ideoque dicitur intellectus æternus, non temporarius, quoniam illi non inest inquisitio rationalis, neque intellectus possibilis. Et nos quidem apponeremus exeplũ huius sensibile: sed id non foret cõueniens proposito, quandoquidem est ex rebus alterabilibus. Ideoque dissimile rei æternæ. Supponendum igitur exemplum intellectuale. Ac ut vnum frustum auri indicaturum aliud, si fit immundum, præpurgatur simpliciter, vel ex conditione, vt fit aurum verum, non illud superficie tenus apparet, sed interius descriptũ attributis omnibus. Ita modo, non minus faciendum nobis, conãtibus indicare essentiam primam per intellectus simulacrum, vt non accipiamus ad id nisi intellectum optimæ depurgatum. Quem si nitaris scire oportet quæras in spiritalibus: siquidem talia sunt pura, inenarrabiliterque decora. Propterea etiam omnia existunt intellectiua, quibus quando contemplatus fueris eris persimilis, nec amplius concupisces intueri virum iustum, quatenus est corpore pulcher. Sed intellectu. Etenim spiritalium pulchritudo est maxima, siquidem intelligunt incessanter, inuariabiliterque, ac sincere. Ideo etiam notuerunt, non ut humanitus inuenta, sed vt diuinitus reuelata, atque eadem superstãt tam excelsa, vt nulla uirtus speculari queat, nisi intellectualis.

De speciebus entium spiritalium. Cap. VII.

ESsentiis spiritalibus etiam aliquot certe subsunt species, quarum quædã sunt cœlestes, in ipsis stellis præcipuæ locatæ, quod earum operationes in illis appareant. Aliæ sunt cęlestes per vniuersos orbes indissitualiter locatæ, quia existunt incorporeæ, neque stellis tantum, sed spheris totis indifferenter præsident. Quod si quæratur, an sit aliquid in hoc mundo sensibili, quod non existat in illo intelligibili? Dicimus, quod sunt inibi cœli: Terra, Mare, Bruta, Plãtæ, Homines, & deniq; cuncta hic existentia. Sed nihil ibidem existẽs est terrestre. Ac etiam spiritus illic morantes concordant hominibus conexistentibus. Neque enim vnus expellit alterum, neque alter expellitur ab altero: nec sibi inuicem aduersantur. Sed omnes unà socialiter conquiescunt. Siquidem autor eorum est vnicus, sicut antea, atque essentia consimilis, ii quoque subsistentia contemplantur. Non generabilia, corruptibiliaque: & vnus quisque contuetur essentiam suam, in essentia alterius. Quoniam spiritus ibidem existentes sunt perlucidi, nullatenusque intus obscuri, neque item contigui: neque diffiti, ac vnusquique eorum lux est perspicua alteri, neque quicquam vnius latet alterum. Siquidem horum speculatio non fit per oculum corporeum: superficiatum alterabilemque, recipiendo colores, sed per intellectualem, qui vi sexta communit in sensum vnum: vires sentiendi, quinque instrumentis discretas. Nec enim inter centrum circuli intellectualis, & lineas, ab eo progressas ad circumferentiam, est distantia mensilis.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM APPOSITVM.

Cap. 6. cum ait ens primarium non agit per attributa, sed operatur per essentiam, quod & repetit inferius, intelligatur sano modo.

LIBER QVINTVS.

CVR DEVS CONSTITVERIT VARIA ORGANA SENTIENDI.



CAPVT PRIMVM.

Conditor primus dimittens animas in mundum generabilium, apposuit eis organa varia singulis potentijs ad sentiendum accommoda, vt animal sese tueretur ab offendiculis exterioribus, præsentiens aliquid noxium, declinando ab illo antequam lædatur. Conueniens autem prosequendo, atque hæc instrumenta sensibus apponens prouidenter, sublimis conditor, conuenientiora hominibusque, quam brutis dedit, neque instrumenta prius. rursus deinde organis sensus annexuit, sed vtrumque simul contulit in ipsa prima animalis constitutione, prædictam ob causam. Si diceret autem quispiam, quod Deus præuidens animalia fore peregratura, loca calefacientia, aut frigefacientia: aliterue alterantia, ne corpora illorum corrumperentur, statim apposuit eis sensum, & vnicuique sensui idoneum organum? Respondemus, quod sensus adfuerunt, animabus prius, posterius organa, animalia, vero sensoria, & sensus tribuit simul.

Quod Deus non agit per deliberationem. Cap. II.

Si Deus concreauit sensus animæ, quando eam primo creauit, videtur sensus inesse illi, priusquam descendat ad constitutionem animalis. Quod si ita sit, descensus animæ foret naturalis, & fundatio inchoatrix sensuum fuisset in mundo intellectuali, absolutrix generatio in elementario. Quare si anima fuisset producta non per seipsam, sed vt versaretur in habitaculo ignobili, despicabilique, atque afflictionibus referto. Ex consequenti etiam a primo authore per consultationem, cogitationem, ita directa. Dicimus autem, quod Deus, non agit per consultationem, seu deliberationem cogitationemque: alioqnin haberet aliquid prius. Cum sit autem ipse ens primum non est aliquid eo prius, sicut postremo non adest posterius. Cogitans enim ex aliquo priore semper cogitat. Præterea ex principiis cogitat conclusiones, principia sunt cognoscibilia per sensum, intellectus autem nil cognoscit sensibilium sensu, quia orsus ab intelligibilibus, in eisdem sistit. Quare improbabile est eum descendere ad sensibilia per cogitationem, vel consultationem. Tanto minus igitur primus conditor proculdubio non indiget cogitatione, neque consultatione, ad gubernandum animalia, vel quicquam mundi inferioris, & superioris. Res autem per cõsultationem cogitationemque ita fiunt. Quod quom omnia fuerint producta in sapientia entis primi, sub ratione propria, alterique incommunicabili speciei. Nec alius sapiens, qualiscumque cogitans, rem æque similem, & rectam faciet. cogitatio adminiculatur ad ea, quæ nondum existunt facienda, dum aliquis cogitat priusquam agat. Quia enim non potest coram intueri illud antea, quam fiat. Ideo oportet ipsum agentem prænoscere quale conueniat esse faciendum, quod deinde ita factum, non erit dissimile præcognito; ac cum aliquid efficit aliud. Agens per solam essentiam, non oportet, quod prænoscat quale debet esse faciendum, quoniã solum efficit

tale, quale conuenit fore. Qua propter non etiam indiget alio coagente, nec cogitatione ad producendum aliquid. Vnde reuersi ad propositum dicimus. Quod animæ in mundo suo prius, quam ad constitutionem animalium descenderent, fuerunt sensitiuæ, sed sensu intellectiuo. Constitutis autem animalibus, inexistentes sunt etiam sensitiuæ, sed sensu corporali, mediæ inter intellectum, & corpora. Recipiunt enim ab intellectu uim sensitiuam, quam immittunt corpori eandem, nisi quod immissa corpori inest modo alio, videlicet sensuali. Nam anima quandoque auersa a sensu, conuersaque ab intellectum, corporalia faciet euadere spiritalia, præparans ea admissioni intellectus ad cognoscendum. Quandoque autem viceuersa spiritalia facit esse corporalia.

Quale est Dei opus. Cap. III.

OMne opus, quod autor primus efficit, est perpetuum: absolutumque. Siquidem ipse autor, est agens perfectum, & nullum posterius eo est agens, nisi productum. Quo ille est perfectior, & purior, primus factor, perfectorque, conditor vniuersi in se consistens, & ad seipsum reuersus. Ideo etiam omne agens aliud a primo, est deterius ac minus perfectum, dependensque ab illo in essentia, illud autem non pendet, ab aliquo alio. Enimuero nullum opus agentis alicuius ex secundis, quales sunt intellectus, anima, simpliciaque, alia principia, est defectum. Quanto magis igitur conuenit agenti primo, vt non sit imperfectum opus eius. Vnde cogitandum, quod sit perfectum, & constans apud ipsum. Nec sit ultimum, sed primarium, cui subsistit alind vltimum. Vocat namque vltimum, quia sit temporarium, quod tale existit, ex voluntate ipsius agentis primi. Antea vero probatum est, quod factum ab agente primo, emanet vnico momento, opus primum, vnicum secundum substantiam. Quare id non est temporarium, siquidem non extat in loco.

Quod omnia posteriora intellectu, productibiliæ sunt in eo: quodque perfecta. Cap. IIII.

OMnia posterius productibilia sunt in primate intellectu, qui (vt prædictum) existit opus proprium agentis Principis, atqueideo primarium, nec aliquid posterius est effectibile, quin fiat ab isto intellectu. Qua propter etiam quodlibet productibile est in eo firmum, nec indiget puritate, perfectioneue alia, siue sit temporarium, siue etiam intemporarium, apudque illum constat semper tale primo, quale postremo. Porro omnia alia procedunt ab illo improducto. Qui est autor causarum, cuius opus (vt præfatum) proxime si est, productibile primum, videlicet intellectus, qui seruat cæteras res in essentia. Intellectu inferior est anima uniuersalis, quæ est forma absoluta, omniumque sequentium, quibus singulis tribuit qualitatem pro conditione meliorem. Deinde extat natura, quæ est causa generationis consistentiæque entis cuiuslibet, materiæ primæ iuncti inseparabiliter. Cuius partes compactæ sunt inuicem causæ. In ipso autem intellectu producto, a conditore primo, unitæ omnes, ac indiscretæ ab eo inextensæque nondum sunt inuicem causæ. Et causata, quidem sunt euidentia, causę autem interiores occultæ, atque istarumagens adhuc occultius. Ac (ut causatū), habet causam definitam, sic quoque causa habet causatum definitum.

Quod Deus non agit per illud, quodque in spiritalibus, quid & propter quod non differunt. Cap. V.

AGens primum non agit propter aliud, quoniam non est aliud nobilius, propter quod possit agere. Vnde est agens verum. Atq; entia producta ab eo, alio ab intellectu, sunt prefigurata in producto primo, quod est forma prima, verbi gratia, in intellectu, anima. Oportet autem cognoscere eum, sicut ipse seipsum cognoscit, quod nos non facimus, siquidem nis intelligens, & essentia intellecta, tunc in eo sunt res vna. Quare nos cogitantes cognoscimus melius per ipsum intellectū essentias differentes ab eo, quam illum. Porro cum aliquid aliud ab intellectu, & intellectibili, cognoscitur per intellectum? cognoscitur per q̄d sit, ultra quid sit. Etenim talia duo differūt in rebus naturalibus materialibus: qa hæ sunt simulacra intellectus, & intellectibilium. Verbi gratia homo sensibilis, est simulachrum hominis intellectibilis. Homo namque intellectibilis est spiritalis, nullaque eius membra sunt distīta. Siquidem oculis situs, non est extra situm manus. Similiter neq; reliqua membra distant. Sed omnia sunt simul. Quare quid sit oculus, non est aliud quā propter quid sit. Taliū enim differentia accedit solis rebus partilibus, partiūq; differentiū. Præterea, quādoq; etiā insensibilibus eadā sciētia cō prēditur, quid sit aliquid & propter quid sit, ut exēpli gratia, quid est eclypsis solis, & propterq̄d est, diffinitione vna, qualis extat obscu ratio

ratio ob lunam interpositam. Quod si in re mundi inferioris quid sit, & propter quid sit, apparent vnum? Quanto magis in ente intellectibili? Quare q̃ definiturus sumpsit ꝓpter quid, vice quid, vere definiuit. Siquidem omnis forma intellectibilis, & ipsum propter, quid est, sunt idem, Neque ideo dico quod talis forma sit causa essentiæ suæ. Sed quod inquisitione deprensa, quid illa abstracta propria ratione sit, etiã simul comprehendit propter quid sit. Quare cum ratio quid est, & ratio propter quid est, existant indifferẽtes, non oportet quærere eas sigillatim. Argumentum autem, quod partes rei differant, est quoniam nomen rectum vtriusque ipsa suscipit, ac de istis nõ licet quærere per quid insint rei. Quãdo enimuero distant huiusmodi partes, tunc etiam quæri potest, ꝓpter quid insint, neq; res nomine simpliciter alterius appellatur. Differt siquidem ab vtraque, ut homo nõ vocatur oculus, neque manus. Res autem intellectibilis nomine cuiuslibet rationis suæ, appellari potest. Ideo, vt sæpius dictum, ratio, propter quid in illa, sunt eadem, quod enti corporali, quatenus est corporale, minime conuenit.

Quod quid sit, & propter quid sit in intellectu, sunt idem. Cap. VI.

INtellectus fuit productus purus, creatione perfecta, momentanea. Quare eius essentia incepit fieri, & simul facta est subito in actu, sine potentia interfluente. Ideo scito, quid sit intellectus, cognoscitur etiam propter quid sit. Etenim cum Deus, creando non cogitet, inchoans rem simul, illico perficit, essentias (vt prædictum) non intermixta potentia. Vnde neque de ente huiusmodi ab eo producto, quæritur propter quid est seorsum a quæstione quid sit. Hoc enim rei solum conuenit imperfectæ. Quod si obiciatur, contingit dicere propter quid est intellectus. Respondemus quod id dupliciter potest intelligi. Vno modo ratione agentis, alio autẽ ratione actus. Quare cum rationes intellectus nequaquam differant, vt prẽfatum, ipse suscipit nomẽ vtriusque: nec oportet quærere propter quod insit, ac noto quid ipse sit, simul & cognitum, est propter quid sit, ac uiceuersa. Autor enim uero produxit intellectum perfectum, actu sine potentia mixta, cum sit ipse perfectus, indefecte, ac purissimus, & produxit per essentiam tamquam opus proprium per verbumque, vt operationem, ac tale ens, ut propter, quid est in eo, sit itidẽ, quod & quid est. Agẽs enimuero perfectũ saliẽ est, & quale dixerunt Prisci, quorum mentem nos potẽtia explicabimus: Agẽs autem simpliciter perfectum est, quod agit per solã essentiam, sed nõ per qualitatem. Agens vero imperfectum est, quod agit non per essentiam, sed per qualitatem. Ea propter non agit actione pura, & perfecta, siquidem non inchoat, & simul perficit opus, quod cum tale est, non si notum est, quid sit, simul notum est propter, quid sit. Sed oportet noto primo, adhuc seorsum discere secundum, vt prædictum. Agens igitur primũ non est agens imperfectum, cum sit ens perfectum supra omne aliud. Ideo ex consequenti opus eius est etiam perfectum. Cuius rationes, qui attingit, exaltatur. Perfecti autem agentis omne opus est perfectum: quia eius actio est perfecta, quæ est idem quod opus seu res acta. Porro omne agens infra primum, indiget agente primo, sicq; etiam operatio eius indiget operatione agentis primi. Ideo etiam omne agẽs infra primum, imperfectum, & quælibet operatio infra operationem primi agentis, est imperfecta, atque ita omne perfectibile, per operationem primi agentis perficitur. Amplius sicut iste mundus uniuersus compositus ex rebus coniũctis, est tanquam ens vnum firmum, quod non alteratur. Sed est perfectum, quia ei nulla deest perfectio; atq; ideo notus quid sit, simul quoque cognitus est propter quid sit. Siquidem partes eius sunt eędem toti, sibique inuicẽ, nec sunt ut partes multæ, sed omnes vt una. Cum non sint subordinatæ. Quod si vniuersum est tale, tanto magis pars eius, mũdus superior ita se habet, quod omnes eius rationes sunt eędem interse, & cũ ipso apud animam. Non est enim prius inchoatus quam perfectus, sed simul. Quare noto, quid est, simul cognoscitur propter quid est. Ex consequenti non licet de eo querere propter, quid sit, vltraque situm, quid sit, postremo cum productio intellectus sit proculdubio perfecta, nemo dixerit, quod ipse sit imperfectus dispositionibus. Quare nõ etiam continetur ab eis, neque ex consequenti agendo per illas agit. Rursus quoque rationes intellectus sunt illi aptissimæ neque insuper tempore subordinatæ. Siquidem intellectui simul cõcreatæ, quare (quod sæpius repetitum), ubi notuit quid Intellectus sit, pariter etiam notuit propter quid sit, sed quid sit illi magis conuenit, quoniam rationem actus ostendit.

LIBER SEXTVS,

QVO MODO STELLAE OPERANTVR IN INFERIORA, QVODQVE NON AGVNT MALVM.



CAPVT PRIMVM.

NEquaquam oportet scribere dispositiones rerum, etiam contingentes particularibus, quando propositum sit uersari circa illas. Et nos quidem scribentes huiusmodi dispositiones rerũ, qua ratione uidelicet, quædã fiant ab eis. tractabimus per causas corporales, non animales, neque uoluntarias. Stellæ igitur sunt tanquam mediæ inter artem, & artificem, neque similes agenti primo, neque materiæ ultimæ continuanti ad perfectionem, sed nec agentibus mutuo. Verũ sunt similes bãnis terrarum ciuilibus, quæ ordinant status urbium, singula digerentia, quorum quædam dirigũt ad mores probos, oblatis præmiis, quædam auocant a malis pœnarum, minis. Stellæ etiam sunt assimiles motbis ciuium directoriis oportune in actionibus politicis. Qui quãuis sint uarij, tamen omnes ducunt ad unam consolationẽ, intenduntque bonum. Quod si dicant aliqui bãna terrarum esse signa respondemus, quod signum est uia ad opus, dictum est uerum. Siquidem probamus, quandoque primum ex posteriore, ut causatum ex causa, & simplex ex composito, quandoque autem discimus accidentia ex principio, & compositum ex simplice. Vnde etiam hinc fere iam probatum est, qd dicendum erat. Vtrũ uidelicet Stellæ sint causæ malorum prouenientiũ hic deorsum? Asserimus etenim, quod non, quia non operantur per uoluntatem, cum sint supra uoluntatem, omne autem agens bonum & malum, agit per uoluntatem, & omne agens supra uoluntatem solum, agit bonum. Dispositiones autẽ mundi inferioris proueniunt necessario a superiori, non necessitate, qua infima & bruta, sed qua spiritualia perpetua, quæ sicut uerbi gratia. Pars una animalis sentit, sentiente altera, utq; partes quidem animalis reducuntur ad dispositionem unam: sic dispositiones quoque contingentes ex mundo superiore, in eo sunt unum, uariantur autem hic. Qua propter omne quod peruenit a corporibus cœlestibus, est bonum tantum, fit autem malũ, commixtum iis inferioribus. Siquidem proueniens a mundo superiori, procedit ex uita, non particulari sed uniuersali. Ac fortasse etiam aliqua impressio naturæ terrestris facta a superiori, agit aliud, quia non est tam efficax, quam signum illud a quo prouenit.

Quod opus fascinationis est duplex, & quomodo fiat fascinatio. Cap. II.

OPus fascinationis est bifarium, quoddam enim fit ex rerum conuenientia, ac proportione unius ad alteram, quoddam autem uiceuersa ex differentia uirtutumque multitudine, quæ licet sint diuersæ, perficiunt tamen partem unam, & fascinatio quidem artificiaria est fallax, frustratur enim sæpe: neque cõsequitur euentum. Vera autem, & quę non fallit, est fascinatio sapientis. Imaginando imitans cœlum, quique pro uiribus agit. Quædam amore unius rei ad aliam ducendo, quædam autem dominio trahendo, cui adminiculantur, uirtutes ingenitæ rerum terrestrium, quarum quædam auget amorem, ac sequelam unius ad alteram, quædam passionem, & receptionem, unius ab altera. Res enim se se subsequentes sunt fundamentum fascinationis, quæ cognitæ, uehementer seruantur ad uim amoris efficacis exercendam. Fascinatio porro quæ fit uerbis suauibus, & locu-

& loquutione quadam ingeniosa, callidaque, non est opus loquentis ipsius. Sed loquutionis excogitatæ, quæ trahit vnum ad aliud vi amoris naturalis. Siquidem inneniturali qoid, quod conciliat animas locis differentes, per quandam conuenientiam inter illas mutuam, Quædam præterea sunt, quibus inest vis amoris, ita quod sentiens etiam inuitus quandoq; sequitur, vt prudens musicus, aliqnando autē gestu quidem corporis sequitur. Siquidem secundum illam eum format, non tamen ratione amat, sed sensu. Atque hæc est species fascinationis, quam non admiratur vulgus, nec detestatur ob consuetudinem, admiratur autem alias fascinationes physicas: quoniam noo oblectatur illis. Atq; ideo errat. Ac sicut musicus lætificat allicitq; audientem citra passionē rationis cum affectione sensus: sic autem fascinator trahit aliquem inuitum. Siquidem non cognoscentem intellectu, uel sensu, sed tantū percipientem per illam impressionem, quendam impetum alium quam naturalem, atque id prouenit rerum mundanarum cooperatione alteratrice hominis, vltra dispositionem pristinam. Vnde si qua compręditur impressio facta, comprenditur spiritui animali. Etenim ratio noo suscipit illam impressionem. Siquidem non sequitur. Quod si ratio quoque admioiculetur audienti, & ipse declinet ad eam, noo etiam permittet ratio, spiritum animalem, pati a musico, oeque a fascinatore, neque ab alia qualitate corporali inferiori. Et quidem vbi aliquis fascioando inuocat Solem, aliasue stellas, orās ut conagat operi opta to, non sol, ant aliæ stellæ audiunt orationem. Sed mouentur aliquo modo, sicut io corpore humano, membrum vnum mouetur percipiendo motum alterius, vtq; in cythara, (mota vna corda) mouetur altera. Sic enim adhuc quidam monet aliquas partes mundi, & propter eas aliæ mouentur, percipiendo motum illarum. Siquidem partes mundi sunt subordinatæ, secundum seriem mutuam, & qua ratione partes animalis habent consensum motuū accidentium propter magnam vnionem. Æædem partes mundi simili de causa

Quod naturæ habent vim fascinandi a cælis, quodque vir iustus non fascinatur.
Cap. III.

Res inferius sortitæ vires fascinaodi mirandas, acceperunt eas a cœlis, operanturque per illos. Ideo quoque homines fascinaodo vtuntur inuocatiooe astuta, vt ex se uideantur id facere. Cum tāmeo noo ita sit. Sed per motus, influxusque cœlorum fascinant. Siquidem prætermissa etiam huiusmodi iouocatione, ipsæ naturæ adhuc suo tempore idoneo fascinarent. Partes autem mundi unitæ naturaliter se se inuicem trahunt. Quare, (vt prædictum) fascinator inuocans, per uires naturæ aptas operatur. Neq; mirum, qnod is hōmo imprecando exaudiatur. Quoniam nō est alienus a cœlo, præcipue iustus. Quod si dicatur quandoque iniquus hausit virtutem huius modi ab eodem fonte, a quo iustus. siquidem natura tribuit hominibus æque, non discernens vnum ab altero, virtus autem alia superior nobiliorque existit, quæ discernit. Quod si dicatur mundus vniuersus, secundum partē vnam patitur, & agit secundum alteram, quæ est cœlestis, impatibilisque: operatur in inferiora naturaliter, non accidenter. Siquidem omne agens impatibile, agit naturaliter inaccidenterque, & si aliter contingat est præter intentionem potentiæ. Dicimus, quod portio vniuersi superior, quæ est primaria nobilisq;. videlicet cœlestis, agit ex se, & adhuc secundum vnā partem, patitur ab altera nobiliore, non quidem patitur, ut inferiora. Nec enim recipit impressionem corporibus, neque animabus suis factam, sed agit in inferiora corpora. animasque sine vlla imperfectiooe. Siquidem permanent ipsa firma, inuariataque. Si vero quærat rursus nunquid fascinatio agat in hominem rectum, ac purum. Etenim si habet efficaciam in res alias: tanto magis videtur, qnod & in illum. Dicimus, quod vir huiusmodi iustus, noo recipit impressionem fascinatioois, secundum animam rationalem, & si qua parte sui patitur, secundum animalem submundanamqne patitur, absque tamen, quod fascinator efficiat opus intentum: nec enim id fit, præter quod anima rationalis admittat. Quoniā fascinationis opera, quędā spiritui animali imprimuntur. Quædam aūt noo imprimūtur, nisi anima rationalis eum præparet, ita ut fascinator nitatur agere, io spiritum animalem. Rationalis autem aoima repellit actionem mortis, uel morbi, uel alterius impressionis corporalis. Et quidem anima rationalis agit in sensualem, quoniam pars vna mūdi agit in alteram, si nacta sit fidem in autore primo, & sic tunc homo euadit a fascinatione. Etenim si anima sensualis distans, recipit impressionem sermonis fascinatorij, approximatque tracta, ac cooiungitur per auditum fascinanti: quodammodoque respondet, quanto magis eadem anima sensualis, in hoc mundo inferiori, proxima ratiooali, præsto illi respondet, ac obtemperat.


Quod

Quod vir pronus cito fascinatur.
Cap. IIII.

Vir pronus ad aliquam dispositionem exteriorem, facile suscipit impressionem fascinationis, secundum illam nanque ipsam ad se trahit: nec quicquam repellit. Virum autem improcliuem ad exteriora, tantumq; ad essentiam suam recliuem, quam semper contemplatur, ac dirigit, fascinatio nõ permutat. Quilibet etiam operationibus extratijs deditus, facile recipit impressionem accidentariam fascinationis. Siquidem ob iter accedit ad eam, excitatque sui oblectamentum, vt mulierem pulchram conspectamque vir intellectualis amat, optatque sine fascinatione artificiaria. Siquidem natura ipsa fascinatoria, inclinat virum ad formam mulieris, coniungitque ambos non loco, sed affectu medio. Quidam namq; cecinerunt, quod homo pulcherlicet vnicus, tamen existit plures, quorum mens est, quod hunc conspiciens diligit, in diuulsus ob speciositatem: quare hic amatus, & ille amans sunt plures. Viro autem secum contemplanti, alienoq; ab operationibus, non contingit fascinatio, quia non coniungitur rei fascinatoriæ per sensum. Enimuero, quod homo conspiciens, & conspectus sint idem, est sermo verus, & inobliquus.

Quod aliquid moueat hominem ad aliud, quodq; deditus nimium naturalibus, fascinatur a natura. Cap. V.

Quod rerum quædam monet alteram ad aliquid, patet. Etenim Filij monent Patres ad labores, seruandi; alendique illos gratia. Quibus lætantur ipsi (quanquam fatigentur) nec abstinent, nisi assecuti uotum. Similiter quoque appetitus innatus dominandi, excitat ad itam, eiusque actiones, aliasque etiam mœstificas, & irrationales, adipiscendi illud causa. Indigentia adhuc naturæ, & timor paupertatis, quam homines, vitant ne aliquid mali contingat, sunt vnum incitamentũ ad optandam diuitiarum copiam, concupiscentia autẽ oculorum est alterum. Etenim appetitus opũ prouenit imprimis ex indigentia naturæ, quã impossibile est sine omni re externa seruare atque alere. Et si dicatur, quod vir bene agens non fascinatur? sic igitur etiam bene consulens? Dicimus, quod si vir contemplatiuus, ac probe agens non transferatur ad alia, minime patitur quicquam fascinationis. Siquidem se talem seruat, vt bonum uerum adipiscatur, & ad solum id laborat, non decliuis ad terrestria, sed intentus, ad intellectibilem mundũ: Eiusque vitam perpetuam, desiderando, procurandoque illam. Postremo etiam asserimus, quod vir agens opus malum, ignoransque tale esse, si putet esse bonum, perseuerans, & pertractus ad illud a natura fascinatus, ob pulchritudinis apparentiã. Siquidem conspiciens terrestria esse pulchra, credidit etiam existere vere bona, exquisiuitque vehementer. Quapropter affectans non bonum, ut bonum secũdum appetitum sensualem est fascinatus, tractus ad rem inuoluntariam. Amor siquidem fascinati est fixus. Qui vero non trahitur ad terrestria, neque illa prosequitur, vt pulchra, & bona, non incidit in fascinationem. Siquidem cõtemplatur bonum perpetuum, exquiritque, atque obseruat, ac seipsum speculatur, ideoq; ob hanc sublimitatem, eleuationemq; ab inferioribus, fascinationem a se repellit. Probatum est igitur (quod narrabimus) quamlibet partem mundi huius, pati a cœlis, secundum naturam aptitudinemq; suam, velut pars una corporis animalis, patitur ab altera. Quoniam unaquæque est apta moueri ab alia, & quæli bet est propria.



LIBER SEPTIMVS. CVR ANIMA DESCENDERIT IN MVNDVM INFERIOREM.



CAPVT PRIMVM.

ANima nobilis liquit mundũ superiorem, ut posteriora formet, ac regat. Quo functa munere: ac reuersa, hoc emolumenti fecit. Quod hic naturam boni, ac mali didicit, uere per experimentum, quam alioquin non perfecte sciret. Non vt spiritalia (quæ cognoscunt vitia, quibus hic inuoluuntur homines) voluptatesque: non iuxta eorum naturas proprias, sed rationes in se veras, ob suam dignitatem potentiorem ad id descensu. Namque si cognoscerent, ut animæ humanæ, vitiarentur etiam, ut ipsæ corporum communione, tentarentq; diuelli. Animę siquidem rationales, hic materię iunctæ, ideoque sorditatæ, ac coinquinatæ, discernunt talia, propter huiusmodi colligationem, quarum aliqua (cum dissoluta fuerit) si sit munda, erit fœlix intuendo statum entium nobilium, spiritualiumque, ac principalium. Et redditur perfecta ad discernendum vtriusque mundi conditionem. Porro anima quamuis hic deorsum sit pelago materiæ summersa, ex prædominio sensus, ac sub termino naturæ coacta, illustratio tamen ab intellectu non cessat. Imo iugiter illi influit. Quoniam est substantialis ei, ac nunquam vllatenus diuellitur ab illa. Sic igitur descensus animæ contulit ad discernendum perfecte experimento bonum, ac malum. omniaque mundi huius, ac naturæ suæ; dummodo supersint hic virtutes integræ, operationesque bonæ quæ inerant sibi in mundo intellectuali. Etenim si has non absolueret, proderetque sensibiliter, essent nullæ, videreturque anima adhuc continere illas, prius in seipsa absconditas. Quod si fieret, perinde foret: ac si nunquam fuisset. Ex consequenti etiam inexplicatis animæ virtutibus: mundus intellectualis, qui est altior, remaneret ignotus. Cum nanque productum aliquod speciosum, illustre, appetibileque sub obtutum ceciderit, homo circumspicit admirabundus in signum euidentia, inspectatque etiam interiora, & subinde ueneratur eius autorem, agnoscens, quod eius opus est supreme absolutum, & pulchrum: quodque ipsum est summum bonum, cuius virtus est interminata. Post autorem, autorisque opus primum. Reliqua quoque opera honorata, perfectaque abunde apparent. Siquidem cum autor (qui vnicus extat) ea produxerit, illorum insignia, quoniam sunt minime obscura, haud latent.

Si Deus non produxisset, nihil aliud existeret, & cur plura entia sunt producta. *Cap. II.*

SI ens unum primum, substitisset in essentia sua, continuissetque, potentiam, operationem, ac illustrationem, non existeret quicquã perpetuum, neque alterabile, & corruptibile, Cum autem horum entium neutrum existeret: opus autoris vnius primi, non foret principium, lumenque, ac bonum verum. Quod nequaquam, contingit. Siquidem cum ens vnum, primum, est causa vera, etiam opus illius est principium verum. Et si sit lux vera influens, recipiens quoque illam est lumen verum, si item illud est bonitas vera irrigans, irrigatum etiam est bonum verum. Quare non conuenit, quod Deus existat solus, neq; producat aliud ens nobile receptaculum suæ lucis, intellectum videlicet. Sic etiam nõ decet, quod præter Deum: solus intellectus extet, & non subsit opus recipiens eius luminis splendorem.

dorem. Ideo formauit animam. Adhuc non licet, quod sola anima infra intellectum sit in mundo superiori, neque inueniatur alterum, excipiens operationes eius. Hac de causa anima descendit, ad ostendendum potentias, actionesque nobiles vitæ. Vnde absoluta est. Siquidem natura sub opus eius est. Rursusque ipsa figurat aliud inferius, patibile, receptiuũ impressionum illius superioris attrahentis. Quoniam omne superius agit in minus inferiusque ad se tractum.

Quod nulla substantia intellectiua, naturalisue extet, quę non operetur. Qualisque ordo rerum. Cap. III.

NVlla substantiarum intellectiuarum, & naturalium existit quin operetur, præter substantiam infimam, & debilissimam, cuius actionem aliquam apparere est impossibile. Argumentum autem, quod impossibile sit substantias naturales existere inactiuas, est quod semina sata sub terra (nisi a loco circunstanti comprimantur) quoniam sunt spiritalia, & secundum aliquid incorporalia, necessario operantur vsque ad pullulationem similẽ specie adhuc propagaturã, atque id, quoniam eis insunt rationes intellectuales coniunctæ, alioquin non forent visibiles, sunt autem cum operatæ fuerunt. Viresque admirandas ostendunt. Quapropter si rationes seminales non possunt non esse actiuę, tanto magis substantię intellectuales perpetuæ, nequeunt illtes, & actiones continere, nisi habeant subiectam materiam, impotentem recipere earum operationes, aut tantum debiliter. Vnde neque valet subinde in alterum operari. Intellectus igitur immittit vim suam animæ, anima autẽ certe vniuerso huic mundo, per influxum virtutum superiorum: nobiliumque. Nec enim aliqua substantia corporea mobilis consistit, neque viuit ex se, sed quælibet pro conditione accipit virtutem, bonitatemque ab ipsa anima. Etenim autor primus produxit operationem propriam absolutam, proximam intellectui, qua dein ipsum intellectum creauit. Postea autem (cum intellectu causa inter media) produxit animam, cuius subinde uirtus influit huic mundo. Et prima figura quam impressit, fuit materia prima, siquidem est principium ex quo componuntur substantiæ corporeæ, & sensibiles. Quarum ut sensibilium quatenus est principium, mutuatur bonum formæ ex anima prius. Etenim quælibet substantia sensibilis continet bonum formæ pro capacitate ad recipiendum aliud. Atque anima ipsa quatenus materia suscipit formam ab ea: producit naturam, quæ continet potentiam propagandi, virtute huius animæ: causarumque potentium. Deinde series formarum intellectualium causantium, constitit ad naturã, in qua seuit principia progenerationis. Quæ cum agant formentque substantias, non existunt absque tali actione naturæ. Quoniam causa prima fecit einsmodi essentias intellectuales, effectrices formarum accidentialium, corruptibiliumque.

Quod mundus sensibilis est imago intellectualis. Cap. V.

MVndus sensibilis est imago intellectualis, substantiarum intellectualiũ. Exprimuntur per eum potestates magnæ, nobilesque ac perfectæ, supernæ, quæ imittunt influentiam illi honorabilem. Substantiæ quoq; intellectuales continent sensibiles, autorque primus continent intellectuales simul cum in tellectu ipso. Qui non solum est ex numero substantiarum intellectualiũ, sed roborat ipsas & sensibiles. Substantiæ autem intellectuales, sunt res absconditæ, quoniam sunt productę ab essentia prima, causa causarum, quæ produxit illarum primam siue intermedia, substantiæ autem sensibiles existunt entia alterabilia, siquidem sunt figuræ, & simulacra substantiarum occultarum, prodeuntque ad existentiam per generationem, confirmantur autem in consistentia: perseuerantq; per substãtias intellectuales firmas ac perpetuas.

Quod anima est media inter duos mundos quodque agit interius. Cap. V.

ESsentiæ species existunt duæ, sensibilis videlicet, ac intellectualis, & anima quidem in mundo superiori intellectuali, extat nobilior, atque perfectior. In inferiori autem ignobilior, deteriorque, propter corpus, cui inest. Cunque sit intellectualis, ex mundoq; superiori, impossibile etiam est, quod careat essentia mundi sensibilis, inexistentiumque illi. Quoniam natura animæ cõuenit, ac propinqua est mundo vtriq; intellectibili scilicet, ac sensibili, ob id quoq; minime decet, quod conquæratur, detestata se liquisse mundum intellectualem, & deuenisse ad istum. Sita nanq; inter ambos, quamuis sit ex numero substantiarum diuinarum, attamen cum sit finis illarum, est principium naturarum sensibilium. Porro anima contracta ad mundum naturalem sensibilemq;, nihilominus continet suarum virtutũ influxum in illum, sed adhuc infundit vires proprias, eumque insignit dotibus innumeris auferto; sæpius sordes, & vitia ue commisceãtur sollicite repulsat. Propterea mundo sensibili

bili anima influens, non tantum exterius illū insigniuit. Sed interius quoque, dum inseruit virtutes rationum introoperantium quæ explorando inuentæ, narrandoque stupefaciūt. Quod anima autem insigniat magis interiora corporum, quam exteriora, argumentum adest, quod natura illis inexistit, non circunstat: Cuius indicium, quod corpora naturalia vi interna agunt, non externa, ac superficiaria. Sic enim videmus animalia, ac plantas (quanquā extrinsecus) minime pulchras, tamen intrinsecus non prohibitas, educere ex seipsis fructus illustres, ac bonos. Ratione, atque operatione admiranda. Si anima item non inexisteret corporibus naturalibus, neque insereret rationes suas miras, plurifariam introoperans, corpus corruptibile citius cōsumptionem admitteret, neque tandiu (vt nunc) perduraret. Anima namque conspicata synceritatem, dignitatemque corporis alicuius: ipsi indidit naturā quandam, influxu suarum virium, impressitq; rationes mirandorum operum actiuas, atque so intimum corporis mouetur.

Quod anima superno in orbe melius se habet, quodque influit deorsum. Cap. VI.

ANima inexistens corpori maturat recessum, ac eius permutationem. Dein reuersa ad mūdum intellectualem supernum, cum sit versata in duplici mundo, ac gemino periciæ suæ gradu, didicerit per experimentum cogitationemque hunc. Sicut vir præditus tenui noticia allectus, eligit aliquid experiturque, roborans cognitionem, illius autem nouerit ordines supernos honorandos, (scientia uera cōstituit mundum illum existere isto excellentiorem. Sicut autem intellectus descēdens sistit influxum in anima, quoniam hæc existit portio una mundi intellectualis, (quod sæpius dictum) & præsignauit in ea rerum simulacra quæ subter illam impressit, anima ita ascendens in reditu. Consistit in causa prima, cuius impressio est intellectus. Siquidem nouit etiam per experimentum exploratiuumque quod existentia dependens in ea est dignior, nobiliorque, quam in lumine virtuteque, & aliis potestatibus ab illamet progressis. Præterea, vt ipse intellectus non subsistit in essentia sua, sed indiget robore, lumineq;, quæ cum non moueatur sursum superioribus influxurus. (Siquidem illa entia sunt autor primus, opusq; eius primum, cuius intellectus est vt lumen coactum seu compressum, sub causaque impressa, mouetur inquā intellectus deorsum, influitque suo lumine subterioribus, vsq; ad animam. Sic etiam ipsa anima (quoniam plena est lumine, & dignitatibus, in continenti dis) profluit non sursum. (Siquidem intellectus influens ingiter, non indiget eius refluxu.) Sed retrorsum deflexa, velutq; pudore contecta, deorsum immittit subiectis rebus, suas dotes. Impletq; orbem terrenum lumine, bono, atq; honore. Entiū aūt productorū ab ea optimum, perfectissimumq; existit mundus Planetarius. Siquidem est propinquior causę primę, Et quoniam anima suscepit formam ab intellectu. Dein prolata ab essentia sua motione, etiam fecit plures motus Planetarum, uoluntarios, ac naturales, & æquales, qui sunt operationes sensibiles. Quales sunt multi ordines formæ intellectualis primariæ: productę a causa principalissima. Rursus quum mundus vterque spiritalis. Moueatur secundum substantiam: naturalis aūt desiderio ad illum: anima quoq; mouetur, vt mundo intellectuali assimiletur, Cumq; ad primum imitandum, ascendere nequeat ob imbecillitatem, retrorsum detorta, (ut prædictum) ac vt verecundia cōpressa, nouauit composita ex elementis in orbe naturali, a cuius varijs uirtutibus expansis, singula receperunt corporaturæ portionem pro natura, idoneam rationibus minerarijs, similibusque alijs admittendis a sole superoriente, secundum capacitatem potentiarum.

Qualis differentia corporum, & terminus vniuscuiusque entis. Cap. VII.

COrporum igitur illud est differentius a causa prima, quod est ineptius ad recipiendum animæ influxum, illud autem est similius, quod est aptius ad eundem. Corporū quoque in motu tarditas maior, minorue existit, propter differentiam eorum maiorem, minoremue a primo uno. Et si causæ non forent secundum gradus, subordinatæ, non etiā foret corpus nihilę, desiturum secundum substantiam in corruptionem. Enimuero quū lineæ a centro circuli entium varientur, motus etiam celeritate additicia, tarditateq; diminutorie uariatur. Siquidem quanto inferior, tanto existit tarditate debilior diminutiorq; t Ac viceuersa, quanto superior, tanto velocior, donec peruentum est ad hunc mundum superuum. Omnia quoq; composita naturalia variātur, magis minusq; resolutione, consumptioneq;. Mundus porro naturalis terminatur ad ea (quæ actu conspiciuntur) corpora cœlestia ac stellatia, quæ patiuntur a causa prima sine tēpore. Intellectualis autem finitur ad formā primam. causamq; introfiguratam. Adhuc anima pariter definitur sursum ad intellectum: deorsum uero ad naturam materiamq; primā. Quæ omnia patiuntur sine tempore. quæ uero apparēt actu, & potentia sunt (exempli gratia) inanimātia, plantæq;, ac animalia, cæteraq;

vicissim passibilia. Perpetuum vero, & immobile est, vt intellectus, Temporarium, & mobile existit quale cœlum. Particularia item sunt motui naturæ contermina, vniuersalia autem secundum substantiam quieti. Siquidem causa dispositionis vnius, inuariatæq; etiam permanet ipsa. Tempus est iunctum motui, natura perpetua immobilitati impropriæ dumtaxat. Mouetur autem, ad autorem primum in orbe spiritali intellectus, & anima: siquidem inibi nequaquam existunt termini subiecti, vt lineæ figuræue, neque aliqui alij motus ex voluntario nutu causæ primæ, quæ existit pro ductum primum, nec est imaginabile ante istud esse aliquid, nisi autorem primum. Cuius id est voluntas. Quoniam imitatio voluntatis extrinsecç, est alteratio, Talis ante mutatio non attingit causam primam.

Quod anima existens in orbe superno adhuc operatur in infimo, coniungitque vtrunq;

Cap. VIII.

Anima qualibet cum operando impleuit hunc orbem sensibilem suis dignitatibus, coacta reuertitur ad intellectualem: quē complectitur tenaciter, prædicta cognitione indubitabili. Siquidem mundus ille nobilior est isto; seruansque eius intellectualis contemplationem, negligit omnino istum repetere, quale euidens est illi, qui a fascinatione naturæ emersus, propere redit ad intellectum, speculatus rerum principia. Anima autem regressa, ideo despicit inferiora, quoniam hæc sunt consumptibilia, tanquam simulacra eius, quæ non pertinerant, nisi illa subinde causa fingere. Anima adhuc in illo orbe proprio extans, conspicata dignitatem: sumit ab eodem virtutem, & attrahit, huicque infundit, coniungēs eum tali illustratione superiori, atque ita efficitur mundus vnitus. Hanc vero opinionem ratione breui probamus, quoniam anima non omnino descendit in hunc mundum inferiorem. Nec enim vniuersalis, neque humana, siquidem in intellectiuo secundum aliquid superest. Minime translata ab eo, quando non est loci indiga: Cōiungiturque huic per curā, descenditque propter operum ostensionem: siquidem impossibile est, quod mundus diuidat, nisi ipsa secundum substantiam corruptione permutetur. Atq; ita contingit, quod inde pendens ibi existat, non penitus istinc egressa, operans istic.

Quod anima submersa non speculatur superiora, viceuersa emersa spernit inferiora.

Cap. VIIII.

Mundus sensibilis dominatur nobis. Siquidem animæ nostræ submerguntur in eo, malis concupiscentijs plenæ. Vnde harmoniam intellectualis orbis annunciatam negligimus, neque influxu eius obsequimur prouentum animæ, illustrationemque ab eodem ignorantes, propter dominium naturæ: perinde ac fascinationem sub huiusmodi suo statu, in particulares animas, quæ ob id infirmantur ad reditum in essentiam suam. Roboratæ autē tunc erunt ad eam, mundumque intellectualem, missumque animæ perque animam influxum ab eo perspiciendum. Cum superauerimus istum alieni a desiderijs eiusdem sensitiuis, operationibusque naturalibus, quibus a pueritia assueuimus: non curantes nisi negocia particularium animarum: prinsquam istæ peruenient ad vniuersalium, cuius aliquid percipere non possumus, donec (sub potestate animæ cōcupiscibilis, imaginatiuæq; formæ) illæ extiterint. Vice autem versa, quando animā vniuersalem speculati fuimus, spernimus particulares, quanquam diu nobis familiariter inexistentes.

Quod anima vniuersalis regit sine labore, particularis autem cum labore, ante eleuationem. Cap. X.

Corpus præterea vniuersale, est causa coniungens se se inferiori, istud sibi, atque anima vniuersalis regit corpus vniuersale viribus propriis, citra laborem, siquidem regit illud non ea cogitatione, qua animæ nostræ humana corpora, uerum gubernat administratione intellectiua vniuersali. Siquidem, corpus illud existit inuariatum, ac similare, totum, carens complexionibus partium diuersis, membrisque differentibus. Quæ cum sunt, indigent administratione variabili. Partes vero similes sunt tanquam pars vnica. Anima vero particularis, quæ alicui corporum particularium inexistit, quanquam nobili, tamen administratione laboriosa tegit illud. Siquidem non sine cogitatione, qua indiget. Quoniam pelago naturæ mergitur, commisceturque igni sensibilia incurrenti, vnde subit dolor, ob aliquid præter naturale, superansque ingressum in huiusmodi statu. Nec quidem contingit animam euadere ab hac corporis dispositione: nisi per magnam cogitationis exercitationem, ac speculationis, per quam statim succurrit in administratione, quod fuerat obliuioni mādatū. Deprenditurq; impedimētū, quod fascinabat, turbabatque

turbabatque illam. Et quale prohibebat contueri essentiam suam, ac explorare iuuantia, roborantiaque, atque essentia ad superandum appetitum præualentem prauum, imaginatio nesque vitiosas. Ob causam istam anima (cum discernit statum æternorum, ut asseque retur huiusmodi sensibilem mundum) ignorat se amotam a caritate perfecta, induisse amorem permutabilem, imbecillemque. Porro anima quando roborata, conualuerit ad rei ciendum habitus alterantes, neque amplius delineatur in ipsis: administrat suum corpus absque pœna afflictorioque dolore: fit similis animæ vniuersali, parieum dispositione, domi nans, & gubernans, præter variabilem mutationem.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM R. P. APPOSITVM.


In primo cap. Sequens opinionem de præexistentia animæ, ponit ipsam nobilem, liquisse mundum superiorem, ut posteriora gubernaret regeretque, & quod operationes bonæ inerant sibi in mundo intellectuali, quod falsum est. sicut id quod ait.

In 2. cap. Animam descendisse ad ostendendum potentias, actionesque nobiles vitæ.

In 5. cap. Vult animam in superiori mundo esse nobiliorem, atque potentiorem, in inferiori autem esse ignobiliorem. Quę opinio potest habere bonum sensum, quo ad intellectionem, quo etiam ad felicitatem, non autem quo ad essentiam, cum retineat eandem perfectionem.

In cap. 6. Vocat assensionem animę, reditum quod falsum est. Cum prius sibi non fuerit. Quod & replicat in cap. 8. sicut, & falsum est animam, suscepisse formam ab intellectu scilicet creato.

Cap. 10. Ponit animam deseruisse statum æternorum, ut asseque retur mundum sensibilem.



LIBER OCTAVVS,
QVAE SIT CAVSA EFFECTRIX IGNIS, CAETERORVMQVE ENTIVM NATVRALIVM.



CAPVT PRIMVM.



Essentia ignis, qualis etiam terræ, cæterorumque similium, est ratio quædam in materia prima. Neq; ignis fit a confrictu, collisuque corporum, ut ab agente, quemadmodum nonnulli opinati sunt. Sed latens in illis apparet, propter huiusmodi mutuam collisionem: quæ cum sint arrida, calefiunt vehementer. Neque etiam materia prima, est ignis potentia, sed enim forma ignis, tantum fit in illa, quando ratio formatrix, est anima vniuersalis, eadem vita igni, reliquoque mundo existens. Per quã singula reguntur pro conditione, ita vt qnodlibet ex inanimantibus, & plantis, animalibusque, vitet aliud qualelibet noxiũ. In hac etiã, anima nostra permanet, cognoscitque per eandem, omnia quæ discit. Ista adhuc est pronidẽtia diuina in toto orbe diffusa, & lux, quæ vnumquodque existit, ac persistit. Ideo Plato dixit, quod anima in quolibet corpore simplici, agit hunc ignem sensibilem, cæteraque elementa. Quod cum sit causa, igitur effetrix huiusce ignis, est uita quædam ignea: ignisque occultus, qui supernæ existit in alio mundo, connenientior quam infimus, siquidem nobilior. Qui cum sit etiam uerus, proculdubio, extat quoque viuidus, & uita quidem sublimiore. Quandoquidem iste ignis est simulacrum illius. Porro cum ignis supetnus (ut probatum est) viuat vita inferiori influente, pari ratione, aer, aqua, & terra. illic etiam viuunt, ac magis quam hic, quoniam ab illis vita immittitur hij inferioribus.

Quod singula elementa participent aliquantum vitæ. Cap. II.

ARgumentum, quod elementa hic existentia viuant, sunt animalia ab eis genita. Siquidem ex igne fit quoddam animal, ex aere item, atque ex aqua. Animalia enimuero genita in aere sunt maiora, euidentioraque, quam in igne. Quæ sunt insensibilia propter eius subtilitatem, & leuitatem. Paucaque, atq; mobilia vsque in aerem. Item animalia aquatica sunt manifesta. Et animalia quidem ignea non patiuntur ab elementis inferioribus, verum agunt in illa. Similiter etiam aerea, non patiuntur ab aqua, neqne a Terra. Quod autem aqua viuat, videtur patere ex eo, quod ex humore qnoddam nobis inexistente fit caro: siquidem caro est sanguis quadam ratione coagulatus. Quod amplius terra sit etiam viuida manifestum est, tum quoniam ipsa tota præse fert animalis speciem aliquam. Siquidem continet aqnas subterfluentes, tanquam venas, saxeos montes, tanquam membra ossea, plantasque, velut capillos, tum quod hæ plantæ, terræ infixæ viuunt, amotæ autem pereunt. Quod aũt plantæ animaliaq;, præter animas proprias, vita aiæ vniuersalis potiantur: hinc manifestũ est, quod non alunt, nisi vitis particularibus spoliatæ, ut plantæ cæsæ, animaliaq; interfecta. Nec enim si aliquod animal viuum deglutiatur, nutrit priusquam moriatur, siquidem non corrumpitur vertendum in carnẽ, nisi anima particulari antea exuatur. Si talia igitur vertuntur in carnem, seruant vim animæ uniuersalis prædictam. Postremo quanquam elementa sint (vt iam deductum est) viuida, non tamen existunt etiam sensitiua, sed receptiua sensus. sicut ipse sanguis quoque ex quo fit caro, non extat sensitiuus.

Quod

Quod quæ species sunt in mundo inferiori sunt etiam in superiori, & quales ibi sint. Cap. III.

CVm ea sint vera quæ narrauimus, reuertentes ad rem. Dicimus, quod hic mundus sensibilis, totus est imago alterius. Quare cum iste sit viuidus: tanto magis oportet illū alium viuere. Etenim si hic extat perfectus, ille est perfectior. Siquidem immittit isti uitam, potentiam, perfectionem, & perpetuitatem. Quod si orbis supernus, est summæ absolutus, proculdubio etiā entia illius, sunt absolutiora cæteris hic existentibus. Illic igitur superstant alij Cœli, adepti virtutes stellares, quales cœli huius mundi. propter quod, illi sunt altioris speciei, lucidiorisque, ac maioris. Neq; inter se distant, sicut isti, quandoquidem sunt incorporei. Illic quoq; existit terra, non inanimata substantia, sed uiuida. In ea sunt animalia cuncta naturalia terrestriaque, quot istic, sed alterius speciei ac perfectionis. Sunt plantæ satiuæ, hortensesque, & aquæ profluentes, vi animata: Sunt item animalia aquatica, sed nobiliora. Illic existit aer, in eoque animalia propria simpliciter uiuentia, omninoque immortalia. Et quanquam animalia quidem illa, sint iis connaturalia, tamen sunt honorabiliora eisdem: vtpote intellectibilia, perpetuaque, ac inalterabilia. Quod si quis obiiciens dicat, in mundo superiori insunt plantę, cœli, reliquaque prænarrata. Respondemus, mundo superiori perfecto inexistere omnia, quoniam in eo fuerunt ab autore primo absolutoque ac inexistente producta. Adsunt igitur ibidem, Intellectus animæque omnes, nec subest defectus, qualis indigentia, & corruptio. Siquidē entia illic sunt plena ubertate, robore, & collæticia, vtpote sublimata, in vita, & ab vno fonte connata, ac insignita vna qualitate, complexa omnes alias, vt sapores, dulces, odores suaues, colores perspicuos, sonos harmonicos, res tactiles, cæterasque perfectiones. Neque ibi partes sese inuicem vexant, neque inter se miscentur, neque mutuo se corrumpunt. Verum seruantur singulæ perfecte, secundum rationem optimam habitus essentialis discretæ. Cumque sint simplices, continent tamen multas rationes, absque intima pluralitate sui, & augmento, quasi multiplicātur; augenturque corpora. Atque intellectus illic existens, est nacuus; Anima quoque est simplex pariter, atque hæ ambæ, & reliquę ibidem res sunt simplices. Ea conditione ꝙ omnes secundum rationem conueniunt proportionatam uitæ, principio uitali, non secundariis rebus sensibilibus ac compositis, secundum quam, propriis rationibus multiplicātur.

Qualis sit motus intellectus. Cap. IIII.

AGens primum simpliciter mundi totius sensibilis, est vnum, simplex: continens potentiam vnicam, agens autem ex conditione primum: quid est vltimum, habet potentias plures. Atque ens proximum causæ primæ, existit causa huius, cuius quidem opera sunt, plura illustrioraque alterius. Distantis autē ab ea paucio ra, & imperfectiora. Siquidem intellectus mouetur semper, motu æquali, ac secundum omnes partes similari, neque aptatur, vnico motui, sed omnibus. Motus autem particularis, non est uniformis, sed variatus. Quantoque posterior, tanto obscurior, quo vsque perueniatur ad vnum simplex, vnius tantum potentiæ. Et motus quidem hic existentes, qui omnes sunt vltimi vt pote substantiæ corporeæ, a primo ad postremum, singuli proueniunt ab intellectu, atque in horum postremo est parua inæqualitas, quia non subest virtus alia mouens aliter, neque inter mouentem aliamque motam variatur proportio. Atque hic motus ab intellectu infimus, non est vita simpliciter continens plura. sed vnicum aliquid. Ideoque existit particularis, ac sensibilis, non vniuersalis, inque alio. Intellectui enim non inest, nisi vitalis ratio, vnde dicimus motus intellectus esse substantiales. Siquidem absque illis substantiæ non existunt, sed tantum per ens. Intellectus, namque agit in particulares substantias, motibus intellectibilibus, qui proueniunt ab authore operis primi veri. Quod ob id est, uirtutis incomparabilis, atque hos ipsius intellectus motus, substantiæ sequuntur. Mouetur autem intellectus, ad rem formatione intellectionis eius. Quæ cum non abducatur ab ea, est locus verus eius, non simpliciter, sed quia non alius. Intellectus porro semper mouetur, motu intellectibili, ac spiritali, neque unquam cessat: alioquin non existeret. Neque autem contingit, quod intellectus cesset intelligere. Siquidem intellectio est substantia eius, atque idem est intelligens, & intellectus. Et motus quidem intellectus, est intellectio. Atque omnis motus talis perficit viuificatque substantias quaslibet (vt antea probatum) Siquidem substantia ipsius intellectus, seruat singulas substantias subexistentes, & vita eius vitas inferiores, cum sit vniuersalitas illarum.

Quod omnis motus in orbe superno est vitalis, & qualis. Cap. V.

OMne, quod mouetur in orbe superno: siue sit intellectus, siue anima, aut aliud,

mouetur motu vitali: & perpetua illum secundum connexistentia. Etenim sicut viator terrestris, progreditur itinere terrestri, ac ut omnia quæ e terra pullulant sunt terrestria: quamuis sint aliter variata, sic omne, quod defertur in illa regione vitali, defertur delatione vitali. Atque omnia, quæ ibidem cōspiciuntur, sunt uitalia. Et quidem delatum, illic mouetur a principio viæ ad finē (quo modo principium, & finis ibidem adsunt) mouetur inquam ad finem, non distans ab ipso principio, ratione contraria hic existenti, quod translatum ad finem itineris, differt a principio. Etenim si perlatum illic ad finem, distaret ab initio itineris, non esset intellectibile, aut vitale actu, sed potentia, qua propter desineret corruptione: præfuissetque genitum. Nam intellectibile vitaleque actu, semper ac vniuersaliter eodem modo se se habet.

Quod intellectus est vniuersalitas rerum, & quo modo. Cap. V I.

Omne vniuersale est intellectus: ac viceuersa, omnis intellectus est vniuersale. Non ita tamen, quod vniuersale existat, præter particularia omnia existentia, siquidem (ijs omnibus ablatis) aufertur uniuersale intellectus. Ac particularia sunt subinde alterabilia, variabiliaque additione, & diminutione, vniuersalia autem sunt omnino inalterabilia. Alioquin veritas penitus auferetur (quod est falsum). Quare cum vniuersale sit inalterabile, quod est forma intellectus, ex consequenti etiam substantiam intellectus, impossibile est esse alterabilem, intellectus autem est vniuersalitas specierum, quia continet in seipso vniuersalitatem ipsam, formamque rerum. Neq; autem res ipsa inest intellectui impressa, sed intellectus operatur aliquid rei simile, quo cō uenit ipsi. Et sic omne præteritum, ac futurum conuenit alicui, quod inest intellectui. Sicut scientia in anima nostra, conuenit rebus significatis. Alioquin si formæ in anima essent dissimiles a formis rerum: non sciremus ipsas, neq; assequeremur ueritatem earum. Siquidem veritas rei est ipsamet res, aliter enim foret aliena: ex consequenti etiam contraria. Animæ namque speculatę: formant in seipsis ueritatem ex particularibus, quæ secundum singularium speciem, est ipsamet res. Qua propter cum homo conspicatus aliquid nudauerit formam eius, imponit animæ suæ, simulacrum illius proportionarum. Quod si rursus videat idem inuariatum, agnoscit, siquidem simulacro præexistenti proportionatoque conuenit. Si vero tertio aspiciat, sed alteratum nō agnoscit, quoniam primæ imagini in anima dissidet. Sic autem artifex præfingit sibi in anima formam quādam, deinde facit similem in materia una, vel pluribus. Etenim rerum pluralitas numeralis, prouenit per materiam. Similiter si alius ex iis formis arte factis sumeret exemplar in anima vniuersale, ac postea similes in materia formaret, essent adhuc plures formæ singulares, & profecto si auferantur formæ illæ particulares, non ideo etiam auferrur vniuersalis. Quare concludimus, quod formæ vniuntur abstractione a materiis, & forma vna multiplicatur, impressione in materias Vniuersalia item sunt permanentia, particularia autem alterabilia, peremptibiliaque. Quare intellectui insunt simulacra semper alus, quibusdam rebus proportionata. Et si quis dicat, quod rationes rerum, in intellectu insunt illarum instrumenta vicaria, non differentia ullatenus ab eisdem. Respondemus, quod si ita foret, forma in intellectu esset ignobilior, quam sit, quod est impossibile, ideo non contingit, quod sit eadem cum re sensibili, indifferensque ab ea.

Quo modo intellectus est vnus, & plura. Cap. V I I.

Redeuntes ad id unde digressi fuimus: sermoni, quod vniuersale unum multiplicatur in particularibus, subdimus exemplum. Verbi gratia, plantam aut animal, quarum rerum, vtraque (quamuis sit vna, tamen dicitur de plurimis. Formæ namque agentis in materiis pluribus existentes, differunt numero, & si sint in vna materia, differunt specie. Amplius res vna est plures, vt corpus, quod quamuis sit vnum, tamen ratio agens format in eo membra plura. Puta os, oculos, nares, quorum quodlibet, quanquam sit vnum, non tamē est vnum simpliciter. Sed enim est compositum ex pluribus aliis, vt neruis, uenis, cartilaginibus. Neruus, quoque (siquidem sit unus) adhuc est compositus ex elementis, & ita de similibus, vt sanguis, licet sit vnus, est etiam compositus ex rebus alijs, atque ita quousq; attinganrur materia prima, & forma. Quarum vtraque cū existat simplex, est substantia una. Et si interpretetur uniuscuiusq; nomen. Materia prima non est nisi substantia informis: Et forma vera, est per quam res est, id quod est. Iis prænarratis, intellectus igitur cum sit vnus, nō est vnus vnitate, qua forma corporalis. Siquidem est altior, nobiliorq; illa vt prædiximus, Neque item intellectus vnus est plura, ut corpus, sed quatenus continent rationem potentem vnire plura. Etenim habet formam unam qua definitur, & ex qua oriuntur omnes formæ intrinsecæ, atque extrinsecæ, quoniā vniuersale

uersale vnit particularia, nec aufertur (aliquo illorum ablato) Aliunde porro euenit, potentialitas cogitationis sub intellectualis; ac intellectus diuiditur ab ea, vt vnum corpus ab altero, siquidem corpus diuiditur per lineam lateralem, extrinsecamque, intellectus autem diuiditur per intrinseca a cogitatione.

Quo modo omnia sunt in intellectu, & quo modo agat intellectus, ac etiam Deus. Cap. VIII.

Dicimus omnia esse in intellectu, nō ideo tamen quod res in eo sint absolutæ, neque ita, quod cum eo componantur, sed quod intellectus producit eas, ac seruat. Nec enim quicquam cogitatur esse permanēs nisi in eo, & intellectum auferamus: auferuntur quoque ipsæ cum sua vniuersalitate. Intellectus autem cum sit omnia, vtpote efficiens illa, agit vnum per aliud. Agens sed enim primum quæ producit perficit absque medio, simulque in vnico momento. Ex consequēti existit creans vere, siquidem sine alia re, non autem, vt aliquid ex aliquo, neque causa alia adiuuat aut excitat illud. Ideo quoque sicut omnia sunt creata ab eo, sic etiam ad illud reuertuntur, appellaturque ob id agens primum, quæ nominatio nulli alteri conuenit. Siquidem ipsa alia omnia fuerunt creata ab eo. Intellectus enim vero operatur vt agens secundum, ac per primum efficit. Siquidem indiget speculatione in agens primum præter sui contemplationem substātiæ, operatio quoque eius non est tota simul neque subitanea.

Quo modo omnia animalia vniuersalia sunt in animali vniuersali, & quod aliter quam in intellectu. Cap. IX.

Sicut omnia subexistentia intellectui: sunt in ipso intellectu per rationem, sic etiam omnia animalia, vniuersalia sunt in animali vniuersali per rationem. Si dicamus autem, quod sunt vtroque animali, sint plura. Vere quidem dicimus, sed animalia, infimi orbis sunt imperfectiora, ac pauciora animalibus superni. Et non defertur animal a uita abstrahente, quin perueniat ad animalia parua, imbecilliora, atque illis inexistat. In quibus uita particulari uiuentibus, definit virtus vniuersalis vitæ, quoniam non subest aliud. Hoc autem, quod dictum est, fit cum speculatio nostra fuerit intellectiua, absque sensitiua. Siquidem sensus considerat primo singularia, postea uero species, & genera. Intellectus uero contemplatur primo vniuersalia. Postea uero particularia. Differētia autem hæc quam diximus inter supremum animal positum uniuersale, & animal particulare, non quidem distinguit nisi secūdum formam. Dico autem quod animal vniuersale, & animalia particularia, non differunt simpliciter inter se, sed sunt qualis amor quem iam narrauimus in uniuerso, atque amor in orbe sensibili, quem victoria elementorum, ex quibus res componuntur, dissoluit aliquoties, siquidem etiam is nō coniungit entia, nisi per accidens, & citra intentionem ad primarium finem. Amor autem intellectibilis connectit omnia uoluntate, ac vnione vitali, appetituque primarii finis, quapropter nunquam dissoluitur. Siquidem non est excessus, qui possit, quoniam in mundo illo superno, nequaquam est controuersia: neque odium inter existentia, sed concordia summa, vitæque communio, a qua omnia inferiora vegetantur.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM APPOSITVM.

Cap. 4. Bis repetit motum intellectus creati esse substantialem, intellectionemque substantiam intellectus, quod falsum est, vt supra diximus.



LIBER NONVS.

QVONIAM IN CODICE GRAECO HVIVS LIBRI EXORDIVM DEFICIEBAT, OB NIMIAM VETVSTATEM. TINEÆ SIQVIDEM PRORSVS LABEFACTAVERANT, ICCIRCO PRIMVM CAPVT NON FVIT HIC APPOSITVM.

QVOD ANIMA IN ORBE INTELLECTVALI NON INDIGET PROMOVENTE AD OPERATIONEM, QVODQVE HIC AVTEM INDIGET.



CAPVT PRIMVM.

ANima existit ex iure substantiæ intellectualis, quatenus etiam extat ex numero eius, cuius operatio nō est dignior potentia. Quare inter substātias quidem intellectiuas, huius existētis potentiæ non indiget aliquo promouente ad operationem, quoniam est pura, ac perfecta: respiciens spiritalia, ut visus sensibilia. In mundo autē sensibili indiget tali promouente ad actionē, aliter enim sensibilia nequit considerare. Atq; huius causa est, substantiæ cortex: quo hic homo circumindutus fuit. Vnde fit, quod anima non attingit essentias rerum, viresque ipsarum, nisi præamotis etiam corticibus rerum, ad quod indiget ope intellectus agentis. Verum vbi, & quando essentiæ ipsæ sunt ex seipsis abstractæ, ac vires detectæ, tunc ibi sufficit animæ potentia ipsa, ad eas explorandas, neque alio pariter indiget intellectu agente. Rursus quoque dicimus, quod anima in regione intellectuali, substantiam suam respicit, & a reliquis ibidem conexistentibus roboratur. Siquidem ipsa atque illæ sunt simplices. Ad cognoscendum autem aliquid simplex, oportet substantiam cognoscentem, esse etiam simplicem, at cum in regione sensibili anima extiterit, nihil considerat absque labore maximo, atque id, propter nullam corticum copiam, quibus contecta est, nec vllateous ei sufficit proprius actus. Istic namque est compositus (vt prædictum) nequit intelligere simplicia. Praterea hic anima nihil etiam mundi intellectualis explorare potest, nisi stile, adhuc post descensum affluat ipsi animæ ad actionem, neque easdem substātias, quæ prius in illo spiritali orbe inspexerat, potest etiam num in hoc sensibili pariter attingere? quoniam eius intellectus submergitur, prohibeturq; a prima speculatione qua iā potiebatur.

Solutio obiectionum duarum.
Cap. I I I.

SI forte quispiam dicat, quod quæ substantia in potentia speculatur aliquid, tāto magis eadē in actu speculabitur illud. Siquidem tunc est firmior validiorque, quoniam actus est perfectio potentiæ. Respondemus uerum esse,

esse, quod actus est perfectio potentiæ, quando ipsa considerat, rem suscipiendo simulacrum eius, tunc enim potentiam suscipientem actus absoluit: seu perficit. Quando autem potentiam sufficeret ex seipsa intelligere, & sine receptione simulachri, contemplaretur rem, actus super affereos illi simulachrum impressum, profecto nocet, atque eandē quodammodo corrumpit, præsertim quoniam est fere contrarius, & certe non est conterminus seu connaturalis. Rursus siquis diceret, quod potentia animæ corrumpetur, quando ita fit: quod ipsa recipiendo perfectionem considerat. Sic enim recipit actum: actus autem corrumpit potentiam. Dicemus, quod potentia, recipiendo actum: non corrumpitur, sed actuatur, perficiturque. Cuius ratio est, quoniam postea quam anima reliquit speculationes rerum intellectualium, adminiculātium illi, hic adiungitur potentia iugiter laboriosa. Etenim si existens in natura intelligit substantias, non intelligit notitia momentanea, nec absq; cogitatione. Quas autem priusquam descenderit res perspiciebat, nequaquam cogitando. Siquidem clare intuebatur, cognoscebat.

Quod anima eadem potentia hic, & in orbe intellectuali utitur, sed non eodem modo. Cap. IIII.

PRæterea, quando quispiam quærat. Quo modo anima existens in hoc orbe, intelligit entia mūdi intellectualis, seque dirigat ad illa: an videlicet sola eadē potentia, qua prius cognouerat, an etiam actu, quodam superaddito potentiæ. Siquidem opinemur eam speculari res intellectibiles, simili potentia hic sicut illic. Id falsum est, quoniam anima ibidē existit simplex, & soluta: hic autem inuoluta corpori, ac sub potentia sensibili contenta. Si vero anima hic cognoscit actū quodam absque potentia, hoc etiam erroneum est, quia omne cognoscens considerat rem per potentiā propriam, naturalemque, ac inseparabilem. Dicemus itaque animam hic speculari entia intellectibilia: atque sublimia per eandem potentiam per quam ibi antea existens perspiciebat, præter quod inexistens corpori indiget alio, per quod consideret abstracta. Videlicet actu receptionis, quo formata potentia perspicit illa. Verum animæ in mundo altiore existenti, sola sufficiebat potentia. Neq; enim necessarius erat is actus. In substantiis namque intellectiuis supernis, quæ actu speculantur, ipsa potentia est perfectio. In corporalibus vero actus, per quem ad finem peruenitur, perficit potentiam. Cum ita sit igitur, reuertentes dicimus, per quam potentiam anima inspexit essentias intellectibiles supernas ibi conexistentes: per

eandem prospicit hic subsistēs. Siquidem potentia speculans mundum illum, cuiusque operatio est promotio quædam, hic seruit animæ aliter, quā ibi. Quoniam existens illic potitur speculatione facili, hic autem laboriosa. Atque huiusmodi potētia promouetur in singulis uiris fœlicibus, illaque entia nobilia sublimiaque prospicit. Eadem vtrobique existēs videlicet illic videns principia prima, absque cogitatione, & impressione simulacri recepti, Hic vero detectione permotioneque sui, ita quod anima speculatura orbem intellectilem auferat potētiam suam ab hoc. Sicut enim homo supergressus mōtem: despectat inferiora, quæ aliter non poterat. Sic anima scandens, potentia eleuatæ, mundum superoum, contēplatur illius entia, quæ aliter nequit. Vtrinq; ascensu hic, quo non utebatur illic. Huiusmodi vero ascensus, quidem animæ est operatio, qua ipsa existens hic speculatur essentias orbis superni, atque is ita fit, quod potentia animæ ascendens, primum appellit ad cœlum infimum. Dein ab illo ad superius sequens, donec peruenit ad supremum. Sicut in substantiis materialibus a composita magis, progreditur ad compositam minus. Donec omnino relinquat compositam, attingatque simplicem. Rursus quoque anima a cœlo, supremo, procedit ad seipsam cognoscendam. Siquidem cœlestia, ac supercælestia, utraque suor absoluta, & simplicia.

Quod anima cælestis habet memoriam quandam. Cap. V.

INtellectus ab agente, secundarius, hic recolit ea, quæ nouerat antea in orbe superno. Quare neque etiam mirum, quod idē animus existens supra cælos, fit memor eorum, quæ vidit ac fecit regione subteriori. Quodque etiā in cœlis extet memor rerum cælestium, abstractarumq; quoniā existit firmus, neque ab illis corporibus, ac formis primis alteratur sapientia ipsius. Si quispiā autem quærat, cū sphæræ celestes varientur. Siquidem in pristina dispositione haud permanet, cum animus respiciat essentias ipsarum? Scienterque agat aliquid in illis? Dicemus, quod animus cognoscit virtutes cælorum, & operationes. Nec falso, uidelicet operationes vatiari, & virtutes permanere. Etenim si cæli habent rationes, sicut etiam prisci aiebant, conuenientius erit, quod animus noscat illos, quanquam habitudo eorum moueatur. Quando vero, quispiam adhuc ambigēs quærat, quo nam pacto, animus qui demissus ab orbe intellectuali, adest corporibus cælicis, potest esse memor illius. Si ipse non habuit memoriam antequam descendit ab eodem. Dicimus, quod animus, tum in cælis, tum in


orbe intellectuali,habet memoriam. Sed nisi alicui ex corporibus pluribus, & diuersis inextiterit, nequaquam operationes eius manifestantur. Neque tamen iccirco remanserunt ei habitus iam diu præteriti, adeo ut penitus obliuisceretur etiam mundi intellectualis,nisi sufficeret admonitio parua ad eius memoriam. Verum si quisquam obijciat, quod cum breuitas temporis:paucitasque generationem satis sit ad memoriam plenam. E cõtrario igitur longitudo, quoque temporis, multitudoque generationum proculdubio faciet ad obliuionem. Ita quod cum generationes reuertantur circulariter. Animus obliuiscetur cuiuslibet longe præteriti, neque erit memor alicuius iamdiu præcogniti,propter interuallum a statu primo,dissolutionemque, seu delationem ex motu continuo. Qua propter etiam animus tunc nõ erit memor orbis intellectualis. Atque ob distantiam ab illo non aliquid prænotum eius seruabit. Itaque foret similis animæ brutali,id autem est absurdum. Respõdebimus,quod cum animus descendit a mundo supetno ad subteriorem, idest ad ostendendas operationes suas in materia, non oportet ipsam peruenire vsque ad infimum, sed enim ad definitum locum si transfert ibique subsistit:neque aptatur cuilibet generationi,sed in quadam desistit,donec iussus rercocedat, digressusque inde ascendat regionem altiorem quam generationi cuiquam conueniat. Vbi ptimum extitit. Ideo licet dicere, quod animos huiusmodi non lateat ens mundi superni sicut præfati sumus.

Quod animus cælestis non habet memoriam qualem humanus. Cap. VI.

EXplorandum an solaris animus lunarisque, stellaris ve alius,scilicet, & orbis cælestis, habeat memoriam. Dein etiam inquirendum an virtus animi uniuersalis,ac postea ipsius stellaris animi principalis, quæ planetæ Iouialis est,utatur memoria, quod cum fecerimus, inueniemus intellectus ab agente secundarii, animiq; stellaris memorias esse differentes. Exordientes igitur dicimus, quod animi stellarum non indigent terrestrium cognitione. Sicut animi mundo inferiori inexistẽtes. Siquidem ab iis eam non acquitunt. Quare non indigent memoria terrestrium cum discursu. Talis enim est adminiculo utenti, quali animi stellares non indigent ad gubernationem terrestrium, & directionẽ hominum. Siquidem illi sunt memores terrenorum alia ratione, nõ enim discursu,sed solum virtute, quam ei indidit autor primus. Verũ si quibusdam obiiciat, quod cum animi stellares speculentur mũdum intellectualem supernum, autoremque eius. Impossibile sit, quod non reminiscãt illius, quod prius cognouerint, qua propter habebũt memoriam aliquam. Dicemus,quod animi stellares perspiciunt mundum intellectualem,autoremque semper, atque corã. Nec enim vnquam obtutum subterfugit. Ad manifesta autem euidentiaq; in promptu non est opus memoria syllogistica:cum hæc memoria non sit:nisi repræsentatio absentantis, immanifestiq;. Rursus si aliquis quærat, utrum animus stellaris,cum orbis inferior sit absens,occultusque utatur saltem memoria huius. Dicimus,quod cum aliquid continet habitum cogitationis alicuius rei. Dein amittit,ea subterfugiente aspectum:suscipit impressionẽ quandam. Animi autem stellares non suscipiũt impressionem. Neque unquam spoliantur contemplatione orbis infimi. Porro siquis iterum quærat. Vtrũ animi stellares agnoscant se conspexisse terram vniuersam, die: uel mense,anno ue præterito,aut cognoscant se uixisse, eodem præ tempore. Etenim si ita nequaquam noscant,proculdubio carent memoria. Dicimus,quod animi stellares semper cognoscunt se circum ambire terram, ac uiuere, perpetuũ autem inuatiatumq; non transfertur. Dies autem præteritus,mensis ue,aut annus,& similia tempora,sunt termini recessionis,quare ens sit unum non est hestetnum:aliterue præteritum, idem semper. Animus vero humanus cũ motu constituit diem, mensem, annumque præteritum. Sicutque aliquis fingens uestigium, imponit pedem unum multis soli partibus,sic motus stellæ vnus,apud animam suam diuiditur a nobis in multas partes,tempus autem dinumeratur in dies,quoniam ipsi luci succedit nox, alioquin non different tempus præteritum,præsens:ac futurum. Sicut etiam gutta, quamuis eadem sit, vnico ictu oculi in toto descensu,tamen apud conspicientem prius extitit supernæ,dein medio, postea inferius: ita quoque præteritum, præsens,ac futurum inter se discernuntur a nobis, quo ad nos, iuxta motus inferiores, successionem, & subsequelam, prioritate, posterioritateque partium quarundam. In mundo autem cælesti dies est vnicus, nec enim nox comitatur lucem, vt hic, attamen ibi dimensiones orbium sunt diuersæ, neque omnes partes sunt similares. Circulus namque Zodiacus differt ab aliis,quare non contingit,quod animus stellaris existens in uno signo,disiunctus transgrediatur ad aliud. Siquidem est substantia fixa in eo, non translatilis nisi ab ore subiecto circunducto transferente. Neque enim stellæ sunt in sphera unica omnes, vnde etiam motus illarum sunt differẽtes. Porro siquis ad

huc

huc dicat, quod animæ ſtellares deſuper proſpectant homines, quo modo enim aliter uerterent curam ad mundum inferiorem? Et qua ratione hic entia inuicem tranſmutarentur, alterētur ue? Cum vero animi ſtellares proſpectent homines, impoſſibile eſt, quod non ſint illorum memores. Si autem ſint memores habent memoriam. Dicimus, quod ſicut non oportet hominem vti memoria ad rem ipſam coram conſpectam, ſine excitamento cogitatiuæ, ſed vt cognoſcit ſimpliciter, ac promptè accidentia, propter manifeſtum eorum ſenſui occurſum. Ita minime conuenit, quod animi ſtellares cognoſcant obuia ſimpliciter, ratione particulari (qualis memoria) relicta vniuerſali, niſi cognoſcant tanquam ſingulare ſub ſpecie. Quod autem quidpiam memoria non cognoſcatur. ex pluribus contingit: Aut enim, quia a cognoſcente nihili fit, ut res nullius vſus. Ideoque ſpectrum eius impreſſum ſenſui, anima non reponit thecæ corporis ideſt. Memoriæ corporali, aut quia cum ſit præſenter inſpectum, ob idque nullum ſit obſtaculum, vt ſimulacrum habeat, quo ne minus obiectum comprehendatur, non indiget cogitatione, ſeruandum recondi: ſicut prætéritum, ut ſi ſublimes a terra tranſiremus aeris ſpacium aliquod, nō meminimus quotam partem tranſierimus, aut quia ignoramus, quare nequimus ſeruare, aut quia non indigemus teſcire, ideo quoque volumus ſeruare, Quando autem non ſeruamus cogitatione, nequaquam meminimus. Præterea ſicut cum mouemur, non ſemper meminimus nos moueri, ita cum ſcimus aliquid, in aliquo tempore, non coniungimus notitiam tempori; vt diſcentes aliquid contingens, quopiam menſe, vel anno, non oportet meminerimus, mēſis, vel anni, uel alterius ſucceſſus tēporarij. Satis enim exiſtit tantum noſcere rem ipſam. Amplius cauſa operans aliquid perpetuo, nullatenus indiget ſeruare notitiam eius. Quare neque memoria agnoſcere. Sic autem animi ſtellares ſe habent. Poſtremo cum animi ſtellares moueantur, nihiloſecius digreſſi a ſigno Zodiaci ubi exiſtunt ad aliud, non oportet recognoſcant per quæ ſigna moueantur, quātumque ſpacij diſtando percurrerint, ſiquidem accidenter diſlongantur, non autem ſecundum intentionem, qua circumferuntur ab honorabiliore ui præfixa, ideoque inceſſabiliter.



LIBER DECIMVS, QVOD DEVS EST SVMME PERFECTVS, INFLVXVSQVE EIVS IN PRIMO CREATO EST INFINITVS, IN RELIQVIS FINITVS.



CAPVT PRIMVM.

Autor primus est gloria supremus, quatenus est perfectiõe summus. Talis quoque existit: quoniam perficit quodlibet aliud perfectibile, perficit autẽ, quia omne illud efficit. Idque siquidem creat omnia principia essentiæ cuiuslibet entis, vt pote actor vniuersi, ac vtriusque mundi. Deinceps vero primitus infundit vitam, & potentiam ac dignitatem singulis influens per gradus capacitate. Vnde ens illi propinquius est capacius. Tale enimuero omnium primum, suscipiens est illi propinquissimum dignitate substantiæ, perpetuitateque constantiæ: quid medium inter autorem primum, productaque cętera existens: ante illa suscipit influxum vitæ, ac dignitatis, quem deinde infundit. reliquis subterioribus. Hoc namque continet lumen robusque veritatis maximum, in essentia spiritali, simplici absolutaque. Et quod infra subsequitur, roboris, honorisque gradu, existit luminis paucioris propinquiorisque corporalitati perfectæ, compositionique verę. Atque hoc primum subexi steus soli formæ primæ est contiguum verbo eius, vt pote substantia præ omnibus subreliquis perfectissima. Influxusque perfectionis in eo receptus est infinitus. Transmissus autem, quod lumen possibile appetitus perpetuitatis, ad creatum subtersequentem, intellectum secundum, est finitus. Quoniam primum creatum paulatim influit intellectui secundo, ne turbetur, ipse. Lumen autem ne diffluat, cuius infusio est excitabilium desiderij æternitatis in substantia qualibet spiritali, pro eius imitatu. Interruptio autem est causa defectus seu corruptionis vniuersi. Huiusmodi vero lumen, quamuis sit interdum, magnumque ac sublime, haud tamen est par imitamen vnitatis atque uerbi creatoris sui, qui existit infinitus ideoque influxus eius optimus in vniuersum, & perpetuus indefectibilisque, & independens aliũde, sed & causa omnibus appetendi ipsummet ens primum.

Quo modo Deus est prior alijs entibus, quique est ordo entium. I I.

Deus est ens primum, sed enim prioritate creationis, siquidem cum substantiæ quædam sint priores aliis, ut simplex, composita, ac intellectus agens anima, non sunt tales prioritate temporaria, sed vtinos accepimus prioritate essentiæ ac naturæ: qualis est generis ad species. Quod vero aliquid sit prius altero, nec tamen tempore. ratio est, quo modo enim quędam priora sunt, talia tempore, cum sint supra tempus, & causa temporis. Et iam quidem probatum, quod vnum non dicitur prius tempore altero, nisi ambo sint sub tempore contenta: atque unum extiterit in tempore priore, quam alterũ. Primaria igitur simpliciter inter essentias existit mens, quæ iccirco dicitur princeps, quamquam est idẽ quod uerbum Dei, ac suppositum formæ primæ, cõtiuens, vt generis summum, omnes substantias illustres: absolutas, & puras. Illi succedit intellectus comparatu ad mentem illam secũdarius, qui est velut species eius, constituitq; subiectum suum. Cui etiam est forma appropriata. Atque huic inest lumẽ ab intellectuali radice,

radice, vt cristallo, radius a sole reflexus. Adhucque ab isto procedit essentia animæ rationalis, cuius lumen etiam paucius est, simile matutino crespulo. Iccirco ei contingit oblinio, & ignorantia. Vnde fit vt indigeat doctrinaria eruditione, memoriaq; seruatrice, ac ratiocinio, ad suæ fulcimentum, directionemq; essentiæ. Rursus ex lumine rationalis animæ, oritur natura animæ sensitiuæ, quæ etiam existit Minoris luminis quam illa. Quapropter caret exploratione syllogistica, Est tamen, tantumque imaginatrix, & existimatrix. Amplius, ex huius lumine profluit natura animæ plantariæ, quæ quoniam multum distat a luce pura, absolutaque, remanet crassa, priuataque vi progrediendi: ac respirandi. Solamq; retinet pullulationem. Præterea, ex huius lumine fit natura, quæ adhuc propter interuallum a luce principali, priuata tenuitate incorporea, suscipit crassitudinem corporalem, ac quantitatem trimensilem, uidelicet, longitudinis, latitudinis, ac profunditatis, mouetur q; aliquo motu, videlicet, circulari, simplici, & incessabili, qualis cœlestis, talis ab autore institutus, propter generationem, corruptionemque subinde cōtinuandam. Mouetur item motu vniformi, incontrarioque alteri, & cum cœlum sit contentorium, generabilium, naturalium, seruans singula pro conditione formarum in compositis. Siquidem a motu proprio peruerteretur, deficerent illa omnia Porro ab hac natura cœli circumlatili, procedit natura multiformis, & multimobilis inferior, cuius motuum inter se contrarietas, est causa generationis, corruptionisque.

Quod mundus intellectualis influit cœlesti, cœlestis autem sublunari, & quo modo Cap. III.

NAtura mundi spiritalis, imponit ordinē, corporeæ perpetuo circumlatæ, cuius orbes seruant succedaneam alterationem inferiorum per influentiam latentem a uerbo Dei, & consequenter generationem: corruptionemq;. Atque ita motibus iugiter succedentibus, illinuntur genita coloribus spiritalibus, in singulis speciebus, & indiuiduis ad perfitēdum suo tempore, similariaque vniendum. Natura enimuero cęlestis mouet corpora inferioris mundi composita, elemētariaq; & generabilia, ac sensibilia, a concauo ad centrū, per essentias supernas, spiritales, ac pendentes ab intellectu primate, perpetuasque, sed & virtute a Deo per uerbum, eis insita. Ideo autem hę substantiæ sunt simplices, excelsæ, constantesque existentes, quoniam causa illarum est firma, vt pote immediata verbo Dei, unde etiā sunt inalterabiles: Alioquin minime forent æquales, ac rectæ. Cum intellectus namque sit in essentia perfectus, oportet etiam opus eius esse absolutum, quando ipse (ob id quod est proximus verbo Dei.) Ex consequenti assiduā quoq; ac infinitam uirtutis summit immissionem, non indiget alio coagente. Influxus aūt (vt prædictum) in alias subcausas ad amandū Deum est finitus, ne recipiendo turbentur. Interque istas, quamuis substantiæ corporales generabilesq; valde deficiant in illius susceptione, tamen ipse intellectus iuuat huiusmodi causas infimas, sicut patet in aquis ex quibus, oportuno tempore gignitur magis unum animal, quam aliud.

Quod solus Deus est autor uerus animæ rationalis. Cap. IIII.

NAtura qualis plantarum, brutorum, mineraliumque, est opus animæ rationalis, dissimiliter factum ab ea, quā ipsa sit opus intellectus agentis factum ab eodem. Quoniā intellectus non agit vere huiusmodi animam. Siquidem omne agens uere producit elementum rei, substantiam, subiectam formæ, & formam seruatricem elementi. Intellectus autem non agit elementum, neque formam animæ. Quare intellectus nō est agens vere animam, quamuis sit medium inter agens ipsius primum, ac sit agens vltimum quod est proximū. Primum autem est Deus, qui est agens uerum. Siquidem agit essentiam, cum ipse sit essentia vera. Atque impossibile est, quod aliquid producatur ab aliquo sine illo.

Quod tres sunt illuminationis animæ gradus, & quales Cap. V.

CVm omne lumen propaget alterum, primum quidem est perfectius postremo. Medium est particeps vtriusq; extremi. Porro conuenit etiam lumini, quod propagatum est infimumque intellectui secundo, habere tres gradus, uidelicet supremum, proximum verbo, quod vere appellatur lumen absolutum, & mundus luminens. Gradum quoq; alterum infimum, itemq; alium medium. Iccirco etiam cum ex animabus quædam hauriat lumen gradus supremi, spiritus eius accedit ad illius perfectionē, adsimilaturq; spiritibus dæmonicis. Attingitq; consideratu veritates, speculans in diuinitate creatoris. Operatio etenim ab hoc intellectu, rationis ueræ, actionisq; probę, prouenit ex coniunctione eius cum intellectu puro, absolutoq; qui existit proximus uerbo perfectissimo autoris supremi omninm, perfectione, ac puritate, opus proximum. Siquidē perfectioni ipsi, est etiam perfectum. Huiusmodi autem

autem verbum continet ipsum intellectum primarem nobilem, nequaquam sibi cognominem, siue vniuocum. Animabus vero in gradu infimo constitutis, distantibusque ab intellectu primate, contingit ignorantia, error, obliuio, incertitudo, exorbitatio, atque corruptio. Mediæ autem animæ participarunt utrunque extremum, illudque magis, ad quod magis declinarunt. Sic quoque se habent anima sensitiua, vegetatrix: ac minerária. Harum (secundum trifariam) vnaquæque species: graduum differentiam.

Quod intellectus est simulacrum Dei, anima autem est simulacrum intellectus, tanquam verbum expressum eius. Cap. VI.

Cum simplicitas compositioque substantiarum existat maior, minor ve, pro ratio ne distantiæ, propinquitatis ue, ad uerbum diuinum. Ex consequenti quodlibet creatum, prius est, verius in simplicitate spiritali, absoluta, ut pote propinquius illi, quod autem est distantius, existit minoris simplicitatis, propinquioris q; ad corporalitatem meritam. Sic luminis influxus quoque inexistit cunctis, pro capacitate singulorum: iuxta gradus præscriptos, unde quod est capacius, est propinquius, vt recipiens primum: sit proximum propter dignitatem essentię, mediumque inter Deum, & cætera entia a se producta, quod recipit influxum vitæ ab ipso. Receptumque alteri subexistenti. Dein infundit (quo est perfectius) eum, quoniam existit prius illo perfectius, cū quia extat imitamen primum Dei: per quod gradus eius ostéditur. Ita etiam intellectus decenter influit animæ, quoniam ipsa est eius simulacrum factum, sicut verbum expressum. Operatio quoque vniuersa animæ profluit in alia superadiuta ab intellectu vniuersali, qui se habet ad ipsam animam, sicut ignis ad caliditatem ab eo ortam. Alteramque in alio susceptam, quam intellectus producit attamen, absq; cuiusdam potentiæ suæ ex traductione,

Quod anima rationalis producit sensualem, quodque indiget ea, & quo modo, ac quod illi vnitur. Cap. VII.

Anima intellectualis existens in hoc minori mundo, intelligit per cogitationē, quoniam intellectus eius deriuatus a primo, deficit: extatque materialis, idest potentialis. Atque intellectus quidem, perficit animam rationalem, cum eam producat. Sicut pater filium. Talis autem anima, perficit animam sensualem, quoniam producit eam: qua (uice versa) quoque indiget, quando anima rationalis excitatur a sensitiua, ad speculandum principia. Sine qua minime dirigeretur ad aliquod illorum, neque item formaretur specie quapiam rerum, neque ex consequio foret apta suscipere vniuersalia ab intellectu agente, primo. Quod autem anima rationalis vnitur sensitiuæ, hinc patet, quoniam alioquin non assentiretur affectibus, delitijsque naturalibus: neque appeteret victoriam, dominiumque, non indigeret disciplina eruditoria, & nequaquam affectaret gloriam, non oblectaretur harmonia. corporalique pulchritudine. Haud etiam foret prona in naturam humanitatis, neque conciperet speciem eleuationis, gaudiumque euationis. Minime prosequeretur commoda corporis, ut salutem, indolentiamque, et solam haberet rationalitatem. Hæ siquidem operationes illi contingunt, ex communione cum anima sensitiua, quæ tamen est purior, ac eleuatior supra qualitates naturales scilicet visibiles, gustabiles tactiles q;, & reliquæ sensibiles. Quibus profecto si non vniretur, nequaquam famescens appeteret saturitatem, nec laborans quietem, neque ægrotans sanitatem, nec concupiscens coitum, & paria cætera. Rursus anima rationalis absque sensitiua foret proculdubio, adsimilis substantiis spiritalibus, quæ certe non cognoscunt, prædicta rum ullam qualitatum. Expertum enimuero est, hominem sentire illas qualitates, ac explorare, sicut vice versa, anima rationalis non cognoscit uere statum substantiarum illarum, delitiasque intellectuales spirituum, nisi ratione exemplari atque cogitatu imaginario, ad seipsam dirigendam.

De intellectu agente, qualis, & quo modo se habet ad possibilem. Cap. VIII.

Intellectus agens influit animæ rationali. Siquidem existit lumen eius, quod uniuerso mūdo expansum, dirigit alia entia, seruatq; omnia, quæ per sinceritatem accedunt ad eius essentiam. Per immundiciam autem, recedūt ab eadem. Quandoquidem intellectus primus post mentem principem, vna cum intellectu materiali, qui est substantia nostra, influit mundo. Siquidem illius agentis essentia est supra naturam istius possibilis. Atque intellectus agens, amat possibilem seu naturalem, ut præceptor discipulum, aut pater vnigenitum: aut veluti mas fœminam. Quoniam nullum aliud ens est aptum suscipere actionem eius perfectam, nisi intellectus materialis, qua propter intellectus materialis, qua propter intellectus primus iuuando, nergit penitus ad eum, quē seruat tanquam opus proprium supra alias substantias,

substancias, quæ sigillatim admittunt influxú eius agentis, secundum puritatem, impuritatemque essentiæ propriæ, nec perfectum. Anima autem rationalis quæ est intellectus secundus ab agente, idest possibilis, non est ex harum numero. Iccirco quoq; intellectus prior vnitus illam, seruat, tegit, illustratque.

De intellectu poss. quo modo vnitur animæ sensitiuæ, ac intellectui agenti.
Cap. XI.

INtellectus secundus ab agente qui est possibilis, minime ualet. ex se depurare formas naturales: easque reducere in essentiam suam rationemque vniuersalem, absque excitatione animæ sensualis quæ est nobilior qualitatibus corporeis, quā siquidem intellectus secundus prædictus amanter complectitur, euasit imaginatiuus: ac pronus in eam feruat. Quapropter etiā anima sensitiua hominis vice versa appetit subiūgi intellectui materiali, illoque indui. Siquidem nihil posteritatis existentiæque constantis adsequitur, nisi per influentiam illuminationemque ab eo receptā, sed habet per illum, ad miniculum fulciendi permanentiam suæ essentiæ. Intellectus igitur possibilis, & anima sensitiua hominis se mutuo (propter vtriusque indigentiam) diligunt, simulque vnione substantiali coniunguntur, qua perficitur existentia hominis, & gradus constituitur. Ita quoque se habent, intellectus agens, & anima rationalis se se inuicem optantes pro ratione, qua vniuntur, ac fiunt substantia fere una.

Quod forma corporis duplex, quodque intellectus agens regit possibilem, possibilis autem animam sensualem. Cap. X.

PRobatum est ante hac, quod forma corporis est bimoda quędam videlicet, existens per se, quædam corporis inherens, ut forma artificiaria, item vegetatiua, & quælibet alia accidentaria, verbi gratia albedo, nigredo, quæ non subsistit, sed materiæ inexistit, atq; huius generis quædam species permanet actu in formis omnibus intellectiuis, quales radij luminis, qui inherentes corpori illuminato, persistunt in anima agētis, quod cum ita sit anima igitur sensualis (si bruti sit) pmanet in ipso corpore viuido, & si hominis, prius quidē permanet in corpore viuido, postea vero ēt in agente, quapropter cum morte corpus defecerit, anima quoq; vegetatrix sensualisque cessabit, perseuerabit autem intellectus possibilis, qui illi adsuit, seruatus ab agente, qui dein intellectus agens seruatus a Deo (cuius verbo est proximus cōsistet. quapropter intellectus agens amat, regitq; possibilē, possibilis aūt animam sensitiuam, ut pater filium: & doctor discipulum, & ad id uterque indiget receptu influxa a luce, & vita æterna: ac superna. Porro intellectus agens perficit animam rationalem quoniam produxit illam, anima autem rationalis perficit sensualem, quatenus perducit eam ad absolutionem, vice versa excitatur ab ea ad scientiam, sensibilium, promouetur que ad sapientiam intelligibilium, pro modo recipiendi ab intellectu agente, ac primario. Idcirco cum anima reuersa ad essentiam suam perspexerit intellectum agentem, eius operationes sunt illi conuenientes, neque tamen omnes, siquidem humanæ actiones non nisi propriæ: probæque intellectui agenti adscribuntur reliquæ uero ignobiles ac improbæ in animam sensitiuam referuntur, ut pote ipsi accidentes, non intellectrici.

Quod intellectus agens est proximus Deo intellectuique possunt, & quod Deus continet in se uerbum, item quo modo Deus intelligitur. Cap. XI.

INtellectus agens nobilitat animam rationalē, siquidem cum producat eam, nunquam etiam separatur ab eadem, vt pote immediatus illi: sicut uerbo diuino inter, quod & ipsum si foret medium, deficeret ob distantiam a uerbo illo, neque existeret satis perfectum, ad continendas in essentia cūctas scientias, siquidem si contingeret intercidere medium unum eadem ratione, ex consequenti contingeret, quoque intercidere media plura, quod si foret, lumē dignitasque intellectus agentis diminueretur, augereturque crassitudo, quale est impossibile, cum sit nobilissimus omnium substantiarum creatarum. Essentia porro diuina nunquam separatur ullatenus a verbo concepto, sed enim est ens ipsum, quoniam continet omnem scientiam. Anima rationalis autem, est aliquo modo intellectus agens, conuenitque illi cum sit ab eo producta. Neque item separatur ab eadem quoniam est illi proxima, comitaturque ipsum intellectum agentem, illiusque formam respicit, ut subgradus intellectualis, hic autem intellectus materialis est valde honorabilis: quoniam est simplex ac spiritalis, quo attamen intellectus agēs secundarius a mente primaria, ut prædictum, est simplicior, continetque eum, atque exercet in eodem mirandas operationes ope mentis siue intellectus principis. Qui cito etiā intelligitur ab intellectu possibili perspiciente mūdum sensibilem, ac præsertim eius gradum optimum, huiusque motum perpetuum, simplicem

plicem tum occultum : tū manifestum ab ipso intellectu primario prouenientem. Siquidem cum homo explorauerit entia mundi inferioris, speculatus aerem, plantas, animalia, & reliqua, ascenderitque ad mundum superum verum, introspiciens spiritus inexistentes, intellectiuos, perpetuos, uita optima, putaque tales refertos, ac graduq; suo omnes contentos, atq; feruore etiam ardoreq; propter illuminationem a luce primaria : maxime autem in eo intellectum nobiliorem, superioremque alijs, atque administrantem sapientiæ suæ, vir tutis inditæ ab autore mundi vtriusq;, inenarrabilis, intellectus in quam possibilis contemplatione attingit Principem horum omnium mentem.

Quod vniuersus mundus est perfectus, & consequenti qualis sit eius autor primus.
Cap. XII.

Mundus vniuersus continet omnia, neq; aliquid superius addet quicquam, siquidem est summe perfectus. Tale ens autem nō admittit additionem in primis. Etenim additamentum (si quod fieret mundo vniuerso) esset ens naturale, aut non. Non autem ens naturale, natura siquidem existit vniuersitas mundi. Quo modo autem potest iam prius contentū addijci continenti? Item cum omne cadēs sub possibilitatem naturæ, cadat etiam sub actiuitatē agentis alicuius, neq; aūt in mundo vniuerso quoddā aliud agit sine primo autore creante intellectum agētem, sequitur vt quodlibet possibile sit a Deo effectibile. Quapropter huiusmodi additamentum, aut est necessarium mundo, aut non. Et siquidem sit necessarium, illo autem careat mundus, is erit defectus. At agens sapiens, nō facit opus defectum. Quod si additamentum non sit necessarium: si apponatur, igitur erit superfluum. Autori primo autem non est adscribenda superflua actio, neq; deficiens potentia. Rursus huiusmodi additamentum, aut est pars mundi: aut non. Si nanq; existit pars mundi, nō est extra mundū, iam nanq; firmata est demonstratio, quod nihil est extra mūdū, quodq; oīa sunt in eo cōtenta. Quod si illud sit extra mundū, aut est creatū, aut increatum, & siquidem existat creatum, iam quoque existit pars mondi. Ex consequio igitur non extrarium. Si vero sit increatū, cōtinget, quod qua ratione illud est increatum. Quod vniuersus mundus posset absque creatione existere. Quod si ad primam diuisionem dicat, illud additamētum esse non ens naturale, quo modo id contingit? cum non ens naturale non sit possibile, quando quidem omne aliud possibile, est ens tale. Et videmus totum esse nō a nullo agente. Propterea, quod aliquid est prius illo. Et enim si contingeret aliquid produci a nullo agente, etiam tanto magis contingeret vniuersum mūdum existere a nullo. Iam vero sublatum est, quod aliquid possit a nullo produci. Siquidem existētia cuiuslibet producti, est ab alio. Quapropter colligimus impossibile fore, quod mundus vniuersus additamentum suscipiat. Neq; est imaginabile aliquam substantiam existere quā intellectus princeps non contineat. Iam autem antea probauimus, quod autor primus est sapiens, ac potens, is autem non prohibetur producere aliquid. Siquidē cum sit sapiens, repellit inscitiam. Quū sit potens, lassitudinem nō patitur, cum etiam sit liberalis. Inuidia, auaricia ve non retinetur. Vnde nihil omnino impedimenti obstat, quo minus producat, quic quid produci contingit boni, quod tamen libeat. Neque adhuc enim longitudo temporis turbat, neque dispositio quæpiam alia, ad id deest.

Quale sit verbum conceptum seu mens diuina.
Cap. XIII.

Autor primarius vniuersi mundi creauit ipsum, nequaquam ultra præscriptum sapientiæ mentis : bonitatemq;, ac potestatē suam, vt qui continet in essentia substantias partiarias eius, perficitq; ac eisdem influit. Siquidem existit infinitus simplicitate sua. Neq; in se caret potentia; quamuis influxus eius in animam sit finitus. Nec enim quicquam suscipiens ab eo influentiam, est imitameo par eius substantiæ, comparatu ad verbum creās, quod est vnum cum, productumq; absolutū, ac præceptum illius bonitasq;, & voluntas, quod itē produxit omnia, crassa, sēsibilia, & omnia sub tilia intelligibilia. Quodlibet enim, quod sit imaginabile formari ab intellectu principe, est etiam productum ab eo. Neq; vero præceptum huiusmodi intellectus principis conceptum est terminatum, nec alterationi, variatio niq; idoneum. Sed enim omnes essentias subexistentes substantia sua seruat. Atque harum alias ab intellectu medio, a se tamen expressas secundum imitationem ad ipsum. Non etiam vritur imaginatione, nec cogitatione tale verbum. Hoc enim non competit autori ipsi primario. Quapropter etiam verbo eius minime conuenit, æqualia siquidem vni alteri, sunt æqualia inter se, vt lineæ egressæ a centro ad circūferentiam. alioquin æqualia forent inæqualia. Quapropter cum rerum etiam quædā sint compositæ, ut sensibiles natæ qualitates, verbi gratia colores, sonos, odores, sapores, tactilesque, tum corpora superiora, vt cœlestia, tū inferiora, vt terrestria verbi gratia plantæ, & bruta, ac homines. Quorum quodlibet totum est maius sua parte. Mouenturque, & quorum aliquis

Mouetorque, & quorum aliquis motus, vt cœli, non habet contrarium, alius autem, vt elementorum, habet contrarium, siquide vnus impedit alterum. Et anima rationalis quidem est substantia mobilis motu spiritali. Illitaque coloribus spiritualibus, quos ei immittit intellectus supernus, ipsa autem dein trāsmittit reliquis entibus subterioribus a se expressis, comprensisque per cogitationem. Essentia autem veri producti, ab abstracta ab omnibus alijs, quod intellectus ipse princeps testatur, Si nanque conueniret in aliquo speciei creatæ expressæque, illi etiam conueniret autor ipse mensque princeps, qui est consubstantia eius, nec enim est aliud quid ab eo, id autem non est. Quod si uelis manifestius, specta an ut quæpiam altera essentia, adiungatur sistere possit, an ut quæpiam altera essentia, adiungatur ascendatque similis in substantia ad eum, & quoniam id non contingit, ablataque sunt ab eo circumpendentia, non poteris comparare, coniungere ve essentiam illius cum alia, quæ uere referat eam. Siquidem omnes essentiæ formatę creatæque, ab intellectu diuino sunt posteriores illo, ab illisq; omnibus is est abstractus, Produxitque mentem sui primariam: imposuitq; illi quaslibet entuitates sub ratione qua ipsę considerantur. A qua oriuntur omnes formæ differentes, sicut entia ab essentia: & formantur creaturæ: terminanturq; naturæ, vt species progenerantur. Quare cum omnis essentia comparata alteri sit aut superior priorque, aut inferior posteriorq;, itemque aut abstractior aut concretior illa, non sit autem aliqua essentia prior, superior ue aut abstractior autore primo, sequitur, quod idem non habeat rem aliquam exteriorem, quæ possit eum pariter representare, siquidem inferiores siue hæ infimæ, siue illæ superiores, non attingunt prædictam mentem eius, sub ea ratione, qua ipse seuit perficitque illam.

Qualis sit orbis supremus. Cap. XIIII.

MVndus diuinus est absolutissimus omnium, quoniam habet numem copiosum profluensque in inferiorem, continetque in seipso omnes substantias perpetuas nunquam defituras: nullatenusque perituras, vtpote intelligentias, animasque omnes. Atque existit immotus in summa pulcbritudine, & minans aliis rebus. Non indiget motu exterius, quicquam afferente, siquidem cuncta amplectitur, neque potest aliunde pati. Nec enim extat, agens a quo perfectionem additamentumq; suscipiat. Existit item purus, quoniam non habet partem, quæ non intelligat, & eā quam habet intelligit ex se non per explorationē. Quandoquidem principatus eius, vt cæteræ dignitates, est ęternus, ut essentialis, non temporarius, ut accidentarius. Temporarium, siquidem non existit æternum. Tu vero speculaturus mundum illum honorabilem, eiusque substantias nobiles, contemplationē dirige, sequutus ipsam, nec in primis gradibus subsiste, sed perge adhuc relicto sensu, capiēs intellectum, siquidem sensus solū nōscit singularia, vt hunc equum, intellectus autem scit etiam vniuersalia, ut equum simpliciter, & sic aliam quamlibet speciem, neque tantum species sed etiam genera, Atque uniuersalia talia aut primo, aut raciocinio per sensum excitante hic intellectum: qui in orbe dein superno contemplatur clare, quoniam eius essentiæ sunt æternæ, stabiles, semper præsentes, inerrantes, inalterabiles, immutabiles omnino, eædem intelligentes, & intellectæ, nec dissentientes, amatæ itein, & amantes. Non enim intellectus intelligit quin adsit amor, quod si tres adsint, intellectus, intelligens, essentiaque intellecta, & amor consequens, oportet addere motum, & quietem, motum autem quoniā intellectus intelligit cum motu, qui est non transgressio, sed perfectio aptatioq; nec enim a statu pristino euertit. Vt amor enim vero comitatur intelligentem, quoniam si intellectus illo spolietur fiet solitarius, silentiosusq; nihil comprendens. Siquidem oportet intellectam rem aptari intellectui per amorem.

Quod vterq; mundus existit per Deum, parendoque illi seruatur, quique sit ordo inter intellectum, principem, agentem, ac possibilem, quod etiam uerbum est duplex, videlicet conceptum, expressum. Cap. XV.

NIhil utriusque orbis existit absq; autore primario neq; vniuersū entia subijciuntur nisi ipsi, atque illi propter dominationem, seruationemq;. Intellectus vero possibilis est infimus aliorum intellectuum apud Deum, petque illum nos intelligimus entia. Ille autē non intelligit sine autore suo. Sed & non intelligit eum per spectrum representans, uerū per sui speculationem, intelligendo enim se ipsum, intelligit consequenter autorem suū, quatenus uiuit, non tamen quatenus est. Idcirco etiam intellectus ob istum essentiæ gradū est perpetuus, feruens. sine ardens, humilis, trāquillus, ac fortis, propterque assiduum influxum ab autore primo maiestatemq; diuinitatis eius se se illi submittit iugiter, a cuius dominatione si mundi declinarent, corruperentur, siquidē sunt ab ipso. Et quicquid eis inest, consistit per ipsum. Præcipue si subiectionem illi præstiterit, intellectus agens videlicet, ac cœli substantias intellectiuas continentes, is

intellectus siquidem post diuinum primus in est animæ rationali, animaq; illi coniungitur iuxta periodum, quibus coniunctus fit unum amore, ac gaudio incomparabili. Quod si anima separetur ab intellectu isto, sequitur eam corruptio. Coniungitur porro anima intellectui agenti, quoniam existit ab ipso, sicut ipse intellectus agens a uerbo diuino, cui iunctus continue, perseuerat, quoque continue. Siquidem tale verbum non format immediate nisi intellectum, neque intellectus formatur nisi a uerbo. Intellectus vero agens est proximus verbo diuino, quoniam non potest cogitari quicquam prius, intellectu agẽte propinquius ipsi verbo. Qui etiam propter imitationemquã dam autoris appellatur verbum abstrahens, quoniam anima per eum potest abstrahendo depurare qualitates sensibiles. Si vero inter autorem primum, intellectumq; agentem foret substantia quæpiam media, illa esset superior, nobiliorque, ac illustrior proculdubio intellectu ipso, cuius cõtrarium fuit probatum. Ideo quoque intellectus agens dicitur verbum creatum autoris primarij, quoniam speculando ipse autor semetipsum exformat tale verbum, contemplando autem creata minime nouat aliquid vlterius. Essentiæ porro omnium creaturarum insunt substantiæ autoris primi, quoniam nõ intelligitur aliquid præter essentiam ipsius. Et si foret verbum creatum prius intellectu primario, esset quoque perfectius eodẽ, at quo modo id fiet? quãdo iam probauimus, quod intellectus primarius existens verbum primum, creauit verbum extractum, solusque id egit. Dicitur, & enim verbum quoddã prius ordine, perfectius item, puriusque comparatu alterius inferioris. Et quo modo etiam contin get, vt quodpiam verbum creatũ sit perfectius intellectu agente, cum enim tali intellectui inesset defectus, qua ratione posset sincere speculari autorem suum? in quem si forte ignoret nihil aliud poterit discere. Quoniam omne intellectum per ipsum intellectum principem intelligitur. Præterea si verbum creatum foret perfectius intellectu agente, is non foret causa necessaria inter autorem primum, & creata, quod est falsum. Quare intellectus agens est perfectior, ac prior omnibus, sub creatis, impossibileque est imaginari quicquam aliud creatum perfectius. Inter intellectum siquidẽ secundũ ab agẽte, qui est anima rationalis, autoremq; primum, est medium imaginabile, intellectus videlicet, ipse agens. Quoniam intellectus ab eo secundus, est primum mobile admittendo, recipiendoque. Idcirco etiam constitutus est medius inter intellectum agentem primum, & naturam ignobilem corporalemq; ac trimensilem, sed & tres potentias complexas, scilicet vegetatiuam, sensitiuã, atq; intellectiuam, & cum is intellectus secũdus speculatur ens ipsum vnum, quod contingit ex gratia primi, est vnus, cum autem reuersus ad se, quatenus, est medius inter duos orbes, uidet seipsum, sequitur vnum, mundusque inferior naturalis, corporeusque, ipsum subsequitur.

Epilogus prædictorum. Cap. XVI.

IAm probatum est igitur, quod inter autorẽ verum, & naturam sunt media plura, quorum intellectus agens est primum, & anima rationalis secundum, anima autem sensualis tertium. Atq; intellectus primus post diuinũ iungitur verbo eius vnione inexcogitabili, proximus eidem, itaq; ambo sunt vnum, neq; tamẽ vnio ipsorum est qualis intellectus primi agẽtis, ac secundi possibilis, quoniam intellectus is secundus ab agente, quamuis secũdum substantiam sit ab intellectu illo primo, tamen est gradu longe inferior. Siquidem huius intellectus secundi gradus, est primus entis mobilis, pendens ab intellectu primo, cuius gradus est quietis propter suam absolutionem, quæ non indiget perfectione exteriore, ad quam, ob id sit mobilis. Immobile autem continet omnino mobile, omnesque illius partes, & continens est prius contento, superiusque dignitate, ac sibi sufficiens simplicitate substantiæ, pro multiplicitate alterius. Namque semper aliquod mouens existit exterius, animaque propter indigentiam est mobilis ad multiplicitatem, & cum nobile quoddã sit motum, quoddam quiescens, verbum quod est intellectus agens, neq; existit mobile, neq; quiescẽs, sed ab vtroque abstrahitur. Iam quoq; probatum, quod inter creata, primarium est intellectus primus siue agens, secundarium autem intellectus secundus qui dicitur anima rationalis, collocata a Deo, vt præfatum, in confinio vtriusque mundi. Quod si quispiam quærat; quinã autor extitit intellectus primi agentisque? Respondemus Deum autorem uerum fuisse, qui creauit eum ante omnia alia, cuiq; infuit omnia, qui intellectus quoque agens cum sit proximus ipsi Deo, dicetur verbum ipsius expressum cuius gradus, vt dictum, non est rei mobilis neque quiescentis, siquidem motus, & quies non insunt nisi substantiis inferioribus illo.

Quod verbum expreßum est causa proprie creatorum, Deus autem non est proprie causa eorundem. Cap. XVII.

VErbũ expressum appellatur causa causatẽ, atq; hæc fuit opinio sapientũ Babiloniæ

niæ, quoniam ab eo producuntur entia, ipse etiã intellectus ab eo secundus, id aũt propter vnionem verbi huius cum autore primo, a quo ipsum, & omnia alia existentia vere procreantur. Causa vero dicitur quæ est effectrix cum expressione simili existentiæ causati, qua re si nihil fuisset aliud creatum, verbum tale non appellaretur causa. Nullumq; ob id etiam aliud inferius dicitur tam decenter can. Siquidem nihil cum expressione simili, producitur sine ipso uerbo prædicto. Et quando etiam nihil recipit expressionem suæ existentiæ a se ipso. Cum & enim existit haud, procedit ad expressionem suæ existentiæ. Nequaquam conuenit, quod aliquid nuncupetur, uel sit causa sui, vt falsum est, quod aliquid prius, qua prius, sit posterius se ipso, & superans quatenus tale, sit superatum. Contingit porro intellectum agentem qui est tale uerbum dici causam, quoniam est plenus seminibus. Si careret non decentur nominaretur causa, imo existentia illius deficeret, non enim contingit, quod quicquam pendeat ab altero extremo, & id non existat, alioquin contingeret causam fore absque causato, ac uiceuersa causatum pariter sine causa. Quod si sit, entia forent inordinata. Quo dato, auferretur præminentia prædominiumq; virtutis absolutioris. Quare agens, & patiens administratumq; existerent æqualiter se habentia. Quæ tamen esse inæqualia experimur, tum ratione actionis, passionisque in quibusdam, tũ ratione medii vnius, vel multifarij in aliis, vel nullius etiam in plerisque, qualia sunt entia abstractæ potentiæ perfectæ. Quare, vt dictũ causa nominatur comparatu ad causatũ. Quod si quispiam dicat enim causa, & causatum conueniunt correlatione, differant autem substantia, quo modo igitur causa coniungitur causato? Respondemus, quod inter causam, & causatum est quædam coniunctio per radiationẽ quampiam, proportionemq; communem, sine qua impossibile est unũ esse causam alterius, vt aliquem esse patrem alterius filii. Quorum quamuis vnus sit prior altero, tamen eorum est quædam coniunctio, & licet filiatio insit filio, paternitas autem patri, non ideo tamen aufertur omnis inter illos communio, sicut autem de ijs patribus correlationis sic de reliquis. Sic enim inter elementa quæ sunt causa mixtorum, verbi gratia mineralium, plantarũ, animalium, ipsaq; mixta, est hæc coniunctio. Adhuc quoq; inter indiuiduum vnius speciei & indiuiduum alterius extat talis communio, vt contingit vni illorum alteratio, trasmutatio que, ab alio, collocatio item in regione propria, & ascensio, tum dignitate, tum situ vnius supra aliud, vt elementi, verbi gratia aquæ supra terram, aeris, supra aquam, ignis, supra aerem. Quorum singulum in suo loco constitutum quiescit, ac ut in animalibus, item velut capitis supra pedes, implantis quoq;, vt ramorum supra radices, præterea animal est sublimius planta, plãta minerali, atq; ita inter vnũ, & alterum propotio. Si nanq; inter prædicta minime foret communio nominata, impossibile esset vnũ eorum existere causam alterius. Ita quoq; cœli circumlati sunt causa, quod elementa inter se alterentur, transmutentur, patianturq;. Quorum est coniunctio quædã multimoda. Conueniuntq;, tum quod sunt mobilia localiter, tum quod sunt, quãta, terminataque. Et enim si non esset proportio inter illa, elementa nõ paterentur a cœlis, quod falsum tamen est, cum ex illis non generetur aliquid, nisi per impressionem ab ipsis cœlis, eorumq; motibus. Sunt enim cęli causa formarum naturalium, hæ autem compositorum generabiliũ, quorum est talis communio. Præterea materia, & forma quarum vnius est motus cogitabilis, alterius uero quies, sunt ambæ causa cõpositionis cœli, inter q; illas, & cœlum est communio plurima, quia cœlum circunfertur, forma aũt circunfert, quamuis ibi materia, & forma sunt insensibiles, sicut etiã hic. Adhuc antẽ anima vniuersalis habet proportionem ad huiusmodi materiam, & formam, quarum vtrius que est causa, & firmior, quã particularis, quoniam illa vtitur descriptione luminis spiritalis, hæc autem corporalis, vt quæ materiæ immergitur. Vniuersalis anima item est causa motus orbium, quietis autem polorum, sic quoque anima particularis est causa motionis organorum, quietis autem potentiarum. Rursus materia, & forma sub naturam cadunt, quatenus materia non potest existere sine forma supposita, neq; pariter forma sine materia subiecta. Amplius intellectus agẽs, qui est vniuersalis, iam prædictus est, causa animæ vniuersalis, & sic habet manifestam communionem cum anima. Siquidem qualia insunt indita semina intellectui agenti, talia quoq; insunt animæ rationali, nec enim anima agit, quin eius essentia suscipiat a formis intellectus agentis, iterum etiam alia est communio huius intellectus, & animæ prædicta, quod intellectus aliquid est particulare, & aliquid vniuersale, & similiter animæ. Et sic etiam intellectus est vnum idemque. Quod verbum expressum a potentia autoris primi, cuius voluntas, & præceptum sapientia est idem, quod genitũ in eodem gradu essentiæ. Atq; intellectus agẽs est creatus ab autore primo, per huiusmodi præceptionem, uoluntatemque eius indifferẽtem omnino. Neq; ex materia producto, neq; exemplo exteriore, sicut reliqua creata. quare colligimus, quod semper inter causam causa-

tumq; suum est communio aliquomodo, alioquin, sine hac habitudine non contingeret fore vnum causam alterius. Deus enimuero quoniam non habet huiusmodi proportionem ad creaturā, impossibile est, quod sit proprie causa eius, sed tamen est autor, effectorq; rei emanantis ab eo. Neq; necessaria est inter agens, & actum talis cōmunio, nec enim intercedit passibilitatis conditio in agente: sed si qua cōtingit, apparet in ipsa re emanante ab eo. Itē causa imprimit causato qualitatem sui similē aliquam, semperq; causæ, & causato commune quiddam inuenitur, sicut caliditas, qualitas naturalis essentialisq; ignis, est communis ipsi aeri, & aquæ lapidiq; calefactis ab eodem. At impossibile est, quod mundus existat ab auctore primo, ut caliditas ab igne. Siquidem hæc est, velut anima ignis. Ille aūt nequaquā sic se habet ad autorem. Sufficit etiam cū anima describatur exprimaturq; ab intellectu primo, uerbo diuino, quod est omnium creatorū autor, descriptio seu qualitas animæ causatæ procedit a simili in intellectu agente causa existente. Amplius si Deus foret causa ipsarum creaturarum. eius scientia esset similis, scientiæ earūdem. Quod est falsum. Iā enim notū est, quod Deus creauit entia absq; alio ente, exemploq; exteriore. Neq; extat in aliqua re cęlesti, uel elementaria eius similitudo quæpiam. Rursus igitur Deus, vt dictum, sublimis, non est vere causa rei cuiusdam creatæ, sed autor causæ ipsius, quę est opus illius. Nam vt præfatis visum, caret communione huic opurtuna, ad ipsas creaturas.

Quo modo intellectus est agens, est vnus, item Deus, & quod est vnitas, ac numerus multiplex.
Cap. XVIII.

Autor primarius cōstituit verbum, quod est creatum primū, esse causam entium ab illo procedentium. Atque hoc non est vnū verum, siquidem non agit essentiam, & existētiam creaturarum, qualis actio est supra potestatem eius, neq; tamen subit dualitatē, paritatemve numerariam, sed permanet vnum, & vere abstrahitur ab illis. Neq; enim est vnum vnitate principiaria numeri, quanquam numerus etiam sit essentiæ aliquantulū abstractilis, quoniā hæc vnitas inest quoq; particularibus corporeis omnibus, ac necessario, quibus eam qui dem verbum ipsum dedit bimodam, nonnullis vnicam, sicut terræ aeri, soli, ac lunæ, similibusq; reliquis. Quorum quodlibet est vnicū singulare indiuisibile in plura contermina specie, vnde dicitur, quod omnis terra est vnica terra, & sic de cæteris. Quibusdam autē tribuit plurificatam, & hanc quoq; bigradam quāpiā, vt ignis, stellæ, indiuiduorūq; naturalium, exēpli gratia mineralium, animaliumq;. Alteram vt particularium rātum cōnumeratorum, quorum dicitur vnitas prima, secunda, tertia, quartaq;, & hęc sunt abstractilia a naturalibus, licet numerata. Deinde venitur ad spiritalia multiplicata per creationē nouatricem, & viuida, perueniendo vsq; ad intellectum creatum, a uerbo diuino, qui existit vnus vnitate cōtentrice seminum insitorum. Multiplicatur aūt per illa plura abstractiua, & productiua creaturarum. Creator aūt verus ineotus supergredi numeros, abstractus a diuisibilitate creaturarū, nec multiplicatus per formas insitas actiuas, vel exemplares. Quapropter est vnus vnitate differente a naturali, numeraria, ac spiritali qualis eius vnitas nō apprehenditur nisi per abstractionem, & negationem ab vnitate expressa. Nam qui cogitat ipsum Deum esse vnum, quia non existit duo, neq; tres, ignorat talem autorem primariū. Siquidem ita is conimaginatur numerum expressum præoumerando eius vnitatem nominatam, a qua, vt dictum, abstrahitur, hæc igitur est differentia inter vnitatem numerariam, atq; vnitatem ueram creatori supremo proportionatam. Quod si quispiam quęrat cur intellectus est ita vnus, & dominus aliarū creaturarum, respondebimus, quod autor eius ens vnum, verum: simplex, continens oīa tum cōposita, tum incomposita, pro ratione, ut nouator entitatis, singulorum, & multitudinis cunctorum, idem efficit hunc intellectum, agentem; & quicquid inest ei. Nomerū quoq;. Nō enim numerus est principium rerum, ut putauerunt aliqui. Siquidem unum est prius duobus, quæ sunt numerus. Vnum aūt non existit numerus, metiturq; numerum. Porro cum ita sit, velut prædictum, anima rationalis quoque est numerus secundum imitationem, similitudinemque vnitatis intellectus agentis, quoniam essentiæ primariæ, ac supernæ non sunt corporeæ, neque aoctiles, sed existunt spiritales absque terminatione mensili, alioquin forent crassæ solidæque, ac superficiatæ, quales existere sensu, licet falso cogitantur. Cuius argumentum extat, quod rationes seminariæ, vt plantarum, quæ insunt humori, non existūt appareotes, & visibiles, sed occultæ, ac inuisibiles, quare etiam tāto magis verbum, quod est intellectus agens, numerusq, eius essentialis. Neq; autem in præsentia accipimus numerum recensilem, qui extat euidens, sed naturalem, qui est essentia conteota ab alia, qualisq; vnitas duaria mundi superni, inest intellectui rationiq; agenti absolutæ, neq; imitatur quidē vnitatem diuinā, sed resultat numerus quidā, qui existit forma singulorum creaturum ab intellectu

intellectu, continente uere entia ac seruante, quique prius formatus est ab illo uno, sub specie inferioris essentiæ. Atque hæc dualitas est essentia vnica.

Quo modo Deus, cum sit summe unus, creet multa alia entia, quali autem specialibus Intellectibilia. Cap. XI X.

QVærendum de intellectu agente, qua ratione ipse intelligatur ab aliquo, & quo modo fuerit creatus ab autore primo, qualisque item sit status intuentis eum perpetuus. Præterea, quærendum utrum, quod animus proclinis, nullo prohibente, maxime optat scire: atque id in quo turbati sunt altercatiq; inter se sapientes, videlicet, quo natura modo ens vnum absolutum implurificatumque omnino, creauerit alia plura entia, sine digressu ab vnitate essentię, citraque detrimentum vnitatis, immo cum roboramento eiusdem. Et enim quaquam omnia alia profluant ab uno, non tamen ob id inest illi uni pluralitas, quale cum dixerimus, ostendamus etiam probando. Ad quod pro uiribus faciendum imprimis imploramus opem ; & assensum ab ipso; Autore primo, neq; ore tantum, sed cum gestu supplice, animo etiam abunde, incessanter, atque integre, eo uersique oramus, ut ille illustret mentem nostram, dimoneatque stultitiam animabus supercrescentem, propter corpus, sic enim speramus nos probaturos fore huiusmodi dispositionem, quamuis vnius veri boni honorabilis, siquidem ipsummet, immittit lucem, pro veritate ac sincere se exquirenti. Primum igitur, quod auidius exploratur ens vnũ verum creauit entia plurima hoc modo, quod primo occurrit eius speculationi. Quoddam ens vnicum, constituitque illud ante omnia alia, quod constitutum deinde reuertitur ad eius essentiam subsistensq; in illa statim respicit intellectu illud ens vnum : verum : supergredi omnia intellectibilia ac sensibilia. agnoscitque talia entia ut exemplari fabricata esse turbida declinantiaque ab eodem. Quod ita sit, quodlibet productile mouetur appetitu ad ipsum ens. Alioquin nullatenus foret productile, dico autem mouetur, quoniam productio fit propter huius generis motum aliquomodum, siquidem non potest sine illo fieri, Dico item appetitu, quandoquidem optat assimilari ei in permanentia. Vnde occurrit eidem per speculationem, atq; hæc est causa motus ab eo profluentis commodi. Quando ita perspexeris plene, creatorem, primariũ, disces uerbũ creatũ esse proximũ illi, oririq; ab hoc verbo, virtutes postremo multifarias euidẽter, quodq; oẽs mouẽtur appetitu ad illud, pendẽtq; ab eo ut creatæ a firmo agẽte, sicut antea probauimus. Ita ut cunctę reuertãtur: & ascendãt vsq; ad creaturã illã principẽ proximã verbo dei cõcepto, quæ est causa causarũ, refundens aliis substãtiis essentias singulis proprias, conuenientesq; & quatũ cõuenictior est ppetua, atq; vni, quodq; recipit huiusmodi influxũ a Deo, per eam mediã causam pro captu ac imitatione, siquidem oĩs substãtia corporea, atq; alia subterior existit ex prudẽtia autoris primi per illuminationemq; vnitatis eiusdẽ. Qua propter aĩa etiã mouetur appetitu ad eũ ꝑprio quali solent ipsa simulacra ad archetypũ, atq; non nihil extrario, quoniã omne animarũ, est transmutabile secundũ substãtiã passibileq; ac alterabile, quatenus secundũ substantiã vertitur in aliud. Creator .n. uero primus mouet creaturas, immittendo eius desideriũ boni absoluti, ꝑpetuoq; influẽtis, quale etiã vnicuiq; tribuit iuxta capacitatẽ vnde colligantur simul extrema entia comunione causæ, & causati, sicut prædictum, quorum supremum est causa prima, proxima verbo diuino, quæ existit causa causarũ. Aliud extremũ, & infimũ est substãtia extẽdẽs spargẽsq; causarum uires immissas, ad quã hmõi uirum descensus, subtensioq; amputatur, sublato receptaculo alio inferiore. Quare cũ iã probatũ sit, quod omne mobile habet motorem exteriorẽ, ad quem, & a quo est mobile, alioquin .n. foret immobile, oĩno, atq; omne tale anhelat itidemq; ad illũ, ut imitetur, & nos hĩes ẽt appetimus cõtemplari eũdem, ob id singula occurrũt ꝑspectui illius, & hæc est ratio motus ab eodem profluentis omnimodi. Porro si velis, qđ prius quærebatur, scire, quo modo autor primus creauit substãtias insensibiles; ꝑpetuasq; ac insignes, oportet ut circũ adscribatur ab imaginatiõe tua qualis libet. fluxus tẽporarius, quãdoquidẽ hæ creatæ fuerũt absq; tẽpore, actione autori immediata, atq; successiua. Qua ratione, et. n. huiusmodi productio foret temporaria? quũ ipse autor illius, sit etiam autor temporis, omnesq; generationes temporarias digesserit cõstituens, ac discreuerit, Nec enim autor temporis existit a git ue sub tempore. Verum altero modo altiore, digniore que, creaturæ fiunt ab eo, quali videlicet umbra corporis alicuius manat ab ipso.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM APPOSITVM.

Cap. 1. ponit influxum Dei in 1. creato esse infinitũ, falsũ est, quatenus recipitur in intellectu creato. Cap. 7. ponit intellectum producere animam, quod & replicat cap. 10. & 11. Si intelligit de intellectu creato, falsum dicit, proutsupra annotatum est.

LIBER VNDECIMVS, QVOD AD INTELLIGENDVM ORBEM SVPERCAELESTEM, OPORTET PRIVS INTELLIGERE cælestem, Magisque tamen illum, quam istum.



CAPVT PRIMVM.



Narrandum a modo, quâ mirabili ratione sydera animæque mundi superioris gubernent ista inferiora, quandoque ille orbis continent omnia eadẽ entia, a primo ad postremum quæ,& hic, verum sub alia specie videlicet nobiliore. Neque tamẽ ob id dicimus, quod formæ ignobiles in hoc mũdo progenitæ, ex putredine sint etiam in illo altiore, sed quod solæ formæ naturaliter generabiles adsint ibi. sub alia, vt præfatum, altiore specie. Ad propositum igitur conuersi dicamus, quod planeta Iouius princeps stellarum, inter omnes: quę ibi existentes appetant ipsum mundum intellectualem: præcipue contemplatus formas eiusdem puras, suscepit illarum bonitatem lumenq; pro capacitate, vt amantior, supra alias stellas. Vnde & dignior factus est. Qua ꝓpter qui huiusmodi planetam speculatur, fit adsimilis pulchritudine: dignitate ac lumine. Vt qui scandens sublimem locum quandoq;, despectans humum rubeam aspectu rubescit. Sic enim, qui lumen superius intuetur illuminatur, verum quoniam planetæ lumen, quod inest a luce bonum, est tum interius tum exterius, immo cum sit eius forma, lumen verum, est interius, forma enim non subiicitur sensui. Idcirco ad perfecte uniuersaliter conspiciendum lumen illud, oportet vti speculatu minime partiario. Videlicet tantum exterius non autem interius circumtuente, immo totum, vtrobique perlustrante. Veque ocularis visus non penetrat uniuersum corpus, sed enim solum aspiciens exteriora, nõ inspectat interiora, sic etiam nulla alia uis corporea potest lumen illud interius attingere. Qua propter si velis huiusmodi formam planetariam integre cõtẽplari, necessum est redeas ad ipsum mer animũ, ac euadas qualis ille incorporeus. Sic enim fies inalterabilis, visuque ideo intellectuali comprendes. Vnde illius fulgore etiam impleberis. Atque identidem facies specialibus exploraturus Iouem stellarum principẽ. Vniuersali siquidem ratione illum prosequere, considerans superficieque ac profunditatis pulchritudinem. Quod si amplius optes etiam supercælestes formas illustres, scientia assequi perfecta, neque aliter earum dignitatem præclaram queas introspicere, quo modo & quem prædiximus archiplanetam intuere, profunditus, tunc enim lumen eius, quod est hypotypus a superno orbe impressus, in te refundetur. Cuius illustratione indutus, fere illi par unusque, tanquam subleuamento adiutus, supremam illam claritatem, omnesque eius participes formas pro uoto intelliges. Si uero ab eo auersus, disiunctusque ad te conuersus geminatusque fueris, huiusmodi speculationem amittes. Quam tamen, si minime corporeis sordibus interim coninquineris, dein reconuersus ad Iouem stellam recipies, conterminus lumine sicut antea, & pene cõsubstantialis

tialis illi redditus: pariterque nesciens omnium nisi, quod fuerit disiunctione inter turbatus. Alioquin a planeta isto alienus, quoniam te iuppiter tunc abhorrebit, nunquam attinges orbem supremum, quare oportet viros sic omnes reliquos cōtemplatores eius supernas essentias, cum planetarum Domino ita, vt prædictum est, se se habere. Porro danda tamen maior est opera cuilibet, vt contempletur mundum supercælestem, quam cælestem, quoniam illius scientia est nobilior, quam huius, quæ tamen est insignis prælu-minatoriaque ad illam, & sine qua proculdubio media, nemo potest supremam consequi. Boni pulcherrimi, quo nullus aspectus satis pasci potest, & cui speculatorem oportet esse plane vnum cognominemque, quique penetratu intellectus lucē huiusmodi optimam ingressus: fit tanquam candelabrum luceos illi ad simile.

Quæ sit differentia inter sensum, & intellectum. Cap. II.

QVemadmodum visus non apprendit visibilia, non sit illis idem, vtriusque, apprendit noticia pro facultate perfecta, sic intellectus humanus nequit intellectibilia cognoscere, nisi illis vniatur, & visus, quidem superficiem rerum attingit. Intellectus autem profunditatem subit: Idcirco, quoque magis firmiusq; unitur intellectibilius, quam sensus sensibilibus. Siquidē nimis sensu diuturna noxia est valde sensui ipsi; adeo vt aliquando eum priuet ui sentiendi. Intellectio autem aliter se habet intellectui, vt quod diuturna intellectum firmat, depuratque quatenus est intellectus. Præterea sensio mali est vehementior quam intellectio, illa nanque infert dolorem ægritudinemq; non autem ista. Sensus item non bene precipit dispositionem naturalem conuenientemque, verbi gratia sanitatem, nec enim talis subit potentiam sensitiuam, ægritudinem uero bene percipit, vtpote preternaturalem, inconuenientemque, tali naturaque ut dolorifica facile sentitur. Quod si sensus ignorat prænominatas qualitates, quanto magis substantias intellectuales, quæ sunt distantes, & alienæ ab eo multum. Idcirco quoque sensus non confitetur intelligentias. Intellectus autem, si has negaret, se se ipsum negaret. Alioquin foret substantia corporea, quod si contingeret, subtraheret se rationi intellectiuæ, consideransque essentias intellectrices tanquam corporeas, nunquam orbem supernum, eiusque mentes penetraret. Quas, viceuersa, transcēdit cum essentiam suam respiciens introspexerit perfecte.


Quod mundus triplex supercælestis: cælestis: ac terrestris, quodque posterior seruatur a priore. Cap. III.

MEns ipsa humana, cum orbem intellectiuum perspexerit, nobis renunciat illum esse opus primum creatum, summoque decore insignitum existere, ac illaborlosum: inafflictuosumque. Immo lætabundus suo lumine, profluentesque ab aliis essentiis exultanter substantias in seipso continere. Quarum Iouis planeta est primariū exemplar, omnium illius entium. Neque vero nullibi collocatus, sed enim in alio orbe secundario, bono tamen illustri perpetuoque ac eius primi simulacro, referto. Vnde etiam decet, quod sit bonum absolutum, siquidem metatypus est, & similis archetypo. Rursus autem hic mundus infimus adsimilis cælesti ut vitæ: essentiæ bonitatique causariæ, successiua iugiter generatione, est quadamtenus perpetuus, sicut ille constanter. Siquidem omnis uita nostra, cum sit similitudo superioris continuatur ab orbe illo, continuato adhuc per supremum principium. Ideo errauit, qui opinatus est, mundum intellectualem fore corruptibilem, quoniam autor eius primarius firmus inablatilisque existit. Dum autem creator intelligentiarum fuerit talis, illæ nequaquam deficient: neque ullatenus peribunt, sed internum persistent, nisi idem autor sponte redigat ipsas intelligētias in pristinum statum, ac retro transmutet in nihilum. Id autem est impossibile, quandoquidem creauit eas absque consultatione ac cogitatu. Verum alia intellectionis specie. Quare lux primaria, quæ existit essentia vera, indefituraq;, nomine protectione seruabit eas, ob quam rationem stabiles ac perpetuæ manebunt, huiusmodi intelligentiæ.

Cur Deus appellatur lux, & quod seruat orbem intellectiuum, hic autem cælestem, isque dein terrenum. Cap. IIII.

LVcis primariæ appellatione vtimur ad primum autorem nominandum, ex necessitate, quoniam nequimus ipsius essentiam qualis in seipsa existit, detegere, atque attingere, & quantulum eius mens humana intelligit abstractione, negatiuneque succedanea, assequitur scandendo subinde, eo vsque vbi lassata sistit, vt imperfectissima, siquidem est infima omnium creaturarum intellectricium. Rursus igitur regressu ad propositum facto, dicendum, quod essentiæ princeps, quæ est lux infinita, cum nullatenus corrumpatur

patur, nunquam etiam desinit illuminare orbem supercælestem, isque cælestem, ideo quoque hic secundarius Dominus infimi, utpote mus illius primarii semper existet, Et quanquā princeps mundi superioris parum referat ab inferiore, nihilominus conatur seruare eum, seruator porro mundi intellectualis est lux primæua, mundi autem cælestis, ille supercælestis, huius autem infimi sensibilis, ille medius cælestis. Atque omnes tamen seruantur consistuntque uirtute autoris primi, qui eos suæ administrationis robore fulcit ac sustinet, vt qui primum orbem, a quo pendent reliqui, perornat. Quique existit infinitus potentia: Bonitate, ac pulchritudine, Vnde illum subsequitur intellectus agens illuminatus ab eo, parsque mundi intellectualis optima ac nobilissima, Intellectui agenti honoratiori succedit animus simulacrum eiusdem quique etiam speculatus orbem illum intellectuarium, fit pulchrior adhuc. Tandiuque ita perseuerabit, quandiu illum intuebitur, ac uice uersa a speculatu diuertēs, lumine extracto deformabitur. Atque in nos etiam donec nostrum animum respexerimus, ineoque constiterimus. Existemus speciosi probique, ab eo autem digressi ac transfugi, turpes atque improbi. Præterea ipsa cælestis mundi anima est decora, pulchritudinemque suam, maxime planetæ uenereo, immittit, quia dein illa huic mundo sensibili transmittit, non enim ab alia causa, quam a cælesti speciositas terreni orbis prouenit, vt prædiximus



LIBER

LIBER DVODECIMVS QVOD CORPVS HOMINIS EST MORTALE, NON AVTEM ANIMVS, quodque corpus animalis est organum animæ.



CAPVT PRIMVM.

IN præsentia considerãdum est nobis an utraque pars hominis sit consumptilis, an tantum una corrumpatur: altera autem persistat semper, & quæ natura hæc sit, idque ut perfecte fiat, ratione naturali est uestigandum. Homo igitur non est aliquid simplex, uerum constat ex anima ac corpore, quod existit organum animæ coniunctum: diuersumque specie. Quodque licet optime, animæ uniatur, non tamen inseparabiliter ab ea, neque in seipso constãter est firmum. Siquidem corpus ipsum est compositum, & non simplex. Omne autem cõpositum resoluitur tandem in ea, ex quibus cõponitur. Atque ex consequenti nõ permanet, Quale etiam pater experimento, siquidem conspicimus corpora modis uariis corrumpi, tum ab aliis, tum inuicem: præsertim quando anima nobilis ea destituerit, Vice cursus uersa corpus si permanet, adminiculo animæ sublimis perseuerat, ac sine illa nec persistit, nec existit unum. Quandoquidem resoluitur in materiam & formam, ex quibus constitit, abeunte huiusmodi anima, quæ continebat illud, Corpus item est quantum diuisibile in partes minutas. atque hæc est quædam corruptionis species, Quare cum sit corpus, pars altera hominis, non utraque eius portio est incorruptibilis, verum una corrumpetur, uidelicet quæ existit instrumentum animi, quo ipse indiget, non tamen semper sed prõ tempore, alioquin corrupto instrumento simul ipse animus corrumperetur, Quod profecto non contingit, quando animus adhuc in statu suo persistit firmus, inconsumptusque. Siquidem natura eius non admittit ullatenus corruptionem. Atque est forma per quam homo est ens & existit, vnde homo uere est animus, ipso autem quoque corpre animus indiget, vt artifex organo. Qui corrupto, eo non ob id corrumpitur. Corpus autem est animæ instrumentum, quoniam sicut artifex exigit organa apta operi, verbi gratia carpentarius securim, sutor acum: messor falcem, nauta remum, sic anima experit corpus, ad commodum cui inexistat, Pótentiæ quoque animæ exigunt membra instrumentaria idonea, quibus anima ipsa instruit, cuius argumentum, quòd anima cum viribus sequitur complexionem corporis, siquidem euidenter uariantur eius operationes alterato corpore aliqua de causa, uerbi gratia ob operationes, propter animam illo, ut organo vtentem, uelut tristitia: timor: concupiscentia: lætitia & mestities, Quapropter mutuum accidentium, commercium, uicissitiaque animę atque corporis conalteratio, indicat corpus oportere ut sit aptum animæ dominanti seruitium, Quod & adhuc ex illo probatur, quoniam si quodpiam animal, ut sit moriatur., numquam alterum gignitur, cui eadem anima possit aptari. Ita quòd semper cuilibet animali sua inest propriaque anima, nec vicissim cuilibet animæ suum propriumque subest corpus animalis. Siquidem corpori parato, parata pariter respondet anima, idcirco necessum est

corporaturam animosi esse alteram,quam pusillanimi sicut ferramentum carpentarii aliud,quam sutoris,atque ita anima leonis , vt animosa, prudéter sibi aptauit corpus organicum ad oportunitatem,vt ossi solidum ad robur, dentatumque ad morsuram . Canis leuiter pedatum ad velocitatem , & qui dure ungulatum , ad pugnam; reliquisque actionibus promptum.Bouis quoque anima ita sibi constituit corpus cornigerum,magnumque ad labores.Et quęliber alia pro dignitate,indignitate , vt operationem , vt leporis anima cum creat audacia , ac robore,corpus leue formar sibi ad euasionem , oois autem sagax ad præcautionem a fortióribus brutis.

Qualis humani corporis compositio . & propter quod . Cap. I I .

CVm anima humana sit nobilior sapientiorque reliquis,ac idcirco propinquior substantiæ diuinæ,disposuit sibi corpus nobilissimum aliorũ, quæ sunt , animaliũ ac meliora,aptioraq; membra ad artes exercendas.Cũque ad multa opera, quæ facit multifariis iodigeat organis , neque potuerit sibi ea omnia io corpore couiuncto fingere , in eo composuit vnũ idoneũ ad fabricandam illa plura separata instrumenta,manus videlicet,quandoquidẽ si habeat vnicũ organũ tantũ,vnico usui aptum,non poterit cætera opottuna conficere.Instituit quoque corpus rectũ,cui eum manibus addidit etiã pedes , vt queat multas alias animalium species,opinione pene , innumeras, gestu variato imitari , eorumq; motus plures effiogere.Quorũ si vnicũ retineat naturalem,id oequeat . Namq; homini oĩa brutorũ operam,quadamtenus:cõueniuot ut leonina dominatio , ad quã vtitur lorica : Clypeo : ære:atque adhuc instructius ad Balista,& ariete ad muros diruendos,propulsamq; ooxiorũ telis,ad pugnam;item equo,sed & celeritatem qualis leporina, ac naturalem per cautionem, vt ouilla,atq; hæ actiooes per iostrumeota factæ suot brutalibus potentiores. Homo item ope intellectus directoria facit opera quædã exquisita , supra naturalem cogitatum suum , quoniam naturalium operũ inest, quoq; brutis potestas,vt artificia homo format,verbi gratia,musica organa chordis instructa,nenditq; illis artem ipsam,Præter instrumenta sooora, quæ excogitat ad lætificas brutorũ uoces immitandas,inuenit quoq; capteniula , quibus volatilia aeris:& pisces maris,ac feras terræ domat.Præterea vtitur ad multiplex cõmodũ aquã:aerẽ:& sole ac luna,cæterisque stellis.Amplius mentis prouidẽtia cõdit leges rectas:moresq; probos instituit.Scientiarũ uolumina excudit,litterarum figuras nouat, spherasq; multiformes,vt ꝓ celesti, horologicasq;, sed & artes uarias. Prognostica item ante lõgæua, præsentibus ac futuris vtilia. Ideo, ut prædictum, homo oaturæ rectæ a brutali differentis compositos est aptæ imitari brutales,atq; alias cõfines,quas in uariis actionibus summit varias. Et cum ambulat dispositus est,aliter , quã cum equitat,disputans quoq; differenter se habet , quã scribẽs , carpẽtarii situs etiã in actione ꝓpria dissitus est a sutoris,cõuiuãtis accubitus , & arantis status discrepant.Vir canens difformis etiã a flerente, lyrizãs tympanizante .

Quod anima humana non habet peritiã aliquam congenitam,neque formam cIrporalem connaturalem. Cap. III.

ANima brutalis,ut prænarratũ, dedit suis animalibus tum instrumenta oportuna actionibus , tum instinctus oaturales expedientes tutellæ a noxiis pro conditione singulis.Anima uero humana, neutrumhorumcoo tulit homini . Tantumq; instituit , corpus versatile permultis organis, docilitatamq; citra peritiã,ꝓ instinctu naturali tribuit. Quod si aliter cõtingeret, vt videlicet scientiã a natura secũ ferat,non appeteret hunc orbẽ infimũ , nec enim indigeret discere per abstractionẽ a formis sensibilibus.Nisi:respondeatur,quani ma peritiã quidẽ naturalẽ habet, sed cũ sit uelata,nõ potest eã detegere nisi eruditione, neque valet ab obliuione resipiscere nisi excitata ab iis rebus inferioribus , quale profecto non est.Nec.n.continet huiusmodi aliquã formam corporalẽ,veluti prætectoriam,alioquin nullam aliam admitteret, ex consequeoti etiã noo intelligeret,vt aer,& aqua , si quẽ habeãt coloiẽ vnicũ,peculiarem,noo susciperent alterũ neq; per illa media videretur aliquid,oisi sub voius coloris apparentia,quæ tameo elementa omnibus coloribus sunt peruia.Atque ita etiam sensoria,vt oculus si quem possideat colorẽ genuinum propriumq; oon apprenderet alium,sic auditorium,odoratorium, cæteraque sentiendi instrumeota.Quare sic anima cum sit prompta parataque ad omnes formas sensibiles abstrahẽdo recipere , oullam earom habet insitam , vnde etiam dicitur locus formarum quod de rationali maxime iotelligeodum.Et cum hoc ita sit,operatiooes suas propriasque exercet ex se, absque organo corporeo,propterea que incotruptibilis existit.

Quod anima humana non indiget organo corporeo,quodque est simplex,& ob id incorruptibilis. Cap. IIII.

ANima humana fungitur oonnullis actiooibus ignobilibus,qbus ꝓculdubio cõ-

uenit corpus, vt oratoria cæteræque artes, quas non sine membris ad eas instrumẽtariis exercet. Plerisque autem fungitur virtute cogitatiuæ, qualis discursus deliberatiuus, atq; contemplatiuus, ad latentia ex apparentibus procedens, aliis vero; fungitur ex intellectus potentia nobilioribus, pro facultate, & citra discursum, ad quarum vtrasque postremas anima minime perfecto indiget corporali organo. Omnis autem forma, quæ non indiget instrumento corporeo ad agẽdum, est incorruptibilis, siquidem est simplex. Tale autem non resoluitur in alia. Sed consistet firmum atq; inconsuptibile. Animus autem est simplex, quoniam non est compositus, cum sit receptaculum formarum simplicium, & depuratarum, quas attingit æqualiter neque magis cuiusue considerando recipit vnam quam alteram, velut speculum imagines, aer colores: sonos: odores: aliasque sensiles formas, indifferenter, sine turbatione: quas defert ad sensum, seruatque pro ratione singulorum, atq; hæc operatio inest animo naturaliter, & semper. Porro omne, quod est receptaculum formarum simplicium, existit incorruptibile, q.q; est simplex absolutum, extat simile, animus autem vtroque modo se habet, quapropter persistit incorruptibilis.

Quod animus sit immortalis ex infinita discendi potentia, quodque non habet scientiam congenitam. Cap. V.

RVrsus animus siue anima rationalis naturaliter perpetuoque discendo operatur, siquidem conspicimus hominem semper ignorantem aliquid subinde discere, natura eius nunquam ad discendum deficiente, quinimo quantum superest discẽdum, tantum prosequitur discere. Omne vero quod ita se habet consistet perpetuo sibi simile ac etiam melius, quod magis. Siquidem, quod ita procedendo auget potentiam, neque attingit, finem, est uirtus non interruptæ indefinentisq;, quale continet uim interminatam, ex consequenti existit irresolubile, & incorruptibile, sicut, uice uersa, terminatum corpus resoluitur, corrumpiturque. Homo autem ex suppositione facta, assidue discit noua, quoniam, vt iam probatũ, genus est informis imperitusq;. Siquidem a natura non inest illi nisi docilitas, nõ autem doctrina. Eiusque animus creatus est non eruditus, sed erudibilis gradatim scientiis ac moribus. Alioquin non disceret, aliquid ullateuus, sicut planta, cum non fuerit genita idonea disciplinæ, neque etiam ullam admittit. Quod si homo quoque haberet aliquam doctrinam a natura ingenitam, hæc illi sufficeret, peculiarisque foret, atque ob id impossibile existeret, eum aliter discere velut cætera animalia, vt prædiximus, se habent, quare homo a natura non habet scientiam aliquam sed tantum aptitudinem capacitatemque ad eam. Sicut oculus non habet quempiam colorem connaturaliter inditum, sed potentiam recipiendi omnes colores. Ita nanque se habet animus ad intelligibilia, sicut oculos ad uisibilia. Vtque uisio est perfectio oculi, sic intellectio animi: Ac ut oculus se habet indifferenter ad uisibilia, sic animus ad intelligibilia. Vtque oculus non uideret actu, nisi fuisset præparatus ad uidendum, ita quoque animus non intelligeret actu, nisi præfuisset paratus ad intelligendum.

Quod animus est simplex absolute, atque ob id immortalis, quodque simplex bifarium. Cap. XI.

ANimus, vt antea dictum, est æqualiter receptiuus omnium formarum abstrahendo a sensibilibus. Qua propter non habet in substantia sua quampiam huiusmodi formam Sed tãntum receptiuitatem earum. Atq; hoc est illius forma prima ac propria. Siquidẽ ipse animus, quatenus est animus, est talis per hãc receptiuitatem, ac vt sæpius dictum, si qua vna forma alia inesset animo, non ita indiscrete susciperet reliquas omnes. Etenim illa resisteret aliis, vt debilioribus, quia alienis recipiendis. Porro cum animus crear forma peculiari cousiraque, igitur in seipso est simplex. Quandoquidem omne compositum habet formam quandam propriam, qualem, vt præfatum, non cõtinet animus. Idcirco etiam incompositus, & consequenter simplex & absolute non comparatu Quoniam simplex est bimodum, unum quale subiectum. primum, primordium omnium corporum, susceptiuum formarum, mensionumque trium, & quatuor qualitatum, & quod non est compositum ex aliquibus, atq; ideo hoc est simplex absolute. Alterum est simplex comparatu rerum ex eo compositarũ, sicut elementa quatuor. Verbi gratia ignis: aer: aqua: & terra sunt simplicia ad mixta, composita autem ad materiam subiectam trimensioni, & qualitates quatuor incomplexas. Item corpus animalis est compositum ad qualitates primarias quatuor, simplex ad plantas. Plantæ sunt compositæ ad elementa: simplices ad humores. Humores sunt compositi ad plantas: simplices ad membra similaria: ut ossa: neruos: venas, & cætera membra similaria sunt composita, ad humores, simplicia ad organica, ut carnem: cerebrum: Iecur: caput: ma-

nus. Et similia, quorum aliquæ sunt instrumēta spirationis, quædam nutritionis: quædam sensionis ac motionis, directionisque naturæ, quædā generationis, Alia uero cogitationis, & facti oīs, atque hæc membra sunt composita ad corpus, quod dein est compositum absolute. Siquidem impossibile est, quod ex eo componatur aliquid ulterius. Ad quod dicatur simplex, Trimensio autē seu soliditas qualitates singulæ ex quatuor, & materia prima, ac forma sunt simplices absolute. Materia autem prima subintelligitur esse illud subiectū vltimum, quod ablatū per abstractionem a corpore, quantitatibus primis, & secundis, ac trimensione, quibus subest, subsidet, superstat, atq; hæc est simplex absolute, immixtaq; omnino. Et quamuis animus componat constituatq; membra corporis ex elementis, trimensione ac qualitatibus, licetque tegat uniuersum corpus, tamen est aduena illi, quoniam orbis eius proprius est superior isto; in quem quo modo descendat, iam probatum antea, & paulo post reprēdum. Qua propter, ut deductum, tandem animus non est forma composita, sed simplex absolute. Cumque corpus omne compositum tandem resoluatur in ea, ex quibus componitur, simplex autem absolute, nequaquā resoluitur in aliquid ulterius, quodq; est tale irresolubile cogitatur esse incorruptibile, ex consequenti animus existit immortalis.

Solutio duarum obiectionum. *Cap. VII.*

Si quispiam obijciat dicens, quod licet animus sit essentia simplex, tamen non perficitur nisi per instrumentum corporale: quoniam perficitur per doctrinam scientiarum, ad quarum principia omnes sensus sunt instructurii, qui utuntur organis corporalibus. Quapropter fit ut animus ad sui perfectionē instrumentis huiusmodi corporalibus indigeat. Quod si ita sit, corruptis illis, ipse etiam comitātet corrumpetur. Præterea omnes substantiæ, præter autorem primum, constant ex materia, & forma, item animus cōsiderat conterminum generi suo. neque considerat distinctum a materia. Quare conuenit rebus materialibus. Et id fit communi usu instrumētorum corporalium ad operandum. Respondemus ad hæc, ut antea. Quod animi sunt tres operationes, quarum una prouenit communione corporis, duæ autem minime indigent instrumentario corporis adminiculo. Atque hæ sunt deducere conclusiones ex principiis conaptatis, & sese ab vno noto promouere, adnoscendum aliud, quod accedit ad dignitatem animi, eiusque operatio propria existit.

At rationes, quod omne substantiæ citra primam, constent ex materia, & forma, quodque animus non intelligat nisi materialia, sunt falsæ. Siquidem plurimæ substantiæ, sunt abstractæ a materia, quarum numerum nos etiam prius in metaphysicis probauimus, Vbi etiam collegimus, quod huiusmodi substantiæ existunt perpetuæ, & incorruptiles, cum sint immateriales. Appellanturque intellectus supni.

Quod animus proculdubio intelligit Deum: ac seipsum, cæterasque formas insensibiles, sine organo corporali, & quod etiam formas sensibiles, abstrahit per intellectum, sine organo eodem. *Cap. VIII.*

Amplius, quoque si solus autor primus est separatus a materia, animusque scit tantum eum esse talē, animus igitur intelligit Deum, & scientia huismodi saltem nō est per organum corporale. Quare cum ita sit, non igitur animus intelligit omnia per instrumentum corporeum. Adhuc speculatio, qua animus seipsum contemplatur, non est per organum corporale, siquidem eius substantia non est corporea, neque sensibilis, quodlibet uero, quod per organum corporale considератur est sensibile, ergo ob id etiam animus non considerat omnia per adminiculum corporis organicum, atq; hæc operatio inorganica est illi propria. Item animus denudat semper formas a materia, ac ita denudatas in essentia attingit illas. Substantia igitur animi attingens huiusmodi formas, est depurata a materia, neque est sensibilis. Animus igitur speculatur primo ipsas rerum essentias puras sine organo materiali, deinde componit principia. Ex quibus connexis, peruenit ad formas antea ignotas, utpote insensibiles, Atque has cōtemplatur proculdubio absque usu instrumenti corporalis, idque est opus ei proprium nobilissimumque pro conditione, quodque non habet repugnantiam ex obiecto. Quapropter animus considerat, tum materiales, tum immateriales formas sine organo corporali, licet postremas ualde magis absque instrumento, vtpote abstractiores: simplicioresq; intelligat. Et profecto quamquam animus sit immaterialis, tamē attingit intellectu formam materialem, alioquin foret contraria sensui, a quo tamen ducitur primo ad considerandum singularia, deinde excitatur promoueturq; ad vniuersalia. Supra sensus ipsum, ut comprehendens hunc hominem, procedit ad hominem simpliciter. Iudicatque quod omnis homo est animal, subintelligens indifferenter, vniuersaliterque præsentem, præteritum ac futurum, atque id non sensu. Siquidem is comprendit

prendit solum indiuidua, & præsentia, sed vi superiore, videlicet intellectu, qui solus comprẽdit absolute vniuersalia, ad quæ procedit, a sensibus tamen excitatus ad id vtitur quibus præconsiderans qualitates materiales. Et quãquam singulare, ac vniuersale sint quadantenus duo, tamen animus, vnus vtrunq; considerat, singulare, videlicet sensu, vniuersale autẽ intellectu capiendo huiusmodi formam non, quatenus est in materia, neque ex materia, vt sensus, sed mundatam ab omni conditione materiali cohærenteque vltra essentiam, verbi gratia formatione mentis, concipit lineam absque qualitate corporali, coloremque absq; figura, abstrahendo vnum, non conintellecto altero.

Epilogus prædictorum, quodque res quædam materiales, quædam immateriales, atque hæ adhuc bifariæ.

Cap. IX.

HActenus igitur probatum, quod animus ad intelligẽdum non indiget ullatenus organo corporali. Siquidem essentia, suapte in eo opere, sibi sufficit. Item dictũ quomodo intellectus particularis, indicio euadit similis vniuersali, qui vt pridẽ expositũ, habet insitas formas oĩa cõtinentes, quapropter nõ indiget adminiculo quopiã exteriore. Neq; speculatur quicquã nisi essentiam propriã sẽper, autoreq; suum influentem, atque ita etiam intellectus particularis cum attigit formas entium depuratas a materijs, non amplius indiget adminiculo exteriore, & tunc sibi satis est ad operandum ex se. Ad quod sciendum, quod rerum quędam sunt materiales absolutæ, quales sunt quæ ab intellectu definiuntur per materiam conacceptam. Verbi gratia simitas quæ inseparata naso essentia, & definitur, quod est depressio seu cauitas extremitatis nasi. Sic etiam par, & impar, quæ definiuntur per numerum, & similia, quæ intellectus non speculatur, absque proprio subiecto definitioni addito. Rerum autem quædam sunt immateriales, atque hæ rursus duplices, quædam enim sunt separatæ a materia in essentia, & existentia, sicut autor primariusque, qui omnino sunt alieni a materia, neque vllatenus participes eius. Quædam vero sunt quidem separatæ a materia, in essentia tamen sunt, inseparatæ in existentia, quales non admittunt subiectum in definitionẽ, sed enim intellectus eas vere considerat absq; illo, ideoque talia entia nominata sunt vniuersalia, vt verbi gratia soliditas, superficies, linea, punctum, numerusque simpliciter. Quaquã enim horum singularia sint coniuncta materiæ, vniuersaliter tamen intellecta carent illa. Quæ cum ita se habeant, nihil impossibile, quod intellectus contemplando ea, materia, per abstractionem nudata, siue attingat organo corporis etiam materiali. Iamque probatũ est, quod duæ sunt operationes propriæ, ad quas exercendas illo nequaquam vtitur, quod autem est tale, dictum quoque est, quoniam existit incorruptibile. Pridem etiam respondi mus satis opinantibus, animum esse corporeũ. Nunc autem dicimus rursus, quod si animus foret corporeus, indigeret organo corporali. Quare cum non indigeat tali, non esse corporeus hinc etiam vere concluditur, ac rursus si non est corporeus, non indiget, organo corporali. Quoniam omne indigens organo corporali ad operandum, est corruptibile, & quod non est corruptibile, non indiget ad operandum organo corporali.

Quod animus non est corporeus. Ratione intellectionis. Cap. X.

RVrsus vna ratio impresentiarum existit, quod anima rationalis non sit corporea: Quoniam plane, si foret talis, quando intelligeret, aut quidem intelligeret per pauciores sui partes, aut plures, aut omnes. Et si profecto animus intelligat per pauciores partes, vel plures, reliquæ insciæ cessabunt. Quod si dicatur animum intelligere per omnes partes, non autem altero ex superioribus modo, adhuc necessum est, quod vnaqueque pars intelligat, quod altera. Quare sequitur, quod anima vnica intelligat aliquid vnicum, pluries in infinitum vsque, quod est falsum. Item quo modo animus indigeat omnibus partibus ad intelligendum? quoniam si corpus cognoscat, non nisi per contactum cognoscat, igitur pars extrema animæ contingens rem, intelligit sola, & si reliquæ omnes nõ intelligunt aliquo modo, cum non contingant. Quod si iterum dicatur, animam esse perfectionem, quę cognoscit per plures sui partes. Respondemus, quod id est falsum, quoniam quando cognoscimus aliquid vnum, non cognoscimus illud per multas partes. Et enim variæ potentiæ considerantes cognoscunt res diuersas essentijs, vt tactus, & visus, quorum vnius obiectum, est aliud ab obiecto alterius. Ac tactus quidem cognoscit plura, sub suum ambitum cadentia, visus, item comprendit diuersa, sub vna ratione sentiendi propria. Amplius si animus intelligat contactu partium quarundam, si contingat partẽ corporis minorem, non intelliget eam, cum ipsa sit maior, si contingat maiorem, non etiã intelliget hanc, cum sit minor, sic namque deficiet a compresũ, hoc autem est falsum. Quoniam anima intelligit pariter maiorem, minoremq;

noremq; ex partibus. Quare concludendum, quod animus non est corpus, iamque huiusmodi opinionis assertoribus, quod animus sit corpus, satis contradiximus per demonstrationes plurimas in opere nostro de anima.

Quod anima rationalis non est corpus simpliciter neque subtilissimum. Cap. XI.

SI quis adhuc pertinaciter asseneret animū, siue animam rationalem esse casuram sub corruptionem, quoniam est corpus tenuissimum omnium, considerandum id oportuneque vestigandum imprimis, an ipse animus sit corpus simpliciter, & quanquam iam satis, antea hoc factum sit, tamen per alias rationes nunc etiam probandum. Animus igitur si est corpus, proculdubio est quoque compositus, & continuus, cum omne corpus vere sit huiusmodi. Quando autem animus sit compositus continuusque, non est ambiguum, quin sit dissolubilis, ac diuisibilis. Et quanquam fuerit summe tenuis, conspiceres tamen eius resolutionem, quam oporteat fateri. Et quoniam sicui vita ex anima, quatenus est anima, necessarium est, quod vita non separetur ab anima, ita etiam si anima foret corpus, secundū, quod corpus, oporteret profecto, quod omni corpori inesset vita inseparabiliter, quod est falsum. Aliquod corpus, & quidem inseparabiliter, & naturaliter, sit viuens, aliquod autem non. Praeterea omne corpus, aut est compositum infinities, ex corporibus alijs, subinde in infinitum succedentibus subalternisque, ac tale esset infinitum, indefinitumque, idcirco etiam incognitum, animam autem experimur esse cognitam, definitamque, quare non est corpus. Huius modi, aut item corpus est finities compositum. vnde peruenitur ad unum primum simplexque tale, quo non est corpus prius, neque simplicius. Et hoc est verum, siquidem ponimus elementa, ut ignem, aerem, aquam, terrā. Nec enim aliqua ratione cogimur, in corporum resolutione compositorum, procedere in infinitū. Absurdum autem est quod anima sit aliquod corporum huius generis simplicium. Siquidem tale foret viuum perenniter, ac naturaliter, & inseparabiliter. Atque consequēter apud sic opinantes, non esset simplex, neque posset ingredi ad compositionem mixti. Et si quibusdam videtur, quod elementa habent animam, illa est aliena aduenticiaque eis. Cumque sint uiua, uita illis est accidentaria, non autem naturalis, alioquin forent inalterabilia, sicut corpora cœlestia viuentia, quæ habent animam a nullo alio corpore, sed ipsa infundunt alijs. Quod si aduersarij idem dicant praeter corpora simplicia a nobis posita, esse alia etiam. Dicimus id non esse verum, ut iam probauimus per demonstrationes suffecturas in libro de cœlo.

Quo modo corpora simplicia, & mixta omnia sunt animata. Cap. XII.

SI forte quisquam aduersus animationem elementorum hic premissam nuper, obijciat, asserens, quod corpora prima simplicia non habent animas, neque vitam seorsum, sed cum sint viua, & animata sunt, talia, postquam temperate commixta fuerunt. Refellimus dicentes, quod si ita foret temperata mixtio causa vitæ mixti, corpora in se ipsis inanimata forent partes corporis animati, quod corporibus compositis non conuenit. Quare omnia corpora simplicia sunt animata, & viua, & ex consequenti non existit mixtum, quod nō sit hac ratione etiam animatum. Huius autem causa est, quod verbum creans animas, idem format ex materia corpora, sicut antea formauit materiam ex nihilo. Atque huiusmodi uerbum non agit in hoc mundo nisi cum intellectu agente, & anima, quæ quatenus insigniens materiam nouauit elementa, uerbum ipsum agit naturaliter per istam animam, unde fit ut non sit corpus simplex, neque compositum, quin habeat animam, & vitam hoc modo. Rursus si dicat quis, quod elementa non sunt ita animata, sed propter vnionem compositionēque corporum indiuisibilium quorundam; dicimus id esse falsum, & impossibile. Quoniā omnia huiusmodi corpora indiuisibilia, qualia illa opinio ponit, sunt dispositionis unius, ac rationis, videlicet, quod nullum eorum est sensitiuum, neque paribile. Quare cum ita sit quo modo possibile est? quod ipsa simul vniātur componantque aliquid aliud. Siquidem compositio totius, ac vnio partium sit per mutuam alterationem corporum diuisibilium. Præterea subdimus, quod nullatenus sit corpus, ex vnione corporum indiuisibilium, quoniam ex indiuisibilibus non constituitur diuisibile.

Quod anima non est corpus, quia omne tale, est compositum ex materia, & forma, sed quod est forma eius. Alusque de rationibus. Cap. XIII.

ASserimus quoque, quod omne corpus, licet etiam sit simplex tamē componitur ex materia, & forma. Nec potest dici habere vitam per materiam, quoniam materia nō est qualitas, ea propter reliquum est, vt habeat uitam per formam, idque etiam optime conuenit.

uenit.Siquidem corpos fit tale aliquid,disponiturque secundum formam, atque idem illi cōtingit per animam. Quod cum sit ita,quod est hæc essentia animæ,si namque dicatur forma,sapienter dicitur esse secundum rationem pars compositi oon ipsum totum. Quare tandem anima noo est corpos, sicut noonullis ex sermooe videbatur.Quod si obiicerent aduersarii,qooniam experimur,quod oon oisi simile cognoscit aliud simile, aoima autem considerat corpora, quæ sequitur, quod sit corpus saltem subtile: immixtumque licet compositum.Respondemus,quod hæc ratio nihili est, Quoniam omnis cognitio fit a quodam agēte.Er qualibet seosio atque eruditio est, quæpiam passio Porro simile non patitur a simili. Nec enim albedo vna patitur ab alia,sed a dissimilis,qualis est oigredo aut color alius. Itē seotieodo non fit similis sensibili, alioquin oculus videndo albedinem fieret albus,vnde sentiens atque ita etiam sciens non potiuntur a simili,sed recipiūt perfectionem a rebus ipsis.Quare non necesse est, ob id, quod aoima cognoscit corpora,quod etiamsit corpus.Amplius ad rationem,quæ prius est,quod cum anima fiat commixtione corporum indiuisibilium,videtur esse corpus pariter, Respondemus id noo sequi,quandoquidem anima non fit ex ipsis corporibus commixtis,ut sui partibus,neque a commixtiooe ut agente, sed tantum fit in commixtione, idest hora commixtionis,proueniens ab extrinseco autore. Prętetea,erratur asserendo animam esse corpus, quatenus sequitur ipsam,quæ tam nobilis est, fore longe ignobiliorem.Siquidem qualitas essentialis est forma, corpus autem est materia quadamtenus,huiusmodi autē forma certe nobilior tali materia,quæ est auctilis:diminutilisque,resolobilis,& mutabilis,sed & alterabilis,forma aotem substantialis permanet in statu suo eadē iouariata immutataque a principio existentiæ apparentis in materia ad finem.Adhuc antem si iosistatur rationi iam factæ, qnod anima est corpus, quia cognoscit corpora;Respondemos hic etiam retorquendo,quod si hoc foret cum non cognosceret corpora, quare oesciret multa alia, oōautem ita est, siquidem intelligit plura incorporea, Iamque probatum ante, quod cognoscit corpora per aliam rationem, quam corporalitatis.Item si anima foret corpus compositum ex corporibus, a qno natura agente alio fuit ita cōposita, Impossibile proculdubio namq;est aliquid esse causam suimet effectricem, alioquin foret prius,& posterios se ipso, causaque item facieos corpus est alieoa a corpore, qualis prima est nobilissima,omoium, nullaq; io hoc orbe est nobilior anima, quapropter anima est illa,quæ agit corpora,quod cum fit,igitur ipsa non existit corpus.

Quod anima non est figura,neque complexio corporis. Cap. XIIII.

AMplius com dictum est a nōoullis,quod anima est figura corporis,sequitor,qood plures animæ formeotur io uno animali. Siquidem illi insunt plora membra. Quorum vnumquodque habet figoram propriam differeotem a figura alterius. Er si ab aliis asseratur,quod anima sit complexio,pariter cootingit,quod in ono animali existant animæ multæ, hoc autem est falsum, quoniam singulum membrum pariter sortitom est cōplexionem peculiarem diuersam a complexione alterius. Si oero ad id euitandum aliter dicatur, quod anima quidem est complexio,noo autē membrorum sigillatim,sed totius corporis,ad hoc succedit, quod quādo corpus ipsum deficiat, rediens ad errorem ac ignorantiā, & viceuersa,nos autem contrarium euentū experimur, videlicet, quod corpus labitur in defectum, animus constat superstes ineolumis. Immo euirato, infirmatostue corpore,animus roboratur,ideoque coospicimus aoimos decrepitorum, & seniorum esse perspicaciores actiuioresqne,quorum tameo euidenter corpora foor imbecilliora.

Quod anima non est simulacrum expreßum a materia: ,quodq; iterum non est corpus. Cap. XV.

FOrte autem ponēt aliqui, quod aoima est simolachrum a materia expressum. Quod si contingat,diciuns id esse falsum.Quoniam materia profecto oequit formare essentiam animæ,neque anima potest vllatenus profluere ab essentia materiæ. Ac proculdubio, qui ponit materiam emittere substantiam animę, quam prius in seipsa continuerit,is constituit quoque omnia corpora esse naturaliter animata, qood est præter quamlibet oaturā corporalitatis, & materiæ, quam impossibile est non esse potentiam receptiuam alterius perfectionis,qualis non est nisi forma,hæc enim existit lumen seu actus poteotiæ rei compositæ translatæ ab voo compositioois statu ad alterum. Iterum autem aoima noo est corpus, quoniam impossibile est corpos simplex, uel mixtum esse firmom,Equidem omne tale,est natura dissolubile,ac reuersile io materiam,ex qua vna,composita constant omnia corpora, quatenus sunt corpora.Ac ut si omnia corpora forent inanimata perireot corrumperenturque,io nihilum redacta, ita etiam si anima foret

foret corpus aliquid, quale opinati sunt, quidam, omnes animæ pariter deficerent. Præterea anima non semper obsequitur naturæ corporis ac materiæ, immo illis aduersatur renititurque, id autem apparet, quoniam anima, defecto uno corpore generat aliud, reconuertendo formam vnam in materiam, alioquin cessaret generatio successiua aliam fingendoque, Quare anima neq; est corpus: neque materiæ corporis simulachrũ. Adhuc, cũ vniuersus mundus positus sit esse corpus vnum animarum, si anima quoque ponatur esse corporea, nomine tantum ipse orbis erit animatus, re autem amouebitur ab eo, anima. Namque si foret ita, cum omne corpus sit resolubile, ac ob id corruptibile, anima talis naturæ corporeæ erit etiam resolubilis corruptibilisque Quare uniuersus mundus deficiet corruptione, incæpitque generatione, quod est falsum, ut pluries probatum.

Quod anima non est corpus, subtile neq; crassum uniuersaliterque nullius generis.
Cap. XVI.

QVo nam modo enimuero contigit animam esse corpus? Quandoquidem huius generis, quodlibet, siue crassum, siue existat subtile, ut verbi gratia, ignis, quo nullum corpus est subtilius, neque fluxibilius, dein aer dissolubile, & quamquam ignis, & aer, sit corpus fluidum celeriter, ac rarum, nihilominus est compositum, Quare nequaquam conuenit animam esse alterum tale corpus, ac tãto magis dedecet animam existere corpus defectum & ignobile, quale est crassum. Siquidem anima cum sit dignitate prior omni corpore, vt causa tanto magis supra naturã corporis densi erit. Rursus vniuersaliter, quodcumq; corpus sum densum, rum etiam tenue sic, est vnum, neque tamen ex se, sed per animam ipsam, qua nam ratione, corpus sit vnum ex se, cum natura sua sit dissolubile. Vnde si anima non uniret, & contineret in vnitate illud, dissepararetur, dispergereturque, Idcirco quali nam peracto continget? animam esse corpusculum igneum, vel aereum, quando, vt dictum, id est dispersile, Quod autem non est ex se unum aeque potest se unitum continere, tanto minus uniet contineb itque aliud, qualiter igitur possibile sit Quod ignis sit anima nec habeat rationem proprietatemue animę. Præterea mundus corporeus factus est, nõ contingente, neque a casu, sed a uerbo spiritali intellectiuo, subtilissimæ incorporalitatis, & summi magisterii, Atque anima intellectualis est, quæ ab illo uerbo uim acceptam huic mundo postea infundit, ac sicut corpora apud nos viua durant firma, donec anima illis inest, quando autem anima ab eisdem recesserit moriuntur, corrumpunturque, sic uniuersum corporeum, quatenus perseuerat in eo semper, quoque constans manet. Quod si autem anima ab eodem separaretur, desineret neque persisteret in statu suo ullatenus. Atque huius quod oporteat, ante corpus generaliter quod libet simplex, vel mixtum, esse animam quandam, & testes sunt ipsi corporalitatis animæ, dein positores, veritate coacti, reque ipsa impulsi, sed postea veritatem peruertentes asseruerunt animam esse spiritum igneum, hanc enimuero posuerunt animæ epitheticam rationem, quia perspexerunt, quod non contingit potentiam nobilẽ, qualis est anima, esse igne inferiorem, ac conopinati sunt, quod impossibile sit animam esse absq; conceptaculo quodam in quo constat. Quare ex iis suppositis collegerunt animam esse spiritum igneũ seu flatum aereum maxime, quoniam unum tale corpus est omnium sublilissimum alterũ secũdo, Porro iis opinatoribus cõsequens erat ad confessionem primam dicere, corpus quidem seruari conceptaculum, seu contentorium in quo sit, sed animam esse tale illius contentorium, non uice uersa, corpus animæ, perque animam consistere corpus, siquidem ea est causa corporis, causa autem sibi suapte essentia suf ficit, neque indiget ad existendum causato, sed enim id uere indiget causa ad existẽdum, persistendumque.

Quod anima non est spiritus ęthereus, rursusque quod non est corpus generaliter.
Cap. XVII.

AMplius veteres alii consulti de anima, quidnam sit, cum respondissent, quod est corpus, neque postea tueri possent, quod si contermina cuipiam noro corpori, conati descendere, quod prædixerant, procedentesque vlterius posuerunt animam quidem esse corpus, sed aliud a manifestis, quale sit actiuũ valde, nominaruntque spiritum, errauerunt autem, siquidem spiritus est alienus ab anima, cũ dicamus, omnes spiritus alios, qui sũt plures, non esse animas. Quod si illi respondeant, quod anima est spiritus potentia alterius animæ, Quærimus, quænam sit hęc potentia, an videlicet sit corpus, quodpiam, aut sit qualitas in corpore, & si primum detur, sequitur, quod anima non sit spiritus, qui est potentia talis, iuxta rationesprius excogitatas, Quod si ponatur secundum, cum qualitas sit prædicatum, atque id non est materia, cum omne prędicatum sit in subiecto corpore, anima igitur

exister

existet naturæ alteris, quã corporalis, Ad cuius confirmationem rursus asserimus impossibile fore, vt anima sit corpus qualecunq;, siue crassum, siue tenue dicatur, aliunde modo probantes, Atqne ita, qnoniam omne corpus est, aut calidnm, aut frigidnm: nigrum aut album, mediumue. Et si corpus si calidum, tantum calefacit, si uero frigidum tantum frigefacit. At si fuerit, leue leuiat, si graue grauat, si uero existat nigrum, nigrat. Siquidem album, albat. Nec enim frigidi calefacere, nec calidi frigidare, Atque ita omne corpus se habet. qnod quatenus est corpus, non agit nisi unũ opus, Ex altera uero parte experimur, animam exercere uarias operationes: quapropter hinc discimus, q́ essentia animæ est alia a substãtia corporea. Atq; ob hæc nemo illud pôt inficiari.

Quod uirtutes insunt intellectui agenti, & Deo, & quo modo. Cap. XVIII.

QVoniam anima in hoc orbe infimo insignitur quibusdam uirtutibus, mundus quoque intellectualis non caret talibus, verbi gratia rectitudine ac iustitia. Etenim quotiescunque libet inquirnntur huiusmodi virtutes, qnare nihil ambiguum, quod nõ insit alicui alteri substantiæ, Alioquin, cur anima optaret rem impossibilem? & quæreret nunquam inuentilem, desideraretq; habitam, cum autem alii inexistant, intellectui agenti; certe sublimiori nobiliorique inexistunt, qui eas immittit animæ seipsum contẽplanti Suspendit autem influxum auersum ab ea ad sensum conuersa. Vnde anima superstes relinquitur in statu uili ac humili, Ille intellectus porro semper seruat hæc insignia, quoniam nunqnam discedit a speculatu autoris primi, Nec enim aliquid interrumpit, cum sit proximus, verbo eius. Neque vero tantum semper insunt eidem huius generis virtutes, qnimimo summa cum rectitudine insunt, nec enim defectum patiuntur, cum ab ipso autore principe immediate proueniant. Quãdo intellectus agens item illas susceptas, ipse dein exprimit iuxta modum quo infusæ sunt. In primaria autem essentia sunt adhuc excelsioris speciei hæ virtutes, quoniam illa est earum effectrix. Neque uero illi insunt in instrumento, sed vt autori. Neque insunt ut alteri, immo, neque dicuntur inesse, nisi quia ab eo efluunt vt effectus, & id fit incessanter.

Qualis Deus sit, quique sit ordo entium secundum nobilitatem, & conseruationem. Cap. XVIIII.

AVtor primus, neque quiescit, neq; transfertur. Siquidem est supra motum, & quietẽ, utpote effector motus, & quietis. Sed enim est essentia, ex qua emanant reliquæ essentiæ, & dignitates in infinitum absque dilatione, & incessanter, Ac ob id proprie est superessentia. Inest quoque singulis entibus, iuxta capacitatẽ uniuscuiusq; speciei. Format enim eorum essentias secundum conditionẽ oportunam. Siquidem intellectus agens accepit essentiam nobiliorem, quam anima rationalis, Atq; hęc qnam cælestis. Ista autẽ qnam corpora mutabilia. Qnoniam quanto productum fuerit distantius, perque plura intermedia, tanto erit essentiæ acceptæ ignobilioris. Autor enimuero primarius existit immotus in essentia, nec est propriæ perpetuus, neque tẽporarius, neque locatus. Immo perpetuitas, tempus, & locus, existũt, persistunrque ab eo. Et sicut centrum circuli existit in seipso, lineæ autem ductæ ab eo ad circumferentiam quæ ipsa cum punctis existunt in eo. Itaquoque essentiæ intellectibiles, & sensibiles cunctæ firmantur, & consistunt in agente primo, a quo pendent, ad quod reuertuntur, ac quod appetunt. Atque nos redimus ad illud, ut lineę a circumferentia ad centrum. Et si quærat quisqnam quali nam modo essentiæ permanẽt in autore primo? Siquidẽ forma permanet in materia, & materia in forma, atque accidẽs in substantia. Respondemus, qnod permanens in altero est bimodum, Quoddam enim sic permanet, vt forma in materia, & accidens in subiecto, subiectumqne in forme naturali. Quod dam vero permanet in altero, vt in agente, verbi gratia lux in lucente, & radius in radiante, Atq; ita reliqnæ essentiæ simplices, permanẽt in efficiente. Idcirco intellectus agens permanet in autore primo, & in hoc eodem anima rationalis, per ipsum medium intellectum. Anima uero sensitiua hominis, permanet primo in corpore: secundo in intellectu agente etiam, per intellectum tamen possibilem. Anima item rationalis habet ius in animam uegetatricem, sicut in alias naturas.

Quæstio proposita, & vnde prouenit humana ignorantia, ac rursus, quod animus, intellectus, & Deus, non sunt corpora, & quo modo fit sensio. Cap. XX.

SI quæ rat aliquis, qui sit futurus status noster postremus? Quando, ut nuper di-

 ctum

ctum est, nos homines simus secundum animum, ab autore omnium essentia prima, Neq; insint dignitates ipsius animi, nobis auersis ab eodem Autore primo; ac intellectu agente; possibilique. Siquidem plures hominum sunt, qui carentes semper iis uirtutibus ignorant eas, negantque auditas, putantes esse uanitates commentitias, fictitiasque. Respondemus quod nobis ignorantia nostri, rerumque aliarum, prouenit ex eo quod non ducimur nisi sensu ad discēdum. Vnde explorantes sciendi gratia, dicimus hoc experimur, illud uero nō, Neque seponimus cogitationē, sed ex ea colligimus disciplinam. Et putantes nos expertos omnia, asserimus nihil esse quod non cadat sub sensum. Quapropter hinc coacti non ponimus intellectum tum possibilem tum agentem, neque autorem primum, neque alias similes essentias. Et si de huiusmodi rebus cōquisitus sit homini aliquis habitus persuasorius, putatur quod sit scientia, licet falso, coniungit enim ipsas sensui, asseueratq; animum, intellectum agentem: Autoremque primum, esse corporeos. Virtutes quidem igitur seruantur ab animo, hic ab intellectu agente, is vero ab essentia primaria effectrice. Atque animus profecto non est corpus, sed causa corporis, intellectus agens quoque essentiaque princeps non sunt corpora, quoniam non cadunt sub sensum. Quonam modo enim sint corpora?& nos declinantes ad sensum, per eum non percipimus animum, neque illius uirtutes, Siquidem nos quandoque auersi a sensu conuersique ad animum, profecto cognoscimus aliquid quod nunquam sensimus, verbi gratia, amicitiam, inimicitiamue aliquorundam aliudue. Ac pariter etiam quoties licet sensui omnino incumbimus, non tamen per eum comprendimus animum eiusque dignitates, sed tunc solum quando sensus retulerit iudicium ad animum, atque ipse animus pertulerit ad intellectum agentem. Nec enim aliter possumus sensu aliquatenus percipere animū, quamuis aciem sensus in eum primo uerterimus. Sic namq; potentia animę non sentit, nisi iudicium a sensu primo translatum, per medium animum ad intellectum agentem, ab hoc primo & tranquillo, uice uersa sit relatum ad animum, ab animoque ad sensum, quale recipit pro capacitate, Refert namque intellectus agens iudicium animo, nisi sit rei altioris, atque clarius quam ipsi animo conueniat, ac ita etiam animus sensui, si hoc non excedat uim sensus. Siquidem sensus denique non cognoscit uere aliquid per animum, nisi illud præiudicet intellectus agens, supra animum ipsum.

Quomodo Deus: intellectus: animusque intelliguntur a nobis. *Cap.* XXI.

QVisquis velit speculari animum, & intellectum agentem: essentiamq; primam, effectricem animi, ac intellectus, omniumq; reliquorum entium, sedet sensus ad essentiā, que suam reuersus, interius in ipso enixe consistat, atque ita percipiet id quod sensus attingere nequeunt, vt qui perceptiuus uocem letificam, intentus illi auertit auditum ab omni alio sono, sic enim robustior uere sentit, eam, & reliqui sensus pariter singuli intenti, unico sensibili sincere comprendunt illud. Sic igitur cupientem sentire animum: intellectumque, & essentiam primam, oportet, seposito auditu exteriore, uti intellectiuo, interiorique, & tunc audiet harmoniam sublimem: sinceram: illustremque, & mirandam, & hilaritatem citra satietatem, Immo subinde magis, agnoscetque, quod harmonia sensibilis corporalisque est similitudo illius supernæ, Quapropter contemplatus homo illas essentias nobiles supernas, huiusmodi harmoniæ, pro facultate didicit autorem excelsum creasse oīa alia, per imitationes absolutas in seipso existētes, formatas quales etiam dein inseruit intellectui post se primo, medioq; inter se ipsum, & creaturas cum uniuersalitate intellectuali insigni ac pfecta, Et pura quidem, sed tamen figurata comptessaq; quales adhuc alias imitationes in animo speculatur, ut formas intellectuales, æmulas illarum uniuersalium intellectui agenti concreatarū. Atq; ita ubi homo cognouit animi essentiam, abstractione successiua procedens, peruenit ad autoris primi formā ab oī qualitate sēsibili acterminatam išitoq; uniuersali immunē, unam ex illis quibus animus insignitus est, quæ est radix omnis formæ spiritalis, ac corporalis abstractæ, Idcirco. qđ diximus, animus sēper optat ut intellectus agēs sibi infundat uniuersalia cōsita, aquæ accepta, dein animus immittit naturæ, ac sit forma materialis mundi cælestis, Atque hæc rursus est causa formarum particularium: materialiumque, mūdi generabilis, corruptibilisque, quales sunt minus illustres ac pulchræ, Alterantur enim mutanturque propter dominium materiæ, in eas. Cælestes vero effectrices sunt clariores, insigniores que ac sublimiores, neq; enim resoluuntur, suntque penitus intransmutabiles, ob suum in materiam dominium, fixionemq; eiusdem, sub illis. Supra istas sunt essentiæ illæ, quæ suscipiunt formas supremæ puritatis: claritatisq; & pulchritudinis, & quæ omnium, contentrices: admirandæ ac sublimes. Neque narratione exprimi, neque ab ani-

ab animo nostro, ob imaginationem, concipi. Siquidem sunt causæ harum formarũ euidentium: cogitabiliumque apud nos existentium. Res autem in causa proculdubio est nobilior: & insignior, quam in seipsa causata: Sic etiam formæ in animo sunt clariores excelsio resque, quam in cælis, propter depurationem ipsarum a materiis naturalibus, & quoniã fuerunt causæ earum. Et rursus formæ ipsæ in intellectu agente vniuersaliores, insitæque sunt honorabiliores, quam in animo, & duplici de causa, quam in mundo inferiori a nobis neq; intellectu, neque cogitatu perceptibiles. Ea propter, vt prædictum, animus noster iugiter desiderat immissionem huiusmodi formarum ab intellectu agente ob eius celsitudinem essentiæ, quatenus is creatus est, vt primum simulachrum expressum, insignitumque autoritate influxus in animum, ac ita quoq; animus supra naturam, propter primum assiduumque receptum influentiæ ab intellectu agente, ac in mundum cælestem transmissæ, quam deferunt ad nos in hunc orbem generationis, & corruptionis planetæ, per suorum motuum varietatem, diuersamque inter se distantiam, contactumque radiis nostrum. Illorum, enim lineæ variantur in terra habitabili una cũ formis propriis insignibus: simulacrisque mirabilibus imprimendis, quibus tanquam fundamine communis fulgentiæ conueniunt inter se, & stellæ erraticæ differunt ab aliis, ac in eo statu in quo pariter non aliæ terrestres formæ, reperiuntur.

Quod formæ terrestres sunt sub ratione nobiliore in orbe supremo, quam cælesti, ac solutio quæstionis propositę.

Cap. XXII.

Sicut formæ terrestres sunt in orbe cælesti, sic in superno: sed adhuc sub specie nobiliore: pulchriore, illustrioreque, non alterabiles, neque enim crassæ, neque turbidæ, uerum in summa puritate: ac dignitate, & lumine vnde nemo potest has intelligere neque cogitare, iuxta eum statum in quo ibi, quamquam vere & proprie, existunt, nisi secundum, quod reuelatæ fuerint, ad essentiam ueram, nam, quod earum nos non promouemur hic ob dominium materiæ in nos, quod fit propter unionem animæ rationalis cum sensuali, & huius cum vegetatrice, istiusque etiam cum corpore alterabili, ac pleno qualitatibus minimis, impuris, & turbulentis. At cum animus noster dissolutus ab iis impedimentis mundatus sit, apte ascendet ad verum statum formarum illustrium, coniungeturq; animæ, & intellectui vniuersali, cum prius susceperit particularia in orbe generationis, magis minusque, neque tamen abscissa vniuersalitate, Quoniã hæc est essentialis aiæ rationalis hominis, vnde puer discernit honestum ab inhonesto, ni ratiocinatrice de illis colloquens, noxiumque ab innoxio, discernit enim benefactorem a malefactore per sensum. Quare iam patuit quod diximus, quoniam autor supremus, creauit hunc orbem, ut exemplar idoneum suę excellentis sapientiæ, administrationisque, & artis, eique imposuit formas nobiliores, mirabilioresque quam sensibiles, quæ sunt illarum simulacra, nobisque indicia, quædam. Et insigniuit nos exaltatos intellectu possibili, ad huiusmodi formas supremas penetrandum, atque ubi agnouit talem intellectum esse formam animæ sensualis, vt visum oculi, huiusmodi corpus mixtum delectum nobis tribuit, animumque nostrum directũ in eo collocauit, ad constituendum unam substantiam discernentem sensibilia, & intellectibilia, bonumque ac malũ perfecto: secundum liberum arbitrium: & experimentum: explorationemque vtriusq;. Alioquin enim homo, si non ei adesset huiusmodi corpus, neque anima rationalis vniretur sensitiuæ. non vere discerneret essentiam boni ac mali, sed tamen, ut auditus talia prolata non explorata. Idcirco noster animus, quatenus affixus est huic corpori, appositisque sensibus, quibus coactus seruit, cognoscit entia vtriusq; orbis, perfectusq; ob id dominatur rebus cunctis huius mũdi. A quo digressus speculabitur veritatem illius superni, existetque immortalis: felix: Dominusque orbis, qualis status est beatitudo magna, & absoluta animis humanis.

LIBER TERTIVSDECIMVS QVALE ENS SIT INTELLECTVS AGENS: ET QVOMODO CREET plura entia, cum sit Ens vnum inuariatum.



CAPVT PRIMVM.

ENs vnum absolutum, est causa omnium aliorum creatorum, neque existit in aliquo eorum, nec est aliquid simile illis, Est autē causa omnium aliorum entium creatorum, quatenus sunt. Siquidem omnia talia procedunt ab illo. Vnde potius essentiæ huiusmodi rerum existunt firmiter in eo, ad illudque reuertuntur. Ipsum quoque existit essentia absoluta, utpote causa uera causarum, creaturaque princeps. Quod si quærat quispiam, quonam modo contingit creaturas alias plures & uarias fieri, ab hoc vno simplici inuarificato impluri ficaioq;? Respondemus id esse, quoniam tale ens unum absolutum continet uere omnes alias creaturas, quando ipsum creatum est ab Autore, haud post aliud præexistens creatum, idcirco etiam est illi proximum: quare intuetur ipsum Autorem primarium, Atque ex consequenti habet actionem etiam illi proximam, atque ita emanarunt ab hoc Ente uno absoluto, omnes aliæ creaturæ, quatenus ipsæ non existunt essentiæ pariter absolutę. Dico autem rursus breuiter quòd non fiunt talia plura ab eo nisi secundum quod cognoscit omnia illa speculationi obuia. Quapropter emanarūt ab ipso, ut prius in eodem fata, Autor igitur ens primarium. Idem quod uerbum, creauit mentē, seu intellectum agentem, proximum, Ab hac mente postea fluxerunt omnes aliæ creaturæ mundi, tum superioris, tum inferioris.

Cur intellectus agens est perfectus & impar Deo, item cur Deus est supremæ perfectus? ac quo modo fit rerum ordinata productio. Cap. 2.

ENs vnum absolutum, existit perfectum & purum: mundus autem sensibilis imperfectus, impurusque. Vtpote productos ab eo, Fuit autem intellectus agens, quod est ipsum ens unum absolutū, perfectus ac purus. Quoniam creatum est ens vnicum, ab ipso ente vnico uero, quale est supremum perfectione, Siquidem hoc non indiget aliquo alio, nec enim consequitur quicquam ab eo. Immo propter summam perfectionem eius ac sufficientiam, potentiamque & maiestatem unitatis, creatum fuit nouiter ab eodem aliud. Quamuis autem huiusmodi ens supreme perfectum, quia primarium, creat hoc aliud perfectum, uidelicet intellectum agentem, tamen impossibile est, quod ens secundarium creatum, fit par illi primario. Siquidem creatum semper deficit, neque vllatenus existit in pari gradu, quali eius Autor; est nihilominus perfectum in gradu suo, perficiensque aliud succedaneum, quoniam ens unum uerum, Quod est supreme perfectum creando illud respexit sese ipsummet, habens obuiam speculationi propriæ essentiam suam ueram, luce sapientiæ plenissimam. Intellectus agens autem creando intuetur verbum Autoris proximum, Intellectum agentem speculatur faciendo, anima uniuersalis formatrix, materque omnium formarum, Animam

Animam uniuersalē despicit natura, effectrix formarum particularium in materia. Ens nāque unum uerum creauit primo, intellectum agentem, utpote essentiam proximam uerbo proprio, atque is intellectus est ens primum receptiuum immediatum agenti primario, Qui dein non producit aliquid, quin prius intueatur Autorem suum unum, a quo etiam determinatur unus unitate, licet partili. Siquidem abstractili, non tamen numeraria, sed neque vnitate firma, quoniam intellectus agēs speculatur plura, ac etiam sensibilia, qualia animus, cui unitas absoluta adhuc deest, quoniam considerat plura abstrahēdo. Ens unum autem, uere est causa tantum unius. At unum unitate numeri ut trinarij imparis, & binarij paris, est compositum, Idcirco posuimus ens vnum absolutum existere supra animum, atque esse opus Dei proximum. Atque ita huius intellectus speculatio, est ipsamet uoluntas & essentia eiusdem, ac propter proximitatem cum Deo suam, potest formare aliquid perfectius, aliudque imperfectius ob istamque inęqualitatem status, pluralitatem consequentem, quam producit non nisi essentia entis unius absoluti, ut dictum, Autori primo proximi.

Cur intellectus agens producit intellectibilia ac sensibilia, & quo modo fit perpetuitas eiusque appetitus prouenit.

Caput III.

ENs unum absolutum, efficit omnia intellectibilia mundi superni, & sensibilia subrenoris, propter assiduum influentiæ receptum, qualis perfectio immissa illi est infinita, nec enim habet repugnantiam. Sed transmissa subinde ab intellectu agente in causatum succedens, nequaquam imitatur lucem illam sacram & bonitatem diuinam interminatam, proptereaque huiusmodi causatum recipiens non est proximum uerbo Autoris influentiæ. Quare intellectus agens trāsmittit vim finitā, per quam tamen adhuc potest consequi causato proprio uotum perpetuitatis. Siquidem opus proximum huic intellectui, est incorruptibile omnino, essentiaq; ob id potenter perdurabilis, unde prouenit constantia & firmitas mundi vtriusque. Sic enim anima uniuersalis perpetuitatem optatam seruat, per huiusmodi potentiam immissam ab intellectu agente, & propterea quod ille est Deo proximus, ualidam. Animę autem tali, nō deest appetitus prouehens ad Deum, quoniam ad hunc producitur ab intellectu agēte, per influxum illuminationis, instructionisque finitum, tamē ne stupefiat ac turbetur. extendatur ue recipiendo illum, qui intellectus fuit promotus ad proprium quoque desiderium, ab Autore primo, in quo sixi perfruendo obliuiscuntur ambo mundi utriusque. Influxum enimuero ab intellectu isto ad desiderium spiritale excitandum, & consequendum impossibile est, infundi creaturæ, per motum cogitabilem essentialiter, Siquidem in huiusmodi motu ad nebulas tenebrasque crassas procliuante materia, prædominata est essentiæ animæ, Vis influxus autem promouet ad uotum, quando trāsfert, ex vno statu ad alium, adeo quod per eum motus cogitabilis in materia, fit insensibile, ut spermatis in radice mentulæ.

Cur cælum mouetur a suis formis, & cur perpetuo, & ob quem finem generationes fiant.

Caput IIII.

SPecies rerum inter se constitutę, subiectis & ordinatæ secundum gradus, differūt per formas. Siquidem formæ continent substantiam, secundum quietem cogitabilem, perquā cessant motus seruantque figuræ positus, Sine illa enim fiet motus cogitabilis commiscens formas inter se, unde sequetur corruptio rerū & ignoratio. Quia igitur huiusmodi motus cogitabilis cessauit in cælis, formæ cogitabiles illis aptatæ sunt euidenter, & productæ firmiter manserunt. Motus quoque circularis cœlorum perpetuatus est, quandoquidem & substantiæ ipsæ cœlestes, semper seruātes motum inuariabilem, incessabilemq; texerūt, ut impressiones peractę seruentur adhuc per vires earum ita transfusas: vtque formæ permaneant, quia ipsæ sunt uniuersalia compositorum. Talium autem si uariantur motus, uniuntur impressiones. Quare etiam pereunt cōposita generata per illas, & sic definet generatio, Quando autem subinde perseuerant alteratiōnes, & frequenter fiunt succedaneæ generationes & corruptiones, & operatione uniuersali ac desiderio pari. genita insigniuntur coloribus spiritalibus. Corruptibilia & enim cōtinent partes: quibus dominantur alterationes naturales uariæ, quæ sunt causæ generationum ac corruptionum, per quas etiam natura imitatur, ordinem mūdi spiritalis, atque anima redit circulariter ad illum, ut attingens autorem suum, suscipiat influxum verbi eius creantis.

Quod omne corpus, est particeps boni diuini, & quomodo Deus est unus.

Caput V.

NVlli corporis generi immo speciei, sed nec indiuiduo, deest omnino bonū, diuinum. Neque enim inest permanentia absque illo.

illo. Siquidem intellectus princeps seruat vniuscuiusque essentiam conuenientem, neq; obliuiscitur eiusdem vnico momento. Atque hoc sine auxilio alieno, quoniam est autor omnium causarum. Neque vero vnitas numeralis est causa eius, neq; ipse numeratur ullatenus. Essentia namque illius, non admittit aliquam diuisionem, qualis conuenit omnibus particularibus, quæ sunt duplicis modi, Quoddam est vnicum sub una specie ut, verbi gratia, sol: luna: terra: aqua: aer: ignis, quorum singulum est vnicum essentia, specie, & loco, ut queat dici omnis terra est vnica, & sic de reliquis, Quoddam aliud particulare est sub una specie plurificatum, ut pluuiæ, coruscationes, & similia, utque aliæ stellæ ab erraticis, & deniq; omnia particularia compositorum generatorum, sicut mineralium: plātarum: animalium, Et numerus cuius specie cōpositæ sunt, exempli gratia duo: tria: quatuor: sex: Entia siquidem duplicantur, diuiduntur que, donec pertransis naturalia, & priusquam attingas finem spiritalium. Iouenis nanque duplicari semper habita, quousque peruenias ad intellectū creatorem formarum unum absolutum, quem deprendes, esse talem, vnitate diuisibili in plura contenta, & insita. Nam dum duplicatur contractione ab autore suo successiua, & negatione ab excelsa eius unitate, quando etenim ascenderis ad ipsum autorem, inuenies illū esse unum absolutissimum, transgressum omnino numerum. Nec enim diuiditur per imaginationem, sicut ens creatum, neque multiplicatur hābitu formarum exemplarium, atq; existit unum separatum ab omni numero naturali, & spiritali. Cuius unitas non apprenditur nisi abstractione a signo simulacroq; proprio, quod est opus eius expressum, ut ab agēte perfecto. Qui autem opinatur, quod autor primus est unus, quoniam non est duo, neq; tria, nec aliter numeratum aliquid, incidit errorem maximum. Siquis enim considerer huius opinionis significationem, autor ita unus numeraret, etiamcæteros numeros succedentes. Falsum est. quod autor supremus numeret seipsum, aut quicquam aliud. Siquidem si numeraret se ipsum met, foret unus unitate numerali, & si numeraret aliud, fieret par nuti dupli aut tripli. Quare esset pars eius media aut tertia. Autor igitur supremus est unus vnitate abstractissima, intelligiturque esse vnus non ex eo tantum, quia non numeretur aliqua specie numeri, sed quoniam non adiungitur ei aliquid ultraneum ipsi essentię, existit. Quod abstractus ab omni pluralitate, multiplicationemque numerali qualitercunque contingente creaturæ.

A

Qualis existat series creaturarum.
Cap. XI.

Autor primarius vnus, creauit ens unum: statuitque illud seruare substantias carentes formis apud nos: Quare nequimus apprendere earum essentias. Dein per ipsum ad creauit formas primas habētes essentias, absq; materiis, quamuis cogitatiua non precogooscat eas exemplo, citra materiam. Postea uero adhuc procreauit substantias naturaliter ornatas vsque ad postremam generabilem. Intellectus igitur, post autorem, primus est principiū cuiuslibet entis alterius creati existensq; vbique seruat illa omnia. Atque uniuersalis anima est principium omnis formæ spiritalis, & corporalis, existens ipsa quoque forma nudata a materia, sufficiensq; in se ob influxum acceptum omnia speculari. Opus eius, quod est natura, apparet formatum in materia naturali. Postremo existunt artificia similia formatis naturalibus, quatenus constant ex eis. Siquidem artifex facturus aliquid, indiget materia formata, ex qua faciat illud, quomodo enim posset suspendere figuram artis in materia sine forma? Aut forma sine materia. Hoc enim est impossibile. Vt, uerbi gratia figulus figuraturus ollam aut fictile aliud uasculum, prę considerans commiscet terram, & optando operi, dein fingit ollam ipsam pro facultate. Postea etiam coquit ad durandam eā, neque ambigitur, quod lutum sit materia ollæ, sic autē aer, & ignis. Ars igitur sic se habet. Anima vero uniuersalis nacta est potestatem faciēdi formam in materia simplici, ac informi naturaliter. Non enim contingit eam facere formas, aliter, quam in huiusmodi materia simplici precreata. Intellectus agens pariter cum sit opus proximum autori primario, speculando eum, habet potestatem perfectam, nouandi animam uniuersalem. Siquidem per essentiam nobilem imitatricem diuinæ producit animam rationalem a Deo tamen exortā. Quoniam impossibile est, quod intellectus speculando nouet aliquid, quin similetur formæ optimæ autoris conspecti, cui est proximus, Et per huiusmodi speculationem essentia unius creati denudatur a specie insita alterius. Siquidem autor primus, constituit intellectum agentem fore principium omnium aliorum entium creatorum, illorumque esse seruatorem, abstraxit a communione formarum uariatum, Formauit quoque animā vniuersalem, statuitq; illam fore causam omnium formarum spiritalium: ac corporalium, Et abstraxit ab vnione materiæ, ut assimilaretur creaturæ principali, Indidit tamen illi desiderium

derium assiduum formandi materiam antiquam, informem, ut perpetuo reciperet eius influxum. Deinde vero creauit cælum, ac terram, & quæcumque ex generibus speciebus, & indiuiduis; vt sunt materiæ formatæ, & formæ materiæ, quæ sunt inter formam, & materiam, vtque iam probatum, sunt principia cōpositorum, non compositæ ipsæ.

Quomodo intellectus agens sit a Deo, Ab intellectu agente, anima, Ab anima natura. Cap. VII.

AVtor princepsest ens vnum, verum, vnitate, qua diximus. Dein autem propter maximam immediatamque propinquitatem intellectus agentis cum uerbo autoris sui, ipse etiam intellectus est essentia absoluta, una vnitate absoluta, ab essentia una vnitate absolutissima. Siquidem hæc essentia contemplando vnitatem suam absolutissimam, & veram, formauit intellectum agentem, & formando huiusmodi creaturam primam, contemplatus est unitatem ipsam propriam, Quapropter intellectus factus est absolutus, & creatura princeps. Cui adhuc ipsum ens vnum, vere infundit vires plurimas, & maximas, ob quas habet potentiam seruandi alias substantias creatas. Quoniam etiam creatus est ab eodem ente uno uero, ut essentia immote, absolute, ac dein ipse procreauit animam immotam, Quæ cum fuerit causata ab intellectu creato, non fecit opus immotum æqualiter, sed totum mobile, quod simulacrum dicitur, Ideoq; alterabile & infirmum. Nec enim motus cadit in rem æternam, alioquin opus, foret melius operatione, quod est absurdum valde. Anima enimuero facturа aliquod opus, speculatur suum principium, a quo roboratur illustraturque, & recipiendo illud mouetur sursum faciendo autem simulachrum mouetur deorsum, qualia sunt sensibilia, & naturalia, verbi gratia elementa & plantæ atque animalia. Ac inter huiusmodi substantias ita pernumeratas, nulla posterior existit sine priore. Pendet enim ab ea, sic namque generabilia pendent ad anima humana. Siquidem hæc expanditur in omnes substantias inferiores, vt plantas quarum natura existit opus eius, vt ad quas descendit figuras, impressura secundum desiderii imperium, progrediens vsque ad particularia, & ignobilia Anima igitur, quatenus est simulacrum intellectus agentis, non auertitur ab intuitu in eum, aliter tamen auersa descendit ab illo bono principali creato donec attingit infimum, & ob id relinquitur etiam ab eo. Et quaquam adhuc faciens talia, agat aliquatenus bona: sunt tamen hæc ignobilia comparata ad entia superna mundi intellectualis. Anima autem operatur hæc, obsequendo appetitus sensitiui uoluptatibus, Apud quem particularia sunt bona, ut pote illi conterminia. Simile enim letatur ex suo simili. Peues vero intellectibilia maiora excelsaque talia infima, & minuta sunt ignobilia.

Quod anima constituit gradus rerum, quodque omnia reuertuntur ad Deum. Cap. VIII.


ANima quāquam fecit naturalia, sensibilia que simul contermina, cōstituat illorum singulis gradus proprios, secundum rationem rectam, quare tamen non potest transferre rem unam a gradu stato ad alterius, Ac licet omnia naturalia facta sint bona, & in ordinem digesta, tamen eorum series est infra ordinem intellectibilium supernorum, & nobilium, qualia impossibile est cadere sub defectum, cum sint recta semper, Siquidem profluunt ab Autore principe, Inferioris autē ordinis entia patiuntur defectum, quoniam producta sunt ab opere intellectus agentis, uidelicet anima, Cuius pars uegetatrix, ut plantaria, est ignobilior, Siquidem ignoraminor, quare descendit donec insit corpori cuidam minimo, & vili, Pars uero, quæ inest bruto, est nobilior uegetatiua, quoniam est sensualis, Pars autem quæ inest homini, est adhuc honorabilior sensitiua immo honoratissima, cum sit cogitatiua, & intellectiua, vsque eius sensualis est affinis intellectuali, sic etiam uis progressiua. Vtraque enim directione intellectus vtetur. Porro animæ plantariæ virtus maxima, subsidet in radicibus. Cuius argumentum, quod inciso ramusculo uerticali vel ramo brachiali, nequaquam arbor arescit, excisis autem radicibus moritur. Quod si quispiam hic quærat an ipsa anima plantæ, excisis radicibus, separata corrumpatur dicitur, quod redit ad regionem propriam, quę est in orbe intellectuali, a qua nunquam amplius recedet, sic etiam quando corrumpitur in bruto quæpiam anima sensualis, peruenit ad mundum intellectualem. Siquidē intellectus est receptorium animæ, a quo nunquam deinde abibit, alioquin anima non foret alicubi. Quod si detur igitur erit sursum ac deorsum, & vbilibet citra diuisionem, Neque uero diffunditur ut ens vniuersum, alioquin occuparet omnia loca. Neque item anima ascendens peruenit ad supremum orbis intellectualis, sed enim subsistit in confinio utrisque mundi, ut substantia

ſtantia fere media inter ſenſuales, & intellectuales. Ac rurſus ſi libeat, cito facilius deſcẽdet ab illo orbe ſuperiore, in hũc inferiorem, quam aſcendat ab hoc ad illum. Intellectus agens autem, & anima, cæteræque ſubſtantiæ intellectibiles, perpetuæ, idcirco nõ corrumpuntur, quoniam fuerunt creatæ ab autore primario, abſque pluribus medius. Naturalia autem & ſenſibilia alterantur, corrumpuntur que, quia ſunt facta a pluribus intercauſis cau ſatis, videlicet intellectu, & anima. Quorum tamen naturalium quædam ſunt longeuiora, quam alia, atque hoc ſecundum diſtantiam maiorem minóremue ab autore primario: & ſecundum numerum plurem paucioremque intercauſarum. Cuius enim media ſunt pauciora, eſt longæuius, cuius plura, eſt breuius. Atque unum etiam ſcitu eſt oportunum, quod naturalia omnia ſunt inter ſe quadam pendentia, unius ab altero, ordinata: quorum quando corrumpitur poſterius, reuertitur ad proximum prius, donec perueniat ad cælos; deinde ad animam uniuerſalem, Poſtea ad intellectũ agentem, in quo omnes aliæ creaturæ exiſtunt, quique exiſtit in autore principe, qui eſt verbum creans, ad quod omnia tandem reuertuntur, ſicut pluries repetiuimus, Ab illo enim creata ſunt, in illoq; perſiſtunt.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM APPOSITVM.

Cap. 6. Vult intellectum agentem creatum, fore principium, aliorumque creatorem, ſeruatoremque quod eſt falſum.

Cap. 7. expreſse uult animam cauſatam fuiſse ab intellectu creato, & quod generabilia producantur ab anima humana.



LIBER QVARTVSDECIMVS QVOD INTELLECTVS AGENS, ET ANIMA VNIVERSALIS, CREANTVR in momento, quodque non sunt potentiales.



CAPVT PRIMVM.



Mnia alia entia creata, ut prædiximus, consistunt in intellectu primo. Quem Autor princeps fecit, constituitque principium illorum, & pro Autorem substantiarũ multiformiũ. Inseuitque idem Autor primus rationes formarum animæ uniuersali, quas & intellectus in suo gradu perfectas non successu temporario, sed unico momento produxit in actũ, Numquam autem intellectus agens & anima uniuersalis, fuerunt prius in potentia quam in actu, quoniam Deus perfecit illas essentias absolutas, ut pote futuras causas reliquarum creaturarum. Falsum adhuc & impossibile est, quod intellectus agens præfuerit in potentia, ob hanc rationem, Quod non minus cõtinet non ens quam ens, cum sit substantia effectrix utriusque, quod est essentiæ potentialis. Quoniam si ens, dicatur forma materialis, & compositum ex materia, & forma; non ens autem materia informis, quodque horum trium non supersit medium. Intellectus non est aliquid ex his, si namque foret ens ita dictum, sequeretur quod aliud tale ens foret prius intellectu, sine quo non existeret, quare non esset vnum absolutum. Quod si detur ut intellectus sit non ens sic appellatum, non tamen separaretur ab aliquo illorum duorum. Quod si contingat, intellectus is non esset intellectiuus. sed intelligibilis. Neque autem res intelligibilis est intellectus. Sed quatenus est abstracta, comprenditur ab ipso. Quare cum probatum fuerit quod intellectus est principium omnium entium, sicut prædiximus, impossibile est, quod huiusmodi non ens, aut ens, etiã quale est forma, contineat ipsum, aut sit res potentialis: Sed.n. abstrahitur a cunctis talibus, Intellectui igitur agenti in serie creaturarum succedit anima uniuersalis, cum hæc appetitu suo ascendat ad eum ad suscipiendam propriã perfectionem, Videlicet influxum luminis ab intellectu, Attamen scias quod neque anima adeo proximat intellectui, per receptionẽ influxus ab eo, ut queat imitari & intueri eũdẽ, neque item anima extenditur in speculatu intellectus agentis, sed vnitur ac sublimatur valde, Non etiam animę, ob id, deest lumen ab intellectu oportunum, Siquidem anima sic attingens eum, adipiscetur perfectionẽ, quietemque ac consistentiam. Cuius exemplum dedit Plato dicens Intellectum esse tanquam punctum indiuisibile circuli continentis angulos & costas, adeo quod omnes lineæ oriũtur ab eo, & existunt in eo. Circulus quoque est aliquid circumtenens interstitas formas.

Quod homo intellectibilis sit simul cum omnibus perfectionibus ab Autore primo. *Cap. II.*

AVtor primus: creauit hominem intellectualẽ cũ omnibus proprietatibus oportunis simul uno mométo, non earũ vnã prius, & alterã posterius, neq; successu temporario, quali hominẽ sensibilẽ. Quare ẽt homini intellectuali omnes perfectiones conuenientes primo affuerunt, neq, posterius additur illi aliqua ut aduentitia, sed.n. est in orbe superno purus & absolutus. quæq; adhuc illi conditio

primitus attribuitur, nonquam postea aufertur. Alioquin si homo intellectualis addititias perfectiones sigillatim pluribus momentis susciperet, foret generabilis & corruptibilis. Praeterea quae prius diminuta admittunt adiectionem, fiunt ab agente diminuto, & momentario, quale est natura, Entia uero orbis superni prouenerunt ab Autore absoluto, puro etiã supreme. Et momentario ex consequenti agente, Idcirco formae illae sunt perfectae, & purae, atque ob id quoque pariter probae, Siquidem non enumeratur quaepiam inter illas nisi firmitatem existendi habeat. quodlibet autem cadens sub generationem corruptionemque, est ab efficiente temporario, a quali naturalia cum sint, principium licet eorum fuerit perfectum, sunt generabilia & corruptibilia. Quod cum sit, de illis quaerendum est quid sit seorsum prius, deinde propter quid sit. Quoniam eae duae rationes quaesitae non extiterunt simul. Substantiae uero perpetuae fuerunt productae sine consultatione, Siquidem ab Autore perpetuo minime cogitante. Quoniam is est supreme perfectus, qualis neque auctionẽ: neque minutionem patitur. Quod si quispiam obiiciat quoniam agens primarium, potuit facere aliquid, ac deinde addere aliud melius perficiendo. Respondemus, quod si illud ens creatum fuisset prius depositum uno modo, deinde adderetur aliud bonum, sequeretur, quod primo non extiterit bonum perfectum; Id autem non conuenit agenti primo quod efficiat quodpiam opus bonum non perfectũ, quandoquidem ipsum est bonum primarium ac supremum, cuius operi, cum sit proximum ei, non debet quicquam boni conuenientis semel deesse,

Quod anima in orbe superno habet vim sentiendi quandam. Cap. III.

Amplius substantiae orbis superni uirtus quoque sensitiua inest. Siquidem in eo existunt, quaecumque hic sunt in materia, sed ibidem depurata supra materiam, ut uerbi gratia, substantia aut scientia: similiaque existunt illic sub specie primaria. Non enim certe aliquid perfectionis eis deest, neque existunt formae priores conterminae quam sint imperfectiores. Non etiam illic, aliqua est forma reliqua membri alicuius animalis cuius simulacrum non imprimatur materiae, ad quod nullum agens alterat materiam, nisi talis species superna superformet eandem. Quare quando quispiam quaerat per quod efficiens factum est hoc membrum? puta manus, aut oculus. Respondemus quod per formam illam intellectualis mundi in quo sunt omnia: Si rursus dicat aliquis quod tanta imitatio, infit animati, quanta satis facit ut se tueatur a noxiis, Dicimus quod licet hoc uerum sit, attamen substantiae terrestres seruantur a forma primaria orbis excelsi, quatenus omnia inferiora existunt in causa sua, anima uniuersali, quae est optima, & fere, & par ipsi essentiae proximae Deo. Quae cum talia sint uidelicet, quod omnia existant insita formae intellectuali, animae; scilicet uniuersali, uis igitur sensitiua non abest ab anima huiusmodi, quamuis existat in orbe superno intellectiua absolute perfecta talis ab intellectu agente puro ac perfecto undique, utpote opere proximo Autori primo. Anima autem intellectualis superest in orbe principali supremo, parium perfectionum quot nacta extitit in infimo. Quia causa eadem omnitenens ibi indiminutam seruat. Quare homo illic non existit tantum intellectiuus, sed etiã sensitiuus, Neque ideo habet uim sentiẽdi, ultra intelligendi potentiam, ut sit aptus generationi, sed quoniam in eo statu ambae istae perfectiones sunt opportunae. Et si huic aliquis subdat quod anima in orbe superno fuit sensitiua in potentia, in regione autem generationis facta est sensitiua in actu, quoniam sensus est uis receptiua sensibilis, dicimus id esse falsum. Siquidem in orbe illo superno non est aliquid sensitiuum in potentia, ut conuenerunt in hoc archiepiscopi Babilonij. Contrarium namque absurdum foret. Et quod animae potentia actuetur hic inferius, cum descendendo potius ignobilescat, ut quae fiat aliquo modo corruptibilis. Cui accedit quod si anima in regione intellectuali non sentiret, quanam ratione discerneret sensibilia, ab aliis insensibilibus.

Quod sit homo quidam simplex, quidam autem compositus, & quid sit uterque. ac quod homo simplex quidam supernus, quidam infimus.

Caput IIII.

Expositurì statum hominis intellectibilis narremus qualis sit homo sensibilis, quem cum impossibile sit perfecte cognoscere, quo modo contingit intelligere illum orbis superni, & forte cogitatio hic prouehens dictat hunc hominem esse illum, Statuentes igitur exordium probationis quaerimus, an homo sensibilis sit idolum animae particularis ultra illud idolum animae uniuersalis, per quod homo est animal, an uero anima uniuersalis sit homo, Anima uero particularis quae operatur in corpore non sit homo.

Et sic homo sit Animal rationale, non aliquid compositum ex Anima & corpore, neq; ipsa anima coniuncta cuidam corpori. Quarecum definiatur homo inferior quod est compositus ex anima rationali & corpore, impossibile est hunc hominem esse similem illi superno, quem uocamus intellectualem: formalemq;. Ideo quoque talis definitio non erit omnino uera, sed tamen uerisimilis, quia non caret principio essentiali hominis, uidelicet forma perquam est Ens. Quod cum sit, ea definitio nondum est hominis uerisimplicis, formalisque, sed compositi. Oportet autem compositũ definiri non solum per formam, sed etiam & per materiã. Simplex uero definiri per solam formam satis est, & sic homo uerus definiendus est per formam tantum, per quam est homo, quæ est inseparabilis & necessaria, ut dicatur homo est animal rationale, ubi animal ponitur pro uita, quæ non inest absque anima infundente. Totus homo autem diuiditur in corpus & animam quæ est forma. Vnde non euitatur quin homo proprius, aut sit anima Intellectiua, aut sit opus eius. Et si detur primum, sequeretur quod homo foret anima intellectiua, ingressa etiam corpus præter humanum. Hoc autem est falsum. Siquidem non cõtingit animam esse sub hoc nomine, nisi cum fuerit in corpore humano, quali nunc inest. Quod cum sit ita, quid uetat hominem dici semel, compositum quoddam ex anima & corpore, iterum autem animal rationale, seu rationem, idest opus animæ rationalis, impossibile enim est tale opus fieri ab alio agente. Namque ut rationes agentes in granis seminariis, arguunt ea singula non esse sine animabus singulis propriis, ac uice uersa animæ in eisdem granis arguunt rationes agentes uitam coinesse. Neque mirum cum hæ sint opera animarum uegetatricium, sic autem etiam animæ sensuales illustriores: manifestioresque & adhuc rationales se habẽt, quod illis tanto potius insunt huiusmodi rationes agentes uitam. Quare anima rationalis antequam insit corpori, secundum illam deffinitionem formalem, fuit homo proprius. Cum autẽ inexiterit corpori, formauit simulacrũ alterius hominis, uidelicet sensibilis, quale pro uiribus aptauit ad similitudinẽ hominis ueri, ut qui fingit figuram corporis humani, pro facultate imitatur illum, & sicut huiusmodi effigies est similitudo quidem hominis, sed ignobilior, quoniam non habet conditiones hominis, scilicet uitam. Non enim eius uim progrediẽdi, neque aliam potentiam. Sic iste homo sensibilis, cuius forma est anima rationalis imperfecta, est exemplar, illius hominis primi, diuini, & ueri, & anima quidem conata est adsimilare lumine. Hominem homini uero quoniam indidit illi rationes hominis primarij, sed imperfectas, utpote paucas, particularesque. Homini, & enim primario insunt Potentes sensus illustresque & perspicui, longe magis quam huic qui existit figura illius.

Qualem oportet esse hominem infimum ad speculandum supernum.

Cap. V.

OPortet quod uir speculaturus hominem ipsum primarium, ac uerũ, Sit probitate magna ac dignitate insignitus, quodque habeat sensus potentes, ne offuscentur, quando ab homine superno exoriuntur radij illustres in eos, Siquidẽ homo primarius, ac uerus, est lumen clarum, in illoque existunt cunctæ rationes humanæ insignes. Atque is est homo ille, quem Plato definiuit, nisi quod adiecit de finitioni præscriptæ, dicens, homo est animal rationale, idest uita seu anima rationalis, cui seruit corpus, opus proprium, huic namque animæ, corpus quidem seruit primo, Animæ autem diuinæ nobili secundo. videlicet per mediam animam sensualem, quam comitatur rationalis, quæ dat uitam potiorem, Neq; ob id descendendo ex orbe supremo, ad infimũ, sed infundendo. Quoniam anima rationalis non delabitur ex illo intellectuali in hunc, sed coniungitur isti animæ, quę pendet ab ea. Idcirco etiam ratio huius hominis quãquam Sit imperfecta, tamen sublimata per ortum ab illa excelsa, unionemque cum eadem fiet ualidior. Hac de causa, dixerunt nonnulli quod animus particularis est pars animi uniuersalis.

Quod in orbe superno sunt etiam sensus, sed meliores.

Cap. VI.

SI quærat quidam, quonam modo contigit animam sensitiuam existentem cum sensibus nobilioribus in regione superiore, dein existere in infima & ignobili. Dicemus quod sensus in excelso orbe inexistens, substantiæ intellectuali nobili, est dispar sensui huius ignobili, propterea quod illic est altior. Siquidem unus sensus excedit alterum, sicut unum sensibile aliud: unde quoque sensus hominis infimi pendet a sensu hominis superni coniungiturque illi, & ob id etiam hic homo, acquirit sensum ab illo, ut hic ignis iungitur ipsi alto, profluitque ab illo. Porro sensus etiam inest animæ ibidem

existenti, quoniam sunt illic corpora uniuersalia, ut hic particularia. Atque anima sentit illa superiora, sicut homo ista inferiora, qui est secundarius, utpote simulacrum primarii. Homo item hic corporalis magis sentit, ille uero spiritalis, magis intelligit. Cui primario cum insint rationes agentes, adhuc immittit lumen suum hominum secundario: atque etiam tertio mundi infimi. Quod cum sit, homini corporeo inest operatio utriusque prioris cuius est figura. Idem enim agit aliquod opus hominis rationalis, atque aliquid intellectualis, licet utrunque imperfectum ac minus, quandoquidem est simulachrum, & alterius etiam simulachri. Iam igitur probatum, quod homo primarius sentit altiure sensu, quam infimos, & quod superiora non suscipiunt influxum ab inferioribus, sed uice versa inferiora a superioribus, siquidem pendent ab eis; cum sequantur eadem in qualitatibus subsimilia. Quare hic homo, sumit robur a supernot & quamquam etiam sentiat non tamen pariter ut ille, qui sentit pute, ut pote altiora. Illic namque uisus prospicit uniuersalia, hic uero particularia, propter imbecillitatem. Ille amplius extat ualidior, quoniam incidit in obiecta illustriora, & insigniora. Qui corporeus existens imperfectus, ut qui intueatur ignobilia, & minima, quæ sunt idola illorum superiorum, quare huiusmodi homo intellectualis est robustus, & haber sensum qualem diximus.

Quod in orbe superno sunt etiam formæ brutorum. Cap. VII.

SI quispiam quærat, cum iam dictum sit, quod sensus in nobis infimus, procedit ab excelso, quid dicendum in cæteris animalibus, quoniam modo uidelicet Deus illa produxerit? an cogitauerit primo formam equi, aliorumque brutorum, & deinde produxerit in hoc orbe sensibili, non autem in intellectuali? Respondemus, quod antea probauimus rationibus sufficientibus, demonstrando, Deum creasse omnia absque consultatione. Siquidem prius mundum sublimem, imposuitq; illi, sine cogitatione omnes formas perfectas, & puras, ut pote productas cum essentiis propriis citra accidentia, postea uero creauit adhuc hunc sensibilem, vt simulachrum tantum illius incorruptibilis. Quod cum ita sit, quando creauit equum, aliud ue brutum in orbe superno, in quo puro ac perfecto collocauit omnes species animalium altiori modo; non creauit bruta illic tantum, sed etiam hic infima. Alioquin eius uis creãdi, defectum pateretur: hoc autem nõ est, quoniam nulla uirtus potest extendi ad omnia, nisi prima potentissima omnium, creatrixque aliarum, quæ nec defertur ad locum, nec clauditur loco, cum sit infinita. Quando autem obiiciat aliquis, quod animalia rationalia existunt in orbe intellectuali, cum sint nobilia; sed quis possit opinari, quod multitudo brutorum irrationalium etiam ibidem sit & maxime ignobilium. Respondebimus rationem huius esse, quod autor primus est unus omnino, essentiaque illius, quæ est eadem cum existentia, ut pluries diximus creauit mundum intellectualem, unum, sed quoniam dedecet, quod unitas creati; sit çqualis unitati creatoris, nec enim sunt eadem. Cũ ita sit, creatum primum, deinde creat plura. Siquidẽ est posterius creãte, quod est unũ omnino. Nec enim est prius, neque etiam æquale, quare non est quoque æqualiter vnum, igitur plura. Vnitas enim immediate repugnat pluralitati, quoniam vnum est perfectum, & plura sunt imperfecta. Quod si subditur pluralitati, existit adminus duplum, omne autem unum, ex duobus impossibile est, quod sit unum absolutum. Quãto autem minus contingit, quod duo sint vnum, vt eorum singulum. Inuenies nanque in dualitate, primo motum, ac quietẽ, & quãuis insit ei intellectus, non tamen is est ille vnus abstractissimus, a quo procedunt omnes alii, & per quem omnia intelliguntur. Sed est plurificatus, vt multi alii intellectus, quorum anima est magis plurificata, quæ inter eos existit, non ut una separata, sed ut animæ omnes. Vtpote in quo cõstat potentia intelligendi animabus singulis, quoniam sola hæc est perfecta. Et cum ex animabus una, uidelicet rationalis sit in orbe superno, neque etiã ambigitur, quin reliquę existant ibidem, & cum tales sint illic immateriales, quod eorum animalia, quoque sint immaterialia. Quare probatum, quod mundus excelsus, haber formas plurimas animalium omnium.

Solutio obiectionum quarundam, & quæstionis vnius. Cap. VIII.

SI quidam obiiciat dicens, quod possibile quidem est collocari animalia nobilia in mundo nobili, sed animalia ignobilia impossibile est: qualia sunt rationabilia, quoniam si animal rationale est nobile, igitur animal irrationabile existit ignobile. Quod si sit autem nobile in loco nobili, ignobile non est ibidem, sed in ignobili. Quonam modo enim continget, quod in intellectu existat, quod nõ sit intellectuale. Dico autem intellectum mũdum supernum, quia is totus est intellectiuus. Siquidem in eo, & ab eo sunt intellectus. Responde-

ponderemus premittentes exemplum. Quod sicut homo infimus non est persimilis superno, quoniam ille non cogitat, sed est prior cogitante, sic etiam bruta hic existentia non sunt persimilia illis sublimibus, quæ sunt valde nobiliora. Et si subderet aliquis, animal rationale nobile hic cogitat, alia autem non cogitant, quare igitur hæc omnia sunt ibi in intellectu. Dicimus, quod intellectus illic est varius. Siquidem humanus, est supra brutalē; Quare etiam nihil ambiguū, quod cogitatio hominis differat a cogitatione bruti, inueniūt nanque cogitationes etiam brutorum plures rationales, quando cogitatiua est intellectus suus, pro brutis singulis, perquam discernunt; sensu comprensa. Sed enim cogitatiua hominis, rem sensu perceptam porrigit intellectui, qui confirmans admittit eam. Inconfirmans autem abiiciet. Et quandoque flexus ad sensum confirmabit, regressusque iterum ad se, ruminat secum pluries, donec rem ueri manifestam crediderit. Quod si adhuc aliquis quærat, cur cum sint brutorum utrorumque operationes cogitatiuæ, non sunt æquales? Item cur si rationalitas est causa cogitationis humanæ, non utique homines sunt æqualiter cogitatiui. Dicemus sciendum esse, quod differentia cogitatiuarum inter se, item etiam intellectuum, prouenit ob motus uitæ utriusq; differentes. Idcirco animalia superna, & infima fuerunt diuersa, cogitatiuæque ac intellectus eorum diuersi. Siquidem illa sunt perspicaciora istis. Humanus intellectus namq;, est propinquior intellectibus. Nāque quidam est primus, ut diuinus supernusque, quidam secundus ut rationalis humanusq;, infimus, quidam tertius, ut irrationalis, & brutalis etiam infimus, qualis est cogitatiua per distantiam ab illo intellectu dignissimo. Animal, & enim rationale hic dictum, est etiam illic rationale. Atque animal hic brutum nominatum illic quoque habet intellectum. Siquidem cogitatiua equi secundarii, ibidem est intellectus. Impossibile existit enim quod quis intelligat equum nisi cogitatiua equi primarii sit intellectus, Intellectus namq; & res intellecta sunt idem, quare intellectus solum intelligit intellectuale. Ac uita particularis non est sine vita absoluta, sic etiam intellectus particularis nō existit sine intellectu absoluto, sed est ab illo. Igitur etiam asserimus, quod nullorum brutorum intellectus, existit absque intellectu absoluto. Intellectus autem absolutus, quando inextiterit homini, factus est particularis alterque a seipso. Quando itē inextiterit equo, factus est tum particularis, tum diuersus ab humano: atque in reliquis animalibus. Quoties nanque intellectus descendit toties sit ignobilis, sicque potentia uitalis quanto magis infirmatur, tanto magis infirmatur. Ex qua fit opus obscurum, & ignobile animal. Cui quando ingenium extet imbecille, intellectus compensat. Sicut facit membra valida ad æquipotentiam ut, uerbi gratia cauibus, quos pro defectu uitę sic aliquatenus perficit. Siquidem oportet unumquodque animal consequi aliquam perfectionem ab intellectu uitifico. Quod si quispiam huic obiiciat adducens, quod inueniuntur aliqua bruta imperfecta: impotentiaque repellere noxia. Respondemus, quod talia sunt pauca.

Quod omnis forma naturalis huius mundi, habet similem, sed nobiliorem in orbe superno. Cap. VIIII.

PRæterea animalia sunt ordinata, & subinde perfecta pro capacitate. Siquidem habent intellectus, & uitas ab intellectu primario, secundum conditionem. Non enim, vt diximus, conuenit, quod creatum sit unum absolutum, & par autori. Quare etiam procul dubio oportet vt sit unum compositum ex pluribus. Impossibile autem est, quod fit ex pluribus similibus, alioquin alterum illorum foret ociosum, quando sufficeret unum. Vnde sequitur, vt creatum constet ex dissimilibus, seorsum existentibus singulis, secundum formas. Dignitas enim formarum existit secundum nobilitatem similium animalium sub alternorum. Quare necesse est quod gradus animalium sint duo inæquales. Quorum singulis, ex consequenti iuest uis sensitiua, qualis competit. Sic autem quoq; iste orbis infimus constat ex differentibus. Quarum una est dignior altera, & vnaquæque est fere mundus unus, cui iu est dignitas conueniens. Quare iis existentibus, reuersi colligimus tandem, quod omnis forma naturalis huius mundi, habet similem in illo superno, sed nobiliorem. Siquidem hic pendet a materia. Ibi autem minime, ac ista rursus est simulacrum illius. Ea propter inibi extat cælum: ignis: aer: aqua: & terra, & quæ insunt, ut plantæ. Et si quærat quispiam si plantæ sint in orbe superno, ac etiam terra: aer: aqua: & ignis. Quonam modo talia sunt inibi? Non enim euitatur, quin aut sint uiuida: aut non. Si nanque non sint uiuida, cur hæc indigent illis. Et si sint uiuida quonam modo sint talia? Dicemus, quod plantæ etiam inibi sunt uiuidæ: quoniam hic uiuunt. Siquidem plantę inest ratio agens uitam nobilior supra animam propriam, quæ est materialis, cum planta hic sit materialis, & conuenientius est, quod alia ratio insit plantæ supernæ primariæ: & nobiliori, quoniam hæc ratio inferior

ferior est ab aliqua alia. Rationes nanque istæ existentes, sunt plures particularesque, particulare autem est ab vniuersali. Quare huiusmodi planta composita omnino est, ramus illius generalis. Vnde etiam si hæc planta sit uiuida, quanto magis illa superna, quæ est primaria, & vera.

Quod terra infima est particeps uitæ, ac tanto magis superna. Cap. X.

VTrum terra superno orbi sit uiuida, discere possimus, cum hanc infimam speculati fuerimus. Quoniam hæc est idolum, & figura illius. Huic enim terræ quædam vita inest, & ratio agens uitam, cuius argumentum est forma eiusdem uariabilis. Siquidem ipsa crescit, & adsimilat, augetque montes, qui sunt natura terrestres, in medio quoque montium huiusmodi meatus plurimi existunt, & cauernæ, riuique, & alia quædam per animã, quæ tales efficit formas, Atque huiusmodi ratio formatrix terræ operansque intus, assimilat secundum naturam subteragentem, sibi arborem, atque arbori ramum excisum, quare iis colligemus, quod ratio animæ inest terræ, licet si naturæ, sterilis. quando quidem impossibile est eam non uiuere, & agere opera uitę. Habet quoq; uitam proculdubio. Quod si hæc terra sensibilis uiuit, quanto magis illa primaria. Hæc enim est secundaria exortaque ab illa.

Qualis sit status entium orbis superni. Cap. XI.

ASserimus pariter, quod omnia entia mũdi superni sunt illustria, utpote in luce excelsa: idcirco quoque, unumquodque eorũ conspicit omnia alia per essentiam suam, ac in essentia alterius. Quapropter etiam sunt ibidem cuncta in singulis, & in omnibus, & lux quæ exorta est in illis, existit infinita, Ideo etiam illorum quodlibet est maximum, Maiestate cuius potentia est infinita, & purum, ac uice uersa, vt verbi gratia, Sol illic est omnis stella, & omnis stella est sol etiam, sed quæ excellit supra alias, uocatur sol, quæ uero non excellit, nominatur stella, atque ita quodlibet eorum conspicitur in altero conexistenti, & vniuersum uidetur in unico, unicumque in vniuerso. Ibi quidem est motus, sed ocultus: quia non principiatus, neque terminatus, nec est aliud a mobili, sed est ipsum met mobile. Atque ibi est quies perfecta, neque illa describitur per motum. Nec enim continet motum. Ibidem quoque sensus existit absolutus. Siquidem non superest aliquid sensu imperceptibile. Atq; etiam unum quod ibi existens est firmum, etiam terra. Nec enim existit, qualia huiusmodi sunt infima, ac est quidem superna substantia similis infimæ congeneri, sed excellit gradu. Neque uero adhuc est quisquã locus superior in quo existat, quoniam substicit sibi eum, & exaltatur supra eundem, Similiter autem intellectus, & cæli uisibiles, ibi se habent, & lumen syderum ac lux eius superior. In speris nanque unum quodque eorum locatur extra alterum: existitque in parte sola nõ toto, Non sic partes cælorum spiritalium quarum unaquæque est pars & totum. Quando & enim uideris partem perspicies totum, & cum videris totum perspicies partem, Visus nanq; latus in vnam partem propter subtilitatem ac celeritatem penetrat omnia, ut uerbi gratia Siquis circũspiciens terram, introspiciat omnia intima. Speculatio, item mũdi superni nõ fatigat intellectum saturitate fastidioue afficit. Siquidem nullum patitur defectũ. Ac speculatur, in ibi non tantum intuetur partem unicam, sed omnes, quæ sunt optimæ, quibusque lætatur. Si nanque aliter conspiceret tantum parté unicam, illa neq; foret optimã, neque lætifica. Essentiæ prętereа illic existentes sunt incorruptibiles, & indeficientes: neque ut solet alia conspiciens, istas amittit desiderium conspiciendi, sed quanto magis speculatur, tanto magis desiderat & admiratur, neque intuendo lassatur, verum subinde plus roboratur. Substantias quoque inibi existentibus nõ inest uita laboriosa, afflictuosaue sed enim suauis. Siquidem sunt puræ ac immateriatę.

A quo creata sunt entia orbis superni, & quale sit verbum diuinum. Cap. XX.

HViusmodi item entia orbis superni fuerũt creata ab illo uerbo primario, quod est substantia princeps. Neque uero ita, quod ipsa essentia prius: posterius autem eius intellectio producta sit, uelut in substantiis secundariis: Sed enim ambæ simul concreatæ sunt, namq; intellectio fuimet, est ipse intellectus. Addo tamen, quod intellectus intelligit seipsum primo, secundo autem intellectionem sui propriam: ut planeta Iouialis reflectitur ad substãtiam suam inter cœlestia, quæ & terrestria sunt simulacra, & figuræ impressæ a supernis. Iccirco illa sunt disposita qualitatibus admirandis. Quas non penetrant nisi uiri fœlicissimi: conati multum contemplari talia. Præcipue autem verbum sapientiæ diuinę existit, potentissimum omnium, vnde maiestatem eius utpote principis, & uirtutem: quisnam comprendere ualet? Ac intueri ueram essentiam eiusdem. In quo uerbo omnia sunt conspica-

conspicabilia: & a quo potestas creandi ducitur. Hoc enim verbum, est virtus actusq; princeps: proximus succedenti creato primo, quod dein est causa una omnium aliarũ creaturarum intellectibilium: videlicet immediate: perque istas medias sensibilium qualium, utrarumque omnes continentur in intellectu agente creato illo primo: suntque opera illi proportionata: ipsæ autem intellectus agens, est opus autori supremo proportionatum in quem intellectum adhuc universaliorem speculando conversus sublimatur: & fit causa universalis procreans omnia alia subsequenter digesta entia.

Quomodo orbis supernus intelligatur a nobis: qualisq; sit scientia intellectus agentis. Cap. XIII.

ET nemo quidem ualet introspicere orbem supernum, nisi qui intellectum prævalẽte, sedauit sensus. Quique assidua mentis speculatione est scius non per rationes exemplares, signaque indicatiua more dialecticorũ. Nos autem ita minime enitimur speculari pulchritudinem illam luculentam: quia sensus superdominatur nobis: Neque credendo admittimus, nisi corporalia entia, unde etiam opinamur, quod non discamus nisi deducendo conclusiones ex principiis pluribus suppositis: Quod tamen non est uerum, in omni disciplina etiam hic habita: quoniam principia euidentia discuntur absque quod ex aliis deductione probentur; sunt enim ipsa prima: Quãto magis igitur superiora intelliguntur non ex principiis conclusa. Verũ inibi absolute perspicitur ueritas omnino absque errore: & fallacia. Siquidem non per medium: quoniam quum sint talia simplicia non admiscetur illis quicquam alienum, accidentariumque, quale contingit terrestribus, quæ non uere perspiciuntur. Qui ergo hæsitat, quod mundus supernus sit talis, qualem descripsimus, auersus est ab illo: Quãdo autem aliqui nostrũ, adepti simus victoriam animæ: manifestamus eum ita se habere. Ac iccirco rursus dicimus, quod Rex Babyloniæ cõspicatus mente, orbem illũ: dein memor retulit: inibi non esse aliquid in aliquo, Neq; explicuit id sed: dimmittens narrationem cœptam: ad quam absoluendã exordium fit. Quod omnia sunt per aliquam scientiam acquisitam, aut cõgenitam: & quod scientia acquisita imitatur naturam: quatenus scius dirigitur ad assimilandũ naturæ aliquid. Scientia autem congenita connaturalisq; est multiplex: sed unica: quod si talis insit intellectui agenti: primatique, per se inesi: nec põt eam ex alia priore discendo acquisitam fuisse.

Siquis autem quærat utrum huiusmodi dignitas inest huic intellectui prænominato. Dicimus quod a natura eius propria: illicque sistẽtes non progrediemur ad aliam rationem, Etenim siquis neget scientiam intellectus agentis esse illi connaturalem. Redarguentes dicimus, quód alioquin si intellectus acquisisset scientiam suam: aut per aliam altiorem didicisset, aut per essentiam propriam, quod est impossibile: neque enim intellectus agens est factus talis essentiæ a uerbo diuino, ut sit scientia sua: ut uerbum ipsum. Scientia enim intellectus agentis, est qualitas in eo: non substantia. Scientia namque uera est substantia scientis: ac substantia uera est scientia: atque hæc scientia vera, inest ipsi substantię primæ a seipsa: iccirco quoque nulla substantia carens scientia tali, est substantia vera: & possunt esse substantia particularis.

Quod entium supernorum unum non est nobilius essentialiter altero: & propter quid Aegypty usi sunt litteris Hieroglyphicis. Cap. XIIII.

INter entia mundi superni nullum est nobilius substantialiter altero: sed omnia sunt illic secundum formam optimam: sicut formæ inexistentes animo architecti effectrices sunt partes, quæ differunt ab effectis: verbi gratia figuris parieti inscriptis: Iccirco etiam huiusmodi formas supernas uocarunt prisci exempla, quales Plato narrauit esse substãtias essentiasue inferiorum. Sapientesque Babylonij, & Ægyptii acumine mentis, introspexerunt intellectualis mundi species, complexi scientia aliunde tradita: vel ex seipsis inuenta: quam etiam professione ipsa sibi uendicarunt. Siquidem enarraturi aliquid utebantur doctrina intellectuaria: non autem humanaria: ut nonnulli alii, qui consulentes eos, adhuc non sibi uisi satis firmiter discere ex sententiis locutione redditis: Conceptus animorum acceptos scribebãt, uti oculata fide legimus, in lapides per figuras: idem in omnibus scientiis artibusque facientes: quos locabant in templis, tanquam paginas perlegendas; talesque aderant pro libris eis utensiles: Quod fecerũt, ut indicarent, quod intellectus agens immaterialis creauit omnia secundum propriam essentiæ cuiuslibet rationem similitudinemque: quale optimum fuit pulcherrimumque documentum: per quod utinam etiam indicaretur qua ratione attingerunt formas illas mirandas, & abscõditas: Sic enim illorum factum esset laude dignius, qualis conditio paucis vitis contingit.

Quod

Quod cur entia superna sint facta talia, non est quaerendum: & quod Deus creando non utitur cogitatione.
Cap. XV.

Quom scientia Aegyptiorum de supernis rebus sit admirando: quanto magis igitur sapientia principis creatis huiusmodi substantias in supremo orbe. Neq; explorandum propter quid entia ista fuerūt producta talia, quoniā ipsa existūt summae rationes dignitate: essentiaeque merae quas plures Deus creauit absq; cogitatione. Neque pulchritudo inferiorum est absoluta: quoniam haec facta sunt ab agente respiciente rationes illas perpetuas praenarratas, quę recesserunt ab autore primo, praeter cogitatam alterius rationis pulchritudinē. Et enim quis non admiretur virtutem essentiae in illo ente nobilissimo, & supremo: quod creauit omnia alia, absq; consultatione, ac secundum essentiam suam: cuiusq; principalitas est ratio rationum: Neque ob id essentia ipsa indiget respectu exploratorio, talium, namque externae pulchritudinis. Siquidem sua sibi satis est principalitas. Quod imitatu etiam maiorum dicimus: qui cōcorditer asseruerunt hunc mundum fuisse factum, non a seipso neque secundum accidens, sed ab architecto sapientissimo nobilissimoque: & abstracto ab omni ratione creata. Rursus tamen nobis quaerendum in fabrica huius mundi, an agens praecogitauerit in seipso cuncta agēda. An item cogitauerit singula: creando primo terrā orbis mediā: secūdo aquā superiorē: tertio aerem altiorem aqua; quarto ignem subliomiorem aere: quinto dein uero coelos continentes omnia. sexto postea plantas, & animalia diuersa specie: tamen in animante conuenientia: constituendo membra exteriora, & interiora pro modo conuenienti operationibus. Imprimis igitur si formae rerum mūdi cogitatae fuissent singulae, a diuina mente ad opera recte facienda: Deus creasset unam earum post alteram, ut exemplarem. Non id autē conuenit autori sapientissimo & substantię nobilissimae supra alias: neque secundo cōtingit dicere, quod Deus praecogitarit in seipso res creandas, postea uero crearerit: Sic enim res cogitatae, aut sunt extra ipsum, aut in ipso: & si fuerint extra ipsum, igitur extiterunt priusquā creata sint: quod si fuerint in ipso igitur nō indiget illarum praecogitatione: siquidem ipsae se habentes ita sunt principia. Creauit item Deus rationem cogitatiuae: neque praecogitauit, alioqnin foret processus in infinitū: quod est falsum. Amplius artifex praecogitans opus intentum ad imitationem praecogitati: facit illud per instrumenta: At supremus conditor facturus aliquid, non imitatur creaturam ullā exemplarem, sed creat formam ipsam nouam imitabilem absq; alia: neque vtitur ad id creatura instantia. Nō enim quicquam externum iuuat eum: sed ex uirtute propria facit ipsum. Quare probatum, quod Deus cuius nomē exaltetur: creauit uniuersum absque consultatione, seu cogitatione. Atque improbata est soliditas sermonis aduersariorum. Creauit autem Deus primo substantiam unicam: uidelicet intellectum agentem: cui infudit lumen fulgens omnium creaturarum precellentissimū. Qui intellectus agēs proximum est illi huiusmodi lumini potentia, & simplicitate: Perque istum medium, creatus est orbis supernus constans ex intelligentiis & animabus. Per quem postea nouata sunt inferiora sensibilia, contenta sub similiaque, nisi quod entia orbis superni sunt pura: perfecta & incommixta: alioquin non forent perpetua si essent resolubilia, & coniuncta formae primordiali usq; ad postremam. Hylae enim formatur primo forma communi: postea recipit elementarem: deinde alias succedentes: vnde nemo potest subterspicere illam, utpote formis pluribus occultisque ac insensibilibus circum indutam.

SCHOLION IVSSV EIVSDEM APPOSITVM.

Cap. 12. Aperte uult intellectum creatum, a uerbo diuino, esse causam omnium aliarum creaturarū. Et in cap. vlt. simile, scilicet. Quod orbis supernus creatus fuerit per medium intellectum creatum, quae sunt falsa iuxta annotata in principio.

PLATO
EXOTERICVS

PLatonem mysticum uocauimus, sicuti & Aristotelem libros eos, de quibus hactenus est actum, Aegyptiam, & Chaldaicam, Mysticam, philosophiam continentes. Quoniam eos, ille in archanis docuit, iste ex illius ore & descripsit, & in archanis diu detinuit. E contra Exotericum Platonem dicimus, dialogos ab eo scriptos & promulgatos. Qui pro suis & sunt olim habiti, & pro suis etiam nunc circunferuntur. Quos tamen ipsemet, videtur, suos esse negare. Quando nimirum epist. 2. hac scribit.

Διὰ ταῦτα οὐδὲν πώποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα, οὐδ' ἔστι σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν, οὐδ' ἔσται. τὰ δὲ νῦν λεγόμενα, Σωκράτους ἐστὶ, καλοῦ καὶ νέου γεγονότος.

„ Ea propter, nihil vmquam ego de his scri-
„ psi. neque est scriptum Platonis vllum,
„ neque erit. Quæ uero nunc dicuntur So-
„ cratis sunt, dum probus iuuenis esset.

Et hoc idem, epistola septima confirmat.

Οὔκουν ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἐστι σύγγραμμα, οὐδὲ μήποτε γένηται.

„ Igitur meum de his scriptum non est, ne-
„ que fiat vnquam.

Sed & epistola postrema, Socratis esse videtur confirmare.

Ἐπιεικῶς δὲ γιγνώσκεις τοὔνομα Κέβητος· γεγραμμένος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Σωκρατείοις, μετὰ Σιμμίου, Σωκράτει διαλεγόμενος, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ.

Satis nosti numen Cebetis. Scriptus est. n. in Socraticis cum Simmia cumque Socrate disserens. in sermone de anima.

In Phædone nimirum. Sed duplicem hanc dubitationem, haud magno negocio nos soluimus. Nimirum priorem, quando negat, se quicquam scripsisse; addit. De his. hoc est, rebus diuinis. Quas in archanis, & ipse seruabat; & ab alijs eodem seruari cupiebat. Itaque priore loco, Cum Dionysius, apud quem fuerat ante, ab eo, per Archedemum quendam mercatorem quæsisset, maiorem vt videtur declarationem de primi natura, in hæc verba respondet.

Καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦδε, ὃ τούτου τιμιώτερόν τ' ἐστὶ καὶ θειότερον, καὶ μάλα σφόδρα αὐτὸ δηλοῦσιν, ὅπερ σὺ πέπομφας ἀπορούμενος. φῂς γὰρ δὴ, κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον, οὐχ ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι σοὶ περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως. φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος, ἢ πόντου, ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. ὧδε γὰρ ἔχει. Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ. καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν. δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα.

„ Et sane etiam de eo, quod hoc est hono-
„ rabilis, & diuinius, est ipsi valde declaran-
„ dum. id de quo tu misisti dubitans. Ais
„ enim, vt ipse inquit, non sufficienter tibi
„ demonstratum esse, de primi natura. Di-
„ cendum tibi est, per ænigmata. Vt si quid
„ tabella, vel mari, vel terra patiatur, qui le-
„ get non intelligat. Sic enim habet. Circa
„ omnium regem, omnia sunt. Et illius cau-
„ sa omnia. Et ille causa omnium pulchro-
„ rum. Secundum vero, circa secunda. Et
„ tertium, circa tertia.

Mox admonet Dionysium ne hæc ei excidant in vulgus.

Εὐλαβοῦ μέντοι, μήποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους.

„ Caue tamen, ne quandoque excidant hęc
„ in homines ignaros.

Ob eas quas ibi subnectit causas. Quod nimirum hæc vulgo ridicula videantur. Et addit.

Μεγίστη δὲ φυλακὴ, τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐκμανθάνειν.

„ Maxima custodia est, ea non scribere, sed
„ ediscere.

Atq; ideo ait, se nihil horũ scripsisse vnquã. Quod, & secũdo loco reperit. Sed quidnã hoc est, uel ueri, uel falsi? Nonne totus Parmenides est diuinus? Nõnè ferè oẽs dialogi aliquid de diuinitate docẽt? Suine ergo sunt, vel Socratis, vt ipse affirmat? Ac forte prior locus,

Parmenidem innuit, in quo Socrates inducitur, iuuenis, & generosus, de Ideis disputare. Sed hæc ita soluerim. Platonem quo ad Dionysium, & Dionis amicos scriberet, se nihil scripsisse de rebus diuinis, vel nondum scripserat, uel nolebat, id Dionysium scire. Ne cogeretur ad eum libros transmittere, uel aliquid apertius ad eum scribere. Stomachatur enim priore loco, tamquam a se inuenisset, quæ a Platone ei erant tradita. Sed cur ait, Se neque in posterum scripturum? Vt scilicet liberaret se ab illius importunitate, atque inscitia. At quo modo ait Socratis esset, & Socraticos sermones. Prius illud, eadem de causa, ne sibi Dionysius molestus esse. Alterum uero, quia Socrates, tum in Phædone, tum in aliis omnibus, præter leges, uel disputat, uel audit. Atque hac de causa, Socraticos appellat; tum ut eos a libris de legibus, in quibus, sub Atheniensis hospitis persona, se ipsum inducit legislatorem, ea appellatione distinguat. Neque uero etiamsi Plato se nihil de Diuinis rebus uel scripsisse; uel scribere uelle neget, dubitandum est, quin sui sint dialogi. Namque eos, a Platone scriptos fuisse, auditores eius sunt contestati, uel in primis Aristoteles qui nominatim aliquot sub Platonis nomine citat, ut Phædonem, Rempub. Timæum. Et hos duos, sicuti & eos qui de legibus sunt in Epitomen, perstrinxit. Quod & Theophrastus, & ipse aliquando Platonis discipulus fecit. Et Crantor, qui Xenocratis auditor fuit, primus omnium, ut Proclus testatur commentaria in hoscemet aliquot dialogos edidit. Sed & uiri celebres, qui suo tempore uixerunt, illos, uti Platonis agnouerunt. Scribit enim Athenæus. Protagoram lecto dialogo sibi cognomine, familiaribus dixisse, Platonem optime scire, iam bonum usum. Et Gorgiam, cum Platonis dialogum legisset, aditantibus dixisse. Nihil eiusmodi, se audiuisse a Platone, uel apud Platonem, se locutum esse. Eadem Phædonem dixisse memorat, cum dialogum, de animo perlegisset. Phædo ergo dialogus a condiscipulo Platoni attribuitur, quem Plato Socraticum in epistola uocauerat. Sicuti ergo non est amplius de dialogis, an Platonem habuerint authorem dubitandum: Ita illud palam, ac certum fit, eos a uiuo Platone fuisse emissos, atque ideo ecdedomenos, & exotericos, & Encyclios fuisse. Nam quo modo, suum quisque Protagoras, Gorgias, & Phædo legissent, si eos apud se continuisset? Et ipse ad Dionysium scribens de Cebete, ait eum satis notum in se, quia esset in eo dialogo scriptus quo esse de animo sermo est habitus. Ergo Dialogus hic, usque in Siciliam uiuente Platone fuerat perlatus. Et Phedrum ipse adhuc satis iuuenis primum, ut creditur, omnium conscripsit. Neque usque ad obitum apud se retinuit. Exoterici ergo hac ratione dialogi Platonis sunt. Sed ratione alia, sunt etiam mystici. Si mystica uti iam uidimus, ea dogmata sunt, quæ archana, & a uulgo abscondita sunt. Nam ut Proclus optime distinxit, Plato in eis de Diis sermonem habet, uel δι' ἐνδείξεως per indicium. vel ἀπαρακαλύπτως, sine uelamine, & aperte. Sed sicuti hoc dupliciter; uel modo quo scientiæ tractantur, vel κατ' ἐπίπνοιαν per inspirationem. ut in Phædro. Sic & indicio duplici, est usus modo. vel symbolice & fabulose. Decem enim, & forte amplius fabulas, easque mysticas & allegoricas eis intermiscuit. Vel per imagines est locutus, figuras nimirum, mathematicas, & numeros. Idque occultandæ sapientiæ causa. Videtur enim id studii ueteribus omnibus, fuisse commune, ut sapientiam quidem docerent, sed ita docerent, ut non intelligeretur, sine uiua docentis uoce. Declarant id Aegyptia Hieroglyphica. Zoroastri imagines Dei, cum Accipitrino capite. Oui, ex quo Dij prodirent, Animi alati, & similia plurima. Hebræorum prophetarum mystici, Dei, & Christi typi. Seruatoris quoque parabolæ tam multæ, Ioannis Apocalypsis. Et apud Græcos, Orphei, Pronapidis, Homeri, Hesiodi, atque aliorum poetarum mysticæ fabulæ. Pythagoras, eiusque vniuersa schola, præter forte unum Ocellum, omnia, ut Aristoteles dixit, abscondebant. partim quidem sub diuturno silentio. partim per mathematica ænigmata. partim etiam per Symbola. Plato uero qui tot annos in Aegypto commoratus, uix tandem multis obsequiis, forte pecuniis obtinuit, vt quæ de veteri Hermetis sapientia occultabant, sibi aperirent, non putauit, quæ ipse multo labore conquisisset, ea uulgo ignaro atque ignauo palam facere. Quod & ipse locis ex epistolis adductis, est testatus, & Aristoteles hic noster mysticus est contestatus, eum nihil de anima scripsisse affirmat, ne eius mentem comprehenderent lectores. Et quando tamen animum, ad scibendum appulit, ita de rebus diuinis scripsit, ut nisi ab iis qui eum audissent, intelligentur; atque ita & edita erant, & non edita. Quid enim Parmenide, in quem totam

suam

ſuam Theologiam contulit eſt intellectu difficilius? Quid illa in Timeo, mundi creatio? animarum productio, elementorum conſtitutio? Quid illa in Sophiſta, de generibus entis diſputatio? Quod item in Philebo duorum primorum finis, & infiniti principiorum obuolutio? Hæc ſane omnia, & his alia ſimilia, quamquàm ſcientifice uno e quatuor, modis, ſcripta ſint, attamen ita ſunt obſcura, vt ſine myſticæ huius philoſophiæ, quã edimus ope, nequaquàm intelligi recte videntur poſſe. Idque in cauſa fuit, vt vetuſtiores Platonis expoſitores, quos ad minus 65. adinuenimus vix mentem eius per omnia comprehéderet. Donec Ammonius Saccus, in hoſce, & in Hermetis libros, cum Alexandriæ viueret circa chriſti annum CC. incidit. A quo ingẽs poſtea ingentium Platonicorum cœtus fluxit. Qui Platonicam cum Aegyptia philoſophia coniunxerunt, & Platonis dialogos præcipuos, eos ſcilicet, quos mox indicabimus commentariis admirabilibus expoſuerunt. Inter quos ipſe Ammonius ipſorum caput. Plotinis, Origenes, eius auditores. Amelius, Porphyrius, Iamblicbus, Theodorus Aſinæus, Syrianus, Proclus Laodiceus, Proclus Lycius. Hermias, Damaſcius, Olympiodorus. Hoc ergo modo Platonis Dialogi, etiamſi ecdedomeni & exoterici eſſent, quia in publicum ab eo fuerant emiſſi. erant tamen eorum precipui adhuc myſtici, quia non omnibus ſenſa eorum erant manifeſta. Hanc autem occultationem Plato, aliis etiam adauxit modis. Quod dogmata ſua non exodice, & continuantes ſcripſit, ſed dialogice, & diſputãdo, & quamuis toti ſuæ philoſophiæ finem in eis fixiſſet, non tamen a veteribus, vſque, vt videtur, ad Iamblichũ eſt depreſus. Non tamen ipſe ad eum finem, neque materierum conſecutione, neque perſonarum, aut temporum continuatione, ordine diſpoſuit. Neque ſingulis materiam vnam cõmendauit, ſed pluribus ſingulos repleuit. In hiſce omnibus, Hermetem imitatus, & tum dialogo ſcribendi, tum dialogorum ſparſione, tum materierum in eos reſperſione. Neq; enim Alexamenis Teii dialogo ſcribendi fuit inuentum, vt quidam Græci, & inter eos Ariſtoteles vidétur voluiſſe. Sed ante eum, Aeſo & Sophonis Mimi, & omnis ſcenica poeſis dialogo ſcripta fuerant. Neque Alexamenus, ſcientiarum dogmata, primus omnium, dialogo comprehendit. Nam vt ex Ariſtotele Atheneus refert, Socratici, eius quoque dialogi fuere, & Platonis fuit, & coætaneus, & condiſcipulus Sed ante eum Zeno Eleates, Parmenidis diſcipulus, dialectices inuentor, & dialogorum ſcribendorum primus author ſuiſſe a veteribus eſt dictus. Sed id gloriæ Hermeti Termaximo debetur. Cuius qui ſuperfuerunt libelli, omnes dialogo ſunt ſcripti non continuati, pluribus materiis referti. Forte apud Græcos, uel Zeno vel Alexamenus, primus dialogorum, & quidem Socraticarum diſputationum ſcriptor fuit. A paucis annis Platonicos præcedere potuerunt. Sed eſto, primus ille. Quales eius dialogi fuerint neſcimus Forte puras Socratis morales, & ciuiles diſputationes continuerunt. Quales ſint Platonici ſciũt modo omnes. Multi quoque Socratis diſcipuli, Platone ſeniores, dialogo itidem Socratis diſputationes, & colloquia comprehenderunt. Cebes, Simmias, Crito, Simon, Aeſchines, Antiſthenes, Xenophon alii. Inter quos, & Ariſtoteles, & Theophraſtus. Iſte quidem Grillum, Nerinthum, Menexenum, Alexandrum, Sophiſtem; Amatorium, Sympoſium, In quo, ait Plutarchus eum de animæ immortalitate diſputaſſe. Theophraſti, uero dialogi ab eodem Laertio tres nominantur, Acichanos, Megacles Calliſthenes, Dinus quoq; Baſilius ad Diodorum ſcribens hoc ipſum eſt conteſtatus verbis biſce.

„ Illud omnino nouit prudentia tua, quòd „ externi philoſophi, qui dialogos cõſcripſerunt, Ariſtoteles, & Theophraſtus. ſta„ tim ipſas res attingerunt, propterea, quòd „ conſcii ſibi eſſent inopiæ, Platonicæ gra„ tiæ Plato uero ob eloquẽtiæ facultatem, „ ſimul aduerſus dogmata pugnat ſimulque „ pſonas obiter obiurgat, Traſymachi quidẽ „ temeritatem, ac impudentiam criminãs, „ Hippię uero leuitatem mentis, & laxita„ tem. Protagoræ autem, arrogantiam, & „ timiditatem. Porro vbi indefinitas perſo„ nas in dialogis introducit, diſtinctionis „ rerum gratia, utitur diſputationibus. Ni„ hil uero aliud ex perſonis in uelut ipſis „ argumentis: Id quod in legibus fecit.

Hanc D. Baſilii de gratia Platonicorum dialogorum ſen tentiam, Proclus primi libri commentariorum ſuorum in Parmenidem fine, & confirmat, & adauget.

Δεῖ γὰρ ἐπὶ τῶν Πλάτωνος διαλόγων, εἰς τὰ πράγματα βλέπειν, διαφερόντως τὰ ὑποκείμενα τῷ διαλόγῳ, καὶ σκοπεῖν ὅπως καὶ τὰ προοίμια ταῦτα οἰκονομίζεται. καὶ ἓν ἀποφαίνειν ζῶον ἐκ πάντων τῶν μερῶν ἑαυτῷ συμφωνοῦν. ἕκαστον ἀπειργασμένον, ὥς αὐτὸς ἐν φαίδρῳ φησὶ, καὶ τούτοις συναρμοσθέν, καὶ ὅσα τοῦ τύπου τούτου τῶν καθηκόντων ἐστί. Τὰ δὲ παντελῶς ἀλλότρια τὰ προοίμια τῶν ἑπομένων ἐστί, καθάπερ τὰ Ἡρακλείδου, τοῦ Ποντικοῦ, καὶ Θεοφράστου διαλόγων, πάσαν αὐτῷ κρίσεως μετέσχεν, ἀκολουθ.

„ Oportet enim in Platonis dialogis in res „ ipſas reſpicere diligenter, quæ dialogo „ ſunt ſubiectæ, & conſiderare, quo modo

procemia quoque illarum suot imagioes. & vuum animal constituere ex omnibus partibus, sibi consonum, singulumq; ita efformatum, prout ipse iu Phædro docet, & eis correspoodere. & quæcuoque ad huoc typum cōueniunt. Sed procemia prorsus aliena esse ab ijs quæ sequuutur, sicuti dialogi Heraclidis Pontici & Theoprasti, omni auditui, qui iudicij est particeps suut molesta.

Sed noo satis videtur esse, Platonē ad Hermetis tantummodo exemplum, res philosophicas dialogis dispotasse. Sicuti oon satis est, Aristotelem Theophrastum, Heraclidem, Platonis exemplum esse secutos. Noo ne satius, ac clarius erat, philosophiam diexodice, & libere tradere ex rerum ipsarum natura, absque ullo personarum interloquio, quæ cooti nuitatem, & rerum & rationum uidentur iorerrumpere. Ad id obiectum respondemus, sapientissimos duos viros, quales forte tota mundi æternitas, alios duos non tulit, Hermetem, & Platooem, ooo fortuito illum, oon illius tātum exemplo, hunc, ad scribendos dialogos, sed pluribus, iisque nobilissimis rationibus se se mouisse. Quas breuibus pro iudicio uostro, perpendamus. Quarum prima hæc esto.

Tres sūt auimæ nostræ facultates præcipuæ. Quas Hermes, ni fallor, omoium primus recensuit, Pythagoras deinde, Pythagorei, Socrates, Plato, aristoteles, Theophrastus arripuerūt nempe λόγος θυμὸς ἐπιθυμία. Ratio, irascentia, concupiscentia. Quæ actionum humanarum omnium sunt footes. Sicuti ratio per se sola, ignorationis omnis, & scientiæ itidem omnis est fōs, & origo. Hermes quidem, dum e sua persona in suis dialogis loquitur aut ad Tatum, aut ad Asclepiū, aut ad Ammonem. Vel iisdem cum Hero filio colloquentem inducit, totus sermo illuc dirigitur, ut e mente, ac ratione, adolescentiū illorū ignoratio tollatur. Quæ fons & causa & hominibus malorū omniū. Et euolsa ignoratiooe, scientiā imbibāt rerū, quæ tum ab Hermete, tū ab iisde eis & proponuntor, & explicātur. Tales videntur ex Basilii loco allato, Aristotelis, & Theophrasti dialogi fuisse. Verum Socrates, čaritate patriæ ardeos, & vt Proclus ait, ad hominum salutem natus, animaduertit suorum ciuium animos, tum eorum, qui rempub. tegerent, tum eorum filios, qui mox ciuitatis habenas suscepturi erant, a tribus hominum generibus, & peruerti, & corrumpi. Atq; inde ciuitatis perniciem venire. quantum priuato ac pauperi homini licuit, omoibus suis ingenii viribus, ei ruinæ se se opposuit. Quod & ipse de se in Theæteto est testatus, sub his verbis.

Καὶ μᾶλλον ἐπιθυμῶ εἰδέναι τίνες ἡμῖν τῶν νέων ἐπίδοξοι γενέσθαι ἐπιεικεῖς. Ταῦτα δὴ αὐτός τε σκοπῶ καθ᾽ ὅσον δύναμαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἐρωτῶ οἷς ἂν ὁρῶ τοὺς νέους ἐθέλοντας συγγίγνεσθαι.

„ Et magis cupio scire, qui nam oostrorum
„ iuuenum, ut gloriosi fiaot, sufficiant. Hæc
„ ego & ipse coosidero, quantum possum,
„ & alios interrogo, cum quibus video iu-
„ ueoa uelle conuersari.

Tria autē illa peroiciosorū hominūgenera. Turpes amatores erāt, Viri, & Politici. Sophistæ. Priores illi, adolescentium ἐπιθυμίαν, concupiscentiam, natura ad voluptates pronam, & ob ætatem, maxime vehementem, blanditiis adulationibus, laudibus, pecuniis, donis, ceteraque voluptate, ita vinciebant, & euincebant, vt naturæ bonos igniculos obruerent, & eruerent, & mores honestos euerterent, & in vitia omnia verterent. Qui tales effecti mox cum ad Reipub. gubernacula accederent, omnium publicarum calamitatum causa, & erant & esse poterant. Socrates huic tanto malo magno studio obstitit. Non quidem legibus, quarum vel condendarum, vel exequendarum, nullam habuit auctoritatem. Non publica auctoritate vlla, vel propria, sed admirabili quadam dexteritate. Dum enim fingit se pulchrorum adolescentum omuium amatorem, inter eos uersabatur, & sermonum iucunditate, & blanda conuersatiooe, ad se omoes aliciebat, & a turpibus amatoribus abducebat, Nefarias illorum appetitioues, retundebat, & si quam iuuenes falsam ab his, vel a sophistis opioionē imbibissent, arguebat, veritatemque docebat: Atque ita efficiebat, vti & patres, & affines alii adolesceotium, eum præcarentur, vt eorom susciperet curā. Talis io Theage est, Demodocus. In Lachete, Lysimachus, & Melesias In Charmide Critias. Erant autem hi primarii ciues, & primarum ciuium filii: Alcibiades, Chioias, Cresippus, Charmides, Lysis, Menexenus, Theages, Phedrus, Theæterus. Quorum mentes, & mores, si ab eo in rectam viam deduceret, confidebat se maximo beneficio patriam afficere, quia esseot hi eius futuri rectores. Cum talis Socrati esset vitæ suæ scopus, eumque eius discipuli vellent exprimere, necesse habuerunt, Socratis cum illis, collocutiones, admouitiones, & redargutiones exprimere, & ita ut habitæ fuerant, aut ipsis, quàm proximo poterant, scriptis mandare. In quibus, quamuis Socrates, nihil se scire aliud, quam amatoriam affirmet, nihil tamen vnquam, aut inhonesti, aut quod libidinem præ se ferat, aut loqui, aut proloqui reperitur, suauissima semper quadam ironia, interrogando, quolem uel natura haberent animum, & ad quid pronum, ex responsionibus illorum elicie-

elliciebat. Et si quid falsum, uel minus rectũ in eorũ animis cognosceret, eo rẽ deducebat vt uel fateri cogerentur, rem se aliter habere, uel eos ad erubescentiam compellebat, quæ magna est in adolescentibus uirtus. Quæ quidem opera, nulla diexodica methodo, ad amussim exprimi potuerunt, quam dialogo.

Quæ etiam causa, fuit cur Plato, Socratis colloquia cum uiris Politicis, & in Reipublicæ administratione uersatis, dialogo exararet. Hi nulli Reip. beneficio intenti, sed, magistratibus, potentiæque ciuili comparandis inhiantes, quali desiderio Alcibiadem, Theagem, Lysidem, Charmidem, Cliniam teneri est uidere, & eius sapientiæ, qua in ciuitate imperare possent, cupiditate ferri. Hanc autem ad θυμὸν pertinere, Pythagorei, Plato, & Theophrastus docuere. Itaque prauis cupiditatibus, & falsis opinionibus imbutos ciues, tum adolescentes, tum ætate prouectos, Niciam, Lachetem, Critiam, Calliclem, Critonem, Euthyphronem & alios, eadem interrogandi methodo, de eorum mentibus, falsas eximere opiniones, & prauas, & ambitiosas excutere cupiditates omni studio est annixus. Id autem facere, non poterat nisi cum eis colloqueretur. Neque Plato potuit ea colloquia alia ulla via repræsentare, quàm dialogo, sicuti fuerant peracta.

Genus tertium hominũ, Sophistæ erant. insipientes, vani, pecuniæ auidi, & iactabundi. De quibus Plutarchus initio Platonicarum quæstionum ita scripsit.

Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκ τύχης τότε φορὰν [illegible] σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι. καὶ τούτοις αὐτοὶ πολὺ τελοῦντες ἀργύριον οἱ νέοι ἐπληροῦντο, καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων ζήλου, σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις, καλὸν δὲ οὐδὲ χρήσιμον οὐδὲν διώκουσαν.

,, Etenim, quasi casu contigit ea tempestate
,, Sophistarum prouentus in Græcia. Qui-
,, bus iuuenes multum conferebant argen-
,, tum. Implebanturque persuasione, & glo-
,, ria uana sapientiæ, & sermonum zelo.
,, Otium, & conuersationes inutiles, teme-
,, taria ambitione sectantes. Honestum aut
,, utile, nequicquam.

Hi sapientiam simul & eloquentiam magnis pretiis, impudentissimè, uendebant. Seque omnia scire, ad omnia improuiso respondere: & omnes scientias, virtutesque omnes, se docere posse paruo tempore, profitebantur. Nihil tamen, nisi falsa dogmata, & sophisticas quasdam argutiolas callebant. Quibus totam Græciam circumeundo, grandes diuitias corradebant. magnam gloriam fuerant consecuti. Hos Socrates, uti perniciosos iuuentuti, reiq; publicæ homines, magno studio oppugnauit. ut qui tertiæ, principique animæ facultati λόγῳ rationi, maximopere officiebant. Eò quòd peruersis dogmatibus auditorum animos imbuebant. Tales Sophistæ, quales eos Plato in Sophista describit, fuere Protagoras, Prodicus, Hippias, Gorgias, Polus, Thrasymachus, Euthydemus, Dionysodorus. Ciues uero, qui eorum dogmata imbiberant, nominat in Gorgia Calliclem. In Charmide, Critiam, Calliam in Protagora. Eudicum in Hippia, Euthyphronem, & Menonem. Hos omnes oppugnauit, & magnis ingenij uiribus conatus est confutare. De qua re, idem Plutarchus ita subnectit.

Τὸν οὖν ἐλεγκτικὸν λόγον, ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον ὁ Σωκράτης, ἀξιόπιστος ἦν ἑτέρους ἐλέγχων τῷ μηδὲν ἀποφαίνεσθαι. Καὶ μᾶλλον ἥπτετο δοκῶν ζητεῖν κοινῇ τὴν ἀλήθειαν, οὐκ αὐτὸς ἰδίᾳ δόξῃ βοηθεῖν. Ἔπειτα τοῦ κρίνειν ὄντος ὠφελίμου, τὸ γεννᾶν ἐμπόδιόν ἐστι. Τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. φιλεῖται δὲ τῶν ἰδίων οὐδὲν οὕτως, ὡς δόξα καὶ λόγος ὑπὸ τοῦ τεκόντος.

,, Confutatiuum sermonem, tamquam pur-
,, gatiuum pharmacum, habens Socrates. a-
,, lios coarguens, fide dignus erat, quoniam
,, nihil affirmabat. Et magis eos perstringe-
,, bat, quia uidebatur unà cum ipsis ueritа-
,, tem quærere, & non suam ipsius senten-
,, tiam tueri. Cumque iudicare est utile,
,, hoc illis fuit generosum impedimentum.
,, Obcæcatur enim amans, circa amatum.
,, Amatur autem de rebus propriis nihil, ut
,, opinio & sermo, ab eo qui ea parturijt.

Hasce igitur Socratis cum Sophistis disputationes, quia magno usui posteritati futuræ erant, Socratis discipuli, Cebes, Simmias, Simon, Crito, Phædo, Aeschynes, Antisthenes, Xenophon, & Plato præcipue, qui ad uiuum magis eas expressit coacti sunt, uti habitæ fuere, in dialogos transferre.

Sed & quando cum sapientibus, Eleate hospite, Timæo, Zenone, Parmenide, rem habuit interrogando, audiendo, quia Socratis hic mos perpetuus fuit, colloquendi, dum de Sophista, de Philosopho, de Politico, de vniuersitate, deque diuinitate uniuersa, eam dialogis exarauit. Hæc, scribendi dialogo una Platoni causa fuit.

Secunda uero, ac potissima hęc alia. Quicumque scientifice, vel loquitur, vel scribit, necessario utitur ratiocinatione. Scientia n. causæ cum effectu, per rationem coniunctio est quædam. Græci hunc actum διανοεῖσθαι nominarunt. De quo Plato in Theæteto ita loquitur.

Τὸ δὲ διανοεῖσθαι, ἆρ' ὅπερ ἐγὼ καλεῖς; Θεαι. Τί καλῶν; Σωκρ. λόγον, ὃν αὐτὴ πρὸς αὑτὴν ἡ ψυχὴ διε-

διεξέρχεται αὐτὴ ὧν ἂν σκοπῇ. ὥς γε μὴ εἰδὼς ἀποφαίνομαι. Τοῦτο γάρ μοι ἰνδάλλεται. διανοουμένη, οὐκ ἄλλο τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα, καὶ ἀποκρινομένη, καὶ φάσκουσα, καὶ οὐ φάσκουσα.

„ At ratiocinari, vtrum, quod ego vocas?
„ Theæ. Quid uocans? Socr. sermonem,
„ quem ipsa ad seipsam anima, tractat, de
„ iis rebus, quas considerat. Id ut nescius ti-
„ bi profero. Hoc enim mihi uidetur, non
„ aliud, quàm colloqui, ipsa se ipsam inter-
„ rogans, & respondens, & affirmans, &
„ non affirmans.

Quam sententiam in Sophista repetit his Οὐκ οὖν διάνοια μὲν, καὶ λόγος ταυτόν. Πλὴν ὁ μὲν ἐντὸς τῆς ψυχῆς πρὸς αὐτὴν διάλογος ἄνευ φωνῆς γιγνόμενος. Τοῦτ' αὐτὸ ἡμῖν ἐπονομάσθη διάνοια. Τὸ δέ γε ἀπ' ἐκείνης ῥεῦμα διὰ τοῦ στόματος ἰὸν μετὰ φθόγγου κέκληται λόγος.

„ An non dianœa, & logos, sermo, idem?
„ nisi quod alter intra animam, ad seipsam
„ dialogus, sine uoce fit. Et ob id, hoc ipsum
„ a nobis nomen est adepta dianœa. Alter
„ ab ipso fluxus per os exiens cum sono vo-
„ catus est logos.

Ergo ipsissimam Plato, intrinsecam animæ actionē in dialogis expressit. Nil aliud, quam interrogationi illi internæ, & responsioni nomina huius, aut illius, personæ imponendo. Neque uero Aristoteles, & Theophrastus, atque alij, qui diexodice dogmata philosophiæ tractarunt, aliter fecerunt, quàm dialogo animæ interno, ac mentali scripserunt, nominibus uitatis, Nam quid aliud sunt illa? Dicet aliquis. Diceret quispiam. Forte dubitabitur. Dubitaret aliquis. Videbitur alioui. Sed obiiciet quispiam. Et similia. Quam tacitus quidam animæ dialogus intra se, seipsam interrogantis, secum dubitantis. sibi obiicientis, Sibique respondentis, & obiecta sibi soluentis? Quo nam lucis, si nomina aliqua reponas, dialogum formaueris integrum.

Tertia causa. Quicumque loquitur, scribit ve, ad alium, unum, plures ue, & loquitur, & scribit. Hunc enim ad finem, natura homini sermonem tribuit. Necesse autem est. vt is qui audit, de quinque modis, vno, aut pluribus sese habeat. Vel enim rem de qua est sermo, penitus ignorat. vel de ea dubitat, uel eam credit, uel etiam scit, uel eam nescit quidem putat tamen se, eam scire. Idque uel ambo ipsi, vel eorum alter. Sed esto, qui principalem personam gerit, rem ipsam sciat: auditor uero penitus eam ignorat. Tales uidentur Hermetis omnes dialogi, & Aristotelici, & Theophrastici uidentur, uti diximus fuisse. Is certe uno tantum, diexodico illo uti poterit. Poterit etiam, ei qui de re dubitat, dubia soluere. Sed erga tres alios, frustraneus erit penitus is docendi modus. Nam qui rem credit, nihil eo indiget. Multo minus is qui rem scit. Et multo quoque minus, qui praua illa ignorantia, nesciendo, scire se putat. At dialogus, omnibus hisce, & illis est accommodatus. Quorum exempla sunt supra alia, primū in Menone, dum puerum, Geometriæ inagrum, docet, quę in se quidem habebat, ea tamen nesciebat: Dubitantium multa sunt itidem exempla, illa inquam omnia ubi ipse quærit. Quod in Gorgia his uerbis expressit.

„ Neque enim ego, sciens dico, ea quæ dico,
„ sed quæro vnà vobiscum.

Quærit autem interrogando, alius respondet. Si rem comperiunt, quæstio sistitur. Si nō comperiatur, interrogandi, & respondendi nō fit finis, donec reuera, vel compertū est, quod quæritur, aut eius inuentio desperetur. Qualis in Memnone, inquisitio virtutis, in Charmidæ temperantiæ. In Lachete fortitudinis, in Lysìde amicitiæ, indefinita remanet, quæ alibi suppletur. Critonem quoque de dubiis exemit, Cebetem, Simmiam, Hipparchum, alios non paucos, methodo eadem interrogandi.

Credentes quoque aliter quam res se se habebat, in eius ueritatem traxit, Demodocum, Lachetem, Niciam, Eudicum, Euthyphronem, Hippocratem, Hippolochum, multos alios.


Cum scientibus, quoque est interrogationi, & responsioni locus. Cum Eleati, cum Timæo. Cum Parmenide quoque, & cum Zenone,

Postremo cum sophistis aut δοξοσόφοις, aut φιλοδόξοις diexodicus doctor, frustra laboret. At si ad disputationem interrogationum, & responsionum trahentur acerrima quadam, confessionum ui ita turbantur vt vel conuincantur, vel ne conuincantur, alio sermonem flectant. Quod in Protagora in Polo, in Gorgia, in Callicle, in Thrasimacho, & aliis apparuit manifesto. Quinque ergo, hæc munia dialogus magna cum laude, & admiratione sed Platonicus, & forte (absit dicto odium, noster) obit. Ergo potior, & præstantior, & potentior diexodico, qui duo tantum efficit.

Tribus iam dictis causis, quartam addamus eam quoq; ualidissimā. Arist. uti a suis creditur diexodice melius quā quisquam alius fecit, ita ut nihil (ait Auen Rois) sine forti dixerit ratione. Attamen eorundem suorum confessione, nulla in eo reperitur demonstratio: nulla est ratio, nisi probabilis. Apud Platonem multæ sunt, primariæ demonstrationes. Nulla probatio ibi est quæ ex per se notis, & confessis non procedat. Ita ut nemo negare queat, nemo dubitare, quando ad perfectam conclusionem sunt deductæ. Quoniam ab axiomatię aut

per aut se notis, aut confessis deducuntur. In Parmenide uero, & omnes, quæ de vnius natura nectuntur, tales sunt, & quidem multæ, vt nullæ tales, apud mathematicum vllum, reperiantur. In Aristotele autem, nulla est tam valida probatio, nulla vllius dogmatis, quantumuis multis confirmati rationibus, comprobatio, quę animum impleat, & dubium si perpendatur, non relinquat. Neque obiiciatur, Aristotelem Syllogismis, primaria uti credūt probandi Methodo, plerumque vti, Platonem inductione. Nam in Syllogismo raro reperias ambas propositiones, vel per se notas, vel cōfessas. Cuius contrarium est in Platonica inductione. Nam, si singulæ interrogationes, axiomata non sunt, certe sunt confessæ. Vnde necessario confessa sequitur conclusio. Quod in Aristotele est rarissimum. Atq; ideo in eius philosophia nihil est certum, nihil quod non in dubium uertatur, & omnibus contradicatur. Et hic Oceanus ille, abyssus que quæstionum, & contentionum, habuit ortum. In Platonica uero, rarissima ea sunt, quæ non sint certisima. Quis enim contra res per se notas, contra confessas, argumentis sophisticis sit locus? Quamobrem magnæ inscitię est Arcesilaus arguendus, qui perpetuo dubitantem tantum arripuerit, constantiam eius non agnouerit. Cum tamen iisdem axiomatis semper insistat; numquam a pulchro, a bono, ab vtili, a iucundo discedat: nunquam a scientia, numquam a sapientia, & a tecta opinione digrediatur, Nunquam uirtutem deserat, ignorationem, vitiaque, duplicem animi morbum insectetur. Et quamuis rem quærat, aut personas exagitet, huc semper reuoluitur, huc semper, & initia, & disputationem & fines recidunt. A diuinis incipiunt plerumque in diuinitatem desinunt.

Addamus causam hanc quintam, cur Plato dialogo scripserit, quæ ad orationis ornamēta pertinet. Qui diexodice docent, uno, eoq; intenso, grauitatis tenore, ab initio ad calcem, sua scripta, si philosophica sint, texere sunt coacti. propriis semper uerbis, propriis scientiæ de qua agitur, terminis vti, a metaphoris, a figuratis locutionibus abstinere. Vnde etiam lex ei data est. Non licere metaphoris vti. Quam tamen legem, qui eam tulit, sæpisime est transgressus. Multo minus aiunt, iis figuris vti in quibus orationis varietas omnis, consistit ornatus, in ornatu delectatio: in delectatione iterata, & sæpe repetita lectio: In repetitione spes nominis eius, qui scribit, immortalis. Omnem enim tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Quid autem Platonis dialogis dulcius? Quid suauius? Quid salebrosius? Si sua lingua legantur, lectio numquam fastidiat; nunquam satietatem pariat, quæ auidisime repetatur? Iste suis scriptis, suauitates cunctas superfudit. Et Aristoteles non immerito dixit, phrasim Platonicam semipoeticam esse. Sed longe uerius, fama vetus diuulgauit, si Iuppiter humana lingua, loqui uoluisset, non alia quàm Platonica fuisse locuturum. Vt autem hoc ipsum, uir prudens consequeretur, dialogo scribendum sibi elegit. In quo ingēs a personis, ab eorum moribus, ac circumstantiis, aliis ornatus, ac lepor fluxurus erat. Atque inde factum est, ut si quis sua lingua Platonem audiat loquentem, non solum decies, sed millies placebit repetitus.



DE DIALOGORVM ORDINE.



Ed cur dialogos suos Plato nõ aliquo ordine digessit? vt facilius, quæ eius esset vniuersa Philosophia, intelligeretur? Morem nimirum antiquiorum hac in re est secutus. Vt scribendo, intelligerentur, vt sparsim, & obscurè scribendo non intelligerentur prophanis, ignaris, atque ignauis. Sed, vt est apud Laertium. Thrasyllus quidam retulit Platonem ipsum, secundum Tragicam tetralogiam suos dialogos emisisse. Tetralogiam autem tragicam vocat, dramata tragica, quæ Athenis, festis Dionysijs, Lenæis, Panathenæis, & Chytris agebantur. Quorum, quartum esset Satyricum. Sed tragica hæc dramata cum Platonicis dialogis, nihil habent, aut simile, aut commune. Neque enim materiæ conueniebant, neque formà, neque locis, neque occasionibus, neq; temporibus. Scimus Platonẽ, cum iuuenis esse inter alia poemata, tragędias scripsisse. Postquam uero ad Socratem, & ad philosophiam accessit, & ipsas tragœdias, & reliqua poemata combussit. Videmus quoque eum, poetas tragicos ubique exagitare, & è ciuitate expellere Hos ergo, & ipsorum poemata, cum nihili penderet, quæ nam ratio persuadere poterit, eum imitari illos voluisse? In re præsertim, quæ similitudinem nullam cum illis haberet; atque ideo nullam reciperet imitationem? Et imitaretur eos, tam ridicula ratione quos contemptui habebat, uir tam magni animi, qui reges etiam, & ciues suos ditissimos ac potentissimos aspernaretur. Sed eadem profectò diligentia qua Thrasyllus, librorum numerum collegit, eadem, & Tetralogię rationem finxit, & primam esse voluit, Euthyphronem, Apologiam Critonem, & Phædonem. Non enim, quod ipse putat, in ea ostenditur, qualis sit philosophi vita. Sed qualis vitæ finis Socrati contigerit. Librorum uero numerum, affirmat legitimos esse 56. si Respub. in 10. dialogos diuidatur, leges vero in 12. Hæc numerandi supinitas, non est ferenda. Neque enim, quamuis ita diuidantur, in nouem tetralogias cadẽt, sed in 14. Si vero non diuidantur illæ, libri 56. euadent quidem, sed non omnes erunt dialogi. Epistolæ siquidem, inter libros connumerari possunt, inter dialogos nõ possunt? Quod si rursus vt ipse vult illæ diuidantur, Epinomis extra numerum 56. relinquitur. Quæ epistolis iuncta, non 56. efficientur libri, sed 57. Et si Epinomis legum pars est, cur eas in 12. & non in 13. diuidit? Thrasyllus ergo hic, cum in tã facili numero, tot errores cõmiserit, quo modo ei credamus, tetralogias Platonis fuisse instituturum? Sed quid non audent Grammatici? Nam & Aristophanes quidam Grammaticus alius, ausus est eos dialogos in trilogias quasdam suas dispertiri. & eos quidem non omnes, & monstruosiore partitione. Quia quinque tantum trilogias fecit, reliquos ommisit. Fuisse autem Platonis dialogos, quo ad ordinem, in cuiusque arbitrio positos, apparet ex eo, quod idem Laertius refert. Quosdam a Repub. incepisse, alios a Theage. alios ab Alcibiade maiore. a Clitophõte, a Timæo. a Phædro, a Theæteto, ab Apologia quoque alios initium fecisse. Ficinus ab Hipparcho fecit. Serranus autem postremo, in sex Syzygias cõpegit omnes, ut est apud eos uidere. Sed nos putamus, uarijs eos & occasionibus, & tẽporibus a Platone conscriptos, sicuti Porphyrius a Plotino libros suos scriptos fuisse tradit. Quæ res cuiq; plura scribenti contingint. Hęc quãquam ita sint, existimamus tamen nos, posse & Platonis, & Plotini libros in scientificum ordinem redigi. Proclus sanè commentario suo, in maiorem Alcibiadem refert, Iamblichum censuisse, vniuersam Platonis philosophiam decem tantum dialogis esse comprehensam. Qui quo ordine locarentur, ait se alibi dixisse. verba eius adscribam.

Καὶ μοὶ δοκεῖ, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος τὴν πρώτην αὐτῷ διδόναι τάξιν ἐν τοῖς δέκα διαλόγοις, ἐν οἷς οἴεται τὴν ὅλην τοῦ Πλάτωνος περιέχεσθαι φιλοσοφίαν. ὥσπερ ἐν σπέρματι, τούτῳ τῆς ξυμπάσης ἐκείνων διεξόδου προειλημμένης.

ἀκμῆνης. Οἵτινες δ' εἰσὶν οἱ δέκα, καὶ ὅπως αὐτοὺς προσήκει τάττειν, καὶ ὅπως ἐν τοῖς δύο τοῖς μετ' αὐτοὺς συνήρτηνται προηγουμένως, ἐν ἄλλοις πεπραγματευμεθα.

,, Et mihi videtur, etiã ob hanc causã Diuus
,, Iamblichus, primum ipsi dedisse ordinem
,, in decem dialogis in quibus putat, vniuer
,, sam Platonis cõtineri philosophiam. Io
,, hoc tamquam in semine, illorum vniuer-
,, sum tractatioem præhabitam. Qui vero
,, sunt hi decem, & qoo modo eos conue-
,, niat ordinare, & quo in duobus qui eos
,, seqoontur, comprehensi sunt principali-
,, ter, io aliis est oobis pertractatum.

Qui autem hi X. sint, & qui illi duo, quia & Iamblichi, & Procli scriptis hac in parte caremus, nihil inde lucis habere possumus. Nos vero, qui decem illi siot, videmur nobis adinuenisse, vt scilicet ex eorum quoque sententia primos omniom sit Alcibiades maior, secundus sit Philebus; deinde ordine Sophistes, Politicus, Phædrus, Symposum, Respoblica, Timæus, Parmenides, Phædo. Cum autem ait Proclus, in duobus, qoi eos sequuntur, sint illi contracti, oescio, an velit cuique illo rum, decem, duos consequi. Vel omnibus simul ipsis decem, duos esse sequentes. Itaque cum quid Iamblicus, & Proclus, Platonicorũ Coriphæi, hac de re scripserint, nesciamus, reliquos his ioterferemus, eo ordine, quẽ nobis ingenii nostri exiguitas, dictauerit. Igitur Platonis amatores, quando melioribus, nequeant, nostris, vt putamus, oon looge a scopo oberraotibus utaotor.

Itaque iuxta Iamblichi, & Prodi traditionem primos omoium esto, primus Alcibiades qoi de natura hominis inscribitur. Rectissime enim uiri illi magni, hac in re senserunt. Nam cũ totius Platonicæ philosophiæ scopus proprius, & vnicus sit ostendere, quo modo, Homo qoantom fieii possit, Deo similis efficiatur: Id autem coosequi nequeat oisi prius, quid homo sit cognoscat. Et id in hoc dialogo & precipue, & maxime agatur; iure merito, totius Platooicæ philosophiæ principium poni debet. Id ita esse confirmat late Proclus, io commentariis. Eius verborum partem libet hic apponere.

Ὥστε καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης, καὶ τῆς τοῦ Πλάτωνος πραγματείας, ταύτην ἂν ἀρχὴν κυριωτάτην νομίζοιμεν. ὅπερ εἴπομεν τὴν ἡμῶν αὐτῶν καθαρὰν καὶ ἀκίβδηλον, εἴδησιν ἐν ὅροις ἐπιστημονικοῖς γεγραμμένην, καὶ τοῖς τῆς αἰτίας λογισμοῖς βεβαίως καταδεθεῖσαν.

,, Itaque & philosophiæ vniuersæ, & Platoni
,, cę tractationis, hoc principium præci-
,, poum est existimandum, quod diximus.
,, Scilicet puram oostri ipsorum, & since-
,, ram cognitiooem, in terminis scientiali-
,, bus scriptam, & caosæ ratiociniis firmiter
,, alligatam.

Talem aotem oostri cognitionem, in Alcibiade hoc tractari affirmat, his uerbis aliis.

Ἐντεῦθεν τοίνυν, καὶ ἡμῖν ἀρκτέον ἑπομένοις θεῷ. Καὶ ζητητέον ἐν τίνι μάλιστα τῶν διαλόγων ὁ Πλάτων, τοῦτον ἔχει σκοπὸν, τὴν θεωρίαν τῆς οὐσίας ἡμῶν. ἵνα ἐκεῖθεν ποιησώμεθα τὴν τῶν Πλατωνικῶν συγγραμμάτων πρωτίστην ἀρχήν. Ἆρ' οὖν ἄλλον τινὰ ἔχοιμεν εἰπεῖν πρὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ τῆς ἐν τούτῳ παραδιδομένης τοῦ Σωκράτους συνουσίας. Καὶ ποῦ φήσομεν οὕτως ἀλλαχοῦ δείκνυσθαι τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἥ τίς ἐστιν.

,, Hinc ergo & nobis incipiendum, sequen-
,, tibus, Deom. Et querendum io quo maxi-
,, me dialogorum, Plato hunc habet scopũ,
,, contemplandæ essentiæ nostræ. Vt illinc
,, faciamus Platonicorum scriptorum pri-
,, missimum principiũ. An igitur, aliquem
,, alium habemos dicere aote Alcibiadẽ, &
,, eã quæ in eo tradita ẽ Socratis conuersa-
,, tionem? Et vbi nam alibi dicemus, osten-
,, di essentiam nostram, quæ nam sit?

Concludens tandem inquit.

Οὕτω μοι δοκεῖ, καὶ ἡ φιλόσοφος τελεσιουργία προκαθαίρειν καὶ προπαρασκευάζειν, εἰς τὴν ἑαυτῶν γνῶσιν, καὶ τὴν αὐτοφανῆ τῆς οὐσίας ἡμῶν θεωρίαν, τοὺς ἐπ' αὐτὴν στελλομένους. Ὥστε σκοπὸς μὲν οὗτος ἐστὶ τοῦ διαλόγου, καὶ οὐκ ἄλλος.

,, Sic mihi videtur, etiam philosophicum sa-
,, crum præpurgare, & præparare in nostri
,, ipsorom ootitiam & clarissimam esseotiæ
,, nostræ cootemplationem, eos qui ad ip-
,, sam tendunt. Itaque scopus, hic quidem
,, est dialogi, & oon alius.

Hisce de causis nos quoq; primum omniom Platooicorũ dialogorum, Alcibiadem primum, in ordine collocamus. Nam cũ scopus totius Platonicæ philosophiæ sit, vt homo quaotũ ei liceat, Deo assimiletur; hoc aũt fieri nequeat, nisi prius hõis natura cognoscatur, vt quæ pars eius Deo assimilari queat, noscatur: oecesse habuit Plato, quæ oam hæc pars in homine esset, osteodere. Hoc autem agit in hoc Alcibiade demonstrando, eam partẽ, oostram corpus oon esse. Ergo erit in anima. Animæ autem partes plures sunt. Vna, cũ plantis est communis, alia cum brutis Neotra Deo assimilari potest. Ergo io parte animæ, homini proprijssima, oecesse est eam cadere similitudinem. Hæc aũt ratio est. qua uere, homo & est, dici debet. Huius aotem cum esseotia pleraque sit dioisibilis, Deus autem sit indiuisibilis, necesse est si similitudioem cum Deo anima optat, vt indioisibili sui parte id consequatur. Hæc autem ea est, in qua sapientia habitat, & meus dicitur, & intellectus.

qua ostensa, scopus dialoggi est adimpletus. Et deinceps ortatur Alcibiadem, vt hanc colat, & excolat, tum virtutibus, tum scientiis, tum erga Deum pietate. Vt eis excultus, possit Deo similis fieri, & eum attingere, & cum eo coniungi.

Hanc cum Deo coniunctionem, siquis alius dialogus ostendat, is proxime, hunc Alcibiadem sequetur. Id autem facit Plato in Alcibiade altero, qui est περὶ εὐχῆς de Prece. Quē titulum, cum Ficinus verterit, de uoto, non videtur nominis εὐχῆς, vim, plene expressisse. Precem namque eam orationem esse putamus, qua aliquid a Deo petimus. Votum eam, qua vel promittimus Deo, vel aliquid consecramus. Hic ergo secundus Alcibiades secundum in ordine locum teneat, non nominis identitate, sed cohærentia cū fine prioris. Namque ibi fuerat.

" Scis ne quo modo vetabis hoc quod circa
" te est nunc? Alc. Si volueris tu. o Socrate.
" Soc. Non recte dicis. Alc. Sed quo modo?
" Socr. Si Deus voluerit. Deinde.

Καὶ ἄρξομαι γε ἐντεῦθεν τῆς δικαιοσύνης ἐπιμελεῖσθαι.

" Et incipiam hinc iustitiæ curam habe-
" re.

Id autem cum praui mores inter turbare, possint, addit.

Ὀρρωδῶ δὲ οὔ τι τῇ σῇ φύσει ἀπιστῶν, ἀλλὰ τὴν τῆς πόλεως ὁρῶν ῥώμην, μὴ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ κρατήσῃ.

" Timeo vero, non tuæ naturæ diffidens, sed
" videns ciuitatis vires, ne & me, & te vin-
" cat.

Deo ergo est precandum, ne prauorum hominum consuetudine, a recto iustitiæ proposito retrahamur. Hoc autem, vt sepe ait alibi non nisi θείᾳ μοίρᾳ potest contingere. Quando scilicet ita Deum precamur, vt nobis ea dona largiatur, quæ ipse nobis bona esse cognoscit. Sciemus autem eum rite præcari, quando inscitiam deposuerimus. Et mentem habebimus ab ea depuratam. In quo summū nostrum consistit bonum, idque a summo bono Deo, nobis venit.

Igitur Philebus in quo de summo bono simpliciter, agitur, & de summo itidem nostro, deque mente, & voluptate, quam in Dei coniunctione percipimus disputatur, tertium obtinebit locum. Et hic est secundus ex illorū X. dialogorum numero, quos præcipuos Iamblichus, & Proclus existimarunt. Est autem varius, & abdnisimarum contemplationū plenus, quas commentariis suis, Olympiodorus, & Ficinus exposuerunt.

Hunc sequitur Hipparchus. cuius scopus est ostēdere, omnes homines lucri, hoc est boni, esse cupidos, & præcipue summi, de quo actum in Philebo, & illinc, a generali que stione ad particularem hanc lucri, est deuentum. Omne autem bonum quod nobis postquam in corpus cecidimus, recens accedit, lucrum esse ibi deffinitur.

Hipparchum consequetur. Euthydemus. Nam cum summum bonum illud, & nostrum etiam summum lucrum, sit cognoscendum, cognitio autem omnis a mente fit, de qua in Philebo. Mens autem per philosophiam maxime in rebus cognoscēdis exerceatur, necesse est, vt philosophemur. In Euthydemo autem est scopus, ad philosophiam nos adhortari. Nam in eo post varia eius, & fratris sophismata, & nugas, Socrates iis reiectis, cum Critone ita concludit.

" Mitte curam hanc, vtrum boni sint, homi
" nes philosophiæ studiosi, vel mali. Rem
" vero ip sam diligenter examina. Si inqui-
" renti res praua videbitur, non solum fi-
" lios sed omnes homines, absterreto. Sin
" autem tibi, talis, qualis & mihi apparet,
" sequere eam viriliter, & exerce. Atque ad
" idem studium filios cohortare. Quoniā

autem, an bona, a mala sit philosophia, cognoscere non possumus, nisi prius quid ipsa sit cognoscamus, ipsa est ante cognoscenda. Ergo.

Sextum obtinebit locum is dialogus, qui disputat, quid sit philosophia, nimirum is, cui titulus est amatores Quem Proclus nominat rectius, Anterastas. In quo dum quæritur quod sit philosophia, primo ostenditur, quid non sit; deinde quid sit, concluditurque philosophiam veram esse, se ipsum, & alios homines recte cognoscere, & recte regere. Quæ conclusio certe, scopis omnium præcedentium dialogorum rite respondet. Cum autem philosophia maximum omnium bonorū sit, quod in Timæo dixit, quæ Dij hominibus sint largiti, & lucrum itidem maximum est. Philosophiæ autem lucra tria sunt, vnum mentis, duplex rationis. Horum alterum est acquisitio sapiētiæ, quæ animam nostram purgat ab inscitia, alterum vero, imperium, quod acqui rit ratio contra animi passiones, & vitia eius purgat. Atque ideo alii erunt dialogi, quorum scopus sit, purgatio ab ignorantia: alii uero, qui scopum habeant, vitiorū purgationem. Illi quidem natura præcedent. Hi vero sequētur. Et quamuis Plato, modis admirandis, per oēs dialogos, purgationes spargat tū ignorantiæ, tum malitiæ, & lucta sapientiæ, & virtutum. Sunt tamen ex eis, qui principem scopum habeant, potius ad horum alterū, quàm ad vtrumque. Priores ergo ii erunt qui ad sapientiam ac scientiam diriguntur. Sequētur hi, qui ad virtutē, q̄ sine cognitiōe, & prudētia pre-

præcedente, minime fiunt. Atque ideo dicimus.

Septimo loco, ponendum esse Clitophontem, cuius scopus uidetur, ut quæratur, an philosophia poterat addisci. Dubitat enim, an Socrates sciat, vel nesciat, ea quæ tam sæpe disputat. Et uidetur concludere noluisse. (est autem dialogus mutilus) id potius donum Dei fuisse, & Socrati θείᾳ μοίρᾳ diuina sorte, potius quàm per disciplinam aduenisse. Quã rem in Theage aperte asserit.

Ideo Theages octauum tenebit locum. In quo Socrates ostendit, philosophiam, seu sapientiam non posse doceri, vel a Sophistis, vel a Politicis uiris, vel ab ipsomet Socrate nisi Deus, id ei concesserit, Atque ideo debere nos, precibus ac sacrificiis, ut in secundo Alcibiade, a Deo eam petere, ait enim.

„ Ἐὰν τῷ θεῷ φίλον ᾖ.

„ Si Deo charum fuerit. Et

„ Καὶ τὸ θεῖον τὸ σοὶ γιγνόμενον πειρασόμεθα

„ παραμυθεῖσθαι, εὐχαῖς τε καὶ θυσίαις.

„ Et diuinum quod tibi fit, tentabimus pla-

„ care, precibus, ac sacrificijs.

Nec solum id à Deo est petendum, sed nos quoque ipsi, summis uiribus adnitamur, ut rerum scientiam, indeque, & nos, & alios regendi sapientiam, acquiramus. Sed cum uariæ sint in philosophando methodi, prior est ea, qua ab aliis docemur. Id autẽ per nomina fit, & uerba. Qua methodo Heraclitus in primis, & eius sectæ enim secuti sunt usi: inter quos Cratylus, Ideo dialogus ab eo cognominatus nono est reponendus ordine. In quo, quantum fieri potuit, ex nominum significatibus, & formationibus, rerum scientia est quæsita. Quæ quia ambigua, & fallax, & manca etiam apparuit, & ex hominum arbitrio pendere: ideo certiore uia, fuit quærenda, ex cognitionis nostræ, scilicet uiribus. Quæ quoniam multæ sunt, & res ipsas uariæ apprehendunt, necesse fuit examinare, quibus nam certius scientiam consequamur. Id autem in Theæteto præcipue disquiritur.

Ob hanc causam Theætetus x. erit collocãdus ordine. In quo, postquam ostensum est in quibus nam animę nostræ uiribus, scientia locum nequeat habere, & deinde in quibus habeat, ratione scilicet ac mente, ostenditur. etiam philosophiæ totius origo. Per quam, cum sit nobis hinc fugiendum, & ad Deum redeundum, qui primarius scopus, totius est philosophiæ, & primi Alcibiadis, scientia nihil uidetur esse aliud, quamper philosophiam cum Deo coniunctio. Qui Thæteti est scopus. In quo cum osteosum fuerit, tria esse personarum genera quæ sibi, semper sapientiam vendicant, Sophista, Philosophus, Politicus, Hac de causa Theætetum sequetur Sophista. In quo de Sophista primum, deinde agitur de Philosopho. Qui dialogus tertius scientificorum est. In quem breuia habemus Ficini commentaria, extracta, ut uidetur, e Procli prolixioribus. Ratione autem continuatæ collocutionis, cum hospite Eleate, tum Politici propositi, tum quia in Anterastis ostensum fuit Philosophum, Politicum, & Regem eandem rem esse.

Sophisten Politicus sequetur, loco 12. siue de Regno. Cuius scopus est, Regem & regnũ formare, quod ad mundi similitudinem, à perfecto regatur Rege, ad Dei imitationem. Idq; munus proprium est philosophi.

Post hunc Minos est collocandus, qui docere voluit, quo modo secundo eoque minus præstanti lege scripta, sit ciuitas regenda. Sed hic dialogus ad finem suum non peruenit.

Sequi Minoem debet Gorgias. Nam cum tunc temporis, multum in ciuitatibus pollerent oratores tom in Senatu, aut populo, tum apud Iudices: idque magno ciuitatum detrimento, eaque ars, multos magnique nominis doctores reperisset, tribus eos dialogis Plato exagitauit, Gorgia, Hippia maiore, Phædro, Tres hi hac de causa, sese consequentur. Ac primo loco post Minoem Gorgias sequetur. In quo de Rhetorica abunde disputatur. In quem extat Olympiodori commentarium.

Hippias maior Gorgiam sequetur, vbi & de pulchro sermone, & de pulchro in vniuerso habetur disputatio.

Quem sequetur Phædrus, tum ob Rhetoricam, de qua in eo agitur, tum etiam ob pulchrum, quod primarius est in eo scopus. Pulchrum, inquam omnis generis. In quo multæ sunt, magnæque contemplationes. a Platone, vt videtur, primus omnium scriptus. In quem Hermiæ habemus commentaria. Et est unus de illis. x.

Et quoniam a pulchritudine prouenit amor. De Amore omnis generis tractatio habetur in Sympofio, & Rhetorica ars, in multis orationibus exercetur, sublimesque contemplationes ibi habentur, vnus erit e. x. hic quoque. In quem Ficinus magna scripsit commentaria:

In cuius calce, quia de poetica disseritur, quæ una erat tunc, sapientiæ species, sequetur ipsum Ion. Cuius Scopus, tum poesis est, tum poeticus furor, de quo in Phædro mentio facta fuerat.

Et quia Ion, inter poetas alios Homerũ sese maxime callere profitebatur, sequetur eum is dialogus, qui maxime de Homero disputat. Is autem est Hippias minor. Qui tamen

ſcopum habet, oſtendere, eum qui ſponte inſciendo peccat, meliorem eſſe eo, qui peccat neſcius. E contra in actionibus, eum eſſe meliorem qui peccat neſcius, & peiorem qui voluntate. In quibus peccatis utriſque falſum intetnit. A quo ei eſt titulus. Et eſt hic poſtremus eorum quos diximus ad ſcientiam dirigi Correſpondetque eorum primo, dubiæ ſcientiæ Clitophonti. Cui ſuccedunt ij qui ad vurtutem pertinent. Quorum primus.

Eſt Protagoras, cuius ſcopus eſt diſcutere, an virtus diſciplina, an vero vſu acquiratur. Qui ſane plenus variarũ eſt materierum. in quas excurrit diſputatio. quæ repetitur in Menone.

Menon merito Protagoram ſequetur. In quo hæc eadem de uirture quæſtio, in genere agitatur. E qua vniuerſali quæſtione quia.

In Lachete ad particularem de fortitudine deſcenditur, Laches Menonem debet ſequi.

Hunc autem ſequetur Menexenus. In quo ii ciues laudantur, qui pro patria pugnando fortiter occubuerunt.

Iraſcentiæ coniuncta eſt in nobis concupiſcentia voluptatibus dedita, de qua in Charmide tractatur. ideo dialogus hic Menexenũ proxime ſequetur.

Quando vero duæ hæ animæ facultates, propria reguntur virtute, prudentiæque obediũt, amicæ ſunt, et vnitæ.

Sequetur Charmidem Lyſis, in quo de amicitia diſſeritur. Quam, quoniam Pythagorei, aſſerebant, ſi vel in ſe ipſo, vel in domibus, vel in ciuitate reperiri contingeret, iuſtitia nihil opus eſſe. Quæ tamen ita eſt cum amicitia cõiuncta, vt altera alterius, & cauſa ſit & effectus, Lyſidem ſequetur,

Dialogus de Iuſto. qui etiam de Repub. dicitur. Qui ſanè a Platone vnus fuerat ſcriptus. Sed ab eius auditore quodam, cui proprium nomen fuit Philoſophus, in X eſt diſpertitus. Qui quoniam ſublimes ac varias in ſe continet quæſtiones, de virtutibus, ethicis, politicis, purgatiuis, & contemplatiuis, ſeptimus erit eorum x. quos commemorauimus. Quiq; ad imaginem vniuerſi cõformatus, ſub fabuloſis ſymbolis eius deſcriptionem in x continet & proxime ad Deum nos euehit, Qui alter erat terminus eorum, cui in Alcibiade .i. Mens humana iungi debuit. In quem ſuperſunt nobiliſſimæ Procli quæſtiones.

Huic, continuata diſputatione, innectus eſt Timæus, vniuerſæ naturæ explanationem cõtinens. In quem, Procli, Calcidij, & Ficini habemus commentaria.

In quo, cum Atlanticæ Inſulæ facta fuerit mentio, eam rem in Critia exacte perſequitur eſtque veluti ſimulacrum eius loci, quem nos chriſtiani Paradiſum appellamus.

Hunc ſequi debet Parmenides. In quem præter ea, quæ ſparſim per ſingulos fere dialogos attigit, vniuerſam diuinitatis concecit tractationem, multis eam, plus quam Geometricis explicans demoſtrationibus. Quas tum Proclus, tum Ficinus commentariis illuſtrarunt, ſed multo magis, Damaſcius libro ſuo de principiis.

Poſt hoſce ante dictos omnes, quatuor ſunt dialogi inter ſe hærentes ita, vt diſiungi nequeant: quique a multis, nulla ratione omnibus aliis fuere antepoſiti.

Quorum primus eſt Euthyphron, qui optime cum Parmenide connectitur. Nam cum hic de vniuerſa diuinitate diſſerat, oportuit etiam oſtendere, qua pietate, ac religione erga eam homines deberent in hac vita eſſe affecti, ut cum Deo vniri poſſent. Qui vniuerſæ Platonice philoſophiæ fuerat ſcopus. Atque Platonicorum ſcriptorum finis, quaſi circulo, in ſuum principium quod eſt in Alcibiade recurrit. Dũ ſcilicet in Euthyphrone falſas quaſdam ſuas opiniones prius confutat, deinde oſtendit quæ vera ſit erga Deum pietas. Dogma autem hoc Hermetis eſt, quando docet, meminem erga Deum pium eſſe poſſe, niſi philoſophetur.

Crito enim ſequitur, vt oſtendatur, eum qui Deum pie colet, erga patriam quoque, neceſſario eſſe pium.

Apologiæ vero ſcopus eſt demonſtrare, quam curam de ſe quiſque habere debet dum & patriæ legibus, & diuinis monitis obſequitur, ſe ſe ab ignorantia atque malitia, purgando.

Phædo, qui poſtremus omnium legi debet ſcopum habet demonſtrare animam humanam eſſe immortalem. Atque ob id, quam & fidem & ſpem gerere debemus, erunt quę poſt obitum, bona vel mala, pro bonis, aut malis in hac vita actionibus, nobis ſint obuentura. Qua in te chriſtianferee loquitur. Nihil aũt tor libris antecedentibus egiſſet, niſi immortalitatem animæ demonſtraſſet, quæ cum Deo etiam per obitum coniungi poſſet. Eſt in eum Olympiodori commentarium.

Eſt legum dialogus, ab eodem Platonis auditore Philoſopho in 13. diſtinctus. In quo nõ amplius Socrates, aut accedit, aut diſputat, ſed ipſe inſtat Plato, ſub perſona tamen Athenienſis hoſpitis. Qui quidem dialogus tametſi grauiſſimas quibuſpã locis, quæſtiones contineat, non tamen videtur inter ſcientificos reponendus, quia non vniuerſalia tractat, ſed ad particulares, & materias, & leges deſcendat.

Vltimo

Vltimo loco sunt epistolæ 13. quarum aliquæ quibusdam in partibus, ad contemplationem spectant.

Sunt quidam dialogi alij, qui uulgo Platoni adscribuntur, sed nos ex Laertio, Atheneo, & Suida, dicimus Axiochum, & Eryxiam esse Socratici Aeschinis. Sisyphum uero, & eum qui est, An uirtus doceri queat, Simonis Socratici itidem esse asserimus. Demodocus uero, & is quis est de Iusto, authorem habuere alium e Socratis discipulum, cuius nomen non est nobis compertum, Deffinitiones vero, non Platonis, sed nepotis eius Speusippi sunt. Scripsit Plato dialogos alios duos, sub Gimonis titulo alterum, alterum autem sub Alcyonis, ut est apud Atheneū. Aristoteles quoque Diuisiones eiusdem quasdam citat. quæ cum duobus illis periere.

Cum ergo Platonis exoterica philosophia, sicuti & mystica diuinitatem vbiq; spiret, & Scopum habeat hominem Deo similem efficere, tota quoque est, ex Ægyptia vti vidimus desumpta. Atque vt Numenius Pythagoricus scripsit.

„ Quid enim est Plato nisi Moses Attice lo-
„ quens. Hic Moses, ait, erat Theologus, &
„ propheta, vt autem nonnulli sacratum
„ legum interpres.

Hac Numenij uerba retulit, Clemens Alexandrinus. Idem Aristoboli Iudæi, ad Philomatrem scribentis verba hæc affert.

„ Secutus est nostras quoq; leges Plato, & sa-
„ tis aperte ostendit, se eorum quæ in eis di
„ cuntur fuisse admodum studiosum. Ante
„ Demetrium autem, priusquam rerum po-
„ tirentur Alexander & Persę, uersa fuerant.
„ in exitu ex Aegypto, Et quęcunque eis in-
„ signia, & facta erant, & apparuerant, & re-
„ gionis per uim quæsitæ possessio. Et om-
„ nium quæ latæ sunt legum descriptio.
„ Adeo ut clarum sit, antedictum philoso-
„ phum, multa ex eis sumpsisse. Fuit enim
„ multa doctrina præditus. Sicut etiam Py-
„ thagoras, multa ex nostris transtulit in
„ suorum dogmatum traditionem.

Ergo Platonis philosophia non solum Aegyptia, in hisce exotericis eius dialogis est, ve rum etiam Hebraica. Neque id tantum Pythagoræus ille, & Iudæus hic, sunt contestati, sed etiam Christianæ Theologiæ Coryphæi, Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 6. prioribus. Eusebius, Præparationis Euangelicæ libris 10. 11. 12. & 13. parte. Cyrillus quoque libris contra Iulianum. Et Theodoretus, libris Græcarum passionū præter nonum omnibus, idē comprobare sunt annixi. Quid ergo mirum est, si Dionysius Areopagita, Platonica & Aegyptia, dum Heliopoli moratur, imbutus philosophia tam cito, diui Pauli prædicatione ad Christianismum fuerit conuersus? Et in suos libros Platonica dogmata præcipua transferre non est dedignatus. Legerat enim in Timæo Platonis.

„ De rebus diuinis, credendum esse filiis Dei
„ etiamsi nullas afferant rationes. & iterum
Theologiæ inuenta, debere oraculis confirmari.

De quo Ficinus, libro de mystica eius Theologia ita profert.

„ Dionysius Areopagita, Platonicæ discipli-
„ næ culmen, & christianæ Theologiæ co-
„ lumen.

Et albi eum Platonicæ philosophiæ facile Principem appellat. Quia Dionysius idem, ad Polycarpum de Apollophane scribit.

„ Ad causam, tum entium ipsorum, & eorum
„ cogitationes oportebat reduci veros phi-
„ losophos.

Talis autem reuera est Plato, qui tam sæpe in dialogos, & nostram earum omnem cognitionem in authorem Deum refert, & scopum totius philosophiæ suæ habet, vt veri philosophi, ad deum reducantur, & ei tum assimilentur, tum iungantur. Atque ob id Græcorū philosophorum maxime omnium, & uerus, & pius philosophus est habendus. Atque ideo ei soli, Diuini cognomen, tum a philosophis, tū a christians Thologis, est tributum. Sed ne amplius de hac re dubitetur, & obmutescant ignari quidam, qui eius philosophiam, ne in hæreses studiosi eius decidant, blatterant, operæ precium fuerit, nostrorū Theologorū, testimonia plura huc conferre: quibus cognoscatur, quanta in admiratione, & veneratione, fuerit ab eis habitus. Iustinus ergo post Dionysium in hæc verba scripsit.

„ Etenim Plato, perinde de cœlitus descen-
„ derit, atque ea quæ sursum sunt, accura-
„ tè didicerit, ac peruiderit omnia, sum-
„ mum Deum in ignea essentia esse dicit
„ Alibi. Quin & Plato, ipse philosophorum
„ princeps.

Clemens quoque Alexandrinus ita.

„ Sic itaque ueri amator Plato, veluti a Deo
„ incitatus dicit.

Arnobius quoque vir Catholicus, qui circa CCC. Christi annum scripsit, lib. 1 t. ait.

„ Plato ille diuinus, multa de Deo digna,
„ nec communia sentiens, multitudini: in
„ eo sermone ac libro, cui nomen Timæi in
„ scribitur. Deos dicit, & mundum, corru-
„ ptibili esse natura, neque esse omnino dis
„ solutionis expertes, sed uoluntate Dei re-
„ gis ac principis, vinctione in perpetua
„ contineri.

Idem Arnobius lib. 8. hæc alia habet.

Pla-

„ Platoni apertior de Deo, & rebus ipsis
„ & nominibus oratio est. Et quæ tota esset
„ cœlestis, nisi persuasionis ciuilis, nonnun-
„ quam admistione sordesceret. Platoni
„ itaque in Timæo Deus est, ipso suo nomi-
„ ne mundi patens, artifex animæ, cœle-
„ stium, terrenorumque fabricator. Quem
„ & inuenire difficile, atq; nimia & incredi-
„ bili potestate: & cum inueneris in publi-
„ cum dicere, impossibile præfatur. Eadem
„ ferè & ista, quæ nostra sunt. Nam & Deum
„ nouimus: & parentem omnium dicimus,
„ & numquam publice, nisi interrogati præ-
„ dicamus.

Lactantius quoque Arnobij discipulus lib. 1. cap. 5. ita habet.

„ Plato qui omnium sapientissimus iudica-
„ tur, monarchiam plane, aperteque deffen
„ dit: nec æthera, aut rationem, aut naturā,
„ sed vt est, Deum nominat. Ab eo mundū
„ hunc perfectum, atque mirabilem esse fa-
„ bricatum.

Sed & Constantinus Imperator, qui anno cccxj. Domini imperium assumpsit, in sermone Imperiali, dum de Mose loquitur, ita fatur.

„ Pythagoras namque sapientiam uiri imi-
„ tatus, in tantum castitatis laude celebra-
„ tur, ut castissimo Platoni continentiæ e-
„ xemplum fuerit. Et rursus.
„ Ipse philosophorum aliorum omnium,
„ mitissimus Plato, qui hominum mentes
„ primus, a rebus sensibilibus, ad intelligi-
„ biles, & eas quæ eodem se semper habent
„ modo contemplandas assuefecit. pro eo
atque ipsemet sublimia suspexit, & docuit,
„ recte primum Deum arbitratus est esse,
„ qui supra naturam, siue essentiam sit.

Theodoretus quoque libro Græcarum passionum, ita scribit.

„ Platonem denique ipsum, filium quidem
„ Aristonis, Socratis uero auditorem: illum
„ inquam Platonem, qui cæteros omnes
„ philosophos, obruit eloquentiæ copia.
Alibi.
„ Vel supra Platonem ipsum, qui composi-
„ tæ orationis ornatu, omnes Græcos facile
„ superauit. Iterum quoque.
„ Audistis ne, viri Græci, maximum philo-
„ sophorum, Musices conscios, ac Geome-
„ triæ, cæterarumque huiusmodi faculta-
„ tum appellantem philosophastros. At eos
„ qui tradendæ ueritatis sunt professores;
„ philosophos nuncupantem. Et mox.
„ Qui potuit igitur quisquam uerius, pla-
„ niusque refellere inscitiam illam, falsam-
„ que opinionem, quæ nunc omnia occu-
„ pauit, quam ille nunc fecerit, qui summus
„ philosophorum censetur. Alio item loco.
„ Neque autem Plato, non eodem modo
„ se gessit, sunt enim laude prorsus, & admi
„ ratione dignissima, quæ de ente Deo, is in
„ Timæo conscripsit. Quis enim non ma-
„ gnopere amet? quis non admiretur cum
„ dicentem audiat.
„ Τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δ' οὐκ ἔχον;
„ Quid est quod est semper, & generationē
„ non habet. Iterum quoque.
„ Alibi quoque de Deo sic idem Plato sa-
„ pientissime.
Alio iterum loco, scribit.
„ Dignū quoque laudatu in Rep. Plato.
„ scripsit. Rursus alibi.
„ Sunt eiusdem Platonis, hæc quoque admi
„ ratione dignissima. Alio loco.
„ Ego uero ad Platonem oratione mea
„ transibo, vehementer enim hominē lau-
„ do qui in iis, quæ ad mundi finem perti-
„ nent, proxima nobis sic loquitur. Libro
„ vero 5. iterum probat Platonem rectius
„ de anima sensisse quàm philosophi cæteri.

Et de Aristotele ait.

„ Cum tamen nequaquam meliorum do-
„ gmatum, sed multo peiorum, quam Plato,
„ ipse author extiterit. Nam cum hic animā
„ immortalem esse dixit. Cumque Plato di
„ xerit Deum, res omnes prouidentiæ curæ
„ complexum esse, hic quantum possunt
„ eius rationes, terrarum orbem diuinæ pro
„ uidentiæ exortem facit. Inquit enim us-
„ que ad lunam, Dei gubernationem defer-
„ ri. Quæ uero sunt infra lunam, fato esse
„ subiecta. Plurima uero & alia quæ noua
„ atque insolita sunt, adducit.

Libro quoque 9. ita scribit.

„ Aristoteles autem, tametsi Platonis audi-
„ tor fuerit, ex illius tamen doctrina parum
„ profecit.

Libro uero 11. sic inquit.

„ Age vero nunc videamus, quid de his
„ quoque rebus senserint Græci philoso-
„ phi. Inueniemus enim Platonem, nonnul
„ losque alios, qui Platonis philosophiam
„ sectati sunt, sermonē nostro admodum
„ consentaneos.

Libro autem 12. hoc modo refert.

Ipsi Peripatetici, verbis quidem uirtutem laudabant. re autem ipsa, voluptati studebant. At Plato contraria prorsus docet. In 3. enim Reip. libro, rationem habere corporis iubet, sed propter animæ harmoniam. Per corpus. n. uiuere est hominibus, ac recte etiam uiuere, ijs videlicet, qui sese in prædicanda ueritate exerceant. Hoc autem, & Apostolus adhortatur cum ait. Nox præcessit, dies appropinquauit, &c. Hæc omnia Theodoretus. Verum, horum

tant, quibus D. Augustinus Theologorum summus, philosophorum summum ac maximum, ornauit Platonem. Quas non ab re fuerit simul cum aliis huc afferre. Libro ergo de Ciuitate Dei viij. cap. 1. scribit in hæc verba.

Varro Theologiam naturalem usque ad mundum istum, uel eius animam extendere potuit. Platonici, supra omnem animæ naturam confitentur Deum. Qui mundum uisibilem, sed omnem etiam animã fecit. Qui & rationalem, & intellectualẽ, ut humana, participatione sui luminis incommutabilis, & incorporei beatum fecit.

Et cap. 4.

Fortassis enim, qui Platonem cæteris philosophis gentium, longe, recteque prælatum, acutius atque ueracius intellexisse, atque secuti, esse fama celebriore laudantur, aliquid tale de Deo sentiunt, ut in illo inueniatur, & causa subsistendi, & ratio intelligendi, & ordo uiuendi. Quorum trium unum ad naturalem; alterum ad rationalem, tertium ad moralem partem intelligitur pertinere.

Cap. vero v. iterum ita.

Si ergo Plato, Dei huius imitatorem, cognitorem, amatorem dixit esse sapiẽtem, cuius participatione sit beatus, quid opus est discutere cæteros, quorum nulli nobis, quàm iste propius accesserunt?

Rursus eodem capite.

Non solum ergo ista, quæ duæ Theologię continent, fabulosa scilicet & ciuilis Platonicis philosophis cedant: qui uerum Deum, ac rerum authorem, & ueritatis illustratorem. Sed & alij quoque philosophi cedant, his tantis, & tanti Dei cognitoribus ueris.

VI. deinde capite scribit.

Viderunt ergo isti Philosophi, quos cæteris non immerito, fama atque gloria prælatos videmus, nullum corpus esse Deum. Et ideo cuncta corpora transcenderunt, quærẽtes summũ Deum. & quæ sequũtur.

Capite quoque VII. inquit hoc modo.

Hi vero quos merito cæteris anteponimus, discreuerunt ea quæ mẽte conspiciuntur, ab iis quæ sensibus attinguntur. Nec sensibus adimentes quod possunt: nec eis dantes ultra quã possunt. Lumen autem mentium esse dixerunt ad discenda omnia. Eundeq; ipsum Deũ, a quo facta sunt omnia.

VIII. postea capite habet hæc verba.

Cedant igitur hi omnes, illis philosophis qui non dixerunt beatum esse hominem, fruentem corpore, vel fruentẽ animo, sed fruentem Deo. Iterum capite ix. scribit.

Platonem determinasse finem boni esse secundum uirtutem uiuere: & ei soli euenire posse, qui notitiam Dei habeat, & imitationem. nec esse aliam ob causam beatum. Ideoq; non dubitat, hoc esse philosophari. Amare Deum. Vnde vtique colligitur, tum fore beatum studiosum sapientiæ, cum Deo frui cœperit.

Post autem non multa ita subdit.

Quicumque igitur philosophi, de Deo summo, & uero ita senserunt, quòd & rerum creatarum sit effector, & lumen cognoscendarum, & bonum agendarum. Et quod ab illo nobis sit principium naturæ, & ueritas doctrinæ, & fœlicitas vitę. Siue Platonici nuncupentur, eos omnes cæteris anteponimus, eosque nobis propinquiores fatemur.

Libro quoque 9. capite 10.

Plotinus certe nostræ memoriæ vicinus temporibus. Platonem cæteris excellentius intellexisse laudatur.

Libro iterum x. cap. 1. in eodem proposito laudandi Platonicos persistens ait.

Elegimus enim Platonicos, omnium philosophorum merito nobilissimos: propterea quia sapere potuerunt, licet immortalem ac rationalem, uel intellectualem hominis animam, nisi participato lumine illius Dei, a quo & ipsa, & mundus factus est, beatam esse non posse.

Capite vero ij. inquit.

Sed non est nobis vllus cum his excellentioribus philosophis in hac quæstione conflictus. Et postea cap. 13.

Quæ autem dicat esse principia, tamquam Platonicus nouimus. Dicit enim Deum patrem, & Deum filium, quem Græce appellat paternum intellectum, vel paternam mentem. De Spiritu autem sancto, aut nihil, aut non aperte aliquid dicit.

Loquitur autem hoc loco de Porphyrio.

Ex his locis omnibus, patere manifestissime arbitramur, quanta admiratione, Dionysius Areopagita, Iustinus Martyr, Clemens, Eusebius, Constantinus Imperator, Arnobius, Lactantius, Theodoretus, Augustinus uiri diuini, Platonem, eiusque philosophiam sint prosecuti, quando eum philosophorum maximum, summum, optimum, mitissimum, castissimum, diuinum, cœlitus demissum, sapientissimum, nobilissimum prędicarunt, testatusque sit Augustinus, Paucis immutatis Platonicos fieri posse Christianos: iusseritque omnes alios Philosophos, his tantis, & tanti Dei cognitoribus ueris, cedere: Sed & eos magnis sæpe laudibus efferi. Sicuti in his uerbis.

Atq; hoc, inquit, Platonici, præcipui philosophorũ, ac nobilissimi dixerũt. & iterũ.

" Fortassis enim, qui Platonem cæteris phi-
" losophis gentium longe, recteque prælatum, acutius atque veracius intellexisse, atque secuti esse, fama celebriore laudantur.

" Non solum ergo ista, quæ duæ Theologiæ continent, fabulosa scilicet & ciuilis, Platonicis philosophis cedant. Et cum causam subiunxisset addit.

" Sed & alii quoque philosophi cedant, his tantis, & tanti Dei cognitoribus ueris.

" Viderunt ergo isti philosophi, quos ceteris non immerito fama, atque gloria prælatos videmus.

" Cadant igitur hi omnes illis philosophis, qui non dixerunt, beatum esse hominem fruentem corpore, vel fruentem animo, sed fruentem Deo.

" Ideo quippe hos potissimum elegi, quoniam de vero Deo, qui fecit, cœlum, & terram, quanto melius senserunt tanto cæteris gloriosiores; illustrioresque habentur, in tantum aliis prælati iudicio posterorum. Vt cum Aristoteles Platonis discipulus, vir excellentis ingenii, & eloquio Platoni quidem impar, sed multos facile superás, cum sectam Peripateticam condidisset, quod deambulans disputare consueuerat, plurimosque discipulos, præclara fama excellens, viuo adhuc præceptore in suam hæresin congregasse. Post mortem uero Platonis, Speusippus sororis eius filius, & Xenocrates, dilectus eius discipulus, in Scholam eius, quæ Academia vocabatur eidem successissent. Atque ob hoc, & ipsi, & eorum successores Academici appellarentur: recentiores tamen philosophi nobilissimi, quibus Plato sectandus placuit, noluerunt se dici, Peripateticos, aut Academicos, sed Platonicos.

" Elegimus enim Platonicus, omnium philosophorum merito nobilissimos, propterea quod sapere potuerunt.

" Sed non est nobis ullus, cum his excellentioribus philosophis in hac quæstione conflictus.

Nõ solum ergo Plato catholicæ fidei dogmatibus dogmata consona scripsit, sed & Platonici recentiores, intelligit autem, eos qui Ammonio Sacco, ab anno circiter post Christum CC. successerunt.

Si igitur, quæcumque supra demonstrauimus, recte colligantur, reperiemus: Platonẽ mysticum, Aegyptia, & Chaldaica dogmata, & callnisse, & etiam quamuis secreto chariores, docuisse. Exotericus vero Plato preterquã quod Orphicus vti Syrianus, & Proclus osten derũt, & Pythagoricus, & Eleaticus fuit vti idẽ ostendit Proclus, sed Orpheus testatur ipse in Argonautica se in Aegypto vsq; ad Memphim fuisse. In poemate veto de lapidibus a Theodamante, docetur, quædam Assyriaca. Et Pythagoram notum est in Aegypto fuisse philosophatum, & Malchus in eius vita scribit, in Assyria eum a Zabraco multa arcana didicisse. Itaque Plato quamuis Orphicus, & Pythagoreus fuerit, ab vtrisque & Aegyptiã, & Chaldaicam philosophiam hausit. Nam si & Eleaticus in Parmenide fuit, Eleatica etiã schola fluxit a Pythagora. Sed præter hæc omnia in suis dialogis consonus est tum Hebraicis, tum etiam christianis traditionibus. Quas, & eius sectatores recentiores sunt secuti. Ob idque tum magister tum discipuli, multis & integris libris, & magnis Encomiis fuerunt celebrati, & quidem a precipuis, ac sanctis, fidei Catholicæ assertoribus, & ferè constitutoribus.



ARISTO-

ARISTOTELES EXOTERICVS.





Vid vero de Aristotele exoterico dicendum? Hoc est de iis Aristotelis libris, qui passim sub eius nomine feruntur. Et in omnibus, publicis, Europæ literarum gymnasijs, a quingentis circiter ab hinc annis institutis, publice aliquot leguntur? An & ipse in eis cum Chaldaicis; cum Aegyptiis, cum Hebraicis, cum christianis dogmatibus est concors? An & ipse, multos, ac præcipuos è Patribus babuit celebratores? In Mystica quidem philosophia ab eo collecta, & conscripta, cum illis omnibus concordat, sicuti & Plato, Sed in Exoterica eius philosophia, omnibus illis, & sibi etiam est contrarius, & ob eam rem, multos è patribus habuit oppugnatores, celebratorem neminem. Res è quidem admiranda. Ipsum sibi ipsi nō constare, immo sepissime, immo semper secum pugnare facile cognoscat, quicumque cum aliqua animi aduersione, vtramque Mysticam, & Exotericam eius philosophiam legerit, & conferet. Quæ res tam est per se clara, vt probatione nulla indigeat. Cur autem sibimet, tot contraria scripsit? Diximus sane huius rei causam fuisse, iram atque odium in præceptorem, quia ab eo reiiceretur. Et quia quos ipse odio habebat, Speusippus, & Xenocrates, sibi ab illo præferebantur. Dum ergo charus Platoni fuit, ad XX. suæ auditionis, ætatis uero XL. annum admissus est ad archanas, & mysticas disciplinas. Quo tempore, sicuti, & Pythagorica, & Platonica dogmata. Mysticam quoq; Aegyptiorum philosophiam, de qua egimus, in aduersaria saltem retulit. Mox reprehensus in moribus, & ob id, a Platone spretus, ipsum vexare & aduersus eius, iam palam facta, & ecdedomena dogmata, scribendo totis ingenii viribus incubuit. Ita vt in præceptorē de se maximopere bene meritum, plusquam vetustiorum quemquam sit & sepius acerrimo odio inuectus. Sed rectissime ipse scriptum in Rhetoricis reliquit.

Οὐ ταῦτα, φαίνεται φιλοῦσι, καὶ μισοῦσιν. δ' οὐ ὀργιζομένοις, καὶ πρᾴως ἔχουσιν. Ἀλλ' ἢ τὰ παράπαν ἕτερα, ἢ κατὰ τὸ μέγεθος ἕτερα.

„ Non eadem videntur amantibus, & odio
„ habentibus. Neque iratis, & non ira-
„ tis. Sed vel omnino alia, vel magnitu-
„ dine alia.

Idque uerissimum in eo esse apparuit. Nam dum amicus erat Platonis, omnia sibi ab eo tradita verissima sunt visa. Nam si falsa videbantur, cur continuis XX. annis eius scholam frequentauit. Quia nimirum, veram se ab eo philosophiam addiscere existimauit. At amore in odium conuerso omnia secus visa. Et vt nos quidem existimamus quo coloratius contra Platonem scriberet, contra omnes vetustiores scribere, negocium suscepit ac laborem, & tam futilibus contra veteres redargutionibus, ac magis suos refersit libros, vti si ea, sicuti Epicurus dicere solebat ex eis demerentur, ne tertia quidem pars, quæ propria sua esset, relinqueretur. Hęc ergo manifesta satis uidetur causa, cur in Mystica, & Exoterica eius philosophia, sibi ipsi Aristoteles non constet, & cur in omnibus, altera, ab altera fit discors. Atque hæc eadem causa est, cur è Patribus neminem habuerit laudatorem: multos vero exotericæ contradictores. Namque Iustinus Martyr, opere ad hoc ipsum dicato, titulo, Aristotelicorum dogmatum euersio multa contra eius dogmata, in exotericis tradita, validissime disputauit eaque penitus euertit, principia eius nimirum, Mariam, formam, priuationem, naturam, fortunam, casum. temporis infinitatem. Cœli genituram & ingenituram. Contra mo-

rotem naturalem, contra locum, & pleraque alia eius dogmata. Lactantius quoque eum arguit in multis, & precipue, quod eius de Deo doctrina, secum ipsa manifesto pugnet.

Epiphanius etiam, quod duo paria rerum posuerit principia Deum, & materiam, cum ille, vel summum entium omnium, vel supra entia sit omnia, hæc uero, infra omnia, & prope nihil. Athenagoras item vir Catholicus eum obiurgat, quòd supremum Deum, corpus æthereum esse dixerit. Diuus quoque Basilius eum vituperat, & sordes appellat, quòd externas facultates docuerit, ad humanam fœlicitatem esse necessarias. Laudatque Stoicorum grauitatem, & animi magnitudinem, qui ea bona ad fœlicitatem impedimenti afferre nihil asseuerarint. Origenes quoque Aristotelem Epicuro inferiorem dicit esse, quia fuerit in diuinam prouidentiam impius. Et Peripateticos eius sectatores, falsorum dogmatum sæpissime redarguit. Clemens quoque Alexandrinus Origenis præceptor, Aristotelem, & Peripateticos incusat, quod Deum patrem non intellexerit, quod Deum, animam mundi esse dixerit. Mundum quoque esse Deum. Prouidentiamque vsque ad lunam tantum porrigi. Plurima quoque quis ex his & aliis sanctis patribus colligat, in quibus Plato vel laudatur, vel Aristoteli præfertur, vel Aristoteles tamquam falsorū dogmatum, & impiorum author accuratur. Quibus ex rebus merito, quis magnopere miretur, quid ijs Theologis nostris, qui è Parisiana schola, quingentis ab hinc annis prodierunt, in mentem venerit, vt contra Patrum tot testimonia, tot authoritates, Aristotelem Platoni pretulerunt. Nec solum, in eius philosophiam, magnis laboribus incubuerunt, sed vel partem, vel etiam vniuersam Auen Rois imitati; commentariis, quamuis satis infeliciter, explanarunt. Sed etiam ipsum, iuuitum, & maxime omnium repugnantem, & contradicentem, Christianum effecerunt. Ex eius nimirum impiis fundamentis, fidei Catholicæ fidem acquirere, vel augere annixi, & philosophiæ eius vt plurimum falsissimæ, dogmatis desumptis, in Theologiam inuexerunt; & quæstionibus implicitis, & penè insanis, & nunquam finituris, eam coinquinarunt, & pro sincerissima, & candidissima, sordidissimam redíderunt. Et in tantum, vt videtur, furoris sunt delati, vt anathema penè facerent eum, qui Aristotelis deffinitionem animæ, respuere auderet. Eam scilicet esse actum corporis physici organici, potentia vitam habentis; Non aduertentes, hac deffinitione, animam corpoream dici formam, atque ideo esse mortalem. Quæ tamen deffinitio ab ipso met Aristotele in Mystica sua philosophia, est optime correcta dum lib. 3. capit. 6. ita loquitur. „Anima itaque est actus separabilis cor„poris physici.

Sed tantos istos Aristotelis fautores, (vt pie aliquid de eis sentiamus,) ob id remur extitisse, quod plerisque illorum Patrum, & Platonis etiam libris caruissent. Neque enim arbitramur eos, contra Patrum testimonia, propria ambitione ductos Aristotelem Platoni pretulisse. Neque tanta inscitia, tam magna ingenia fuisse, vt si Plato eis in manus peruenisset, excellentiam eius philosophiæ, & cum Theologia conformitatem magnam eos non fuisse cognituros. Sed quoniam eorum sectatores, quia in tanta apud eos Aristotelem vident esse existimatione, Platonem autem, ne nominatum, quidem esse, in Aristotelem solum omnibus, studiis feruntur. Neque tamen animaduertunt se se magnam imbibere impietatem, opere precium est, hoc malo, vt succuttamus, & ita dicimus. Aristotelis philosopiam mysticam, quam ipse e Platonis ore hausit, quoniam haud multum a fide catholica discrepat, & vti philosophiam, nos maxime probare. Exotericam autem quia Catholicæ fidei sit maxime aduersa, & quia philosophiarum omnium sit inconstantissima, & sibi ipsi repugnans maxime, & omnium falsissima tantum in eo potuit odium contra Platonem vt quid diceret, nihil considera nos auuersari. Quod partim T. 3. & T. 4. Discussionū Peripateticarum ostendimus clarissime; partim uero, quantus sit Catholicis traditionibus aduersarius, & hostis, & quantus eisdem sit amicus Plato. Sunt eorum loca aliquot conferenda. Conferamus ergo præcipua fidei nostræ sacrosanctæ capita, vt posthac scholasticorum istorum, Theologorum sectatores, cognoscant, quantum amicum alio prosequantur, & quantum hostem, adament, admirentur, & in eius uerba iurent.

Plato multis locis, sed præcipue in Sophista, in sexto de Repub. & in Parmenide astruit.

Deum esse vnum.

Aristoteles vnum primum motorem. Sed & LVI. alios Deos orbium cœlestium, motores statuit. Deinde primo de cœlo, capit. nono ait supra extimum cœlum multa esse ordinata, a quibus pendeat aliorum esse,

esse, & viuere, & quæ beatissimam degant vitam. Igitur ex Aristotelis philosophia Exoterica, nulla est mundi monarchia, sed vel Polyarchia, vel Anarchia. Quas Diuus Gregorius Nazianzenus magnopere impugnauit.

2 Plato in secunda Epistola, tres nominat reges, tria scilicet rerum principia. nimirum Deum trinum, & vnum.

Aristoteles in sua vel anarchia, vel polyarchia, persistit.

3 Plato, summum Deum, patrem appellat in Timæo, & epist. 6.

Aristoteles nullum agnoscit Patrem Deum.

4 Plato Deum esse simplicissimum affirmat, 1. De Rep.

Aristoteles, ζῷον animal eum facit 12. Metaphy.

5 Plato Deus est summum bonum, inquit, 6. de Rep.

Arist. vt bonum orbe primo experi. 12. metaphy.

6 Plato, Deus est sapientia summa. 5. & de Rep.

Aristoteles Deus est intellectus, sed ignorat particularia ibi.

7 Plato, Deus est omnipotens. Timeo.

Aristoteles nihil potest, preterquam cœlum mouere.

8 Plato, Deus incorporea entia omnia fecit, Philebo, Sophista, Parmenide.

Arist. Deus nihil fecit, neque facit. se dei solum in cœli culmine. 2. de cœlo.

9 Plato, Deus mundum corporeum fabrecit. Timæo.

Arist. Deus non fecit mundum, qui æternus est 1. cœli.

10 Plato, Deus mundum fecit ex nihilo, quia ex nulla materia præcedente, quam & ipsam creauit. Timæo.

Aristoteles, Ex nihilo, nihil fit primo physico.

11 Plato Deus Mundum fecit ante tempus, Timæo.

Arist. Mundus & tẽpus semper fuere. phy. & p. de cœlo.

12 Plato, Mundus quia corpus finitam habet potentiam. Timeo.

Arist. Mundus & cœlum, infinitam habent potentiam se se monendi. 1. de cœlo, 12. metaphy.

13 Plato, Mundus, & cœlum, quia corpora finita, finitam habet motus actionem.

Aristoteles cœlum est quidem corpus. Sed actio eius motus infinitus est, octauo de cœlo 12. metaphy.

14 Plato, quia Cœlum, & mundus, corpora finita sunt, & potentiam, & actionem finitas habent sui natura, & est, corruptibile. Timæo.

Arist. neque cœlum neque mundus sunt corruptiles.

15 Plato, Quia mundus sui natura est corruptibilis, corrumperetur aliquando, nisi Deus eum seruaret. Timæo.

Arist. Mũdus non corrumpetur, neq; Deus eum seruat, sed cœli motus. 8. phy.

16 Plato, Deus supra omne ens, & supra omnem et essentiam. Soph. Parme.

Aristoteles. Deus est substantia. metaphy.

17 Plato, Deus est supra omnem intellectum 6. de Rep.

Aristoteles, Deus est intellectus. 12. metaphy.

18 Plato, Deus, nec mouetur, neque mouet. 1. de Rep.

Arist. Deus non quidem mouetur, sed primum cœlum mouet. 8. physic. 12. metaphysic.

19 Plato. Deus omne corpus supereminet, Soph. Timęo, Parmen.

Arist. Deus in cœli culmine sedet. 2. de cœlo.

20 Plato, Deus est ab omni corpore liber. Soph. Tim. Parm.

Arist. Deus primo orbi est alligatus 8. phy. 1. de cœlo.

21 Plato, Deus vniuersi, prouidentiam habet. de Regno, & alibi.

Arist. Deus a cœlo tantum appetitur 12. metaphy.

22 Plato Deus omnia nouit. 1. & 2. Alcib. & alibi sæpe.

Aristoteles Deus non cognoscit particularia. 12. metaphy.

23 Plato, Deus mundum regit vniuersum, & partes eius. de reg. et Tim.

Aristoteles non Deus, sed natura, casus, & fortuna, regunt mundum. 2. phys.

24 Plato Deus in mundi regimine vtitur, uti ministris, minoribus Diis. Tim.

Aristoteles, Deus neque regit, neque ministros habet, octauo physic. primo de generatione.

25 Plato in mũdo sunt dæmones symp. Tim. alibi.

Aristoteles nullibi hos agnoscit Dæmones.

26 Plato Deus animam vniuersi produxit. Timæo.

Aristoteles Deus non produxit animam vllam vniuersi, sed cœlum tantum est animatum, & astra.

27 Plato. Deus produxit animam humanam. Timæo.

Aristoteles est actus corporis.hoc est è materia educta.2.de anima.

28 Plato.Anima humana,diuina est quædam forma.Phædo,alibi.

Arist. Anima est forma corporis physici. 2. de anima.

29 Plato. Anima humana est immortalis. Phædro,Phædone. alibi.

Arist.vt forma corporis,anima est mortalis.

30 Plato animæ cõnatus est intellectus. Phædo.6.de Rep.Tim.

Arist. Intellectus de foris venit. 2. de animal.gen.

31 Plato. Anima a corpore separatur. Phædone, alibi.

Arist.Anima a corpore non separatur, quia eius est forma.

32 Plato. Anima diuino afflatur spiritu, & futura prenunciat. Apol.Phædro.

Aristoteles. Anima humore melancholico prædicit. de diuinit. per som. & Problem.

33 Plato Hominis felicitas est, quando Deo fit similis.1.Alcib.Theæt.

Aristote.Homo, bonis fortunæ fit beatus. Moral.

34 Plato,hominis fœlicitas,a Deo venit 1. & 2.Alc.Men.Theage.

Arist. Homo ex suis bonis actionibus, & suo arbitrio,fit felix.

35 Plato, Deus est præcandus, vt nos bonos efficiat.2.Alcib.sepe alibi.

Arist.Deus particularia non intelligit. non ergo præcandus.

36 Plato veniet Homo, qui nos Deum præcari doceat.hic Christum innuit. 2.

Arist.Præces omnes frustraneæ. quia Deus non intelligit particularia.

37 Plato. Bonus vir, Deo est charus. Euthyphr.

Arist.cum particularia Deus non intelligat, nec præces audit, nec hominum vllum amat.

38 Plato. Bonus vir,post mortem Deo fruetur.Phædo.10.de Rep.

Aristoteles. Post mortem nulla voluptas.

39 Plato. Animæ post obitum purgantur. Phædro. Timæo.

Aristoteles. Animæ cum corpore pereunt.

40 Plato.Animæ malorum,post mortem pœnas dabunt. Phædro.Tim.Phæd.

Aristoteles.Animæ cum corpore corruptæ, nihil patientur.

41 Plato.Homines mortui resurgent. 10. de Rep.

Aristoteles.A priuatione ad habitum, non fit regressus.

42. Plato,Bonorum animæ, beatum locum possidebunt.Phædone.

Arist.nullus est talis locus.

43 Plato. Et corpus, & animæ malorum, in inferno cruciabuntur. Phædo 10.de Rep. Phædone.

Arist.nihil tale nonit.

Quæ quidem omnia capita, & plura etiam alia nõ pauca, quæ colligere potest quisque paulo diligentior, cum Platonica sint & philosophice uerissima, & cum fide Catolica consona: Aristotelica vero, & fidei aduersa, & philosophice falsissima, quis iam vel tam impius erit Christianus,vel tam barde philosophus, qui Platonem, & pietatis, & philosophiæ ergo Aristoteli non preferat? Quæ res cum ad Christianam fidem maxime conferat: Et ad philosophicam ueritatem faciat maxime: cur non posthac, in omnibus Europæ gymnasijs publicis? cur non in monachorum Cœnobiis Platonis lectio, studiumque introducetur? Cur non Aristotelis Exotetica philosophia ex hisce locis in exilium ammandetur? Quid enim opus amplius habebunt, ex ea impietatis tam mortiferum venenum bibere. Quo veluti Lethargo, anima in Dei cognitione obdormiat; anima numquam lætali, hoc somno expergiscatur, Et in æternos damnetur cruciatus. Neque vero ad corporis vel salutem, vel conseruationem hæc eius philosophia quicquam facit. Quod huc vsque plerisque eius studiosis fuit persuasum. Credunt enim, eius cognitionem ad medicinam multum admodum conferre. Plerisque autem, qui in publicis gymnasiis, philosophiæ huic operam nauant, id ea causa faciunt, vt ea ad medicinæ studium accedant, eo dicterio, vbi philosophus desiuit, ibi medicus incipit. Sed medici quid opus ad suam artem optime calendam habent, libris totis physicis? Quid materia, quid priuatione, quid forma? Quid ea natura, quæ principium sit motus, & quietis? Quid casu aut fortuna, aut necessitate. Quid tot motus, temporis, vacui, loci, infiniti, temporis disputationibus? Quid continuorum, quid primi motus, primi motoris, primi mobilis? Quid scite, eos est necesse, an cœlum sit æternum, seu corruptibile? an sit animatum? an edat harmoniam, & reliqua, quæ tum primo tum secundo de cœlo, ab Aristotele traduntur? Nihil profe-


ctò.

ctò. Nouisse opus habent, elementa, qualitatesque eorum, & mistionem, temperanturâque corporũ humanorum, morborum, causas, pharmacorum remedia cognoscant. Esto id ipsis necessarium. Sed horum nihil Aristoteles eos docet, nihil ex Aristotele elicient. Si mille annis, his apud Aristotelem studeant, medici sanè vel falsi, vel ridiculi euadent. At hæc omnia Galenus libris de elementis. de temperamentis. De potentiis naturalibus, reliquisque tum suis, tum aliorum mediocrum libris, clarius, verius, copiosius, & ad vsum medici commodius, docentur. Vt facile ex Galeno medicus, qui euadat sine Aristotele. Siue vero Galeno, ex Aristotele nunquam quisquam medicus est factus. Quæ ergo hæc mentium est supinitas, quæ dementia? vt Aristotelem, medicinę gratia quærant, apud quem nulla est medicina. Animorum vero, plurimi tum falsitatis, tum ignorantiæ, tum impietatis morbi, plurima venena.

ANNOTATIO. D. M. IACOBI DE LVGO.

Cum dixerit Theologos sæpe Aristotelica doctrina vti ad probanda Theologica dogmata, illos non laudaui, tamen si sumant doctrinam Aristotelicam tamquam seruam & ancillam sacræ Theologiæ, possunt laudari, non autem si vellent probare, & demonstrat sacra dogmata, ex illius philosophia.

F I N I S.



INDEX IN PANAVGIAM, & Panarchiam.



A

Eu-

INDEX IN PAMPSYCHIAM

prior numerus paginam, alter columnulam designat.

Index Pancosmiæ.

Cen-

In-

V

INDEX IN HERMETEM.

Z

C

D

E

Natura

INDEX IN MYSTICAM philosophiam.

A


C

D

In-

I N D E X

FINIS.



REGISTRVM.

A B C F G Sunt quaterniones. H. Simplex. KLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu duerni Xx Simplex. Rurſus. D. quaternio E duernio.

In Hermete vero. BCDEFGHIKLMNO. †. ††. duerni. †††. Simplex.

In Aſclepio. * ternio.

In Myſtica. BCDEFGHIKLMNO. duerni.

In Indice. †. ††. duerni. †††. ſimplex.

